This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Digitized by Google

C. HEINSII

MENTARIVS

IN

IDII NASONIS

PERA OMNIA

TOMVS II

PSIAE

IA VEIDMANIA

DCCLVIII

Digitized by Google

Digitized by Google

2981 c. 27 6.

Digitized by Google

NIC. HEINSII
COMMENTARIVS
IN
P. OVIDII NASONIS
OPERA OMNIA

TOMVS II

LIPSIAE
IN LIBRARIA VEIDMANIA
CIↃ IↃCCLVIII

Digitized by Google

BODL. LIBR.
16. NOV. 1916
OXFORD

Digitized by Google

NIC. HEINSII

COMMENTARIVS

IN OVIDII

METAMORPHOSEON

LIBROS XV

Digitized by Google

Digitized by Google

NIC. HEINSII COMMENTARIVS IN OVIDII METAMORPHOSEON LIBROS XV

LIBER PRIMVS

METAMORPHOSEON LIBER PRIMVS] Nihil verius hac lectione, quam optimus liber Berneggerianus; alter codicum splendidissimi Equitis ac Baroneti Rogerii Twisden, et Patauinus Sancti Ioannis in Viridario agnoscunt, sub finem quoque voluminis ex Balthasaris Moreti V. Cl. codicibus vnus, et initio libri septimi Mediceus primae notae sic exhibebant. Neque aliter Graeca horum librorum Metaphrasis Planudae. Reliqui METAMORPHOSEOS. perperam: vti Farnabius quoque iam vidit. Genuina huius poëmatis inscriptio extat apud Senecam patrem Epitome Controuers. lib. III cap. VII, et apud filium in Apocolocyntosi, apud Tertullianum quoque aduersus Valentinianos, Fulgentium libro II Mythologici, Seruium frequenter et passim apud Priscianum. quanquam apud hunc contracte non nunquam *Metam.* vel *Metamorph.* exaratum occurrit, quomodo et bis apud Probum. apud Seruium lib. XII Aen. mendose legitur de Apolline, *Ipse in Ouidii Metamorphosi ait, Inuentum medicina meum est*, cum *Metamorphosis* sit scribendum Graeca enuntiatione. idem ad vers. 10 Eclog. V *sic Ouidius in Metamorphoseon libris*, vbi ait de Phyllide in Amygdalum transformata. quam tamen fabulam Ouidius in Metamorphoseon libris non est prosecutus. Apud Quintilianum etiam lib. IIII cap. I institutionum Oratoriarum, in vulgatis exemplaribus male *Metamorphosis* pro *Metamorphoses* hoc poëma inscribitur. et apud D. Hieronymum Comment. in caput II Ionae *legant quindecim libros Naſonis Metamorphoseos* mendose in codicibus editis. Ad Graecorum quippe exemplum Μεταμορφώσεων titulum huic operi ipse praefixit. Callisthenis Μεταμορφώσεις a Plutarcho citantur in Parallelis. Male apud Apostolium in Δίγιτίου πάθημα legitur

Digitized by Google

legitur Καλλισθένης ἐν δευτέρῳ Μεταμορφώσεως, pro Μεταμορφώσεων. Citat et Parthenii Μεταμορφώσεις Eustathius Schollis in Dionysium Periegeten; et Theodori idem Plutarchus in Parallelis cap. XXII cum Stobaeo; Didymarchi Antoninus Liberalis narratione XXIII, qui et ipse opus suum, quod etiampum exstat, Μεταμορφώσεων Συναγωγὴν nuncupauit. Eiusdem argumenti fuerunt Nicandri Ἑτεροιούμενα, Corinnae Ἑτεροίων βίβλοι, Antigoni Ἀλλοιώσεις, quarum idem Antoninus aliique meminerunt vt iam ex parte a Farnabio est obseruatum. Sed et Apulei Milesiaca *Metamorphoseos* vel *Metamorphoseon* titulo veteres codices et scriptores ex antiquis nonnulli laudant. ego posteriorem tamen titulum genuinum puto. nam quanquam vna transformationum Magicarum illic prae caeteris principatum tenet, tamen complures eo in opere recensentur. Quid quod Apuleius ibi Lucium latrensem sibi imitandum proposuit? qui libros eiusdem argumenti Μεταμορφώσεων λόγους, teste Photii Bibliotheca, inscripserat.

2 *Nam vos mutastis et illas*] Codex Palatinus antiquissimus et veterrimae schedae Leodicenses, *nam dl mutastis*. concinne et neruose, si quid video, repetitione. neque aliter in optimo Berneggeriano et vno Hamburgensi a manu prima fuerat exaratum. Mox pro *Ante mare et terras*, vnus Mediceus, recentior quidem ille, sed ex veteri, quod passim apparebat, descriptus, longe elegantius *Ante mare et tellus*, nempe vnus erat vultus. eamque scripturam Carolus Viuianus in praestantissimo codice se deprehensam fuisse asseuerat. sic Art. Amator. lib. II. 461 *Vnaque erant facies fidera, terra, fretum.* Fast. lib. I. 106 *Ignis, aquae, tellus, vnus aceruus erant.* vt et fortassis *vnus erant vultus* sit scribendum. iusta tellurem, mare, et caelum vno quoque versu est complexus 257 *Quo mare, quo tellus, correptaque regia caeli Ardeat.*

8 *Congestaque eodem*] Quidam codices *in vnum*. quod ex Glossa putem esse. sic apud Virgil. VIIII. 689 *glomerantur eodem* quidam codd. *in vnum*. quod improbat recte Pierius.

9 *Discordia*] Forte *dissortia*. vide ad Epist. I Sabini.

11 *Reparabat cornua Phoebe*] In vno Ciofani erat *renouabat* male. Petronius in Catalect. Scal. p. 234 *Mox Phoebus ad ortus Lustrata deuectus humo, Lunaeque senectus, Et reparatus honos* ita lego. male *deiectus* in vulgatis. ibid. p. 240 *Fraternas reparet per caelum libera flammas.* Horat. IIII Od. VII *Damna tamen celeres reparant caelestia Lunae.* Auien. Descr. Orb. *Vt tu Luna prius reparet facis incrementa.* Nemesian. Cyneget. *Iam tum bis denos Phoebe repararit ortus.*

13 *Ponderibus librata suis*] *Libranda* quidam codices. sed non opus. Iul. Solinus in Catalectis p. 246 *Resedit Ponderibus librata suis.* Liu. XX. 10 *Grauior et ipso pondere libratior ictus erat.* Auctor Elegiae in obitum Maecenatis: *Tellus leuis ossa teneto, Pendula librato pondus et ipsa tuum.* vide Schol. Stati ad lib. III Theb. 35

14 *Margine terrarum*] *Riparum* vnus.

Amphi

Digitized by Google

Amphitrite] Vinianus in suis *Amphitrites* legi notat, vt et V Fast. 731 et hic plurimi scripti.

15 *Quaque erat et tellus*] Mirifice hic turbant libri veteres, quorum nonnulli *Vt qua erat et tellus*. alii itidem ex vetustioribus *Quaque erat tellus*. alii aliter. quas lectiones piget adscribere, quod plures sint, nec magnae rei. In quibusdam *Vtque erat et tellus*: quod Gifanio arridebat ex quatuor scriptis, in Indice Lucretiano p. 485, et in Suspectis Lectionibus Gaspari Scioppio: non itidem mihi, qui sequor lectionem vnius Medicei ex optimo exemplari descripti, *Quaque fuit tellus*. neque aliter ex Porphyrione Iacobus a Cruce. nam *erat* versu proxime sequenti minus concinne iteraretur. ni scriptum fuerat a Nasone *Quoque iacet tellus*.

36 *Tum freta diffudit*] *Diffundi* rectius Vrbinas et Langermannianus libri, vt ad τὸ *iussit* referatur. sic paulo post *Iussit et extendi campos*, neque aliter Lactantius agnouisse videtur lib. II Diuinarum Institutionum cap. V, hoc ipso allato loco: *Terris autem maria circumfundi, flumina sempiterno lapsu fluere praecepit, iussit et extendi campos etc.*

Rapidis] MSS. *rabidis*. probo. ita enim et *insani venti* dicuntur. Claudian. Fescenn. 83 ex MS. *rabidi tacete chori*. Senec. Thyeste 361 *aut saeuo rabidus freto ventosi finus Adriae*. vt ibi codices. et Agamem. 484 ex veteri Codice *rabidus rotas*.

39 *Cinxit*] Mallem *strinxit*, si per membranas liceret.

41 *Campoque receptae Liberioris aquae*] Berneggerianus *partimque*, et Gifan. in indice Lucretiano voce *parti* e vestigiis MSS. legit *partique recepta*. inepte. *campus aquarum* infr. 315 et XIIII. 356, vbi MS. rectius *campum*, quam *campos*. et Virg. X *campos salis*. ita Cicero in Arateis dixit *Neptunia prata*. Sequenti versu *vberiore* codex Regius et Thysii. sed praestat vulgata. Fast. IIII. 292 *campo liberiore natat*.

52 *Qui quanto est pondere terrae, Pondere aquae leuior*] *Pondus aqua lenius* vetertimus Constantii Fanensis, et excerpta Vaticana Iohannis Calandrae. argute. quae lectio marginem quoque Gryphianae editionis occupauit. alia excerpta Vaticana — *qui quanto est pondere terrâ Pondere aquae grauior*.

54 *Consistere*] Malim *considere*.

59 *Cum sua quisque regat*] *Regant* cum optimo Florentino et vno Moreti. Silius libro VII de ventis: *Distraxere fretum, ac diuersa ad litora voluunt Aequor quisque suum*. Virgil. lib. XI. 309 *Ponite spes sibi quisque suas*. sic vetus interpres Euangelii Matthaei cap. XVIII. 35 *Nisi remiseritis suo quisque fratri ex cordibus vestris lapsus eorum*, ἐὰν μὴ ἀφῆτε ἕκαστος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ ἀπὸ τῶν καρδιῶν ὑμῶν τὰ παραπτώματα αὐτῶν. et Actis Apost. cap. II. 8 *Et quomodo nos audiuimus vnusquisque linguam nostram*, καὶ πῶς ἡμεῖς ἀκούομεν ἕκαστος τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ ἡμῶν. A. Gellius lib. III. 7 *Fortissimus quisque et promptissimus ad occurrendum pugnandumque eos praeuertebatur*.

64 *Septem-*

Digitized by Google

64 *Septemque Trionesˇ*] *Trionem* idem Florentinus, Bernecgerianus et Vrbinas. recte. vt τμῆσις sit seu διαιρωνύ. Virgilius Georg. lib. III. 381 *Talis Hyperboreo Septem subiecta trioni Gens effrena virum.* Auienus Phaenomenis: — *alius Septem vicina trioni Astra tenet.* *Trionem* veteres dicebant pro *Trionibus*, vt pro *Septem Trionibus*, *Septentrionem*. Hinc *Trionis* cognomentum Lucretiae et Fulciniae apud Romanos familiis inditum, plura de *Trionum* vocabulo Gellius lib. II Noct. Attic. cap. XXI. Extant apud me denarii argentei, quibus inscriptum L. LVCRETII TRIO, septem stellis additis, quales nummos in eadem Familia Fuluius Vrsinus expressit. apud Nostrum inferius lib. X. 446 idem optimus Mediceus: — *Interque Trionem Flexerás obliquo plaustrum temone Boores.*

65 *Horrifer*] Ita Germanicus Arat. p. 2 *Horriferum Aquilonem.* et Auien. p. 85 *Horriferos Aquilones.* *Horrifer Aquilonis frigor* vetus Poëta apud Cicer. Tusc. Quaest. I. Cicero Arat. p. 8 *ut magis horriferis aquilonis tangitur alis.* ita MSS. vulgo *horrisonis.*

69 *Vix ita limitibus discreuerat omnia tellus*] *Vix ea* meliores. deinde veteres plerique *discerpserat*, vel *discepserat*. alii vna alteraque litera mutata diuersis modis eodem alludunt. *dis-, sepserat* nempe reponendum. quomodo Leodicense fragmentum vetustissimae notae, ne dubitare possis. Sic in veteri marmore apud Gruterum p. DCCCXXXIII *caepsit* pro *sepsit* legitur: *Supremum uersus munus donamus, et aram, Et grauam caepsit docta Pedona chelyn.* quomodo et Stat. lib. V Silu. I. 230 de tumulo Priscillae: *Tantas uenerabile nomen sepsit opes*, quanquam ibi vetusta editio Parmensis *Spirat opes*, eleganter. integrum enim Priscillae corpus siccatum et aromatis conditum marmori erat inclusum. De *spirandi* verbo egimus ad Claudian. IIII Cons. Honor. 591. Sed ad rem, Lucretius lib. I. 998 *Aër dissepit colles, atque aëra montes.* sic et apud eundem lib. VI. 951 *saxea domorum dissepta.* et apud Boëtium lib. IIII de Consolatione Philosophiae *dissepta suo fonte elementa.* Seneca Medea 335 *Bene dissepti foedera mundi Traxit in unum Thessala pinus.* Statius Theb. X. 874 — *Dissepto que aggere rursus Vsitur.* hinc et *dissepimentum* Festo. Silius XI. 457 *Tum deus, vt liquidi dissepsit stagna profundi, Tellurisque globum media tellure locasset.* ita nempe censeo scribendum: vel certe *discreuisset.* nam veterrimus liber Colonienſis *discisset*, pro *discepsisset*, vt puto. sic apud Macrobium libro primo cap. VI in Som. Scip. *dissiptum* pro *dissaptum. Intestina in homine principalia tria, quorum vnum dissiptum vocatur, quod ventrem et caetera intestina secernat.* Pari modo et *compositum* legitur in Festo. Codices apud Silium vulgati nullo sensu *discussis*, nisi *discussset* reponis, vel *discisset* pro *discidisset* illic ponitur. Apud Nostrum quoque lib. V. 324 fortasse sic legendum: — *septem dissaptus in ostia Nilus.* pro *discretus.* nam veteres nonnulli *discerptus.* et lib. XI. 363 *Iuncta palus huic est raris obsepta salictis.* non *obsessa* cum vulgatis, nam scripti duo *obsecta. obsepiendi* verbo Tullius ac Liuius non

semel

Digitized by Google

semel vtuntur. Apuleius Met. I *Praegnationis sarcina obsepto utero.* et lib. III *horreum clausiris obseptum. consepire* passim apud auctores extat. hinc *ager conseptus* apud Ciceronem Catone. *orbis conseptus* apud Auctorem Herculis Oetaei, et *conseptus gurges* apud Ausonium Mosella. Auienus Ora Maritima: *Nam Punicorum lingua conseptum locum Gadir vocabat. Conseptum caueae* Apulei. Met. III. Hinc *conseptare* Solino cap. XXXII. *Intersepire* habes apud Ciceronem et Liuium saepe. etiam apud Plinium lib. XXVII cap. XXI Naturalis Historiae. *praesepire* apud Silium XV. 232 ex optimis membranis: *Arnes ductor erat: qui contra amplexus in arctis Auxilium, atque excelsa loci praesepseras arcem.* Scribitur autem id verbum in antiquis codicibus plerumque per diphthongum *saepire*, vt in veteri marmore paullo ante vidimus *caepsit* pro *sepsit.*

70 *Massa latuere sub ipsa*] *Illa* meliores. et *efferuescere* versu proximo. et *animantibus* pro *animalibus* paulo post.

73 *Formaeque deorum*] Ipsa astra, seu corpora caelestia, quae pro diis habita apud Astrologos, tam Chaldaeos, Aegyptiosque quam Graecos. Idem de Phoenicibus testatur Eusebius. hos deos in νοητοὺς καὶ ἀισθητοὺς, hoc est in visibiles et inuisibiles, diuidebant. deorum nomina septem etiamnum planetae obtinent.

74 *Cesserunt nitidis habitandae piscibus vndae*] Forte legendum *muris.* vt infra *tacitis* IIII. 50. Horat. IIII Od. III. vid. et Claudian. II in Rufin. 489. et Hesiod. Scut. Herc. 212. et Grot. ad Aratea Ciceronis p. 74. hinc prouerbium *piste mutior.* Posset etiam *finis*, aut *vdis.* in Berneggeriano erasa erat vetus lectio.

76 *Capacius altae*] Puto Ouidium scripsisse *almae.* nam *alto* mox sequitur.

79 *Mundi melioris origo*] Alii *imago.* vtrumque ex sententia veterum philosophorum. apud Maronem libro XII *Tum pater Aeneas Romanae stirpis origo.*

85 *Caelumque videre Iussit, et erectos ad sidera tollere vultus*] *Tueri* rectius est in duobus Mediceis. neque aliter vetus Prudentii Scholiastes in Bodleiana apud Oxonienses Bibliotheca ad lib. II in Symm. 260, etsi Lactantius lib. II Inst. cap. I et Isidorus lib. XI Etym. cap. I vulgatam lectionem agnoscant. sic apud poëtam lib. IIII Aen. 451 — *Taedet caeli conuexa tueri.* Apuleius Met. VII *Tunc illa suspirans altius caelumque sollicite tuens.* ita lego. vulgo *caelumque sollicito nutu petens.* vid. inf. lib. III. 347.

91 *Verba minantia fixo aere legebantur*] Valde variant vetusti codices in hoc loco, de quibus mox videbimus. certum autem est ac indubitatum haec Nasonis intelligenda esse de tabellis aeneis, quibus leges incisas loco conspicuo suffigi, ac publice legendas exponi mos erat. *aes fixum* etiam pro hisce tabellis posuit Dolabella vel Iunius Nipsius in Fragmento apud Agrimensores a Rigaltio editos: *Si in agro adsignato aliquis modus ingera-*

Digitized by Google

gerationis vacauerit, ne pubes subsicinum remansisse, quaereret primum, ne post aes fixum et machinam sublatam secunda assignatione alicui assignatum sit. perperam edidere *post est fixum.* hinc *figere* et *refigere leges* passim apud scriptores pro ferre et abrogare leges. *Leges fixit prostio atque refixit* apud Maronem lib. VI. 622, vbi Seruius: *Fixit autem ideo, quia incisae in aeneis tabulis affigebantur.* Male igitur codices, nonnulli apud Nasonem hoc loco *fisso aere*, et *vincla minantia*; cum in castigationibus *verba* exhibeatur, et quidem *minacia*, non *minantia*. *Legebantur* etiam pro *ligabantur* excerpta Calandrae Vaticana, tres Medicei, et vnus Bononiensis. quod amplectendum censeo.

92 *Turba timebat*] *Timebant* tres scripti. Mox *sine vindice tuti* in nonnullis inter meliores. sed iam praecesserat *vindice nullo*. Langermanni codex *verbo timebat*. forte *nec supplex terra timebat Iudicis ora sui.*

99 *Non galeae non ensis erat*] *Erant* concinnius antiqui quinque. Mox *securae mentes* Gronouianus primus, non *gentes*. Simili modo peccatur apud Valer. Flaccum lib. II. 360 *Saeuior haud vllo mortales tempore gentes Terror agit.* cum *mentes* sit reponendum. ipse Valerius lib. III. 93 — *pendent mortalia longo Corda metu.* Noster lib. IIII. 201 — *obscurus mortalia pectora terres.* et hoc ipso loco paulo ante: — *humanas mouit tua tonitrua mentes.* Fast. III. 362 *Sollicitae mentes.* Similiter mendum etiam Petronio demendum censeo in narratione de muliere Ephesina cap. CXI *Cum gemitum lugentis audisset, vitio mentis humanae concupiit scire, quis aut quid faceret.* illic etiam circumfertur *vitio gentis humanae.* et apud Festum Auienum Descriptione Orbis 547 pari modo corrigendum: *Cumque quid atri Imminet euentus, vt vulgi corda fatiget Sors rerum, et mentem terat inclementia fati, Et motantur huno et coeunt sibi vertice saxa.*

102 *Vomeribus*] An *vulneribus?* vt Viuianus ex codicibus? et ita lib. II. 287 *quod adunci Vulnera aratri rastrorumque fero.* sed nihil muto. Eadem varietas apud Senecam Oedip. 413 *vulnere immunem prius fulcare terram.*

104 *Arbuteos foetus*] *Arboreos* plurimi scripti, vt Virgil. Georg. I. 55: vbi vid. Seruius, qui et Cornificii locum adducit, vbi *arboreae fruges.* forte scripsit *Roboreos foetus*, vt glandes intelligat.

105 *Cornaque*] *Siluestria corna* Horatio Sat. II lib. II. *rubicunda* lib. I Ep. XVI. Calpur. Eclog. IIII *Frange puer calamos et inanes desere mensas Et potius glandes, rubicundaque collige corna.* Corrige glossas Isidori *Cornae, poma siluestria.* Schedae Nansianae *curna.* lege *corna.* corna et cerasa eadem vult esse Seruius lib. II Georg. 18. Pro *haerentia* codices quidam *horrentia.* vt *horrentes rubos* dixit Seren. Sammon. comp. XXXVII. Sed vulgatam tuetur Petron. in Epigrammatis: *Vile olus, et duris haerentia mora rubetis, Pugnantis stomachi composuere famem.* Propert. III. 2 *Illis ponita fuit decussa Cydonia mensa, Et de punicels*

Digitized by Google

ceis plena canistra rubis. Plin. XV. 24 *Rosae in rubis mora nascuntur.* vide Comment. Horat. I Od. XXIII.

105 *Et in duris haerentia mora rubetis*] Pari modo in Fastis libro IIII. 509 habes *glandes excussaque mora rubetis.* mora silvestria designat, rubi fructum, qui Graecis *βάτος* nonnunquam. Phanias Eresius, Aristotelis discipulus, apud Athenaeum libro II τὸν τῆς ἀγρίου συκαμίνου μικρὸν μόριον παλεῖ. Videndus ipse Athenaeus.

114 *Subiitque argentea proles*] *Subiit* cum castigationibus restituendum, iti sensu postulante. Rationem Notis ad Epist. VII. 55 reddidimus. ad Stat. VI Theb. 664 nonnulla quoque Gronouius iam obseruauit. Virgil. lib. VII — *haec, inquit, limina victor Alcides subiit: haec illum regia cepit.* Statius Theb. X. 25 — *subiit vltricia Tydeus Tartara.* Persius Sat. II *Hinc illud subiit, auro sacras quod ouato Perducis facies.* Noster lib. VII. 170 *Dissimilemque animum subiit Aceta relictus.* vide inf. II. 567. III. 546. XIII. 444. XIIII. 519. Horat. lib. I Sat. VIIII *Cum grauius dorso subiit onus.* Val. Flaccus lib. IIII. 188 *et monstri subiit absentis imago.* lib. VIII. 67 *Ille silet: tamen subiit vt virginis horror.* vbi perperam Barthius *subiit vi.* Statius VI. 664 *Concessit caetera pubes Sponte sua adoratu rediit ingloria disco.* sic optime duo MSS. Behotii. vulgo *redit illa.* lib. II. 474 *Te Meleagre subit. ibi demum cuspide lata Haesit.* apud Virgilium libro VIIII in veterrimis codicibus legitur: *Italiam fatis petiit auctoribus.* sic et alii. producitur etiam in *adiit, rediit, periit, abiit,* et similibus, postrema syllaba sequente vocali.

116 *Antiqui*] Quidam codices *aeterni.* non male. sic *aeterno veri* opponitur *breue ver.* inf. lib. V. 391 *Perpetuum ver est.* Claud. Epith. Honor. *aeterni patet indulgentia veris.* et de Raptu: *Perpetuum ver est.* Prudent. Hamarth. Hymn. III *Ver vbi perpetuum redolet.*

121 *Tum primum subiere domos: domus antra fuerunt*] *Subiere domus* in optimo Florentino et priori Hamburgensi: vt sepetitio versum gratiorem reddat. deinde in eodem aliisque melioris notae octo aut decem *vinctae cortice virgae,* non *iunctae.* etiam probe.

125 *Tertia post illam*] *Post illas* Berneggerianus, Urbinas, primus Mediceus, et Noricus. idque rectius. Mox *nec scelerata* codex Basil. et duo mei.

133 *Steterant in montibus altis*] *In montibus alni* Iohanni Frederico Gronouio ad Plin. XXXI. 2 legendum videbatur. quale mendum et nos ex Achilleidos Statianae secundo expunximus: *Rura vrbesque vacant, montes spoliauimus alnis, Omne fretum longa telorum obtexitur vmbra. Montes altos* illic nunc circumfertur.

134 *Ignotis*] Optimus Mediceus *ignaris.* quo verbo saepe Tacitus vtitur pro *ignotus.* infr. VII. 404 et 672. VIII. 188 et alibi. vide Muret. lib. XI Var. Lect. cap. II.

135 *Cau*

Digitized by Google

135 *Cæu lumina solis et aurae*] Fragmentum Leodicense, Neq Vrbin. Berneg. et quatuor alii ex melioribus *auras*. quod le Latinitatis exigit. lib. VI. 350 *Nec solem proprium natura, n aëra fecit, Nec liquidas undas*. vt Berſmannus in ſuo libro in venit. Viuianus ex ſuis *aura*, quomodo vnus Baſilenſis. ſe fruſtra.

152 *Gigantes*] *Gigantas* quatuor ex antiquioribus, de quo a ad Faſtos. ſic et infra lib. V. 319 et X. 150 reſtituimus. Pru dentius Hamartig. ex codice Puteaneo longe antiquiſſimo — *fulmineos cogens ad bella Gigantas*. Martial. lib. VI *Ipſ tuos nobis relegas licet uſque Gigantas*. ſic libri meliores. vt e apud Claudianum IIII Conſ. Honor. 534 *olim domitura Giganᵗas*. et VI eiuſdem conſulatus 44 *Iuuat intra tecta tonantis Cernere Tarphia pendentes rupe Gigantas*. Seneca Oedipo 9 ex optimis membranis Etruſcis: *Aduerſus feros Audax Gigantas obuiam ferrem manus*. neque aliter apud Statium non vno loco, et apud Lucanum in optimis membranis. vt lib. IIII. 593 *poſ genitos tellus effoeta Gigantas*. lib. VII. 145 *Phlegra rabidos tol lente Gigantas*. lib. VIIII. 656 *Phlegraeo ſtantes ſerpente Gigantas*. Macrob. lib. I Saturn. XX de Marte: *Ipſe creditur et Gigantas intereniſſe, cum caelo propugnaret. Gigantas autem quid aliud fuiſſe crédendum eſt, quam hominum quandam impiam gentem*. Sic in Catalectis MSS. Salmaſii inter ſchedas noſtras *Spoliauit fulmine caelum Et tulit arma Ioui, quod felix tur bo deorum. Ix ſaeuus quondam potuit conſerre Gigantas Aeneas nunc ſolus habet, vrbiſque ruinam Saeuo Marte parat, Italaſque euertere turres*. ſic *Cyclopas* Stat. I Theb. 458. MS. Anglicanus veterrimus, quem inſpexi, et codices Tiliobrogae et Behotii, et ipſe Scholiaſtes ad lib. VI. 375. Silius VIIII. 307. XIII. 440. *Titanas* Stat. Theb. VIII. 44. *Aethiopas* infr. 778. Plura vide ad lib. III Faſt. 439.

155 *Excuſſit ſubiectum Pelion Oſſae*] *Subiecto* multi ex veru ſtioribus. *ſubiecto Oſſa* ſecundus Palatinus et vnus Berſmanni, optimus Thuaneus *ſubiectum Oſſa*. vnus Palatinus *ſubiectum Pe lion Oſſam*. codex, quo vir optimus doctiſſimuſque Carolus Sprotius me donauit, pro diuerſa lectione exhibebat *ſubiectam Pelion Oſſam*. Scribe *excuſſit ſubiectam Pelio Oſſam*. vel quod in vno Ambroſiano, pro diuerſa itidem lectione, legebatur *ſubiecto Pe lio Oſſam*. quidam enim poëtarum Pelion Oſſae ſubiectum fe runt fuiſſe, quidam Oſſam Pelio ſubiectam. Poſteriorem tamen lectionem veriorem duco. Atque ita iam coniecerat legi debere vir exactiſſimae eruditionis noſter Gronouius in Obſeruationi bus, ex illo Virgiliano: *Ter ſunt conati imponere Pelio Oſſam*.

157 *Multo natorum ſanguine*] Vnus Leidenſis *merito*. quod arridet. Ita inf. libro XI. 32 ex MSS. *merito ſudore*. et I Faſt. 350 *Vita ſuis merita caede nocentis opes*. vbi quidam codices *multa*. Contra Stat. Tib. *Immerito ſociorum ſanguine fuſo Inſtaurare diem*. ita Claudian. II in Rufin. 4 *Meritoque latus trans verberat ictu*. et IIII Conſ. Honor. 97 *Purpureas merito placuiſſe ſanguine*

Digitized by Google

sanguine manes. Mox pro *suae stirpis* optimae notae Thuaneus et vnus Vossianus *ferae stirpis.*

162 *Scires e sanguine natam*] *Natos* plerique meliores. sic supr. 92 *Nec supplex turba timebant Iudicis ora sui, sed erant sua vindice tuti.* nam si in incepto perstare voluisset, dicendum fuisset *sed erat sine iudice tuta.* quod quam languidum foret?

165 *Foeda Lycaoniae referens conuiuia mensae*] Accedo Ciofano. Licentius ad Augustinum Catalect. p. 358 *Ante Thyesteis iterum male territa mensis Interrupta dies, refugos vanescat in ortus.* quos versus ex alio Poëta veteri hausit, quantum recordor. Stat. V Theb. 428 *Si quando domos, lituſque rubentum Aethiopum, et mensas amor est intrare minores.* Propert. II Eleg. XIII. 5 *Nunc sine me plena fiunt conuiuia mensa.* Lucanus Paneg. ad Pisones: *Et Ganymedeae repetens conuiuia mensae.*

166 *Ingentes animo, et dignas Ioue concipit iras*] *Ingentes animos, dignas* in nonnullis scriptis. vnde Guilielmus Capoferreus *Ingentesque animos digna Ioue concipit ira.* sed perperam. Lege *Ingentes animo et dignas Ioue concipit iras.* Lucanus lib. I. 184 *Ingentes animo motus bellumque futurum Ceperat.*

173 *Plebs habitat*] *Habitant* Hamburg. vnus Mediolan. et vnus Medic. sed Lactantius lib. I Instit. cap. XV agnoscit vulgatum. qui et habet *hac fronte potentes*, vt et multi scripti habent. *Plebem* quoque *deorum* dixit Martialis lib. VIII Epigr. I, qui videtur Nostrum imitatus.

177 *Marmoreo recessu*] *Theatro* Iunianus. sic Venus apud Apuleium Met. VI *quia me necesse est theatrum deorum frequentare.* et paulo post, vbi concionem deorum a Mercurio conuocatam describit: *statim completo caelesti theatro, pro sede sublimi sedens Iupiter sic enunciat.* sic Virgilius lib. V. 228 *Mediaque in valle Theatri Circus erat.* vide Freher. ad Auson. Mosell. 156. qui et *scenam locorum* dixit v. 169.

178 *Iunixus eburno*] Viuianus edidit *insignis.* perperam. neque locus lib. VII. 103 illum iuuat. nam et ibi codices emendatiores *innixus.* ibid. 506 *Aeacus in capulo sceptri nitente sinistra.*

183 *Parabas*] *Parabant* vnus ex meis, vnus itidem ex Medicis. dixi paullo ante v. 59.

187 *Circumsonat orbem*] *Circumtonat* quatuor veteres. Auienus Orb. Descr. 187 *Hic salis Aegaei tractus tonat.* et 149 *Tris, vbi haec pelagi circumtonat vnda.* Lucan. lib. V. 632 *Tum superum conuexa tremunt, atque arduus axis Intonuit.* ita duo MSS. alter Rumpsianus et alter Cantabrigiensis. vide ad Claud. Epith. Hon. 132.

190 *Cuncta prius tentanda*] *Tentata* ex meorum vno reuocandum. versu proximo tollunt τὸ, *est* optimus Florentinus et vnus Ambrosianus.

Digitized by Google

196 *Crediɔis*] *Credimus* Palatinus et vnus meus. dictum vt illud Virgilii Eccl. VIII. 108 *Credimus, an qui amant ipsi sibi somnia fingunt.*

199 *Confremuere omnes*] MSS. Ciofani habent *contremuere*, et plurimi noſtri. ſed perperam. *fremere* enim propria indignantium. Stat. Theb. IIII 613 *Iaces ille in-puluere longo Quem fremis.* id eſt, odiſti. ita optime MSS. Tiliobrogae. vulgo *premis.* vox Statio et Sitio familiaris. Valer. Flac. I. 526 in concilio deorum: *Adfremit his quaſſatque caput, qui vellera dono Bellipotens ſibi fixa videt.* Noſter lib. VIIII. 419 *Vario ſuperi ſermone fremebant.* et XV. 606 *Sed per confuſa frementis Verba tamen vulgi vox eminet vna.*

209 *Dimitte*] *Dimittite* cum melioribus. quatuor *curam dimittite.* Sed enim apud Virgilium VI Aen. 85 —— *In regna Lauini Dardanidae venient; dimitte hanc pectore curam.* ſic enim Bibliothecae Leidenſis codex. *mitte hanc de pectore curam* vulgati. Mox malim *Cui tamen admiſſo.* nam vnus Palat. *Quae tamen amiſſum.*

215 *Fuit ipſa infamia vero*] *Ipſo vero* praeſtitecit.

217 *Et cum Cylleno*] *Cyllene*, quicquid libri veteres diſſentiunt. Κυλλήνη Graecis eſt.

218 *Arcados*] Neapol. et Vrbinas *Arcadas.* plures alii *Arcades.* ſic Stat. VII Theb. 94 *Arcadas aras.* et V Silu. II. 123 *Arcadas metas.* Pro *ſedes* etiam forte *aedes.*

222 *Diſcrimine aperto*] Leidenſis *paruo.* vt lib. VII. 426 *Astonitus tantum teli diſcrimine paruo.* Mediceus ſecundus et Neapolit. *certo.*

226 *Miſſi de gente*] In MS. Palatino erat *amici de gente.* forte *Amyci*; quod nomen apud Noſtrum lib. XII. 245, vbi *Ophionides Amycus*, et alios poëtas occurrit. niſi ſcriptum ſit *Niſi.* nam in aliis ſcriptis eſt *Miſi.*

231 *In dominum dignosque etc.*] *In dominum dignos* plerique veteres. Mureti excerpta *In domino dignos.* quomodo in Aduerſariis Barthius lib. XXXI. 3 et XXXIIII. 19: in ora codicis fuit Gruterus ex loco lib. VII. 744 *Inſidioſa malo cum coniuge limina fugit*: et Gronouius in Obſeruationibus lib. III cap. XVIIII. iam legi debere monuerunt. neque aliter codex vnus Ciofani.

235 *Vritur in pecudes*] Multi veteres *Veritur.* quod praeſtat. lib. XI. 23 *Inde cruentatis vertuntur in Orphea dextris.* lib. XII. 203 *Vertere in Aeaciden, caeſoſque vlciſcere fratres.* et V. 121 *Hac, qua modo vicimus, baſta Vertar in hunc.* vbi et *vtar* codices. Senec. Theb. 44 *In me arma et ignes vertite.*

238 *Violentia vultu*] *Vultus* rectius vterque Erfurtenſis, ſecundus Palat. et Leidenſis vnus.

249 *Populandas tradere terras*] *Gentes* quatuor ſcripti.

255 *Totuſque ardeſceret axis*] *Longuſque* ex melioribus. infra lib. VI. 64 *Inficere ingenti longum curuamine caelum.* ſic et apud Virgilium Georg. III. 225 —— *Reſonant ſiluaeque et longus Olympus.* vt in omnium vetuſtiſſimo codice Mediceo ſcriptum offendi

Digitized by Google

offendi. Videantur quae ad ipsum Maronem adnotamus lib. VII Aen. 288.

258 *Ardeat*] *Cornus* tertius Mediceus, vt lib. II. 403. Sic *caforum* dixit Trist. II. 426. Eleg. in Druf. 362. Senec. Herc. Oetae. 1113 *taeli regia concidet*. sed Seneca in Epigr. Catalect. Pith. p. 31 *Quid tam parua loquor? moles pulcherrima caeli Ardelis flammis tota repente fuit*.

268 *Vtque manu late*] *Manu lata* meliores. Versu proximo *hinc denſi*, non *et*, optimus Florent. Neapol. primus Vaticanus et secundus Mediceus. Paulo ante *ruit vnda capillis*, pro *fluit*, prior Erfurtensis. quod sequor. nisi *pluit* reponendum.

272 *Sternuntur*] Haec citat Senec. lib. III Nat. Quaest. 28. sed praemittit hemistichium *sed adhuc in damna profectum est*, quod aut ipsius, aut alterius Poëtae. peccat certe contra metrum.

Deplorata colonis] *Coloni*, rectius Neapol. Bernegger. et vnus Mediceus.

278 *Nunc, ait, vtendum*] Palatinus *hic*. vt lib. VI. 611 *Non est lacrimis hic inquit agendum*. ita enim scribendum.

284 *Motuque vias patefecit aquarum*] *Sinus* in Erfurtano altero et vno Leidensi. idque ex veteri codice quoque annotarat Gruterus. Sic *Sessiacos sinus* Stat. lib. I Silu. Tibutt. Vopis. 26 dixit. Seneca Consol. ad Martiam cap. XVIII. Vtitur quoque hac significatione frequenter Auienus Descriptione Orbis. Mox *pro pressaque latent turres* rectius apud Senecam lib. III cap. XXVII Nat. Quaest. *pressaque labant* legitur. Stat. VIIII. 488 *influit undae sequiturque labantem Amnis vnam*. Idem Seneca eodem capite paulo ante: *Labant ac madent tecta, in imum vsque receptis aquis fundamenta desidunt*. vide et sequentia, quae optime huc faciunt. Noster II. 163 *Vtque labant curuae tuſto ſua pondere naues*.

292 *Omnia ponitus erat*] *Erant* meliores. et mox *ſupra ſegetes*, non *ſuper*.

297 *Sic fors tulit*] *Si fors tulit* legendum. lib. XI. 752 *Proximus, aut idem, ſi fors tulit, hic quoque dixit*. Calpur. Eclog. III *Foſſor et inuento, ſi fors dedit, vtitur auro*. ita lege, non *ſors*. Pater Symmachus ad filium libro primo Ep. II editionis Scioppianae: *Illud nos, ſi fors tulerit, conamur imitari*. Aggenius Vrbicus de Controuersiis Agrorum: *Tertio, quod ſi fors ita tulerit, aequo animo ferendum habeas*. sic scribo. editur *quod ſi ſors ita tuleras*. Liuius libro V. 2 *Fors ita tulit, vt eo anno Tribunus plebis C. Trebonius eſſet*.

307 *Vbi ſiſtere poſſit*] *Detur* primus Mediceus, vnus Palat. et Monacensis. Virgilius lib. III Aen. 7 *Incerti quo fata ferant, vbi ſiſtere detur*. Alter praeterea Mediceus ex veterrimo exemplari descriptus: *ſidere*. quomodo iam ante conieceram. sic optime possim scriptores. nisi quod obstare Virgilianus videtur locus. Noster lib. II. 632 ex scriptis codicibus: *Iuter aues albas vnus conſidere coetum*. Horatius Sat. VIII lib. I *Aſt importunas*

Digitized by Google

volucres in vertice arundo Terret fixa, vetatque nouis considere in hortis. sed et ipse Maro lib. VI. 209 de columbis: *Tollunt se celeres, liquidumque per aëra lapsae Sedibus optatis gemina super arbore sidunt.*

309 *Obruerat tumulos*] *Cumulos* multi scripti et Viuianus ex suis, male. Senec. lib. III Quaest. Nat. cap. XXVII etiam in descriptione diluuii: *omnis tumulus in profundo latet.*

320 *Adorat*] *Adorant* meliores.

323 *Reuerentior vlla deorum*] *Metuentior deorum*, vel *dearum*, iidem, non *reuerentior*. sic *metuentior vndae* Epist. Herus. Noster Fast. VI de Numa 259 — *quo non metuentius vllum Numinis ingenium terra Sabina tulit.* quomodo et *metuens periclì* apud Maronem Aen. V. 716: *metuens diuum matertera* apud Persium. quanquam *reuerens parentum puella* apud Apuleium occurrat Met. VIII. et eodem libro *vir religiosus*, et *eximie deum reuerens*. et *metuens natura mali* apud Seuerum in Aetna, et *rixarum metuens Gratia* apud Horatium Od. XVIIII lib. III. et *metuens alterius viri castitas* Od. XXIIII. et *futuri metuens mens* Sat. II lib. II. *virgae metuens Achilles* Iuuenali Sat. VII. *metuens domini Roma* Lucano lib. VII, et lib. VIIII *metuens pelagi Pirata*. et Statio Theb. X *metuens mariti Venus*. vbi male pleraque editiones *maritum*. *Metuens captiuitatis Castor* Apuleio Met. I. Sic et *timens mortis* Noster lib. XIIII. 215: vbi adeantur quae notamus. vt et lib. II. 765. *Irae superum metuens* Apulei. lib. IIII. nam quod lib. V Met. legitur *virginitatis suae pro tanta solitudine metuens*, scribendum est *virginitati*, quemadmodum ante Wouwerium et Elmenhorstium legebatur, sic sensu orationis postulante. Liuius XXII. 3 *Consul ferox ab consulatu priore, et non modo legum ac Patrum maiestatis, sed ne deorum quidem satis metuens erat.* Carisius libro V *Participialia, quae non fiunt ex participio instantis temporis, genitiuum admittunt, vt amans amicorum, seruans aequi, metuens periclì, metuens deorum, fidens animi.*

325 *Superesse virum*] *Superesse videt* cum iisdem melioribus.

333 *Caeruleum Tritona*] *Caeruleos* concinnius sit, vt ad humeros referatur. similiter peccatum Eleg. in Drusum v. 224.

Conchaeque sonanti] Pro *conchaque sonanti, conchaeque* nonnulli. Naugerius et Viuianus *sonaci* ex suis notant, neque aliter Calandrae Vaticana excerpta. Respexit haec Nasonis Apuleius Metamorph. lib. IIII *Iam passim maria perfultantes Tritonum caterua, hic concha sonaci leniter buccinat, ille ferica tegmine flagrantiae Solis obsistit inimici.* Idem lib. VIII *asperitu dentium sonacem* de apro dixit. Vide Notas Amor. lib. II Eleg. VI. 23.

337 *Quae in medio concepit vbi*] Tolle *vbi in* ex auctoritate codicum. et ex quatuor libris repone *concepit vt.*

340 *Cecinit*

Digitized by Google

340 *Cecinit receſſus*] Imo *receptus* cum ſecundo Palatino, codice Langii, et Berneggeriano, atque adeo cum excerptis Calandrae. ſic et Triſt. lib. IIII Eleg. VIIII ex fide optimorum codicum *cane Muſa receptus* eſt reponendum. Cicer. III Tuſc. XV *Vetat igitur ratio intueri moleſtias, a quibus cum cecinit receptui, inpellit et rurſus incitat.* Stat. XI. 32 *Sed tunc miſeris dabat vtile ſignum Suadebat fugam, et tutos in caſtra receptus.*

357 *Eriamum*] Sic Neapolitanus.

358 *Quis tibi nunc animus*] *Quid animi* vnus Voſſianus et vnus meus cum Naugerii codice et margine editionis Gryphianae. primus Vaticanus *Quid animus.* proxime verum. Epiſt. XV. 83 *Quid mihi tunc animi cenſes, germane, fuiſſe?* Metam. V. 627 *Quid mihi tunc animi miſerae fuit?* lib. VII. 583 *Quid mihi tale animi fuit? an quod debuit eſſe?* lib. XIIII. 173 *Quid mihi tunc animi (niſi ſi timor abſtulit omnem Senſum animumque) fuit?* Triſt. III. 3. 5 *Quid mihi nunc animi dirâ regione iacenti?* Caeſar. lib. VII bell. Gall. 77 *Quid hominum millibus LXXX vno hoc interfectis, propinquis conſanguineiſque noſtris animi fore exiſtimatis?* Ennius VI Satyrar. apud Donat. in Phormionem Terentii Act. II. Scen. II *Quid cenſes dominis eſſe animi? pro deum fidem.* Cato apud A. Gell. lib. X cap. III Noct. Attic. *quid illos magno virtute praeditos opinamini animi habuiſſe, atque habituros dum viverent.*

361 *Si te quoque pontus haberet etc.*] *Te modo* rectius nonnulli. et *poſſim* mox pro *poſſem.*

370 *Et nondum liquidas, ſed iam*] Optimus Thuan. *Vt nondum.* vnus Medic. *ſic tam.* Lege, quomodo tibi quoque videri contingendum eſſe ad me perſcripſit eruditiſſimus Gronouius: *Vt nondum liquidas, ſic iam vada nota ſecantes.*

374 *Squallebant muſco*] *Pallebant muſco* conſtanter libri veteres. Accedo tamen reponentibus *ſquallebant.* ſic *ſqualere ſitu,* et ſimilia. ſed apud Valer. Flaccum lib. I. 775 *Sordibus et multa pallent ferrugine taurus.* vbi tamen *ſqualens* pari modo cenſeo reponendum.

386 *Pauido rogat ore pauetque*] *Timido ore* Arondelianus. vnus Voſſianus *timetque.* Opinor debere reſtitui: *Detque ſibi veniam, timido rogat ore, pauenti Laedere iactatis maternas ſibus vmbras.*

397 *Tentare nocebat*] *Nocebit* meliores. vt Epiſt. IIII. 3 *Sed epiſtola lecta nocebit.* Pro *Diſcedunt* optimus Florentinus, Palatinus, et alii quatuor *Deſcendunt.* e templis enim ſic gradus deſcendebatur. Inf. lib. III. 14 *Vix bene Caſtalio Cadmus deſcenderat antro.* vbi tamen *diſceſſerat* Bernegger.

405 *De marmore coepta*] *Coepto* primus Palatinus. quod praeſtat.

411 *Superorum numine*] *Munere* veteres quinque. Silius lib. XI. 178 *Superum cum munere detur Huic ſociare viro dextras.* Noſter lib. XIII. 659 *Imperat Argolicam caeleſti munere claſſem.*

Digitized by Google

411 *Virorum*] *Faciem virilem*, pro *virorum*, vnus meus, et vnus Mediolanensis.

426 *Per ipsum*] *Sub ipsum* rectius Bersmanni codex et excerpta Calandrae Vaticana, cum codice Leodiensi S. Iacobi, et postrema Naugerii editione.

428 *Brunca vident humeris*] *Numeris* vere libri meliores, nondum numeris omnibus absoluta. vid. Non. Marcell. in *numeris*. Mox iidem *eodem in corpore*. Metam. VII. 126 *Vtque hominis faciem materna sumit in aluo, Perque suos intus numeros componitur infans*. Hinc *numerosi Gerionae artus* Claudianus Praef. lib. II de Rapt. 39.

439 *Incognito serpens*] *Incognita*. Bernegger. Neap. et octo vel decem alii, apposite Lucanus libro VI. 407 — *Hinc maxima serpens Descendit Typhon, Cyrrhaeaque fluxit in antra*. qui hunc Nasonis locum videtur respexisse. Ita et pro *Hunc* mox *Hanc* idem Neapolitanus et secundus Mediceus. vt et paulo post *perdomitam serpentem* vocat. libro II. 651 fabula Ocyrrhoës *diram serpentem* dixit, sic *anguis* feminino genere. vid. ad lib. IIII. 495.

443 *Graecem*] *Graui* Bernegg. a manu prima et alii. bene. Liuius Andron. Inone: *Prosſaque iam grauida crepitent tibi terga pharetra*. Silius lib. VII *Monstrabat grauidam telis ſi ferre pharetram*. Petron. de bello ciuili: *Haeret detritus locuae Mauortius vmbo, Innumerabilibus telis grauis*.

447 *Pythia perdomitae etc,*] Rectius *de domitae* meliores. Pro *Hic* versu proximo Neapol. et secundus Mediceus cum codice Iohannis Georgii Graeuli, viri doctissimi, *His*.

453 *Sors iguara dedit*] *Fors* cum melioribus. Stat. Theb. X. 72 *Tempus tamen obuia magni Fors dedit auxilii*. et Achill. II. 135 *Quas tibi fidereis diuarum vultibus aequas Fors dedit?* Calpur. Eclog. IIII *Nunc tibi ſi propius veneraudum cernere numen Fors dedit*. ita lego, vt et Eclog. IIII *Fossor et inguto, ſi fors dedit, vitur auro*. Inf. II, 257 et X. 619. XIIII. 425. et 489 ex MSS. Supra 297 dixit *sors tulit*. Mox *victa serpente* primus et secundus Medicei, Neapol. Bernegg. Thuan. et duo alii.

462 *Irritare sua*] In plerisque Viuiani est *inflammare*, vt et in quatuor Ciof. quod probat Gebh. I Crep. 12. Vetus Epigr. inter Cataiecta Pithoei p. 3 *Igne salutifero Veneris puer omnia flammans, Pro facibus proprias arte miniſtras aquas*. Sic *inflammare odiis* Stat. III Theb. 338. *inflammare tecta* Liu. X. II. *flammare nefas* idem Stat. Theb. XI. 505 ex MSS. vulgo *firmare*. *Irritare* tamen *flammas* dixit Noster Fast. II. 644 *Dum foco primas irritat cortice flammas*. et *amores* lib. II Am. IIII. 9. *Non est certa meos quae forma irritat amores*.

465 *Cuncta deo*] *Deis* olim legebam. Nunc sequor scripturam Berneggeriani codicis, quam Vossianus vnus, vnus item Moreti pro diuersa lectione agnoscunt, *Cuncta tibi*. imitatur inter alia Silius libro XV. 72 — *Mortalibus alti Quantum caelicolae, tantundem animalibus ipſi Praecellunt cunctis*.

468 *Deque*

Digitized by Google

468 *Deque sagittifera*] *Eque* praestantiores. *Parnasi* etiam pro *Parnassi* constanter veterrimi codices, tam apud Nasonem, quam alios scriptores Romanos.

479 *Nemora auia lustrat*] Rectius alii *nemorum auia*. sic *nemorum secreta* non longe post, et *opaca nemorum* apud Statium Theb. primo 376. et Theb. XII *arcana nemorum*. et Auienus Fab. XXXVI *Et nemorum liceat rursus opaca sequi*. Sic Stat. VII. 186 recte ex MSS. *Cyllenes secreta*. et lib. V. 564 *nemorum per auia densi* (vbi tamen malo cum viris doctis *atra*. vide ad Valer. Flacc. VI. 261. vt apud eundem lib. VI. 281). *auia campi* apud eundem lib. X. 384. *Nemora* tamen *auia* Lucretius quoque dixit non vno loco. et Statius lib. VI. 29 *Acceptos longe nemora auia frangunt Multiplicantque sonos*.

484 *Suffundens ora rubore*] Repone *suffunditur* cum Bergegger. secundo, Palat. primo, Gronouii, vetustiore Erfurtano, et duobus aliis. multi sunt in hisce Graecismis poëtae.

491 *Quodque cupis*] Rectius primus Palat. Erfurt. et alii nonnulli *Quaeque*. videlicet connubia. *Quamque* quatuor non contemnendae notae.

492 *Adolentur*] Neapolitanus et alius *abolentur*. forte rectius. *adolere* tantum in sacris locum habet. Virgil. IIII. 497 *Abolere nefandi Cuncta viri monumenta iubet*.

493 *Quas forte viator*] Ita constanter libri veteres, nisi quod in tribus *saepe*. Scribendum tamen: — *Quas nocte viator Vel nimis admouit*. vt *nocti* respondeat *τῷ sub luce*. IIII Fast. 167 *Seminstamque facem vigilata nocte viator Ponet*.

504 *Nympha precor, Penei mane*] *Penei* optimus Florent. et Neapolitanus. sic paulo ante *Hoc deus in Nympha Peneide fixit*. in Fastis lib. VI *Dodoni* et *Cadmei* agnoscunt praestantiores libri, pro *Dodona* et *Cadmea*. Nec dubito apud Horatium lib. I Od. XXVI *Pimplaei dulcis* pro *Pimplaea* reponi debere. Martialis lib. XI Ep. IIII *Non vrbana mea tantum Pimpleide gaudent Otia*. quanquam apud Statium Soteriis Gallici non ignoro illa posse retineri: *Lices enthea vatis Excludat Pimplea fitim*. et Surrentino Pollii: *Si superet Pimplaea sitim*. sic et alibi, quibus locis *excluderi*, et *superet Pimplei* forte scribendum. sic apud eundem ex vestigiis veterum librorum Theb. IIII. 488 *Tu separe coetu Elysios Perſei pios, virgaque potenti Nubilus Arcas agat*. Apulei. lib. II Met. *Sic in modum superbi iuuenis Aonii, vel Musae nati Pimpleidis, lacerātus atque deceptus domo proturbor*. ita enim locus longe vexatissimus scribendus. Pentheus et Orpheus a Bacchis discerpti. *iuuenis Aonius* Pentheus. Adonidi locus hic non est, qui discerptus non fuit. *Musae natus Pimpleidis* est Orpheus Calliopes filius. Vulgo *iuuenis Adonei, vel mustelatis peplis*. inepte. scripti meliores *Adoni vel mustuluatis pipletis*. in peruetusto Beroaldi codice *Muscae natis, Pimpleidis*, proxime verum. vide varias coniecturas hominum literatorum in notis Elmenhorstii p. 167. Sic *Pimpleide* in Martialis loco iam adducto vetusti quidam codices. sed ad rem. Haec scriptura quin vera sit, quis dubitet, qui meminerit Apuleium

Digitized by Google

leium ludere frequenter in Epithetis. sic initio operis *Papyrus Aegyptia, Niloticus Calamus, Hymettos Attica.* sic et Epist. XV *Ledaei* pro *Ledaea* monui scribendum esse, et Epist. XVIII *Sestia puella*, pro *Sestia*.

109 *Crura notent sentes*] *Secent* decem ex melioribus. vt in illo Virgiliano Georg. III. 444 — *Hirsuti secuerunt corpora vepres.* et Ecl. X. 49 *Ah tibi ne teneras glacies secet asperi plantas.* Hinc *rubum non aequam cruribus* Columella dixit libro X, loco deprauato. qui sic emendandus: *Nec manibus mites subrulas, nec cruribus aequae Terga rubi spinisque ferat paliurus acutis.* Propert. lib. IIII Eleg. IIII *Rettulit hirsutis brachia fessa rubis.* ita Senec. Troad. 359 *Aut vinclis manus Secantibus praestricta.* Tibullus tamen libro III. 3. 10 *Candidaque hamatis crura notare rubis.*

510 *Moderantius, oro*] *Moderatius* cum castigationibus meis branis. neque aliter Ciofanus. alterum enim vix Latinum est. Epist. XVIII. 45 *Parcè precor, facilemque mone moderatius aurem.* et Amor. lib. II Eleg. XVII — *Dum me moderatius vrat*, quibus locis pari modo peccabatur. Stat. X. 418 — *Moderatius, oro, Ducite.*

521 *Opifexque per orbem Dicor*] *Opiferque* scribendum cum emendatis libris, vt et lib. XV. 653. Hinc Apollo δουδοφόρος et δοσσήτης apud Graecos.

525 *Rapido*] *Timido* plerique veteres. et recte. — *pedibus timor addidit alas.* Inf. IIII. 100 *Timidò pede fugis in antrum.* et XI. 774 *Celeremque metu celer vrguet amore.*

529 *Impulsos capillos*] *Impexos* tertius Mediceus et tres alii. supra enim dixit v. 479 *Et quid? si comantur, ait.* Mox meliores *Auctaque forma fuga est.*

531 *Vtque mouebat Ipse Amor*] *Mouebat* primae notae Regius, vnus Argent. et vnus Leidensis. probe. *Qui tamen insequitur pennis adiutus Amoris Ocyor est.* vt paulo post Noster.

537 *An sit comprensus*] *Deprensus* malo cum aliis. lib. VII. 781 *Et modo deprendi, modo se subducere ab ipso Vultus visa fera est.* Trist. III. 2 *Vtque fugax auidis cernus deprensus ab vrsis.* vid. infr. lib. VIIII. 83. XI. 772. II Fast. 799. I Amor. VII. 8 et alibi non semel. Auctor Querolii: *Multum sese laudant, vel pugnaces feras vel fugaces bestias, aut vestigiis insequuntur, aut cubilibus deprehendunt.* Stat. V. 391 *Deprensaeque cadant volucres.* lib. V. 667 *Narratur cernas pedes inter aperta Lycei Tollere, et emissum cursu deprendere telum.*

541 *Tergoque fugacis*] *Fugati* vnus Leidensis. Lege *fugaci.* atque ita Langermannianus a manu prima. lib. VIIII. 127 — *Fugientia tergà sagitta Traiicit.* Auctor Elegiae in obitum Maecenatis: *Militis Eoi fugientia tergà secutus.* non *fugientis*, quod nunc legitur. Vide Notas ad Epist. II. 93.

546 *Qua vtilium placuit, Tellus, ait, bisce*] *Aut bisce* rectius: multi ex antiquis. Quidam hos duos versus superiori praeponunt. veterrimus Palatinus hunc non agnoscit. vnus Grouianus neutrum habet. et certe tollendi videntur, nisi legas ordine

Digitized by Google

ordine inuerso: *Quae facis vt laedar, Tellus, aut hisce, vel illum, Qua nimium placui, mutanda perdite figuram.* Sed ego Ouidianos esse non existimo. inepte enim oratio, vix innocato patre, ad Tellurem conuertitur.

548 *Occupat artus*] *Alligat* primus Basileensis, Langianus, et alter Regius. quae placet scriptura, nisi quod *aggelat* reponi malim. id enim verbum passim in *alligat* depranatum nunc in vsu esse propemodum desiit, vt in illo Lucani libro IIII. 489 — *Tum frigidus artus, Alligat atque animum subducto robore torpor.* et Germanici Caesaris de Capricorno: *Pigra ministeria; et nautis tremor alligat artus.* ita enim vulgati libri ante Grotianam editionem, et scriptus codex Puteaneus. sic *congelare* Valer. Flaccus lib. III. 578 — *Ceu pectora nautis Congelat hyberni vultus Iouis, agricolisue, Cum coit imbre minax.* perperam *vmbra minax* nunc legitur. et *regelare*, quo verbo Columella ter quaterue est vsus. Statius lib. V Silu. I. 199 *Nunc ferrum laxarat cupit, nunc ardua tendit In loca: vix retinent comites. nunc ore gelato Incubat amissae.* vbi *ligato* minus bene nunc exstat. idem Theb. IIII. 404 *Sic fata gelatis vultibus.* Claudian. II in Rufin. 151 *Stetit ore gelato intentus:* Iuuenalis Sat. VI. 95 *Timent pauidoque gelantur Pectore.* Lucanus lib. VII. 339 — *Stat corde gelato Attonitus.* libro VIIII. 681 — *Vultusque gelassent Perseos auersi.* pro riguissent. Statius Theb. IIII. 497 *Gelat ora pauor gressusque tremiscunt.* et XII. 168 *Vno vultus pallore gelati.* quae illic vera optimorum codicum scriptura est, non *notati.* idem *Glaciare* dixit Theb. X. 616 — *Stupet anxius alto Corde metu glaciante pater.* Claudianus libro II in Eutropium 164 *Cornua cano gelu mirantibus extulit vndis Rhenus et exsanguem glacie timor alligat Istrum.* vbi nihil mutandum, cum *gelu* praecesserit. Apud Valerium Flaccum quoque libro primo 48 *Serus fessos sopor alligat artus* recte se habet. quomodo et Seneca Hercule Furente 1079 *Sopor indomitos alligat artus.* et in illo Lucani libro primo 246 *Dirigunve metu: gelidos pauor alligat artus.* ita enim meliores libri. non *occupat.* Statius Theb. X. 274 — *Vt quemque ligatum Obruerat tellure sopor.*

552 *Ora cacumen habens*] *Obit* rectius in Berneggeriano, Langiano, Cantabrigiensi, et pro diuersa lectione in primo Gronouiano. alii nonnulli *habet.* verum proxime. lib. XI. 417 — *Buxoque similimus ora Pallor obit.* lib. VIIII. 290 — *Frigidus artus, Dum loquor, horror obit.* ita enim ex vestigiis veterum codicum videtur esse scribendum. vt et lib. VII. 775 — *Calidus vestigia pulvis obibat.* Valer. Flaccus lib. III. 179 — *En frigidus orbes Purpureos iam somnus obit.* Silius lib. VIII. 525 *Pectora pilis obit caesi venatibus vrsi.* et XVII. 492 *Fortissima quaeque Nomina obit ferro.* id est aggreditur ferro.

555 *Vt membra*] *Cum membra* vnus Heinsii. *Vt colla* Lousianensis.

560 *Ducibus laetis aderis, cum laeta triumphum Vox canet*] Inconcinna repetitio. Scribe vel inuitis priscis exemplaribus: *Te ducibus Latiis aderis.* certe in optimo Florentino *latis* a

Digitized by Google

manu prima legebatur. in vno Moreti *lectis*, triumphus enim proprie est Gentis Romanae, vnde Statius *Latium triumphum* vocat Lacrimis Etrusci. vide ad II Fast. 553. Sic *Latium ductorem* idem Domitianum vocat Propempt. Celeris. et *Latium ducem* lib. IIII. ad Marcel. et *Latium Parentem* lib. I Epith. Stellae et Epicedio Patris lib. V. *Mirandi Latii proceres*. et ibidem *Latii patres*. Eadem diuersitas inf. XIIII. 326 *Latii montes*. vbi codices alii *latis*. et 390 *Latiae siluae*. et ibi *latae*. 422 *Latii Agri*.

561 *Visent longas Capitolia pompas*] Malim cum duobus meis, et Scaligeri ac Iureti excerptis et Graeuiano codice *longe pompae*. nisi praeferendum *ducent pompas* cum Barberiniano Ep. Medeae. — *Pompam pater, inquit, Idson Ducet*. Sed altera scriptura praestat.

572 *Summisque aspergine siluis Influit*] *Impluit* Bernegger. pri. Ambros. Cantabrig. Thuan. aliique nonnulli. *summasque Siluas Impluit* eleganter optimus Florentinus Sancti Marci, Neapolit. secundus Mediceus, vnus Moreti, tres quatuorue alii praeterea, nisi quod in nonnullis *Impulit*. mendose. *Pluere* dixit Ennodius Epigr. XXXXVIIII. de fonte ex columnis erumpente: *En fine nube pluit, sub tectis imbre serenus, Et caeli facies pura ministrat aquas*. Auctor anonymus Fabul. Aesopicis: *Verbula ficca deus. impluę rore tuo*. Columella lib. II cap. VIII ex veteri codice: *Trebellius quidem asseuerat, priusquam impluerit* (vulgo *impleuerit*) *ab auibus aut formicis, fata non infestari, dum aestiuis serenitatibus ager auet, idque etiam saepius nos experti*, quae in vulgatis libris aliter leguntur. idem lib. VIIII cap. VII denuo: *ut ne impluant* (sic scribo) *imbres, et si forte tamen ingressi erunt* (lege ex membranis *tamen inceperint*) *non immorentur*. *Influere*, dicuntur fluuii in alium, vel in mare incidentes. de Ticino Gunther. Ligur. II *influit Eridanum*. et de Pado *Adriacas opulentior influit vndas*. et lib. V *qua rapidis primus Rhodanus maris influit vndas*. Festus Auienus: *Qua vagus aequor influit Eurotas*. et *Trinoque sinu vagus influit aestus vnam ad siculam molem*. sic apud Valer. Flaccum lib. IIII initio: *Dixit et arcam redolentem nectare rorem Depluit*. vt scribendum puto. *Detulit* nunc legitur. Propertius libro II Eleg. XX *Nec tantum Niobe bis sex ad busta superba Sollicito lacryman depluit e Sipylo*. in locus ille castigandus. *Tantum lacrymae*, vt apud Maronem III Georg. 81 *Nec de concussa tantum pluit ilice glandis*. *Depluere* in veteri libro Propertii extare Palmerius testatur. recte. Error autem Passeratius, qui *depluere* non alia opinatur significatione sumi, quam qua *degrandinare* et *detonare* sumitur, hoc est pluere definit. At Columella lib. X de Ioue: *Inque sinus mater violenta depluit imbre*. idem libro V. 9 *Namque depluens humor caecat oculum; nec patitur frondescere*. sic veterrimus codex. Festus Auien. Fab. IIII *Et gelidus nimias depluit imber aquas*. *Pluere* autem cum quarto casu iunxit interpres, vetus Euangelii Lucae cap. XVII. 29 *Pluit ignem et sulphur de caelo*. Ὑβρεκε πῦρ καὶ θεῖον ἀπ' οὐρανοῦ. Gunth. lib. IIII Ligur. *Et leuibus iaculis et quas pluit aer*,

Digitized by Google

ra sagittis. et lib. VIIII *undique tela pluunt.* et lib. X *suis*
uit aura sagittis Desuper. Stat. Saturnalibus: *iam bellaria ado-*
is pluebant. et Theb. VIII *stridentia funda Saxa pluunt.* Sed
ad *impluere* redeamus, Prudentius lib. II contra Symmachum:
ibulum ratibus mare finditur, impluit imber, Aura volat ve-
is, vegetatur mobilis aër. ita scribo. *influit* nunc legitur. Paul
odo et *perfluere* habes apud Tibullum libro I Eleg. X *At no-*
s Pax alma veni, spicamque tenento, Perfluat et pomis candidus
ue finus. vbi *perfluas* male circumfertur in vulgatis codicibus.
mpluere sic Cassiodorus lib. X cap. XXXVIIII Varior. *Limosi*
dagrae inundatione complutus. vbi doctissimus Pricaeus notis
Apuleium *complicatus. complutus* eleganter dixit propter acres
mores laborantium, qui instar pluuiae destillant. locus Apu-
i, qui virum eruditum decepit, exstat Met. V *Ego vero mari-*
m articulari etiam morbo complicatum curuatumque sustineo.
m scribendum sit *articulari morbo conflictatum.* ita passim lo-
untur optimi scriptores. recte igitur Cassiodorus *podagrae in-*
datione complutus. non dissimiliter Solinus c. X *Ita Naiades*
ndiderunt, compluti saepe ex illo casu imbre fanatili. Prudens
s de arboribus pomiferis Cathemerin. Hymno III *Arbor onus*
mefacta suum Decidua grauis imbre pluit. ita et *glandes de*
e pluere dicti paulo ante Maroni. Columella lib. X *Non ali-*
quam de quassa pluit arbore nimbus Vel serotis mali, vel
ae cortice glandis.

575 *In his residens*] *In hac* meliores, et *hae sedes* iidem paulo
te.

579 *Populifer Spercheus*] *Spercheos* et *Amphryson*, Graeca
unciatione, libri meliores. Σπερχειός, *Spercheus*, Ἀλφεός,
lpheus, Πανιός, *Peneus*, Δαφεός, *Daeus.* nam ita in anti-
issimis Curtii exemplaribus Medicea et Vossiana bibliothecae
ribitur. Ἀλεξανδρεία, *Alexandrea*, quomodo in veteri denario
nis Aemiliae scribitur, hinc *ripae Spercheides* lib. II. 250. et
. VII. 231 *Spercheidos undae* apud Nostrum ex fide veterum
mplarium, non *Sperchiadas*, quod est in vulgatis. apud Vir-
ium quoque II Georg. 487 *Spercheosque et virginibus bacchata*
caenis Taygeta veterrimus ille codex Mediceus exhibebat,
nd Auson. in Professoribus carm. VIII *Spercheus Grammaticus*,
omodo illic tam scripti, quam editi, libri agnoscunt. Vide plura
. XII, 262. In Lucani tamen et Claudiani plerisque membranis
rchius est. apud Statium quoque lib. III Silu. V. 85. sed vetus
lex: *Spercheia tumidus seruabat Achilles.* et Theb. IIII, 838
rcheusque minax. Achil. I, 102 *Sperchias abundat.* et 242
nis Sperchias aquis. vbi forte cum MS. Tiliobrogae *senior*
rchius legendum. nam cur *tenuis* dicitur, qui vt rapidissimus
scribitur a Statio lib. II Achil. 431.

580 *Eridanusque senex*] Naugerius notat in omnibus veteri-
s legi *Eridanus*, sed probat tamen *Apidanus*. Viuianus autem
omnibus suis et Planude adstruit *Eridanus*. nec aliter XXIII
SS. Ciofani, qui *Eridanum* probat esse in Thessalia ex Apollo-
ro. nostri quoque omnes *Eridanus*. sed vulgatam tuetur
Lucan.

Digitized by Google

Lucan. VI. 372 *It gurgite rapto Apidanus, nunquamque celer, nisi mistus Enipeus.* Error forte fluxit, quia et *Epidanus* a quibusdam scribitur, vt apud Vibium Sequestrum in *Melas* et *Phasix.* nisi et ibi *Apidanus* sit rescribendum. Vibius Sequester: *Apidanos Thessaliae Enipeum influit.*

585 *Nescit*] Lege cum vno Mediceo *nec scit.*

588. *Iuppiter illam*] *Iuppiter Ilo* nonnulli.

591 *Aut horum aut horum nemorum et monstraverat umbras*] Veterrimus Florent. Neap. Thuan. et antiquissimae schedae Lecdicenses: *Altorum nemorum, et nemorum monstraverat umbras,* quam lectionem Carolus Viuianus quoque ex peruetusto codice notauit, et ego vulgatae praeferendam esse censeo. secundus Palatinus mendose: *Du horum nemorum aut horum, et monstraverat umbras.* Forte: *Petit, direxat, umbras Ilo horum nemorum, et nemorum monstraverat umbras.* nam *Altorum* minus placet, cum *altissimus* versu proximo sequatur. similiter ea vox corrupta libro II. 691 et lib. VII. Posset et legi *dorsorum*, vel *solorum nemorum.* vt in illo Virgiliano lib. XI. 544 — *Inga longa petebat Solorum nemorum.*

598 *Confitaque arboribus Lycea reliquerat arua*] *Lircia liquerat* primus Vatic. Valer. Flaccus lib. IIII. 355 in hac eadem fabula — *Dominam Lircia tellus Antraque deprensae tremuerunt conscia siluae.* Graeuio quoque nostro *Lyrceia* probabatur. nam locus *Lyrceus.* vnde *Lyrcius.*

624 *Arisloredae Argo*] Lege *Areslorides.* Apollodorus lib. II de Argo: ἐν Ἀπολλωνίδῃ μὲν Ἀρέστορος λόγῳ υἱόν, Φερεκύδης δὲ Ἰνάχου. Idem tamen alibi Agenoris filium facit.

628 *Quocunque loco*] *Modo* meliores.

632 *Frondibus arboreis*] *Arbuteis* Berneggerianus. aliquanto rectius. Fast. VI. 155 *Protinus arbutea postes ter in ordine tangit Fronde, ter arbutea limina fronde tegit.* Malim etiam *amara vescitur herba,* quam *pascitur,* quod *pasci* paulo ante praecesserit. Horatius libro II Sat. III *Ac potius foliis parcus vescatur amaris.*

637 *Et conata queri mugitus edidit ore*] Scribe cum primo Palatino et vno meo *Conatoque queri.* Vrbinas codex *Conatoque loqui.* iam monui ad Epist. XIIII. 191.

639 *Venit et ad ripas*] *Venit et ad patrias* editiones nonnullae et scripti complures. vnus Basil. *Venerat ad ripas.* Puto: *Venerat vt patrias, vbi ludere saepe solebat, Inachis ad ripas.* vide Notas libro II. 638. Aliter tamen hunc versum citat Diomedes Grammaticus, et cum vulgatis facit, dissimulato tamen Nasonis nomine.

641 *Seseque exterrita refugit*] Rectius in multis *seque externata refugit. exterrita* iam praecesserat. lib. XI *Externata fugam frustra tentabat.* in Ibin 430 *Externati solis equi.* et infra lib. II *Consternantur equi* de Phaëthonte. ita enim meliora exemplaria. Apulei. Met. III *Externatus animi.* et in Apolog. *Ad obliuionem praesentium externari.*

647 *Si*

Digitized by Google

647 *Si modo verba superstes*] *Sequantur* iidem. Met. XI. 329 *Lingua tacet; nec vox tentataque verba sequuntur.* apud Maronem libro XII. 911 — *Non corpora nota Sufficiunt vires, nec vox aut verba sequuntur.* Statius Theb. XI. 602 — *Nec verba diu tentata sequuntur.*

654 *Tu non inuenta reperta es. Luctus eras leuior*] Nugantur Grammatici, qui ex hoc loco contendunt inter *reperire* et *inuenire* differentiam esse. Primus Laurentius Valla deprauatus deceptus lectione in sententiam suam detraxit Ianum Parrhasium, virum sane pererudituum, commentariis in Claudiani raptum Proserpinae praefat. v. 1, Erasmum in Matthaei cap. 1, H. Stephanum in Pseudo-Cicerone, aliosque. Quicquid obnituntur libri veteres, meo periculo scribe: *Tu non inuenta reperta Luctus eras leuior.* idque postea Pareum in Lexico Critico iam vidisse deprehendi. Tu cum nondum inuenta esses luctus leuior eras, quam nunc es inuenta. Vir summus Gerardus Vossius Instit. Orator. lib. IIII. 12 sic interpretatur: *Reperi filiam forma vaccae indutam, eoque filiam reperi et non reperi.*

656 *Suspiria ducis*] *Prodis* vnus Mediceus, vnus Basileensis, et vnus meus. nam *ducere* iam praecesserat paulo ante.

660 *Et de grege*] *Nunc de grege* nonnulli veteres, vt legibus metricis consulatur. Mox pro scribendum *sed nocet esse deo, non deum.* Vide notas in Elegiam de Nuce v. 107.

664 *Talia dicenti stellatus, submouet Argus*] *Moerenti* longe elegantius primus Moreti et octo alii: *Talia moerenti natum submouet.* in nonnullis *dicenti, querenti, miranti,* et similia. sed perperam. Silius libro XVII. 269 *Talia dum moeret, diuersis fatibus acta In geminum ruit vnda latus.*

667 *Partes speculatur in omnes*] *Speculetur* malim. atque in vno Mediceo a manu prima extabat.

677 *Dum venit, adductas*] *Abductas* scribendum vel inuitis libris, quod furacissimo deo conueniens. lib. II. 684 *Incustoditae Pylios memorantur in agros Processisse boues. videt has Atlantide Maia Natus, et arte sua siluis occultat abactas.* Pro *venit* etiam multi veterum *veit*, vel *vehit.* Puto *Dumque agit abductas*, vt cum sequenti versu haec construantur. Scriptum primo fuerat elisō τῶ *a*, *Dumque git abducta.* inde *Dum veit* postea factum. sic libro IIII. 100 — *Obscurum timido pede fugit in antrum? Dumque fugit, tergo velamina lapsa relinquit.*

679 *Hoc poteris mecum considere saxo*] *Poterus* cum melioribus. primus Moreti et sex septemue alii *requiescere saxo.* vt apud Maronem Eclog. I *Hic tamen hanc mecum poteras requiescere noctem.* ita enim legit Arusianus Messius in Elocutionum libello necdum edito, quem nos Neapoli aliquando descripsimus. Vulgati *hac poteris requiescere nocte.* Tibullus lib. III Eleg. VII *Quam vellem longas tecum requiescere noctes!*

694 *Ipsamque colebat*] *Ipsaque* castigatiores libri.

700 *Talia verba refert. Tibi nubere Nympha volentis*] Quae hic sequebantur *tibi nubere Nympha volentis Votis cede dei*, eiicienda

Digitized by Google

tienda esse, quod minime sint Latina, et praecipuam hujus narrationis venustatem subuertant, iam alii monuere. quibus nos subscripsimus, fidem et auctoritatem optimorum codicum secuti. Pro *plura referre* etiam *verba* reposuimus ex iisdem libris. Malim praeterea *referri*, si per scripta exemplaria liceat.

701 *Placidum Ladonis ad amnem*] *Citum Ladonem* Noster lib. II Fast. 274 vocat, et lib. Fast. V. 89 *rapacem*. quomodo igitur *placidum*? Recte vnus Mediceus et vnus Caroli Strozz. *Placitum amnem*. Vide Notas Fast. III. 652. Nisi *patrium* forte scripsit Noster, vt Ladonis filiam, Syringa faciat.

703 *Venerat*] *Venerit* cum Florentino Sancti Marci, primo Mediceo, primo Palatino, et tribus aliis. vt lib. XIII. 231 ex MSS. legendum: *Cum quibus isse vetro, per quas modo venerit vndas*. Deinde Cantabrigiensis optimus *hic illi cursum impedientibus vndis*. eleganter. non *illam*. *illa* secundus Mediceus. proxime verum.

710 *Hoc mihi colloquium tecum, dixisse, manebit*] *Consilium* plerique veteres. Scribe *concilium* cum Louaniensi libro, quam lectionem in duobus veterrimis exemplaribus Ciofanus quoque non intellectam monet extare. Nonnulli ex nostris *consilium*. *Hoc mihi concilium tecum manebit*; hoc me tibi conciliabit. de *conciliandi* verbo hoc significatu plura ad Nonium Marcellum vir summus Iosias Mercerus p. 96. Apud Maronem Aen. II. 88 in optimis membranis recte exaratum offendas: *Dum, stabat regno incolumis, regumque vigebat Conciliis*, hoc est foedere et amicitia regum vicinorum. vbi nos plura. *Concilio* contrarium *discidium*. Lucret. lib. II *Conciliis et discidiis exercita trebris*. vid. Notas ad v. 703 Remed. Amor. Sic apud Donatum *in concilium gratiae redire*, pro in gratiam redire; *nominis concilium, coloris concilium* similiaque apud Tertullianum de Pallio, vbi Salmasius videndus.

719 *Praeruptam rupem*] Durluculum hoc. quare *cautem* cum primo Moreti praeferam. vt apud Lucanum libro VI. 575 *Conspexere procul praeruptae in caute sedentem*. vel *molem* cum Patricii Iunii codice. Sic Epist. Phyl. II. 132 *Vltima praeruptae cornua mole rigent*.

726 *In pectore*] *In pectora* rectius liber Ioannis Sixii.

732 *Luctisono mugitu*] Plurimi veteres *multisono*. Forte *mutisono*. hinc *muta animalia*, et *vox muta*, pro incondita voce. Sic lib. XIIII. 289 de sociis Vlyssis in porcos muratis: — *Pro verbis edere mutum Murmur*. ita libri nonnulli. vt et paulo post 409 *Et lapides visi mugitus edere muios*. non *raucum murmur*, et *mugitus raucos*, cum vulgatis. *Multisonus* tamen auctor Querioli: *Atque hinc multisono cunctis latratu fremunt*. *Multisonum* quoque sistrum apud Stat. Propempt. Merii Celeris v. 103. et *multisonae catenae* lib. VIII Theb. *Effeta multisona* Claud. de mulabus Gallicis. Praecedenti quoque versu *tollens*, non *tendens*, meliores.

747 *Ni-*

Digitized by Google

747 *Niligena*] Rectius nonnulli *linigera*, vt iam monuimus Artis Amat. lib. I. 77. Plurimi *lanigera*. mendose. Mox pro *Hinc Epaphus malim huic* cum vno Rogerii Twisdeni, viri splendidissimi.

751 *Sole satus Phaëthon*] MSS. omnes hic et vbique *Pheton*. quidam *Pheton sole satus*. sic apud Manil. lib. I. 734 *Phaetontem patrio curru per signa volantem*. Varro apud Quint. I Inst. 5 *Tum te flagranti deiecit fulmine Phaeton*. *Faeton* quoque scribitur in vetustissimo illo MS. Epigrammatum Latinorum, vt in illo Luxorii V. C. Epigr. XXXVIII. et ita in vetustissimo codice apud Lucanum lib. V. 134 *Seu barbarica cum lampade Phaeton*, vbi vulgo *Pytho*. vid. Pier. ad Virg. Eclog. VI. 62.

757 *En ego liber, Ille ferox, tacui*] *Ille ego liber* longe efficacius libri vetustiores. quod alii iam monuerunt. Vulturnus apud Statium via Domitian. *Et nunc ille ego turbidus minaxque etc.*

761 *Ede notam tanti generis*] *Prode* Graeuianus. de qua locutione libro VI non longe ab initio adeantur notae. vbi *prodere foetum* pro *edere* vetustae membranae.

771 *Neget illa*] *Ipse* meliores.

774 *Contermina*] Vossianus et vnus Basileensis *confinia*. vt sit appositio. sic lib. XV. 195 ex MS. *Terraeque procul confinia vitat*. et v. 291 *Donec confinia pontus abstulit*. Inf. IIII. 66 *Paries domui communis vtrique*. pro quo MSS. habent *confinis*. II Pont. X. 17 *confinia sacra*. Statius I Theb. *Iamque per emeriti surgens confinia Phoebi*.

Digitized by Google

METAMORPHOSEON

LIBER SECVNDVS

3 *Cuius ebur nitidum fastigia summa tegebat*] *Tenebat* plerique veteres. et recte. Vide notas Fast. II. 465. III. 219. Met. XI. 257.

4 *Limine*] *Lumine* plerique veteres scripti. Sidonius tamen Epithal. Ruric. v. 23 videtur agnoscere *limine*: *Attollunt bifores argenti cardine valuas.*

11 *Nare videtur*] *Videntur* quatuor libri.

16 *Fluminaque et Nymphas*] *Et Nymphasque* Gryph. editio. Lege *Fluminaque Nymphasque*, Nasoniano more, cum vno Mediceo, qui habet *fluminaque Nymphas*. et ita Ciofanus ad lib. I. 193. incertum an ex MSS.

21 *Sua fert vestigia*] *Vertit vestigia* plurimi scripti. infr. 736 *vertit iter*. et IIII. 338 *simulatque gradu discedere verso*. et hoc libro 314 quidam scripti: *saltu in contraria verso*. XI. 547 *Patriae quoque vellet ad oras Respicere, inque domum supremos vertere vultus*. Viuianus etiam non male *ad patrios flectit vestigia vultus*. vt lib. XIII. 284 scripti quidam: *illa vestigia flexi*.

24 *Claris zmaragdis*] *Clara zmaragdo* Thuan. Barberin. aliique nonnulli. sic et *amethystus*. Auien. Descript. Orb. 132 — *Hique rubore Suffusas blando quaerunt campis amethystos*. Priscian. Perieg. 1022 *Purpureoque amethystus inest suffusa rubore*.

44 *Et illud Me tribuente feres*] *Vt feras* meliores. et mox *currus rogat*, non *petit*. vt inf. 183 et III. 288.

54 *Quae non viribus*] *Nec viribus conueniant* meliores.

57 *Contingere possit*] *Fas sit* praestare opinor, quod in nonnullis extat. multi *fas est*. Puto tamen *par est*, aut *par sit*, sic Lucretius frequenter. vt lib. IIII. 1227 *Saltitiaeque ibi sint damnet, tribuisse quod illi Plus videat, quam mortali concedere par est*.

62 *Et quid, Ioue maius habetur*] Meliores *habemus*. in Tristibus: *Maius apud Troiam forti quid habemus Achille?* lidem *agas* pro *aget currus*.

64 *Enituntur*] *Enitantur* cum Cantabrigiensi optimo.

66 *Fit timor*] *Fit* et *trepidat* vetustiores. quomodo et Seneca libro de Prouidentia agnoscit.

74 *Quid ages*] *Agas* Thuan. Cantabrig. secundus Palat. et sex alii.

76 *Vrbesque deorum*] *Domosque* duo Medicei et vnus Ambrosianus cum vno Thuaneo.

78 *Esse*

Digitized by Google

78 *Esse*] Vnus Moreti *Ecce*. vnus Palat. *Ire*. quatuor alii *Isse*. *Iter est ire*, pro eundum.

86 *Vbi incaluere*] *Vt incaluere* multi.

103 *Sapientius*] *Moderantius* Iunii. *moderatius* vnus Medic. et Basil. Ex Pont. lib. I Eleg. VIII *As nimium est quod amice petis, moderatius opta.*

104 *Propositumque premit*] *Tenes* vndecim libri veteres. recte, si quid video. lib. I Artis Amat. 470 *Lecturam spera, propositumque tene*. Cornelius Nepos vita Eumenis: *Itaque hoc proposito tenuit*. lib. X Metam. 405 Noster: *Propositique tenax, quodcunque fit, orat vt ipsi Indicet*. ita Horatius quoque lib. III Od. III *Iustum et tenacem propositi virum* dixit.

112 *Nitido ortu*] *Rutilo* primus Mediceus et tres alii cum Norico.

116 *Tum pater*] In optimo Florentino et Neap. erasa vetus lectio. *At pater* Thuan. et sex alii. *Quae patere* primus Palatinus, excerpta Theatinorum Romana, et quinque alii. *Quae patere* Langianus. *Pater* vix locum hic habet, cum mox sequatur *Tum pater*. Forte *Vt pariter terras mundumque rubescere vidit. Titan* nimirum, quod mox subiungitur.

126 *His saltem monitis parere parentis*] *Paterais* Bernegger. Thuan. et quatuor alii. Scribe *Si potes hic saltem monitis parere paterais*.

128 *Iubibere volantes*] *Volentes* plurimi veterum. sic apud Virgil. III Georg. 129 *Ipsa autem macie tenuant armenta volentes*. ita praestantissimus liber Mediceus. Apulei. Met. VI *Cui ne decorus quidem, quanquam volentium, potuerunt prodesse suffragia*. lib. VII *Virum magnanimae vinacitatis volentem, volentes accipio*. lib. VIII *Qui amoris languidi desidia tuas volentes amplexus disfrenciant*. Martial. VIII Ep. XXI ad Phosphorum: *Quid vapidum Titana tenes? iam Xanthus et Aethon Frena volunt, vigilat Memnonis alma parens*. Stat. libro I. 186 *Vbi fama volantem Ingratis Phrygios humeris subiisse molares*. et Theb. III. 432 *Qualis vbi Aeolio dimissos carcere ventos Trux prae se Neptunus agit, magnoque volantes Iniicit Argoo*. ita praestantiores scripti. nisi quod *Trux* pro *Dux* ex coniectura scripsimus. Theb. IIII. 692 *Ite volentes, ite in operta soli*. Theb. VI. 34 *Intemplo famulos premit hortaturque volentes Orba Parens*. Theb. VII. 387 *Venere volentes Aoniae populi*. et 665 *Moenia in haec vltro scopuli venere volentes*. et Achill. II. 128 *cogitque volentem*. Plura congessimus ad Sil. Italic. lib. XI. 445 et ad V Aen. Maronianae v. 219. Pro vulgata lectione facit Silius XVI. 321 *Magnaque volantibus Idem Voce loquuntur equis*. et Stat. Theb. VII. 82 *Sicut anhelabant, iunctis fudore volantes Mars impellit equos. Properent* etiam vnus meus.

142 *Polumque Effugit Australem*] *Effugito* est reponendum ex primo et secundo Palatino, primo Basileensi, et aliis tribus. Mox *Hac fit iter* Noricus, non *fit*.

138 *Ad anguem*] *In anguem* Twisdeni codex alter.

Digitized by Google

144 *Et fulget*] *Effulget* recte primus Gronouianus pro diuersa lectione. Posset et *en fulget* legi.

147 *Etiamnum*] Sic optimus Thuaneus.

153 *Interea volucres Pyroïs*] *Et Eous* Cantabrig. et quatuor alii. quomodo et Scholiastes Statii ad lib. III. 403 manu veterrima exaratus Vaticanae bibliothecae agnoscit.

157 *Copia caeli*] *Mundi* cum plerisque, recte. sic *moenia mundi* apud Lucretium saepe pro caelo. Graecis quoque κόσμος καὶ οὐρανὸς eiusdem non raro significationis. atque ita poëtae Latini passim. Solinus de Macedonia cap. XV *Admonet Phlegra, vbi rumor est militiam mundi dimicauisse cum Gigantibus. Militiam mundi* pro caelesti militia dixit.

159 *Obstantes scindunt nubulas*] Primus Regius et vnus Thuan. *findant*. sic lib. IIII. 718 *Et celeri fissum praecipes per inane volatu*. quomodo ex vestigiis veterum librorum scribendum.

165 *Sic onere insueto vacuos dat in aëre saltus*] *In aëra* nonnulli ex melioribus. deinde *onere* quoque *assueto* Florentinus Sancti Marci, primus Vaticanus, Cantabrig. secundus Palat. Vrbin. et duo aut tres alii. *onere assueto vacui saltus* eleganter dicuntur. nisi mauis reponi *onere assueto vacuus dat saltum curvus*. Stat. VI Theb. 519 *Cum domino vacuus prodiret Arion*. excusserat enim equitem. Senec. Hippol. 140 *Talis per auras non suum Agnoscens onus, Phaëthontea currus deuio excussit polo*.

168 *Quadriiuges*] Meliores *quadriingi*. Inf. X. 272. IIII Trist. II. 54.

177 *Tenebant*] *Trahebant* scripti nonnulli. optime hoc verbo tarditatem Bootae exprimit, qui non insidebat plaustro, sed sequebatur. vt Senec. Medea 314 *Non quae sequitur, flectitque senex Arctica tardus plaustra Bootes*. Claudian. I de Rapt. 280 *Tum fine supremo Torpentes traxit geminas, brumaque peracta Foedat, et aeterno constringit frigore telas*. vbi potuisset *iuncxit* dicere aut quid simile, sed maluit *traxit*, quia *torpentes* dixerat.

179 *Penitus penitusque iacentes*] *Patentes* Sancti Marci Florentinus, Thuan. Cantabrig. secundus Pal. sec. Mediceus et duo alii. Fast. IIII. 713 *Proxima cum veniet terras visura patentes Memnonis in roseis lutea mater equis*. Nihil tamen muto. sic apud Virgil. I. 225 *Despiciens mare velivolum terrasque iacentes*. Adi Notas lib. VIII Met. 750.

183 *Iam cognosse*] Meliores *iamque agnosse*. vt inf. IIII. 29 — *In quo materque paterque Agnosci posset*. Fast. III. 65 *Animos pater agnitus auget*. Epist. XVI. 90 *Regius agnoscor per rata signa puer*.

187 *Multum caeli post terga relictum*] *Relicti* si per libros veteres liceat. Certe vnus meus *relinqui*. Regius vnus *relinquis*.

189 *Fatum contingere non est*] Diu est quod *fato* vidi legendum, vt Graecismus sit τὸν θεόν, non licet. eam postea lectionem

Digitized by Google

nem ab optimo Berneggeriano confirmatam deprehendi. sic lib. VIIII. 385 Met. ex vestigiis vetetum librorum scribo: *Et quoniam fatorum est incumbere vobis.* Plura de hoc loquendi modo congessimus lib. II Artis Amatoriae, non longe ab initio.

196 *Scorpius*] *Scorpios* meliores. et ita citat Probus ad Virg. Georg. I. 35.

201 *Summo sensere iacentia tergo*] Alii *tetigere*, nempe reponendum *summum tetigere tergum* ex Neapolitano et Vrbinati. Claudian. II de Rapt. 197 *Mox vbi pulsato sonuerunt verbera tergo, Et solem didicere pati.*

209 *Combustaque*] *Ambustaque nubila*, non *combustaque*, meliores.

218 *Et tunc ficca*] *Nunc ficca* Vrbin. et itta alii.

239 *Quaerit Boeotia Dircen*] *Queritur* optimus Florentinus Vrbin. et decem aut duodecim alii, vt respondeat praecedenti *defluere*. ita enim codices vetusti, quotquot vidi. Facessat igitur, quod vulgatas superioris saeculi editiones insedit, *defluxere, defluere* ridicule Gifanius Ind. Lucret. in *flere* interpretatur: pro *flere desierunt*. Torrent. ad lib. I Od. XII Horatii pro *diffluxere* perperam capit, et *defiere* cum Gifanio male interpretatur. quod quam ineptum sit patet ex XIII. 689, vbi *flere* et *queri* coniunguntur, vt hic *defiere* et *queri*: —— *Nymphae quoque flere videntur. Siccatosque queri fontes.* Similis diuersitas lectionis est Fast. IIII. 460 *Et queritur foetus per nemus omne suos.* vt ibi codices. vbi vide quae notamus.

243 *Peneusque senex*] *Peneosque*, et mox *Maeandros* pro *Maeander*, et *Alpheos* pro *Alpheus*, castigatiores, et *Taenarius Eurus*, non *Thenareus*. Θηναρίος Graecis. *Alpheos* quoque apud Senecam Medea, et bis Thyeste, scriptum in optimis membranis extat.

247 *Mygdonius Melas*] Puto *Meles*, qui Smyrnam praefluit. unde Homerus Μελησιγενὴς dictus, quod prope Meletem progenitus esset, testibus Herodoto et Plutarcho. Sed et Μελησιγενὴς Μοῦσα Musas Homeri inde Meleager in epigrammate deduxit: et *Meletea chartas* pro Homericis scriptis Tibullus IIII. I. 200 *Posse Meleteas nec mallem mittere chartas.* quanquam Meletis ipsum faciunt siue fluminis Smyrnael, siue ciuis Colophonii. *Praecipuum Inter Asiatica flumina amnem Meletem* vocat Solinus cap. XXXX. vbi etiam codices vetusti constanter *Melas* pro *Meles*. *Smyrna amne Melete gaudens* Plin. lib. V. 29. Statius Achilleid. I. Lucani: *Nunc tollat reflues in astra fontes Graiae Thebicolor Melete Baetis.* idem denuo Lacrymis Etrusci: *Smyrnaei gentile solum, potusque verendo Fonte Melus, Hermique vada, quod Lydius intrat Bacchus.* vbi etiam *Melas* in nonnullis Vrbinatis exemplaribus est inuenire. Fuit et Smyrnaeus Bion bucolici carminis poëta suauissimus. vnde Moschus in eius epicedio Meletem ποταμῶν λιγυφώνοτατον dixit: Τοῦτό τοι, ὦ ποταμῶν λιγυφώνοτατε, δείκτορον ἄλγος, Τοῦτο, Μέλη, νίον ἄλγος. ἀπώλεσε τὸν Ὁμηρον. Certe extant etiamnum veteres nummi, qui Homerum reddunt ab vna parte, ab altera Meletem fluuium

Digitized by Google

lyra instructum, cum hac inscriptione ΑΜΑΣΤΡΙΑΝΩΝ. ΜΕΛΗΣ. Cuius notae vnum peruetterem fibi visum monet apud Fuluium Vrsinum vir disertissimus Marcus Antonius Muretus Varr. Lect. libro XII cap. XV, quem Vrsinus ipse inter imagines Virorum Illustrium abs se publicatas editionis Romanae curauit exprimendum. Non dissimili modo Nilus in nummis Hadriani Augusti sistrum quatit, ob Isiaci sacri Aegyptiis proprii ac solemnis religionem. Fuit et Q. Calaber, patria Smyrnaeus, sed longe Homero et Bione recentior. fuit et Apollonius Smyrnaeus, cuius epigrammata complura in Anthologiae voluminе exhibentur, vt et Agathias. Vide Aristidis Orationem de Smyrna. Videtur tamen et *Melas* dictus fluuius. Certe Arnobius libro IIII *Quis nescius in Arcadia tribus et decem vincum? Nonne Melae fluminis filius.* hoc est, Homerus. de Marte autem est sermo.

249 *Thermodoonque citus*] Scribe *Thermodonque*, vt est in nonnullis antiquis. Θερμώδων. nam Θερμοδὼν legi carminis hexametri repugnat.

250 *Ripae Sperchiades ardent*] *Sparcheides* constanter in vetustioribus. et recte. vide quae notaui supra ad lib. I. 579. sic et apud Statium II Achil. *Nec minus egressae thalamis Scyreides ibant*, non *Scyriades*, vt recte animaduersum Gronouio ad illum locum.

252 *Celebrabant carmine ripas*] *Celebrarat*, vel *celebrarunt*, in melioribus.

257 *Hebrum*] *Hebron* pro diuersa lectione veterrimus Neapolitanus. et *Tybrin* Regius primae notae.

264 *Exsistunt montes*] *Exiliunt* in vno Leidensi et vno Ciofani. sed τὸ *Dissilit* praecesserat. alius Leidensis *Emergunt*. In nonnullis *Apparent*. Silius libro primo 582 *Herculei ponto coepere exsistere colles*.

268 *Exanimata iacent*] *Natant* meliores. et mox *tepidis antris*, pro *vndis*. nec dubita, quin vere.

271 *Atris ignes*] *Aestus* quatuor antiqui. Mox pro *tumefactaque* in melioribus *contractos*. vt aquas pelagi innare constat ex fontibus vndique contractis.

275 *Sustulit omniferos vultus*] *Omnitenens* ex scriptis Gifanius indice Lucretiano in voce *omniparens*. et sic Langianus, *oppressos* Florentinus S. Marci. Thuaneus *omniparens*. vt *terra omniparens* Lucretio non semel dicta, παμμήτωρ· sic *omniparens Olympus* Virgilio. et apud Val. Flaccum *omnitenens Sol*. Duo alii *omniferos*. forte *omniparos vultus*. sic *gemellipara diua* Met. VI. *frugipari foetus* apud Lucretium initio lib. VI. quomodo illic optimi duo Vossiani codices. et *floriparus ver* Ausonio in Idyllliis. ita γαῖα πανγενέτειρα in oraculis Sibyllinis, Nonnio παγγενέτειρα, ἀμπλεκέτειρος, ζωίτειρος, πολυσίγνητος, et similia. Tres veteres *horriferos*. an *herbiferos*, vel *herbiparos*? sic *herbiferi colles* initio lib. XIIII. Zulichemianus *omniferos* primus et secundus Palatinus cum primo Vaticano, Neap. aliisque

Digitized by Google

que nonnullis *igniferos*. Cogitabam aliquando *auctiferos vultus*. vt Ciceroni: *Iupiter auctiferas lustrauit lumine terras*.

278 *Sacraque ita voce profatur*] *Siccaque* Vrbinas et vnus Ciofani. elegenter.

284 *Inque oculis fumum: volitant super ora fauillae*] Mirus hic denuo scriptorum exemplarium dissensus, quem accuratius piget recensere. Vetustiores tamen *Inque oculis tantum, tantum super ora fauillae*. quod placeret, nisi meminissem τὸ *ora* mox praecessisse. nonnulli *Inque oculis tantum, volitant super ora fauillae*. vel *volitantque per ora*. vnus meus *Inque oculis fumi tantum. super ora fauillae*. Scribe: *Inque oculis fumi tantum, tantumque fauillae*. τὸ *tantum* neglexerat repetere librarius, solemni errore, vt alibi monuimus. hinc versui fulciendo tot lectiones exstat.

289 *Vobis quoque tura ministro*] *Quod thura* omnino concinnius in vno Patauino.

294 *Circumspice vtrinque*] *Vtrumque* melibres. nempe polum. et *violauerit* pro *violauerit*.

310 *Demitteret*] *Dimitteret* scripti.

311 *Dextra libratum fulmen ab aure*] Notat Eustathius in Homerum, triplicem iaculandi modum, παρὰ μαζὸν, παρὰ τὸ δεξιὸν ὦτιον, παρὰ ὦμον, *A mamma, a dextra aure*, et *ab humero*. addit Propertius et *ab femore* (sed hoc equitantium proprium). si tamen integer est Propertii locus lib. IIII. 10. 43 *Illi virgatis iaculanti ex inguine braccis, Torquis ab incisa decidit vnca gula*. sic scribendum videtur. *Illi iaculantis ab agmine* castigabat magnus Scaliger. vt ἐγκαταῖος dictum sit *illi* pro *illius*. Sed ignoscat mihi genius viri incomparabilis; non opinor Acciano aut Pacuuiano more locutum Propertium. Persius Sat. V dixit: *Vulnera seu Parthi ducentis ab inguine ferrum*. at vero hoc de ense Parthorum aptius intelligetur contra mentem interpretum.

312 *Rotisque expulit*] Editio Gryphii et Aldi *exuit*. quod et in plurimis codicibus exstat. lib. XII. 779 *Digna animum posuit gestisse exuit arma*.

314 *Consternuntur equi*] *Consternantur* cum antiquioribus. Statius Theb. VII. 129 — *Hostesque propinquos Adiurat, turmasque metu consternat inani*. ita optime vetustissimus codex. male vulgo *consternit*. nec aliter agnoscit Eutyches Grammaticus, qui hunc versum Statii citat. Ipse Ouid. V Fast. 310 *Cum consternatis diripereris equis*. et ita saepe Liuius *consternatos equos* dixit. vt lib. VIII. 39. XXI. 33. et Silius XIII. 134 — *pauidoque petebat Consternata fuga positos ad moenia campos*. Flor. I. 18 *Consternati equi fugam stragemque late dederunt*. lib. IIII. 8 *Ens Elephanti bellorum rudes, et nuper a silua, consternati subito clangore*. scribo *et nuperi a silua, consternati*. *Nuperi* pro recentes. Sallust. Histor. I *Equi sine vectoribus exterriti aut saucii consternantur*. vide Notas lib. I. 641. Et *saltu facto*, non *verso*.

Digitized by Google

325 *Colla iugo eripiunt*] Lege *colla iugo excutiunt*, non *eripiunt*. fortius illud enim. Curtius lib. III. 2 *Iamque qui Darium vehebant equi, confossi hastis et dolore efferati, iugum quatere, et regem curru excutere coeperant.* idem lib. IIII. 13 *Equi crebra iactatione ceruicum non iugum modo excusserant, sed etiam currus euerterant.* et lib. VIII. 14 *per lubrica et inuia immissi currus excutiebant eos, a quibus regebantur.*

324 *Fumantiaque abluit ora*] *Fumantia corpora* denuo habet versu proximo. quare *Spumantia ora* cum primo Mediceo rescribebatur, vt de equis intelligamus. lib. VI. 226 — *dum certus flectit in orbem Quadrupedes cursus, spumantiaque ora coercet* lib. VIII. 33 — *stratis infignia victis Terga premebat equi spumantiaque ora regebat.* Virgil. lib. XII. 372 — *spumantia dextra Ora citatorum dextra contorsit equorum.* Certe Noricis *spumantia flamma corpora* versu proximo agnoscit. Similiter peccatum lib. XIII. 363 et V Fast. 510.

326 *Signant quoque carmine factum*] *Signantque hoc carmine saxum* cum duobus Leidensibus. alii multi ex melioribus *signant quoque saxum*, proxime verum. lib. VIII. 540 *Affusaque iacet tumulo, signataque saxo Nomina complexae lacrymas in nomina fundunt.* sic et *aquas nomine signare* Trist. I Eleg. I. 90. Lucanus libro VIII. 771 de Pompeii busto: *Interea parua signemus littora saxo.* Lactantius Elegia de Phoenice: *Protinus exfculpunt sacrato in marmore formam, Et signant titulo remque diemque nouo.* infra lib. XII. 23 MSS. quoque habent: *Fit lapis, et signat serpentis imagine saxum.*

327 *Hic situs est Phaëthon*] *Siti* proprie mortui et sepulti dicebantur. Hinc *siticines* dicti, quod apud vita functos canere essent soliti. Gellius Noct. Attic. libro XX cap. II. Apud Lucanum VIII. 793 *Hic situs est Magnus, placet hoc, Fortuna sepulcrum.*

329 *At pater obductos*] *Nam pater* vetustiores. et recte. sequitur enim *At Clymene.* sic libro VI. 271 *Nam pater Amphion* et lib. XII. 741 *Nam pater occiderat.* plurimi alii huc etiam alludunt, in quibus *Iam pater.*

340 *Nec minus Heliades lugent*] *Fletus* scribendum cum Vossianis, tertio Mediceo, primo Palatino, vtroque Hamburgensi priori Erfurtano, et aliis vndecim.

346 *Phaëthusa*] Fulgentius lib. I Myth. c. XV *Arethusam* vocat. vbi recte viri docti *Phaëthusam* reposuere.

356 *Nisi quo trahit*] *Trahat* meliores.

359 *Teneros ramos abrumpit*] *Abrumpere* rectius Vrbinas Barberinianus, et vnus Moreti.

363 *Venis*] Vrbinas a manu prima et sec. Mediceus *verti* ita etiam infra 827 *versat* in eodem codice Mediceo. Fort legendum *repit*, vel *serpit*, quod ibi Strozzae codex vnus exhibet.

365 *Lucidus amnis*] *Luridus* Vossii codex. sic apud Claudian. III Rapt. 31 quidam codices *Lucida cauities*, alii *lurida*. Nec

Digitized by Google

ster III Art. Amat. 204 *Lucidus Cydnus*. Ita Graecis λευκός. vid. Vulcan. ad Callim. in Iouem 19.

374 *Longe*] *Longum* rectius alii. Mox pro *Pema latus velat octo* ex praestantioribus *vestit*. Virgilius in Cirì: *Marmoreum tolucri vestiuit tegmine corpus*. Dracontius Hexaëmero: *Et nouo subuestit reparatas pluma volucres*. Pari modo *vesticipes*, et *inuestes* pueri, qui pubentes et impubes, vel etiam Venereis rebus initiati aut expertes Veneris, de quibus ad Festum Scaliger, et ad Apulei Apologiam Casaubonus p. 179. 180. Barth. ad Claudian. p. 26.

382 *Cum deficit orbi*] *Orbem* recte Florentinus S. Marci et vnus ex meis cum priore Hamburgensi. alii *orbe*, magno numero. Adi Notas Amor. lib. I Eleg. VIII. 93. Apud Tibullum quoque libro III Eleg. IIII videtur scribendum de somno: *sollicitas deficit ille domos. aute domos* nunc circumfertur. et apud Silium X. 192 *non hasta viros, non deficit ensis*. cum contra mentem eius *viro* nunc circumferatur. Seneca Herc. Oet. 46. *Terra deficit gradum*. vbi male *gradu* substituunt, et male etiam *deseruit*, vt editio Commelin.

385 *Officiumque negat mundo*] Malim *negans*.

392 *Ignipedes equorum*] *Ignipedes equi* nescio an recte dicantur. quare fuit cum *aenipedum* rescribi debere censerem. quale mendum et ex Martiali sustulimus Notis ad Epist. VI. 32. Sed Statius initio Thebaidos de Phoebo: — *ignipedum frenator equorum*. Prudentius tamen libro I contra Symmachum v. 350 de Solis equis: *Cernuat ora senex barbatus et oscula figit Cruribus aenipedum, si fas est credere, equorum*. quomodo illic constanter editi ac scripti codices. nisi quod *aeripedum* in nonnullis. quanquam illic de Solis statua agitur aenea. vide notas ad Epist. VI. 32. Quidam tamen scripti meliores, quos inter Florentinus S. Marci, Neap. Thuan. Bernegg. *igniferum*. Simili modo lib. VII. 556 *igni* erat exaratum pro *aegre*.

398 *Colligit amentes*] Mihi trium horum versuum fides nonnihil est suspecta, tertii inprimis. Pro *dulcis* alter Regius *domans*. duo alii *furens*.

406 *Audentia labi flumina*] *Audacia labi* vnus Vossianus. sic apud Horatium I Od. III — *audax omnia perpeti fallax Iapeti genus*. et apud Senecam Hercule Furenti 547 *Audax ire vias irremeabiles*. et *audax scandere fluctus* Statio Thebaidos lib. II. vt ibi recte meliores Codd. et Edd. male Luctatius *ausus*. sed Lactatius MS. *audax*. Silius lib. I. 409 *Audax in fluctu laceras rapere carinas*. et III. 321 *Audax naufragia et praedas auertere ponto*. vt ibi legendum. vulgo *auellere*. Pedo Albinouanus de Romanis: *Per non concessas audaces ire tenebras*.

412 *Vbi fibula vestem*] *Cui* in multis veterum. alii non pauci *sed*. nouem *huic*. nil muto.

424 *Sunt o sunt iurgia tanti*] *Sunt o tua iurgia tanti* Bernegg. duo alii *sua iurgia*. in qua locutione multus est Nostet.

437 *Superum petit aethera victor*] *Superum aethera*. Silius libro VIII *Haec postquam in tristes Italum Saturnia pugnas Hor-*

Digitized by Google

sacra est, celeri fugarum petis aethera curru. Ita Ennius *superum lumen* apud Macrob. lib. VI. 1, et Lucretius notante Columna p. 95.

446 *Numerumque accessit ad harum*] *Numerosque* Florentinus S. Marci. sic in Amoribus lib. III. 9 *Auxisti numeros, culte Tibulle, pios.* vide Notas ad Epist. VIII. 24.

454 *Cum dea venatu*] *Venatrix* rectius in nonnullis antiquis. Minucius Octauio: *Diana est interim alte succincta venatrix.* Sic puella *venatrix* lunen. Sat. XIII. 80 *Per calamos venatricis pharetramque puellae.* Hinc "Αρτεμις ἀγροτέρα.

459 *Tingamus corpora*] Opinor Nasonem scripsisse *tingamur*, quales Graecismos in deliciis is passim habet. vid. inf. 822.

471 *Scilicet hoc etiam*] *Hoc unum* multi. alter Regius *hoc unum restabat adultera, nobis?* nam *vt dixit* mox denuo sequitur. Deinde *adimam tibi nempe*, pro *namque*, meliores.

476 *Aduersa prensis a fronte capillis*] Plerique veteres *arreptam*, vel *aduersam*. Florentinus S. Marci *auersam.* duo alii ex melioribus *auersa*. Lego *arreptis aduersa fronte capillis.* lib. IIII. 558 *Huius vt arreptum lauiabat vertice crinem.* nisi magis *arrepta prensis a fronte capillis.* vt lib. VIIII. 117 — *Prensamque ipsis dea saeua capillis Traxit.*

482 *Neue preces animos et verba precantia flectant*] Non video quid inter *preces* et *verba* interfit *precantia.* Quare censeo scribendum: *Neue truces animos per verba precantia flectat.* Art. Amat. II *Prima truces animos fertur mollisse voluptas.* Stat. Theb. XI *Ite truces animae, funestaque Tartara leto. Flectere feros animos* dixit similiter Noster Epistola Phaedrae. in Catalectis Pithoei de Ratione Tabulae p. 46 *Flecte truces animos; vt vere ludere possis.* perperam *Plecte* illic legitur. in vno tamen meo *verba superflua dicas.* Forte *verba superflua ducant.*

496 *Iguara parenti*] Cum Langermanniano, Barberiniano, et duobus aliis, *parenti*, pro *parentis*, rescribendum. lib. VII. 404 *Iamque adorat Theseus proles iguara parenti.*

497 *Ter quinque ferens natalibus annos*] *Fere natalibus actis* prior Erfurtanus, Cantabrig. Langermann. et Calandrae excerpta. quod probum est. idque in suis Constantius Fanensis quoque inuenerat. vide ad Epist. XVIII. 59. Vulgatum an satis Latinum sit dubito. Sic Scaligero non immerito displicebat in Chronico Eusebiano ad Ann. MDC *Aristoteles* XVIII *geron aetatis annum.* Fast. II. 183 in hac fabula: *Iam tria lustra puer furto conceptus agebat.* inf. VIII. 242 *natalibus actis bissenis.* et XIII. 753 *et octonis iterum natalibus actis.*

503 *Propiusque accedere fugit*] *Accedere auenti* bene Cantabrig. secundus Palat. primus Mediceus, Vrbin. prior. Erfurt. et sex alii, vt cum sequentibus haec cohaereant. verbum id Lucretio familiare. apud Horatium lib. II Sat. VI — *vrbis auentes Moenia nocturni subrepere.*

513 *Sedibus hic adsim*] *Huc adsim* rectius nonnulli cum interrogationis nota. Mox *Mentior* probe Louaniensis liber, pro *Mentior.*

Digitized by Google

Mentior. vide de hac locutione, quae infra libro III. 271 notamus.

517 *Spatioque breuissimus ambit*] *Exit* Barneggerianus, Rottendorphii, Thysii codices, et fragmentum Cantabrig. venuste, cum quarto casu Virgilius etiam posuit non semel. Statius Theb. VI. 799 — *venientem eludit et exit Sponte ruens.* et lib. II. 138 — *aethera tardo Lucifer exit equo.* ibid. 731 *Turbidus obiectas Achelous Echinadas exit.* Fulgentius Astronomico: *metam Sol eminus exit.* Virgil. lib. V. 438 *Corpore tela modo atque oculis vigilantibus exit.* VIII. 65 *Hic mihi magna domus celsis caput vrbibus exit.* XI. 750 *Vim viribus exit.*

518 *Est vero cur quis Iunonem laudare nolit*] Multi veterum *Est aliquid.* Putem *Estne aliquid.* Florentinus S. Marci *Est vero, quis qui.* Forte *Estne ergo quis qui.* Sed nil videtur mutandum. Lactantius libro primo de falsa religione cap. XVIII *Est vero, cur quisquam derelinquat eum, qui terram cum animantibus, caelum cum astris et luminibus exorsus est, vt eum veneretur, quae telam docuit ordiri.* ita scripti codices, vbi inculcauerunt *est vero causa.* Mox *prosim* rectius, quam *prosum*, Rottendorph.

520 *O ego quantum egi*] *Ecce ego* tres antiqui. vnus Mediceus *Ergo.* vnus Patauinus *Eu ego.* Forte *Eia ego*, vel *Euge ego.* nisi quod tres alii *En egi.* recte, ni fallor. *ειρωνικῶς.*

526 *Socerumque Lycaona sumit*] *Sumat* plerique veteres. et cum scribatur cum quinque *collocet.* et *ducat* pro *ducit* cum tribus aliis.

529 *Sideraque in caelum*] Optime *caelo* egregius Thuaneae bibliothecae codex cum secundo Mediceo, Neapolitano, Vrbinati, et duobus aliis. est autem per appositionem dictum *caelum*, *stupri merces.* Pont. lib. III Eleg. III *Pro quibus exilium miseris mihi reddita merces.* Plurimus est in hoc loquendi modo Noster. Dictys Cretensis libro II. 18 *tum Polydorus Priami filius, quem rex vecens natum clam omnes homines alcudum transmiserat, merces pacis ab eo traditur.* ita vetustus codex, qui penes me exstat. a vulgatis abest *clam omnes*; quod perquam elegans. lib. I. 22 *quibus peractis sedata lues, instarque aestiui temporis reseratum* (lege ex V. C. *serenatum,*) *est caelum. caeterum virginem Achilles atque hi qui sacrificio* (V. C. *sacerdotio* rectius. nam praecesserat) *praefuere clam omnes Regi Scytharum, qui eo tempore aberat, commendauere.* vbi idem vetustus codex *clam omnes*, cum τὸ *clam* et sextum et quartum casum regat. vid. infr. 701. III. 625. et ita saepe etiam Velleius Paterculus. vide notas ad Epist. VI. 146.

531 *Habili Saturnia curru*] Scribe *agili*, quicquid membranae veteres dissentiunt. Ponticis lib. II. 10 *Effeda nos agili fine tulere rota.* *Leuem currum* saepe alibi dixit. Seneca Medea 787 *Video Triuiae currus agiles.* Haec iam scripseram typographo traditurus, cum in codice membraneo Graeuii nostri *agili curru* exaratum offendi.

533 *Pauonibus pictis*] Quidam *iunctis.* etiam non male. X. 708 *iunctisque pari aurea cygnis Carpit iter.* XIIII. 597 *Pargue leues auras*

Digitized by Google

aurus. iunctis iuuencis columbis. iunctis oloribus Horat. III. Od. XXVIII. *iunctis iumentis vectum* Corn. Nep. Timol. Virgil. Aeneid. III *Et iuncti curruum domuae subiere leones.*

542 *Larissaea Coronis*] Phlegyae filia, vt Pindarus Pyth. od. III. Homerus hymno in Aesculapium, Antoninus Liberalis Metamorphosi XX. ex Boei Ornithogonia, oraculum Apollinis apud Pausaniam Corinth. lib. II, Apollodorus, Hyginus fab. CLXI et CCII, et alii testantur. vt soror Ixionis fuerit, qui etiam Phlegya hoc natus, teste Seruio ad Aen. VI.

553 *Pallas Erichthonium*] Quia breuiter perstringit hanc fabulam Noster, sit interpretis loco Lactantius libro de Falsa Religione cap. XVI *Cum Vulcanus diis arma fecisset, eique Iupiter optionem dedisset praemii, quod vellet, postulandi, iurassetque, vt solebat, per infernam paludem, se nihil negaturum; tum fabercludus Mineruae nuptias postulauit. Hic Iupiter optimus Maximus tanta religione constrictus abnuere non potuit: Mineruam tamen monuit repugnare, pudicitiamque defenderet* (malo *repugnaret pudicitiamque defenderet*) *Tum in illa colluctatione Vulcanum in terram profudisse aiunt semen, vnde sit Erichthonius natus: idque. illi nomen impositum ἀπὸ τῆς ἔριδος, καὶ χθόνος, id est ex certamine atque humo. Cur igitur virgo eum puerum cum draconе conclusum et obsignatum tribus virginibus Cecropidis commendauit? Videlicet, puto, incestum, quod nullo modo possit celarari.*

555 *Gemino de Cecrope natis*] Non potuit concoquere τὸ *gemino* Capoferreus, variisque coniecturis locum exagitauit. Atqui Cecrops Διφύης cognomento dictus, quod Ouidius expressit τῷ *gemino Cecrope.* quomodo infra *geminique tulit Chironis in antrum.* D. Hieronymus Chronico Eusebiano ad annum CCLX *Primus in Attica regnauit Cecrops, qui et Diphyes.* mox addit: *dicebatur autem Diphyes, siue ob longitudinem corporis, siue id circo, quod cum esset Aegyptius vtramque linguam sciebat.* vbi vide annotata a magno Scaligero, vt et Meursium de Regno Attico. alii alias huius nominis causas protulere. Statius propemptico Metii Celeris: *Hinc mihi Proteus, geminoque hinc corpore Triton Praenntet.*

556 *Seruandam dederat, sed inconfessa quid esset*] *Seruandam* probe meliores. praeterea nonnulli *sed non confessa.* Bernegger. tamen *inconfissa.* duo *nec eis confessa.* alii *sed enim inconfessa.* caeterum a priore Regio, priore Erfurtano, et aliis duobus abest hic versus. et est profecto tollendus, quod adstruunt primus Vaticanus, Vrbinas, et sex alii, in quibus versu proximo *Hanc legem dederat* pro *Et legem dederat* scriptum occurrit. Si versum hunc admittis, proximo legendum *Et legem addiderat,* ne quem offendat odiosa repetitio τοῦ *dederat.* sed praestat omnino deleri versum, quem dixi.

560 *Nodosque manu diducit*] *Deducit* veteres plerique. an *seducit?* Mox *at intus*, non *et*, Iunianus.

567 *Me petiit. ipsa licet hoc ex Pallade quaeras*] Hic denuo mirifice turbant libri veteres. piget diuersas lectiones adscribere, quod constet vulgatam esse incorruptam. Non pertinet nimi-

rum

Digitized by Google

rum ferre, producî postremam in *petiit* syllabam, inscitî librarii. hoc errori ansam dedit. Atqui nihil magis vsitatum optimis poëtis esse, atque adeo Nasoni ipsi, iam supra ostendimus lib. I. 114.

583 *Radices fixerat imas*] *Egerat* meliores magno numero. quod magis Latinum. Remed. Amor. 106 *Et mala radices altius arbor agit.* Inf. III. 254 *Virgaque per glebas sensim radicibus altis Tuta surrexit.* Varro Catone, siue de liberis educandis, apud Nonium Marcellum: *ab huiusmodi lusionibus radices crudelitas egere solet.* Cicero de Officiis libro II *Vera gloria radices agit, atque etiam propagatur.* Columella lib. III cap. XI *Quae natura quaecunque gignuntur, non penitus, nec profundum radices agunt.* sic vetustus codex, non *in profundum. profundum* pro *profunde.* lib. III cap. VIII *Euenit, vt vinea summa parte terrae radices agat.* denuo cap. XII et XV, atque ita passim. *Ita germen agere* Auson. Epist. XIIII.

587 *Sed summa*] Malim *Et* cum Arondelianis.

600 *Amantis*] *Amanti* malim cum quarto Palatino, vt Phoebum intelligat. quem et v. 612 *amantem* vocat.

603 *Arma assueta capit*] *Rapit* Mediceus vnus ex melioribus, quod impetum indignantis animi pulcre exprimit. lib. V. 64 — *Quos ille tetenderat arcus Arripit.* Artis lib. III — *Inueniliter arcum Corripit.*

605 *Indeuitato*] Malim *non euitato*, vt VI. 234 *non euitabile telum. transegit* quoque vnus Bononiensis.

615 *Nec non arcumque manumque*] *Nerumque arcumque* Vrbinas, et pro diuersa lectione Cantabrigiensis. sed nihil necesse.

619 *Regnumque parari Vidit*] *Sensit* Scholiastes Statii lib. VI Theb. 384. et mox pro *Ora licet lacrymis, Ora decet* idem Scholiastes. quod Basileensis vnus confirmat. in Fastis lib. IIII — *Neque enim lacrymare decorum est.*

620 *Supremis*] Codex Neapolit. *suppostis.* ita Auien. Fab. XXXVII *Vouerat astrictus quondam per proelia miles Omnia suppositis ignibus arma dare.*

627 *Iniustaque iusta*] *Iniusteque iusta* aliqui codices, male. sic *inuptas nuptias* dixit apud Ciceronem vetus Poëta lib. I de Orator. et prima Philippica c. II *insepultam sepulturam.* quo loco illum Euripidem imitatum fuisse notant viri docti, qui in Phoenissis dixit Τάφος ἄταφος. sic Eleg. in Drusum v. 54 *Saeuit, et iniustum ius sibi vbique facit.* et V Trist. X. 43 *Adde quod iniustum rigido ius dicitur ense.* Sidon. II Ep. VIII *iniuste tibi iusta persoluta.* sic *secura cura* inf. lib. XIIII. 490 ex MSS.

632 *Consistere eorum*] *Considere* Neapolitanus et Mediceus secundus. vt iam libro I. 307 diximus. et sic forte legendum libro XI *Nec tamen hac profugum considere Pelea terra Fata sinunt.* vt apud Virgil. I Aen. 572 *Vultis et his mecum pariter considere regnis.* et IIII. 39 *Non venit in mentem, quorum consederis armis?* Propertius I Eleg. VIII. 25 — *Licet Atracias consederis oris.*

Digitized by Google

636 *Nympha Chariclo*] Ita Politianus et Naugerius ex Pind et Scholiaſte Apollonii. Antea legebatur *Cayci*, quod in ple que ſcriptis extat, idque miror Viuiano arriſiſſe. *Chariclo* dec noſtri ex melioribus. quod et alii ante nos in ſuis exemplari inuenerant. vnde exigua mutatione *Chariclo* nata. ſecundus Pal *Charipto*. quinque *Cariſto*, *Cariſſa* Cantabrig. Alia Chariclo C limachi et Apollodori, quae Tireſiam ex Euere peperit.

637 *Fluminis in rapidi ripas euinxa*] Cenſeo ſcribendum *F minis in patrii ripis*, vt fluminis filiam fuiſſe deſignet. ſic l IIII. 449 *Hic tibi, dum ſequitur patrios curuamina ripae, Cog ta Cyanee.* Epiſtola Hypermneſtrae de Ibne XIIII. 89 *Conſti in ripa liquidi noua vacca parentis, Cornuaque in patriis non f uidis aquis.* et de eadem Valer. Flacc. lib. IIII. 373 *Victima s patriae cadens dedit eſcula ripae.* Propert. lib. I Eleg. II *Eu patriis filia litteribus.* Horatius Od. XX lib. I *paterni flumi ripas* Tybrin vocat. Noſter Met. I. 639 *Venerat et patrias, t ludere ſaepe ſolebat, Inachis ad ripas.* Adi notas lib. I. 702.

639 *Canebat*] *Monebat* ſec. Palat. vnus Mediceus *monebat*. quod placet. nam *monere* eſt verbum vatum.

640 *Vaticinos furores*] *Faticinos* in nonnullis. niſi quod vt *faſidicos* Vrbinatis libri magis arridet. quia *canebat* praeceſſit. Alioqui *vaticinos* non eſt ſollicitandum, a verbo *vaticinor*. hinc *vaticinatores* et *vaticinia*, qua voce vſi Apuleius et Marcianus Capella. *Vaticinationes* dixit Cicero. vide infr. XV. 436. VIIII. 418.

649 *Nunc immortalis*] *Non iam mortalis* caſtigatiores.

654 *Triplicesque deae ſua fila reſoluunt*] Alter Regius *reuol uent.* εἰς τοὐπανθεν τρέψειν τὸν ἄτρακτον, Luciani Ζεὺς ἐλεγχόμενος. Propertius lib. IIII Eleg. VII *Iuro ego Fatorum nulli re volubile ſtamen, Tergeminumque canem*; *ſic mihi molle ſonet.* ita ſcribendi iſti verſus. nam vulgati *reuocabile carmen*, et *Tergeminuſque canis.* vetuſti codices *reuolubile carmen.* quod pro carminatione poſuiſſe potuit. Silius lib. II. 181 de Penelope: *Falſacis ſortes reuoluto ſtamine telae.* Statius Theb. VII. 774 — *Immites ſ is nulla reuoluere Parcas Stamina.* lib. VIII. 59 *iterata ſororum penſa.* Seneca Hercule Furenti: *Durae peragunt penſa ſorores. Nec ſua retro fila reuolunt. Retexere* dixit Noſter Met. X. 30 *Eurydices, oro, properata retexite fila.* non, vt in vulgatis legitur, *fata. renere* in Faſtis, de quo verbo vide quae notamus Epicedio Druſi v. 444. Lucano lib. VI. 705 *repetita ſororum fila.* Hoc tamen Naſonis loco a vulgata lectione non eſt temere recedendum. vt *fila reſoluent* pro ſecabunt dixerit.

657 *Praeuertunt, inquit; mea fata*] *Me, inquit, mea fata* plerique veteres. ſex *praeuertunt, inquit, me fata.* recte.

663 *Cognata pectora vertor*] *Corpora* ex melioribus. Mox pro *confuſaque verba fuerunt* primus Palat. et ſex aut ſeptem alii *fuere.* Placebat aliquando *feruntur.* vt ſupra hoc libro 438 — *vox inarticulata, minaxque, Plenaque terroris rauco de gutture fertur.*

675 *Mon-*

Digitized by Google

675 *Monstra dederunt*] *Dedere* denuo meliores. Praecedenti versu post *nouata* τὸ *est* multi codices non agnoscunt. Lege *nouatae*.

677 *Nam nec rescindere magni*] Alii *iam nec*, vel *nec iam*. Quamquam *sed nec*. quod arridet.

681 *Onusque fuit baculus siluestris oliuae*] *Baculum siluestre fuisse* Florentinus S. Marci, et secundus Palatinus, quod et Politianus in ora codicis sui ex veteri libro notarat, teste Carolo Vitiano. et ego in excerptis optimi codicis Leodicensis inueni. neque aliam lectionem sensus admittit. hinc fit, vt in nonnullis exemplaribus minus castigatis ab interpolatrici manu scriptum occurrat *onusque fuit dextrae siluestris oliuae*. vel *onus dextrae baculus siluestris oliuae*. in nonnullis codicibus erasa vetus est scriptura. Vulgatam certe lectionem si tuemur, non est qui respondeat τὸ *alterius*. quod de dextra intelligendum. quamquam et Apollonius Rhodius Amyco Bebrycio baculum siluestris oliuae assignat Argonaut. secundo: Καλαίρεκά τε τραχεῖαν ἐπήϊξεν ἐν χερσὶν ἑλίσσων ἄγριον ἐλαίης ἐρινεόθεν νεότμητον. Tam *baculum* quam *baculus* dicebatur vetustis scriptoribus, sed *baculum* genere neutro malebant efferre. Festus: *Agolum*, *pastorale baculum*, *quo pecudes aguntur*. infra hoc ipso libro 790 idem optimus Florentinus S. Marci, quo vetustiorem non vidi: — *Baculumque capi, quod spinea totum Vincula cingebant*. vbi *quem* in vulgatis. lib. XV. 655 de Aesculapio: — *Baculumque tenens agreste sinistra*. quod mire confirmat nostram lectionem. Silius lib. XIII. 334 *Pastorale deo baculum*, *pelliſque sinistrum Velat grata latus teneru de corpore damae*. nec dubito, quin libro primo Fast. 277 pari modo sit scribendum: *Tum deus incumbens baculo*, *quod dextra gerebat*. etsi manu exarati codices pro vulgata stant. hinc *bacillum* quoque neutro genere apud Ciceronem frequentat occurrit, quomodo Lucilius: *maius bacillum quam malus nauis corbitae maximus*; *Vluae bacillum* etiam Afranio.

682 *Dispar septenis fistula cannis*] Vetustiores *e septem fistula cannis*, opinor tamen ab ipsa Nasonis manu esse *Septena fistula canna*. hoc est, fistula septem cannarum. Calpurnius Eclog. V *Ornata septena modularer fistula canna*. et Lucanus VIII. 445 *Septena gurgite Nilus*. Priscianus Periegesi ex vetusto codice: *Hic sunt septenae mediis in finibus vrbes*. vulgati *hic sunt et septem*.

685 *Atlantide Maia Natus*] *Atlantide matre* prior Regius, qui. Thuan. Bernegger. Cantabrig. et primus Gronouii. vt τὸ *Maia* ex glossemate irrepserit.

687 *Nisi natus in illo Rure senex*] Libri veteres *natus*. recte. nam *natus* praecesserat.

688 *Vicinia tota vocabat*] Alii *vicina hunc rura vocabant*, vel *vicinia rura vocabant*. Florentinus S. Marci *vicinaque tota vocabant*. Codex Vrbinas, quatuor Palat. et decem alii *vicinia huc vocabant*. optime. Vide omnino Notas lib. III Fast. 289. et quae Remed. Amor. obseruamus v. 164. Virgil. Georg. lib. II. 89

Non

Digitized by Google

Non eadem arboribus pendent vindemia noſtris. ita longe vetuſtiſſimus Mediceus liber. ſic apud Phaedrum III. 10 *concurſant familia.* quod perperam mutauit Rigaltius. Auſonius Periocha Iliad. III *Argiuos ſua quemque acies in bella ſequuntur.* Conſule doctiſſimum Gronouium de Pecunia veteri lib. II cap. IIII.

691 *Hunc timuit; blandaque manu ſeduxit, et illi, Quiſquis es, hoſpes ait*] *Hunc* et *illi* male cohaerent, cum de eodem Battο agatur. quare cenſeo, reponendam vocem ſaepe alibi corruptam, *et ela, Quiſquis es, hoſpes, ait.* quam coniecturam confirmat, quod praeceſſerat *blandaque manu ſeduxit.* certe vnus Mediceus *ſe ducit et ait.* Adi Notas lib. I. 591. Horat. Sat. I lib. I — *Eia Quid ſtatis? nolunt. aequi licet eſſe beatis.* et lib. II Sat. VI — *Eia Ne prior officio quiſquam reſpondeat, urge.*

696 *Loquetur*] *Loquatur* rectius nonnulli codices.

701 *Iuncta ſuo pariter dabitur tibi foemina tauro*] *Pretium dabitur tibi foeminа* optimus Thuaneus. recte. ſupra dixerat ſimili locutione *nitidam cape praemia vaccam.* Plenus eſt horum Noſter. Ep. XVI. 261 *DI faterent, pretium magni certaminis eſſes.* XVII. 122 *Iudicis pretium quia data dicar ego.* Adi quae notauimus Epiſt. VI. 146.

703 *Montibus, inquit, eunt, et eunt ſub montibus illis*] *Erant* vtroque loco libri veteres. niſi quod Florentinus S. Marci, Neapolitanus, primus Vatic. ſecundus Palat. et quatuor alii *Montibus, inquit, erunt, et erant.* veriſſime. quomodo in Obſeruationibus lib. IIII cap. IIII iam vidit reſtituendum ſagaciſſimus Gronouius noſter. qui opinantur hic alludere Naſonem ad nomen *Batti,* quomodo Ariſtoteles ille Cyrenatum conditor cognomento *Battus* dicebatur, quod τραυλὸς, et βατταρίζειν, et βαττίλογος eſſet, non perſuadent. et eunt in contraria omnia membranae.

709 *Munychioſque*] *Monychioſque,* vel *Monuchioſque,* vel *Monichioſque* quidam codices. ita apud Stat. II Theb. 252 in codice Anglicano veterrimo: *Pallada Monichiis cui non Argiua per urbes Poſthabita eſt Lariſſa iugis.* vbi et Scholiaſtes *Monichiam.* et ex quo loco apud Propertium lib. II Eleg. II. 59 legendum: *Aut cum Munichias Pallas ſpatiatur ad aras.* male *Dulichias* editur. Apud eundem Statium lib. XII. 616 ex eodem codice: *Monichia et trepidis ſtabilem Pyraeea nauis.* et lib. V Silu. III. 107 *Quo non Monichiae quidquam praeſtantius urces.*

713 *Pura coronati etc.*] Alii *Thura.* perperam. vt et *Plura,* nonnulli et *Pulchra. Tecta* Conſtantius Fanenſis ex vetere codice. alter codicum Rogerii Twiſdenii *Septa.* eleganter. ſic lib. IIII. 733 ex veteri codice: *Eſſe locum ſolidae ſeptum munimine molis.* hinc *ſepes portarant* pro ſepto. Triſt. I Eleg. I. 81. adi illic notas. ſic *claſſem aggeribus ſeptam,* et *feram venantum cornua ſeptam,* et *ſeptum armis Didonem,* et *feram pennae formidine ſeptam* Virgilius dixit. eidem Aeneas *nube ſeptus,* et *aëre ſeptus* Iaſon Valerio Flacco, et *ſeptus in arcto leo* eidem Flacco.

716 *Vt volucris viſis rapidiſſima milvius extis*] *Milius* meliores. iam dictum Amor. II Eleg. VI. 34.

723 *Quanto,*

Digitized by Google

723 *Quanto, quam Lucifer, aurea Phoebe*] *Quanto te, Lucifer* Bernegger. prior Regius et duo Medicei. placet.

737 *Balearica funda*] *Balearis* primus Vatic. Vrbin. Neapol. aliique plurimi. quomodo et codices variant lib. IIII. 709. Apud Statium Achilleidos II. 420 in vetustis codicibus: — *Flexae Balearius actor habenae.* *Quo fuspensa trabens vibraret vulnera ictu.* Paulo ante apud eundem Statium scribendum: — *Dici quo Paeones arma rotatu, Quo Celtae sua gaesa citent.* scripti plerique *Magetae.* vnde *Macetae* factum. sed *gaesa* telum Gallicum.

737 *Ebore et testudine cultos*] Ex praestantioribus nonnulli *cunctos.* sic *comti ebore ac vitro bibliothecae parietes* Boëthio lib. I Consol. Philos. Vulgata tamen lectio non est temere sollicitanda. Statius Theb. VI. 497 *Innumera formidine cultum Tollis in astra nefas.* vbi agit de Gorgoneo capite. de thalamis autem ebore cultis referendum ad laquearia. Apulei. Met. V *summo laquearia citro et ebore curiose cauata subeunt aureae columnae.* vbi ebori citrum addidit, quomodo Noster testudinem. ebur quoque et citrum idem Apuleius coniunxit libro II. *epipares citro et ebore nitentes lecti, aureis vestibus instrati.* ita enim membranae Florentinae, et Bertin. et prima editio, quod perperam in *epipares cibi* mutarunt, cum de ferculis copiosis mox agatur. lib. XI *carina citro limpida perpolita.* Martial. lib. VIIII Epigr. LX *Est testudineum mensus quater hexaclinon Ingenuit citro nec fatis esse suo.* Reddenda ea vox quoque Sidonio Apollinari Narbone: *Non te fossa potens, nec bifpidarum Obiecta fudium cornua agger, Non te marmora Bracteam citrumque, Non testudinis ludicae uitorem, Non si quas eboris trabes, refractis Rostris Marmarici dedere Barri, Figis moenibus, aureasque portas Exornas Asarotitis lapillis.* male *vitrum* illic circumfertur. etiam in loco Boëthii *comti ebore ac citro bibliothecae parietes.* quanquam minime me latet Plinium Nat. Hist. XXXVI testari *obscurum vitrum* parietibus adhiberi solitum fuisse.

751 *Luminis orbes*] *Orbem* meliores.

755 *Subit haec*] *Subitque* Basileensis vnus. forte *subiit arcana etc.* vid. lib. I. 114.

757 *Lemniacam stirpem*] *Lemnitolae* Florentinus. S. Marci, Thuan. Cantabrig. Neapol. et prior Erfurtanus.

Contra data foedera] Lege: *rata foedera.* vt lib. XV. 683 *Mettique deus, rata pignora, cristis, Ter repetita dedit vibrata fibula lingua.*

758 *Ingratamque deo fore iam ingratamque fateri*] Cantabrigiensis, aliique duodecim, vt hiatus relinquatur, *vt iam* tollunt. Florent. S. Marci, primus Palat. excerpta Theat. tertius Mediceus, Arond. et prior Hamburg. *Et gratamque deo fore iam, gratamque fateri.* quod sequor, sensu postulante. nisi mauis *Iam gratamque deo fore, iam gratamque fateri,* cuius lectionis vestigia exstant in Vrbinati, Bernegger. secundo Palat. et vno Caroli Strozae. sed sincerior altera scriptura.

759 *Po-*

Digitized by Google

759 *Popoſcerat*] *Popoſcerit* cum vno Baſileenſi.

761 *Imis in vallibus huius*] *Vallibus antri* praeſtantiores.

765 *Bello metuenda virago*] *Belli* optimus Thuan. Vrbin. Bernegger. ſecundus Palatin. primus Bononienſis, alter Rogerii Twiſden, Zulichemianus et alter Hamburgenſis. recte. tres alii *bellis*. Claudianus VI Conſ. Honorii 176 ex antiquo codice:

— *Gladiique tremendum Gurgite fideres ſubterluit Oriona.* Martialis lib. VI Ep. LXIIII — *Naſique timendum Omnia crudelis lanius per compita portat.* ſic veterrimum exemplar Thuaneae bibliothecae. nam vulgata *naſique. mens interrita leti* Met. X. 616.

771 *Pigro*] *Pigra* meliores. quod et in tribus ſuorum Giphanius inuenerat.

774 *Vultumque deae ad ſuſpiria ducit*] *Vultumque ima* primus Medic. primus Vatic. Bernegger. Florent. Cantabr. aliique multi ex praeſtantioribus. quae lectio Viuiano quoque arridebat. *Imas geminus* apud Apuleium lib. II Met. *ſuſpicis ille de. lectulo, et imo cum gemitu populum ſic adorat. Imus motus* Claudianus in Eutrop. lib. II. 282 pro intimo. ſupr. v. 655 *ſuſpiras ab imis pectoribus.* imitatus Virgilium I Aen. 374 *ſuſpirans imoque trahens a pectore vocem.* et II. 288 *gemitus imo de pectore ducens.* Silius VIIII. 151 *at miſer imo pectore ſuſpirans.* ſic *alta ſuſpiria* Claudian. II in Eutrop. 530 ex V. C. *altaque vix lacrimans iſtis ſuſpiria fatur.*

779 *Vigilantibus excita curis*] *Vigilacibus* Florentinus S. Marci, Thuan. Bernegger. Cantabrigienſis, prior Erfurt. et prior Hamburgenſis. quomodo et Politianus in ſuo codice notarat, Viuiano teſte. ſic apud Propertium lib. IIII Eleg. VII *Iouem vbi excideram vigilacis furta Suburrae.* vt libri veteres. *vigilacis dauci* Columellae lib. VII cap. XII. Rurſus apud eundem libro eodem cap. X de ſubulco: *ſit autem vigilax, impiger, induſtrius, vnius omnium, quas paſcit, et matricum et minorum meminiſſe debet, vt vniuſcuiuſque partum conſideret.* ſic membranae. vulgo et illic *vigilans*, et *iumentorum meminiſſe*. Idem de Gallinaceis lib. VIII cap. II *ſint elati, alacres, vigilaces.* Sidonius libro VIII Ep. II *in Bucolica vigilax, parcus, carminabundus.* et lib. V Ep. II *namque in paginis eius vigilax lector inueniet.* Auſonio in Ephemeridibus *vigilax hirundo.* Caius leg. XVIII D. de aedil. edict. *Si conſtantem, aut laborioſum, aut curacem, aut vigilacem eſſe affirmauerit.* Vide Notas Amor. lib. II Eleg. VI. 23.

788 *Murmura parua dedit*] Malim *rauca*. nam tertius Thuani *pauca*. tres aut quatuor alii *praua*. forte pro *rauca*. Adi Feſtum in ea voce. Noſter lib. XIIII. 280 *pro verbis edere raucum murmur.* lib. XIII. 567 — *Miſſum rauco cum murmure ſaxum Morſibus inſequitur.* Triſt. III Eleg. X *Et raucum Geticis murmur in ore fuit.* Silius libro IIII. 172 *Et clauſit raucum lethali vulnere murmur.* et lib. II. 221 de Apibus: *Raucum connexae glomerant ad limina murmur.*

Succeſſurumque] Pro *ſucceſſurumque Mineruae Indoluit* Viuianus ex ſuis *ſucceſſu namque*. quomodo primus Mediceus et alii non-

nonnulli ex noſtris. quidam ex praeſtantioribus *ſucceſſibus atque*, vel *ſucceſſibus uſque*. prior Regius *ſucceſſus namque*. Florentinus S. Marci *ſucceſſum vtique*, vel *vtrique*. Videlicet *ſucceſſumque* pro *ſucceſſurumque* erat exaratum facili obuioque errore. hinc ex diuerſarum lectionum monſtra propagata ſunt. Arguit doluit ſucceſſurum Minervae mandatum de Pandroſo invidiae tabe inficienda. Neque aliter pro diuerſa lectione veterrimus primae notae Palat. Verius tamen eſt *ſucceſſorumque*, vt Vitianus etiam emendabat. ſic *euento* pro euentibus. ita *ſucceſſa* Cicero lib. XVI Famil. 21. *Succeſſorum indoluit*, vt *orori alicuius*, et ſimilia vide apud Voſſium de Conſtructione cap. XXVII. Lib. VII dixit *doluit ſucceſſu ſtaua virago*.

789 *Quem ſpinea tortum Vincula cingebant*] Iam ſupra v. 682 monuimus ex Florentino S. Marci, *quod* eſſe ſcribendum. *totum* etiam, non *tortum* praeſtantiores conſtanter. τὸ *vincula* ſemper habui ſuſpectum. in ſecundo Mediceo pro diuerſa lectione *cingula*. Forte — *Quod ſpineo totum Vngula cingebat*. vt ipſas ſpinas vocet vngulas ſpineas a ſimilitudine. *hamatas* videlicet *fenes*, quas mox dicet. et ſane *vngulae* erant inſtrumenti ferrei in tortuta genus, quo carnifices vtebantur, *ſulcantes vngulae* dictae in Cod. de Malefic. L. Eſſi. *biſulca* Prudentio περὶ στεφ. Hymno primo: *Ille virgas et ſecures et biſulcas vngulas Vltro furtis expetebat*. et alibi non ſemel. hinc et Tertulliano *vngulis fodere*, et *vngulis deradere latera* in Apologetico. horum paſſim mentio in Martyrologiis. *hamos* Noſter dixit Elegia de nuce: *nec aduncis vindicor hamis*. infra *hamatis praecordia ſenſibus implet* v. 779. Similis diuerſitas eſt apud eundem Prudentium Paſſione Romani v. 110: vbi alii codices *vngulis*, alii *vinculis*. Minimae mutationis ſit, ſi corrigatur *quod ſpinea totum vngula cingebant*, pro *ſpineae vngulae cingebant*. ſic apud Maronem Aen. VI. 209 ex optimis membranis *crepitabant bractea*. vbi etiam de hoc Naſonis loco egimus, et elegantem loquendi modum exemplis compluribus illuſtrauimus. adeantur et quae Remediis Amoris congeſſimus v. 164 et ad Silium Italic. XIIII. 210. Cogitabam aliquando *ſpinea falcula* in hoc Naſonis loco, a *falculis ſine vngulis ferreis* petita locutione, de quibus Columell. XII cap. XVIII. Hinc vngues leonum et pardorum *Falculae* dicuntur Plinio et Solino.

792 *Summa papauera*] *Papauera* vetuſtiores. alii *cacumina*. nuſſe. *cacumina* de herbis Faſt. IIII. 127 et 912. Triſt. III. 12. 12. Virg. II Georg. 29. Laberius in Catalectis Pithoei p. 2 *Floris cacumen noſtrae famae frangere*.

795 *Ingeniſque opibuſque*] Alii *ingenuis opibus*. vt Prudentius Cathem. Hym. II *Fundit opes ager ingenuas*. meliores *ingeniis opibuſque*.

Et feſta pace virentem] Nihil muta. Stat. I Theb. 392 *Sed prole virebat Feminea*, idem lib. V. 53 *Florere* dicit: *florebat diues alumnis Terra*. et ita Claudianus et alii.

809 *Aliter non vritur Herſes*] *Non lenius* plerique veteres. quidam *non leuius*. quatuor *non aliter*. primus Baſil.

Digitized by Google

non lentius. Omnino scribendum *non secius.* vt apud Virgilium III Georg. 367 *Interea toto secius aëre ningit.* et libro VII Aen. 781 *Filius ardentes haud secius aequore campi Exercebat equos.* vbi *segnius* plurimi veteres. et lib. VIIII. 440 ex optimis membranis: — *Insstat non secius, ac vorat ensem Fulmineum.* Silius libro VI. 461 *At circumfusi non secius vndique dextram Premsare.* Noster lib. VII. 769 ex vestigiis veterum librorum: *Copula detrahitur canibus, quos illa sequentes Effugit, et volucri non secius alite ludit.* lib. X. 588 ex antiquis libris: *Quae quanquam Scythica non secius ire sagitta Aonio visa est iuveni.* vtroque loco *segnius* nunc legitur. vt et lib. VIII. 356 *Ira feri mota est: nec fulmine secius arsit.* libro XI. 534 — *Trepidant haud secius omnes, Quam solet vrbe, aliis rarum fodientibus extra.* ita enim corrigo. Vsitatus Aemilio Probo loquendi modus, nisi quod in vita Datamae male etiamnum *nihilo segnius* pro *secius* legitur. apud Apuleium quoque in Milesiis frequenter occurrit. etiam apud Val. Flaccum lib. III. 86 — *Nec secius ille Occupat arua furens. Segius* scribebant librarii pro *secius*: hinc promanauit error. quanquam *setius* haud raro in veterrimis membranis exaratum occurrat. Prudentius lib. II contra Symmachum: — *Nec fluctus secius hostis Obsequitur, quam cum licitae fert transtra carinae.* et Hamartig. — *Nec secius aurea dona Iustorum dirimente chao.* Columella lib. IIII cap. IIII *Id enim quasi caput et culmen est impensarum, quoniam in eo consistit, melius an sequius terrae mandauerit paterfamilias pecuniam.* ita veterrimus liber, non *segnius.* Plura obseruamus ad Virgil. VIIII. 441.

811 *Lenique tepore crematur*] *Vapore* duo veteres. lege *lenique vapore* cum vno Mediolanensi. vt apud Maronem Aen. V. 6[illegible] — *Lentusque carinas Est vapor.* Sidonius Apollinaris Carm. XI[illegible] *Strepit hic bona flamma Appositas depasta trabes; sinuata camino Spargit lentatum per culmina tota vaporem.* Versu primo opinor a manu Sidonii esse *strepit improba flamma.* et versu tertio *per culmina tota.*

819 *Caelataque fores*] Quidam codices *Caelestique. Aeratas* putabam olim scribendum, quanquam haud ignarus aereas virorum principum fores opere caelato insignes fuisse. Noster libro I Fastorum 785 *Excipit aerata iuuenem Collatia porta.* Claudianus tamen VI Gonsi. Hon. 46 *Caelatasneque fores mediisque volantia signa Nubibus.* et Noster lib. VIII. 702 *Caelataeque fores, auratique tecta videntur.* Vetus Poëta apud Ciceronem Tusc. Quaest. I *Adstante ope barbarica Tectis caelatis, laqueatis.*

820 *Sedendo Flectimus*] *Flectitur* plerique veteres. Sed *Flectimus* vere primus Vaticanus, familiari poëtis Graecismo. Prudentius Psychomach. *Nequicquam loris aurigae comamque madentem Puluere foedatur,* ex vetustissimo codice Puteaneo. *foedat* haud est in vulgatis. Mox ex iisdem membranis: *Iam loculos diruit fidem spectabat inanes.* non *fide* cum libris editis. lib. V. 5[illegible] *longosque reflectitur vngues.* Festus Avienus Phaenom. p. 9[illegible] ed. Grot. *Hinc & vicino flectaris lumina visu, Inque Notum sem[illegible]*

Digitized by Google

in Borreli a cardine ductos Inclinere oculos. ita lege, non *doctus*. vbi duos Graecismos habes.

822 *Pugnat se tollere*] *Se attollere* meliores.

823 *Per vngues*] Nonnulli *artus*. vt Epistola XX. 135 — *Frigusque perambulat artus*. Sed nil muta. Lucretius lib. III. 527 *In pedibus primum digitos liuescere et vngues, Inde pedes et crura turi: post inde per artus Ire alios tractim gelidi vestigia lesi.*

838 *Subitoque*] *Solitoque* meliores.

852 *Quippe color*] Malo *ipse color*.

855 *Cornua parua quidem*] Atqui alta cornua et spatiosa laudantur in tauro. vide quae ad v. 20 libri proximi mox dicemus. Quare refingo *Cornua vara*, vt monui Amor. Eleg. II. hoc est, quod Palladius lib. IIII cap. XI de bubus: *Cornibus robustis, ac fine curuaturae prauitate lunatis.*

Contendere posses] *Possis* meliores. vt lib. III. 6. IIII. 400. VI. 390. VIII. 323. XIII. 620 ex MSS.

863 *Vix idm, vix caetera differt*] *Vix ab* plerique praestantiores. prim. Vatic. et duo alii *vix et vix*. secundus Mediceus *vix vix et caetera*. Lege *vix vixque et caetera differt*. Fast. lib. I *Vix est Euandri vixque retenta manu.*

866 *Nunc pectora*] *Modo pectora* iidem praestantiores.

867 *Virgineo plaudenda manu*] Ita meliores. Caeteri male ex parte *palpanda*. quomodo apud Prudentium περὶ στεφάν. Hymno Hippolyti: *Non stabulis blandius manu palpata magistri, Iguare insueto subdere colla iugo.* et Manil. lib. V. 702 *palpare labor*: quod Vitiano tamen et Gebhardo nollem arrisisset. sic *plaudere equos*, manibus mulcere, passim apud scriptores. Sed et *plaudere caput* Apulei. I Milef. *Imo de pectore cruciabili suspirium ducens, dextra saeuiente frontem replaudens.* vbi nescio quid in mentem venerit Andreae Schotto, optimo et doctissimo viro, vt libro I Obseruat. C. V. reponeret *feriente dextra*, cum alterum sit elegans et appositum. Noster hoc ipso libro 399 *Ilioneoque dolens et verbere saeuit.* Marcianus Capella libro VIII *depile rubellumque calutium senex baculo acclinatus assiduat palmae verbere percrepitantis applofo.* apud Statium lib. I Silu. III. 73 *Vitreasque natatu Plaudit aquas.* I Silu. II. 146 *Quoque gaudentes plauserunt limina Cygni.* vbi *caraque mater* Cygni enim aues Phoebi, a quo Stella et Violantilla amantur. Apuleius Met. XIIII *Iamque et plausus manuum et auditum flexus, et ductum capistri, et quidquis aliud periclitantium auxilio patiebar.* Statius Theb. IIII. 10 *das cuncibus enses, Plaudit equos.* Noster lib. I de Art. Amat. 629 *Quadrupedes, quae rapidi certamina cursus, Depexaeque iubae plausaque colla mouent.* Virgil. XII Aen. 85 *Circumstant properae armigae manibusque lacessunt Pectora plausa cauis, et colla comantia nectunt.* Nam enim veriſſime ibi legendum docuit Pierius e MSS. vulgo *ora pulsa*: sic et Georgic. III. 186 — *Et plausae sonitum cornibus arcae.* Nemesianus in Cynegetico 294 *Puluere quin etiam furas secernere fruges Cura sit, atque toros manibus perducere equorum, Gaudeat vt plausu sonipes.* Eclogo III. 33 de Bacchо

Digitized by Google

Baccho cum Sileno ludente: *Applauditue manu mutilum caput aut leue mentum Et summas tenero collidit pollice nares.* vbi *mutilum* caput est caluum. Ouid. III Art. 249 *Turpe pecus mutilum* Silius IIII. 285 *Tum stimulans grato plausae ceruicis honore Cornipedem alloquitur.* lib. XVI. 356 — *Nec qui ceruicem mauoret Applausae blandos sonitus,* Valer. Flacc. IIII. 358 — *Pectora fouet haec et pectora mulcet.* Noster IIII. 352 — *Canis ore applauso corpore palmis.*

Tum deus] Meliores *Cum deus.* et mox *primis in undis*, non *primo.*

874 *Et dextra cornum tenet*] *Cornum tenet* cum Priscian. lib. VI. p. 685 primus Mediceus, pro *cornu*, vt et Calandr. excerpta. et libro V. 383, vt idem Priscianus: *Oppositoque genu curuauit flexile cornum.* Columella lib. VI cap. II ex optimis membranis: *vini singulos sextarios per cornum faucibus infundito.* idem codex denuo lib. VII. 10 *per cornum singulis sextariis cyathos gari demiscunt.* ita Plinius in naturali historia frequenter, et in membranis vetustis Solinus.

METAMORPHOSEON

LIBER TERTIVS

13 *Moenia fac condas*] *Ponas* secundus Palat. Noster in Fastis IIII. 871 — *Ambigitur moenia ponat vter.* atque alibi passim. Statius lib. I Silu. II. 191 *Quis septem gentes posuisset moenia Romae.* Manilius lib. I. 782 — *Romamque Camillus Seruando posuit.* Plura Fast. II. 63. Silius Italicus initio lib. I *Tum pretio mercata locos noua moenia ponit.*

20 *Speciosam cornibus altis Frontem*] *Spatiosam* libri vetres magno numero, sic εὐρύκερως βοῦς Moscho in Europa, et ταῦρος Ζεὺς Nonno, vbi agit de Ioue in taurum mutato. *Noua procera et robusta* Columella quoque in bubus commendat. lib. VI cap. I. quanquam cap. XX breuiora tauris, quam bubus cornua adsignat. *Spatiosum* pro magno et procero: — *Amat mache spatiosior aequo*, apud Nostrum II Arte Amatoria 6 *spatiosus taurus* Remedio Amorum 421, *spatiosa planta* auctore Moreti. apud Lucanum VIIII. 732 *Nec tutus spatio est elephas* id est mole. *spatium admirabile Rhombi* apud Iuuen. IIII. 3[illegible] 29 *Et specus in medio*] Alii rectius *Est.* Mox pro *vbi conditus antro* malim *hoc* cum Neapolitano. nisi scribas *cui creditus antro.*

34 *Tresque micant linguae*] Otiosa et ingrata repetitio est *micant.* quare amplector quod marginem Gryphianae, Micyllianae, ac Bersmannianae editionum occupauit, haud dubie ex veteri libro depromtum, *Tresque vibrant linguae. vibrant linguae* proprius de serpentibus loquendi modus. Statius lib. V Thebaid. de serpente Archemoti 507 *Liuida fax oculis: tumidi flat ira veneni Spuma virens: ter lingua vibrat.* Virgil. Aen. II. 211 *Ar[illegible]*

Digitized by Google

lis lambebant linguis vibrantibus ora. vbi Seruius: *vibrantibus, mobilibus. Quia nullum animal tanta celeritate linguam mouet, adeo vt triplicem habere videatur, cum vna sit.* Lucanus lib. VIIII. 629 *Illis è faucibus angues Stridula fuderunt vibratis sibila linguis.* Silius libro VI. 222 *Trifido vibrata pectore Lingua micat motu, atque adsultans aethera lambit.* et lib. XII. 586 de serpente quoque: *Ignea sanguinea radiabant lumina flamma Oraque vibranti stridebant sibila.* Val. Flaccus lib. I. 61 — *Tantoque silet possessa draconi Vellera, multifidas Regis quem filia linguas Vibrantem ex adytis cantu dapibusque vocabat. Lingua vibrante minantem serpentem.* Lucretius diuin. lib. III. 657. neque aliter passim Poëtae, quod pluribus exemplis adstrui posset, et confirmari, si in re protrita iuuaret nunc morus nectere, aut expatiari. *Trifulca vibramina serpentum* Apuleio Metam. VI. Primam in *vibrare* syllabam Catullus quoque corripit. In priori versu vnus Mediolan. *igne vagans*, pro quo forte legendum *natans*. et tunc hic nihil mutandum.

39 *Effluxere vndae manibus*] *Vrnae* longe elegantius pro diuersa lectione Neapolitanus, vnus Mediceus, et vnus Gronouianus. sic lib. III Amor. II. 14 *Deque meis manibus lora remissa fluent.*

42 *Sinuatur in arcus*] Rectius *immensos in arcus* primus Vat. Florent. aliique nonnulli. at Zulichemianus *immensos altos sinuatur in arcus.* vnus Medic. *immensos corpus sinuatur in arcus.* non inconcinno Graecismo. *Torquet* etiam Germanicus Phaenom. p. 2 *Immanis serpens sinuosa volumina torquet.* melius Arotius *versat.* Cicer. Arat. p. 2 *Torue draco serpit, subterque superque retorquens Sese.* sic MSS. vulgo *reuoluens.* Stat. V. Theb. 520 *Saeuior anfractu laterum sinuosa retorquens Terga solo.*

44 *Geminas Arctos*] *Geminam Arcton* Arondelianus.

49 *Hos necat afflatu funesta, bos tabe veneni*] Alii *hos funesto.* multi τὸ *bos* non agnoscunt. Bernegg. secundus Palat. et alii *afflati funesta tabe veneni.* recte. nisi quod *afflatos*, vel *afflati veneni* malim. *afflatos* certe vnus Mediceus. alius *afflatus funesti veneni.* Silius libro VI. 240 in simili descriptione: — *Fraudis fouda grauisque pèr ora ac tabe afflatus volucres.*

52 *Tegimen direpta leoni Pellis eras*] *Derepta leoni* praestantiores. similiter lib. XV. 304 ex antiquis codicibus scribendum: *Derepta bicorni Terga capro.* Virgilius Aen. XI. 193 ex vetustissimo Mediceo: — *Spolia occisis derepta Latinis Coniiciunto rogo. Erepta* dixit eodem libro 679 *Cui pellis latos humeros euoluta leonis Horrenti Pugnatori operit.* et Statius Theb. IIII. 166 *Quae indomiti Capaneus erepta iuuencis Terga, superque rigens Nemeaeum molis ahenae Versat onus.* Idem Virgilius libro primo 101 *Tergora deripiunt coriis.* quae illic vera est scriptura. vt et lib. III. — *Littore funem Deripere.* Statius lib. III. 421 *Quamque et auratae textum sublime coronae Deripiunt.* ita MSS. Nonnihil et ibid. 566 *Ergo manu vittas damnataque vertice serta Deripis.* vbi etiam *diripis* vitiose editur. Silius lib. VIIII. 29 *Tradant inermi hosti exuuiatos ilicet ensis, Tradant arma iube, tua pugnatum decora dextris.* ita scribendum, non *dirige dextras.*

Digitized by Google

vt nunc circumfertur. Silius libro X. 318 ex optimis membranis: *Fractaque conflictu parmarum tegmina, et ore Cornipedum derepta fera spumantia frena.* libro eodem 599 — *Ite ocyus arma Deripite, o pubes, templis.* non *Diripite.* libro XI. 374 — *Praeda et captiua leguntur Corpora, dereptaeque viris spo Marte cruento Exuuiae,* ex optimis membranis. vt et lib. X 309 *Antiquum decus et derepta monilia collo.* sic scribe et apu Val. Flaccum lib. VI. 668 *Interdum blandae derepta monili dinae Contrectat.* et apud Lucanum libro I. 239 *Excita iuuen tus Deripiunt sacris affixa penatibus arma.* et apud Senecam Agamemnone 693 ex optimis membranis: *Sed cur sacratas de ripis capiti infulas.* et apud Horatium libro III Od. V — *Ar ma milibus fixo caede derepta.* et *amphoram deripere horre* lib. III Od. XXVIII. et lib. IIII Od. XV *signa derepta Parthe rum postibus,* et *caelo deripere sidera* Epod. V. quod *deuocare* dixit Epod. XVII. ibidem *polo Lunam deripere.* Noster lib. VI d Martya 387 *Clamanti cutis est summos derepta per artus.* et i Ibide 551 *Nudaque derepta pateant tua viscera pelle, Vt Phrygium cuius nomina flumen habet.* vide Notas Amor. lib. V Eleg. V. 13 et Met. VI. 567. XV. 304. Sic *pignus dereptum lo ceruis* apud Horatium lib. I Od. VIII ex antiquis codicibus. Noster lib. VI. 566 ex membranis: — *Velamina Procne Deri pit ex humeris,* sic *rapere.* Silius XIII. 334 *Pastorale deo bacu lum, pelliſque ſiniſtrum Velat rapta latus tenerae de corpore dam mae.* vbi nunc editum exstat *velat grata latus.*

56 *Spatiosi corporis hostem*] Aut *tergoris* hic legendum, aut paullo post *fidissima pectora,* pro *corpora.* quod malim. ne delicatas aures merito offendat inconcinna iteratio eiusdem vocis. Virg. II. 348 *Iuuenes fortissima frustra Pectora.*

60 *Magnum magna conamine misit*] Non male duodecim scripti *et magno conamine misit in hostem.* nisi quod τὸ *hostem* paulo ante praecesserat.

64 *Atrae duritia pellis*] Forte *hirtae.* vt *hirta dumis saxa* apud Statium II Silu. III. 1. et *hirtae sepes* apud Columellam lib. X.

65 *Vincit*] *Vincis* meliores, nisi quod secundus Palatinus vitiose, superiori libro 605 *Indutusque traiecit pectora tela.* et lib. IIII. 68 *Vitatumque tamen sinuosa veste pependit.*

67 *Totum defecundis in ilia ferrum*] Repone *toto ferro* ex Longermannano et Vrbinati, quod in suis quoque inuenerat Constantius Fanensis. Lucanus lib. I. 30 *Non tu Pyrrhe feritis nec pauis cladibus auctor Poenus eras. nulli penitus descendere ferro Contigit. alta sedent ciuilis uulnera dextrae.* ita scribendum, perperam *discindere* nunc circumfertur. idem Lucanus lib. VI. 312 *Dissilit procul ecce manu, Gortynis arundo Tendi tur in Scaeuam. quae voto certior omni In caput, atque oculi laeuum descendit in orbem.* Noster Epistola XVI. 275 *Non mea sunt summa leuiter defricta sagitta Pectora. descendit vulnus ad ossa meum.* Claudian. Bell. Getic. 601 *Altius haud vnquam toto*

Digitized by Google

ense descendimus ense In iugulum Scythiae. Florus lib. III. 10 *Super ipsa Romani scuta sulterunt, et inde in iugulos gladiis descendebant.* Statius Theb. XII *Hei mihi sed quanto descendis vulnus hiatu.* Silius libro XVI — *Nec pectora adactus Intimo descendit mucro.*

71 *Haesit*] Praestantiores *haeret.*

76 *Inficis auras*] *Herbas* plurimi codices, et Viuianus in textum recepit, vt lib. VII. 105 *Tactaeque vaporibus herbae.* Stat. Theb. V. 527 *Pertussae calidis afflatibus herbae.* Nihil tamen nemere mutem. nam libro VII. 548 Noster dixit *vitiantur odoribus aurae*, et ita in loco Statii postrema editio Parisiensis: *Pertussae calidis afflatibus aurae*, habet. Aulenus Ora Maritima: *Pestifer adflatu serpens vagus inquinat aethram.*

78 *Rectior astat*] *Exstat* plerique. Vrbinas et Thysianus *exit.* eleganter. hoc est, quod supra dixerat: — *Immensos saltu sinuatur in arcus, Ac media plus parte leues erectus in auras Despicit omne nemus.* Statius Theb. VI. 834 — *Sic grandibus alte Insurgens humeris hominem super improbus exit.*

80 *Perturbat*] *Proturbat* cum optimis. sic inf. 526 *Talia dicentem proturbat Echione natus.* vbi etiam male mutant codices quidam. Statius III. 18 *Manuque proturbare parant.* et ibi alii codices quidam *perturbare*, lib. V. 662 *Impiger obiecta proturbas pectora parma.* Cornel. Seuerus Aetna 63 *Iacto proturbat fulmine montes.* sic et *proterrere* Stat. II Theb. 645.

84 *Figitque in acumine dentes*] *Frangitque* in secundo Palatino. quod omnino neruosius. sic apud Persium *genuinum fregit in illis.* vbi agit de mordacibus scriptis Lucilii. *retundere* Solinus dixit de Leonibus: *Gradientes mucronem vngulum vaginis corporum claudunt, ne acumina attritu retundantur. frangere* pro atterere, vel infringere. nec aliter Lucanus de fera caueae inclusa lib. X *Et frangit validum praemorso carcere dentem.* Statius Theb. II. 513 *Nec mora, quin acuens exsertos protinus vngues, Lineteſque manus, fractoſque in vulnere dentes, Terribili applausu circum hospita surgeret ora. Minuere dentem* idem Theb. X. 47 de lupis: *Quod superest, duris adfringunt postibus vngues, Pectoraque, et siccos minuunt in limine dentes.* Nemesianus Cynegetico 276 *Catulis nam saepe remotis Aut vexare trabes, lucras aut mandere valuas Mens erit; et teneros torquent conatibus artus: Obtundunt nouos adroſo robore dentes: Aut teneros duris impingunt postibus vngues.* Versu penultimo Lucanum manifeste imitatus *obtundere dentem* dixit, quod ille *frangere. mandere valuas* rescripsi, hoc est arrodere. cum *pandere* perperam nunc circumferatur. versu postremo *infringunt vngues* malim, quod *adfringere vngues* in Statio iam habuerimus. Gunterus Ligurini libro III, de militibus [monstrum praerupta adscendunt], v. 547 *Canibus infringunt vngues.* quod nollem homines eruditi sollicitassent. nam *infringere* et *frangere* sunt eadem. Met. XI *rigidum fera dentera cornu, Dum tenet, infregit.* Trist. IIII Eleg. II. 41 *Cornibus infractis*, ex vetustis libris, vbi plura.

plura. *infringere lumbos* et *latus limini* Horatio Epod. XI. ap Statium Achilleide *digitos infringere citharae*, *infracta pecte tela* Valerio Flaeco libro III. 287. de quo loquendi modo ag mus infra Met. V. 83. Solinus cap. XXV, vbi agit de elepha tibus, *confringere dentes*: *Cum venatu premuntur, pariter co fringunt vtrosque*; *vt ebore damnato non requirantur.* ita an legebatur. nunc *affligunt* circumfertur. sed id ex rei veritat illud Poëticum, quod *frangere subsellia* pro atterere, veheme ter percutere Iuuenalis dixit. sic et *rumpere subsellia versu* ap eundem Satyra VII. *congestis frugibus rumpere horrea* pro d tendere apud Sidonium Apollinarem Epistola VIII libri prim et similia, quibus diutius non inhaerebimus, illud tantum m nituri, perperam Salmasium in loco Solini iam producto adu sus auctoritatem membranarum veterum pro *ebore damnato* p ponere velle *ebore donato*; cum alterum sit elegantissimu *Damnare aciem* pro deserere Silio Italico dictum libro XV Naso Metam. XI, 178 *Caetera sunt hominis*; *partem damnatur vnam*; *Induiturque aures lente gradientis Aselli.*

90 *In guttura*] *Gutture* veteres fere omnes.

99 *Cum voce*] *Cum mente* potiores. minimum refert.

102 *Mosaeque iubet supponere terras Vipereos dentes*] N polit. *miti*. sed pr. Mediceus *matrique iubet supponere terr* venuste. sic supra lib. I *Pythonem* serpentem terra genitum fi git. et Silius lib. VI Africanum illum serpentem *terrigenam* v cat, sic *mater terra* II Fast. 719. et III. 799 *Matre fatus terr monstrum mirabile taurus Parte sui serpens posteriore fuit.*

104 *Paret, et impresso*] Scribe *et vt presso*. quod castigatio res agnoscunt. habes tamen apud Silium libro III *impresso tellu rem vertere aratro*. quomodo ille alibi quoque.

110 *Exiffunt*] Vnus Mediceus *existunt*. quod pro *exiliunt* scriptum forte est. sed vide ad lib. II. 264.

112 *Offendere vultus*] *Vultum* Neapolitanus et secundus Me diceus.

125 *Tepido*] *Trepido pectore* Vrbinas et decem alii. hoc est trepidanti. quod τῷ *plangebant* conuenientius. lib. VIII. 606 *Pectora tangebam trepido salientia motu.* lib. XI. 75, vt scriben dum censeo: *Plangitur et trepido confringit cuncta motu.* lib. IIII. 133 — *Tremebunda videt pulsare cruentum Membra sa lum.* et lib. I. 554 — *Sentit adhuc trepidare nouo sub corti ce pectus.* sic *trepidae venae* libro VII. de quibus videndae no tae nostrae ad v. 557. Apud Maronem Aen. III. 617 optimae membrae: — *Vidi atro cum membra fluentia tabo Manderet, at trepidi trementes sub dentibus artus.*

132 *Exilio felix*] *Exilii ex* suis Naugerius. quod et mihi ar riderei, nisi nostri omnes miro consensu vulgatam scripturam tuerentur. lib. V. 268 *Felicesque vocas pariter studiique locique Mnemonidas.* ita et Virgilius non semel. apud Symmachum: *Felix operum Hortensius.* Silius lib. VIII. 379 *Barce felix oneri.*

137 *Se-*

137. *Supremaque funera debet*] *Supremaque munera* corrigebat Heinsius. Lindenbrogius notis ad Statium lib. XII Theb. 54 et Barth. ibid. frustra. ipse Statius lib. I Silu. I. 166 *Qualem te fauore fummo Atque rogum iuxta, Melior placidiſſime vidi.* vbi *munere* ſi quis reponat, non poſſit ferri, cum proxime praeceſſerit *deſunt in munera flammae.* et libro VIII *nec enim mihi cura ſupremi Funeris.* Valer. Flacc. V. 227 *Illius extremo ſub fune, mira repente Flamma poli, magnoque aries apparuit aſtro.* et Catalecta Pithoei p. 123 *Hic erepta iacet ſupremo funere coniux.* apud Lucanum quoque lib. VIII. 741 *Extremo ſed abeſt a funere buſti.* alii codices habent *munere.*

140 *Canes ſatiati ſanguine herili*] *Satiatae* Neapolit. primus, Vatic. ſecundus, Pal. ſecund. Medic. prior, Erfurtanus et tres alii. ſic apud Horatium ſemper, idque ad exemplum Graecorum, apud quos κύων ſaepe foeminino genere ponitur, maxime cum de venatu agitur. ita Homerus Οδυσ. Τ. Ὡς δ' ὅτε κύων ἀμαλὴν ἐπὶ σκυλάκεσσι βεβῶσα ἄνδρ' ἀγνοιήσασ' ὀλέσῃ. neque aliter Apollon. vbi varios canes recenſet. et κύων κρίσις Aeliano Hiſt. Anim. lib. III cap. II. Sophocles Aiace, Oppianus κυνηγετικῶν libris, atque alii paſſim. Ennio *venatica velox*: — *Animuſque in pectore latrat, Vt ſolita eſt, quando vinclis venatica velox Aptus ſilet.* ita ſcribendum. ſic *canis Gortynia* Vario. Lucretio *canes montiuagae. canis taciturna* Gratio. Noſtro lib. IIII Faſt. 946 *Obſcoenae exta canis.* quomodo et apud Virgilium lib. I Georg. 469 veterrimus Mediceus: *Obſcoenaeque canes importunaeque volucres.* et lib. VI. Aen. 493. — *Rabidae venantis Iuli Conſpexere canes.* Seneca Hippol. 1108 *Moeſtaeque domini membra veſtigant canes.* Rutilius Itinerario: *Atque olidum doctas noſſe cubile canes.* Noſter Met. VII ex optimo codice Ambroſiano v. 769 *Copula detrahitur canibus, quas illa ſequentes Effugit.* Pont. lib. II El. II. 40 ex ſcriptis probioris notae: *Quae fugit infeſtas territa cerua canes.* Prudentius lib. II contra Symmachum: *Sordida ſus noſtro amne natat, noſtra intras et ipſas Aqua canes.* ſic veterrimus codex. Noſter denpo in Ibide ex antiquis libris: *Et ſcindant auidas perfida corda canes.* lib. VII Ther. 409 *Echidnaeam canem* vocat Cerberum. lib. XI ex antiquis iidem libris: *Sollicitas canes.* et lib. XIIII. 599 ex veteri codice: — *Timetque Ora proterua canum; ſed quae fugit, attrahit vna.* Apuleius Met. VIII *Canes generoſae partitae totos venationis, et latratibus furibundis diſſonisque miſcent omnia.* videtur ſcribendum. vel *fremebundis*, cum in optimis membranis et prima editione ſit *latratibus ferundis.* in aliis ſecundis. vulgati *feruidis.* mox idem *canum praecurſores, quae comitum ſtipatorum veſtigium, confectas interficit.* ſic in membranis Ambroſianis Nonnius inuenit.

144 *Dies medius*] *Media* ſecundus Palatinus.

151 *Repetemus*] *Repetamus* nonnulli. lib. III Art. 747 *Sed redeamus opus.*

Digitized by Google

162 *Succinctus biatus*] *Incinctus* meliores. recte. nam *succinctae Dianae* praecesserat. lib. VII. 242 *Siluaque incinxit agrestis*. Fast. II. 634 ex MSS. *Nutrias incinctas missa patella lares.*

171 *Excipiunt laticem Nipheque*] *Nipteque* Bersmannus ἀπὸ τοῦ νίπτειν, Sed recte vetustiores magno numero *Nepheleque.*

175 *Per nemus igneorum non certis passibus errans*] Hic versus in Florentino primae notae, Neapolitano, ac Mediceo secundae manu recentiori margini erat adscriptus, qui proinde suspectus est habendus.

193 *Nec plura minata*] Alii *locuta*, vnus Moreti et Leidensis *morata*, venuste. Virg. Aen. V. 381 — *Nec plura moratus Tum lucus taurum tenet.* Lucretius libro VI. 244 — *Neque te promissis plura morabor.* Valer. Flaccus IIII. 243 — *Nec plura moratus, Ingentes humeros spatiosaque protulit ossa.* Statius lib. III Silu. III. 164 *Nec plura moratus Romuleum referens iterum Germanice limen.* Theb. II. 197 *Nec plura morati Consurgunt.* Corippus Africanus libro III — *Non plura moratus Augustus nutu tolli sublime ferentem Imperat.* Lucanus libro II *Sed quid plura moror?* Virgil. Aen. III. 610 — *Dextramque haud multa moratus Dat iuueni.*

200 *Vt vero vultus et cornua vidit in vnda*] Versum hunc frigidum et insulsum meo tolle periculo, quanquam scripserit quotquot vidi, membranis tenaciter inhaerentem. nisi quod in vno Leidensi *Vt vero solitis sua cornua vidit in vndis* aliquanto rectius legebatur.

204 *Domum et regalia tecta*] Auser τὸ *et* ex auctoritate Arondelliani, primi Moreti, et aliorum quatuor. nihil familiarius his locutionibus apud Nostrum.

213 *Hylaeusque ferox*] Scribe *fero apro*, quicquid scripti codices pro vulgata lectione certant. lib. III Amor. 40 *Et ferus in siluis farra metebat aper. Feroces apros* etiam alibi vocat. Caeterum videtur alludisse ad Hylaeum illum, qui cum Anceo ab apro Calydonio est interfectus, teste Apollodoro. Sidonius Carm. XIII de Hercule: *Captiuumque ferens filua ex Erymanthide monstrum Exarmata feri riserat ora suis.*

227 *Quaque est difficilis*] Sec. Palat. *Qua via difficilis.* Male etiam *feruntur* cum duobus pro *sequuntur*, quod *secutus* versus proximo mox occurrat.

229 *Heu famulos fugit ille suos*] *Ipse* cum melioribus.

230 *Actaeon ego sum*] Hic versus, *Actaeon ego sum*, non magis Nasonis est, quam meus, agnoscunt tamen libri veteres. Eo sublato omnia erunt concinniora.

235 *Praecipitata via est*] *Anticipata* veterrimus Florentinus S. Marci, secundus Mediceus, et quatuor alii. notat ex suis etiam Viuianus. neque aliter Eutyches Grammaticus agnoscit. Statius Theb. VI. 442, qui hunc locum haud dubie respexit: *Speraui flexae tuncum compendia metae Interius ductis Phoebeia augur habenis Anticipasse viam.* Vsus est verbo etiam praeter alios Lucretius lib. V. 658. Spartianus Anton. Pio cap. V

Digitized by Google

ut undique nuntios citius posset anticipare. sic enim codex Regius et Politiani Mediceus, quod non intellexit Casaubonus. vide Salmas. Vulgo *accipere.* In Elegia de Rosa, quam Ausonio vulgo adscribunt, et quam ego in codice Iuniano reliquis Ouidii amoenam offendi: *Strictior Eoos praecesserat aura iugales, Aestiferum suadens anticipare diem.* vbi *suadens* forte legendum. Sidon. Apoll. de Narbone v. 405 *Sperans anticipasse Ioui priorem.* Ausonius de Eque: *Promtum et velox erat anticipare quadrigas.* Videtur hunc quoque locum respexisse Guntherus Ligurinus lib. III. 225 *Trifida signa mouens, Thusci compendia montis Ascensu superans, meliori subdita caelo Castra locat.* ita enim scribendum. valde Rittershusium is locus exercuit, vulgo legitur. *Thuscique erepundia montis.* Paulo post sequitur apud eundem: *compendia montis.* et *ardua corripiunt trepidi compendia pontis.* habes apud eundem libro VII. Versu praecedente *tardius exierat* est metaphora a circo sumta. equi enim proprie *exire* carceribus dicuntur. Seneca Natur. Quaest. lib. III prol. *qui tardius exierant meram velocitate pensant.*

240 *Et genibus supplex pronis*] *Pulsis* vnus Bononiensis prae diuersa lectione, quod placet. *ponere genu* elegans et Latinum, de quo ad Claudianum VI Cons. Honor. 71. Noster lib. I. 729. *Pulsisque in margine ripae Procubuit genibus.* et lib. VI. 346. *Accessit pulsoque genu Tiscnia terram Pressit, vt hauirent gelidos potura liquores.* Vsus est et Lactantius eodem loquendi modo lib. II Instit. Diu. cap. II *Illis supplicant genu posito.*

248 *Solitis hortatibus*] *Latratibus* vetustiores maxima ex parte. clamore et hortatu latratum canum aemulante. Virgil. Georg. III. 411 *Saepe volutabris pulsos siluestribus apros Latratu turbis agens.* quidam *clamoribus.* alioquin *hortatibus* ferri posset. quomodo Epist. IIII. 42 *Hortari celeres per iuga summa canes.* et Metam. X. 536 *Hortatusque canes ritu succinctа Dianae.* Apuleius Met. IIII *Canes, vt ad me laniandum rabie percitі ferunt impetum, passim cohortantur.* et postea: *Canes etiam venatici quoties illos et horricomes ad comprimendam bestiam cohortatur.* libro VIII *Canes rabidos et immanes iubilationibus solitis mihi inhortantur,* vbi *sibilationibus* malo. Homero in Odyssea *ουδει ιλυιες* est. *monere canes* dixit Propertius libro II Eleg. XVIIII. Sed in Virgilii loco de ipsis canibus potest intelligi latratus, de quibus illic agitur.

245 *Ad nomen caput ille refert*] Scribe *vt querentur* vel membranis inultis. saepissime ita peccatum.

251 *Nec nisi finita*] Hunc quoque versum cum sequenti ab incita manu profectos esse fum certus. Tu foedissimum centonem abige ab hac purpura. Certe in vno codice, quem vir doctissimus Carolus Sprotius Aquisgranensis dono mihi dedit, a manu recentiori adscriptos margini deprehendi.

267 *At puto furto est Contenta*] τὸ *est* a multis praestantioribus abest. Scribe *at puto furto Contentam.*

272 *De Ioue*] *Ab Ioue* cum melioribus. et *penetrasse* pro *penetrabit* cum Berneggeriano, Cantabr. et tribus aliis. *in undas* etiam

Digitized by Google

etiam praestantiores plerique, non *ad undas*. nec etiam male *umbras* Vossianus. vt lib. I. 139. Silius V. 597 et alii. sed quia *mersa* praecedit, quod cum *undis* melius conuenit, vulgata magis placet. Praecedenti versu *nec sum Saturnia* veteres plerique agnoscunt, non *non sum*. Silius libro VIIII. 111 *Non sum equidem Sulmone satus, mea, Sotrice, proles, Nec fraser. Mancinus, tuus, fatorumque nepotem Pergameo indignum Solima, si cuaderedatur Huic nostras impune manus*. ita scripti. Petronius cap. LXXXI *aut ego vir liberque non sum, aut noxio sanguine gaudebo iniuriae meae*. Apuleius Metam. lib. V *Nec sum mulier, nec omnino spiro, nisi eam pessim, de tantis opibus deiecero*. sed cum ita optimis membranis Florentinis legatur illic *spirem*, rectius legetur *nec sim mulier, nec omnino spirem*. et ita quoque hic *nec sum Saturnia*, et apud Silium *non sum Sulmone satus*, et *fateor* nunc praeferem. nam Plautus Menaechmis *Non hercule is sum qui sum, nisi hanc iniuriam, meque vltus pulchre fuero*. Homerus Iliad. Β, Μαὶ ἐγὼ Τελαμόνιος μετὰ πᾶσιν ἀριστεύων ἦν.

273 *Fuluaque recondita nube*] Emendabam olim coniectura, ve mihi videbar, non dubia, *furua nube*. nunc haereo, nam et apud Virgilium lib. XII. 792 *Fulua pugnas de nube videmus* habes, et apud Lucretium lib. VI. 460 *fuluae nubis caligine crassa* in vulgatis et scriptis exemplaribus constanter. et sane *fuluam caliginem* dixit quoque Valerius Cato in Diris, et Statius Theb. VIIII. 727 — *Venit in medias caligine fulua Lernae globos*, cum *furuam* dixerit *caliginem* Ausonius Cupidine crucifixo. in Statii tamen loco nonnulli codices *furua*. ξανθὰν quidem νεφέλην appellat Pindarus Olymp. Od. VII. sed ibi de aureo Rhodiorum imbre agitur. Iane Val. Flaccus lib. II. 115 *picem nimbum* dixit: *Cum dea se picea per fulua turbida nimbo Praecipitat*. Verum haec pro dubiis venditamus. nam Agroetius de Orthographia *fuluum* colorem a nigro non multum differre contendit, et hinc *fuluam Aquilam* Poëtis dici, at illud certum, lib. V Metam. 541 *Et Acheronte suo furuis paperisse sub antris*, veram esse lectionem. vt et apud Silium Italicum libro VI. 149 *Intus vtra domus, furuoque immanis in antro Sub terra spacus, et tristes sine luce tenebrae*. vbi *curuo antro*, et *sub terras*, nunc legitur. quo *curuo antrum* eandem spacum appellabit Silius. idem lib. VII. 680 *Iamque in palantes ac versas terga feroces Pugnabant frali, fubitus cum mole pauenda Terrificis Maurus prorumpit Tungar in armis. Nigra viro membra, et furui iuga celsa trahebant Cornipedes, totusque nouae formidinis arte Concolor aequabat Iuuenis curuus equorum Terga, nec ereclis similes imponere crislis. Cassarat pennas, aterque tegebat amictus. Cui quondam aeternae regnator noctis, ad imos Cum fugeret thalamos Ennaea virgine rapta, Et nigrantem Stygia caligine currum*. ita locus ex optimo codice constituendus, nisi quod *furui cornipedes* pro *fuluis* ex coniectura nostra sunt repositi, quomodo restituendum esse vt certius liqueret, versus plures adscripsi. Terentius Scaurus de Orthographia: *Furuos dicimus, quos antiqui fuscos*, sic *furua Proserpina* Horatio lib. II. Od. XIII. et Statio Theb. VIII. 10

Non-

Digitized by Google

Nondum illum furuo Proserpina posse notarat. et *furuae letbi plagae* apud eundem Pietate Abascantii. Seneca Hercule Oetaeo: *Cui furua nigri scepira gestantur poli.* idem ibidem sub finem: *Nox puppis umbras furua transuexit meas.* ita scribendum. nam vetus codex *fulua.* vulgati *curua.* vnde et fusca dis inferis pecora immolata. de quibus Silius libro VIII. 119 — *Furuasque trahebam Ipsa manu properans ad visa piacula hidentes.* Censorinus de die natali ex Varrone: *vti Diti Patri et Proserpinae ludi Tarentini in Campo Martio fierent, et bostiae furuae immolarentur. Furuam nolli* dat *pallam* Iuuencus Histor. Euangel. lib. II. Prudentius Cathemerin. hymno VIIII *Sed deus dum luce furuae mortis antra illuminat. Furua mortis antra,* hoc est, inferos. ita scribo. *Luce fulua* nunc legitur etiam in scriptis. *furuam noctem* etiam dixit Marcianus Capella lib. VI et initio libri II, vbi *purum* perperam nunc legitur: *Sed furuum asbriferis caelum scandebat habenis Nox vocans merso fulgentia sidera caelo.* Est et vox ea non semel mendosa apud Valerium Flaccum. vt lib. IIII. 409 *Contra Nilus adest, et toto gurgite torrens Tisiphonen agit, atque imis illidit arenis, Ditis opem, ac furui clamantem numina regni. Saeui regni* perperam legitur. eodem libro 594 — *Subter inga coloni Aequor aquas Acberon, vasoque exundat hiatu Spumeus, et furuus sequitur caligine campus.* vides hic denuo *furuam caliginem.* at vulgati: *Fumeus et saeua caligine.* minus bene. Putabam eidem Valerio hanc vocem quoque reddendam lib. V. 413 *At medii per terga suis rapit ipse nitentes Altus equos, curuoque diem subsexit Olympo.* nunc vero tutius opinor *fulua* reponi. quo modo idem libro VII. 157 — *Sublimis in auras Tollitur, et fulua Venerem vestigat Olympo. Flammiferum Olympum* dixerat initio operis. *furuum* quoque *saepiam* habes apud Ausonium Epist. V et VII. et *furuam culpam* apud Prudentium Cathemerin. Hymno I *Iam furua culpa obdormiet.* Propertius libro IIII Eleg. VII *Denique quis nostro furuum te funere vidit? Atram quis lacrymis immaduisse togam?* ita scribendum. Vulgati *curuum.* minus concinne. quod et Passeratio videbatur. apud eundem libro IIII Eleg. vlt. legendum quoque putem: *Te licet orantem furuae deus audiat aulae,* non *fuscae aulae.* cum de inferis fere semper Poëtae, vt iam vidimus, *furui* voce vtantur. sic et Prudentius Hamartig. *furuum Auernum* dixit. Marcianus Capell. lib. I *furtum tartareae noctis obscuritate furuescens.* et lib. IIII *foemina habitus furui.* et apud Arnobium *Aethiopicis solibus Isis furua.* Tibullus lib. II Eleg. I *Postque venit tacitus furuis circumdatus alis Somnus, et incerto somnia pigra pede.* non *fuluis alis,* cum *fulua sidera* proximo versu praecesserit. *pigra* etiam *somnia,* non *nigra,* ne bis idem dicat. Silius Italic. lib. III. 681 *Ad quae Carpathium super aequor nulla per auras In Libyen furuis vranauit concolor alis.* vbi *niueis* alis perperam et contra fidem historiae nunc legitur. *furuam gentem* Indos vocauit Iuuenalis Satyra XII. Contra apud Prudentium Hamartig. 635 *fulua* pro *furua* scribendum: — *Fulua se mauere vilem Vendax noticolae spurcis complexibus Indi.* ita vel

Digitized by Google

ruſtiſſimus codex Puteaneus. aurum intellige. ſed reuertamur ad Naſonem.

276 *Et curua trementi Membra tulit egreſſu*] *Paſſu* rectius veterum plerique. lib. XIII. 533 — *Ad littus paſſu procedit anili.* ſup. v. 175.

278 *Ipſaque erat*] *Fit* Mediceus vnus ex melioribus. Idem mox *ſuſpiras*, et *Optem*, non *Opto*.

283 *Nec tamen eſſe Ionem ſatis eſt*] Primus Mediceus, et alius eiusdem bibliothecae cum Ambroſiano notae melioris: *eſſe Iouis.* te nimirum. ſic Epiſtola Didus: *Eliſa Sichaei.* et apud Lucanum: *Cornelia Magni.* et in veteri inſcriptione *Caecilia Craſſi.*

299 *Vultumque ſequentis transit Nubila*] *Vultuque* ex melioribus multi. quidam *vultuſque*. Fragmentum Theatinorum Romanum antiquae notae *nutuque*.

316 *Dumque ea per terras*] Vnus Mediceus *per Thebas*. vt Statius ſit imitatus lib. VIII Theb. 655 *Dumque ea per Thebas; aliis ſerpentibus ardens, Et face mutata, bellum integrabat Enyo.*

328 *Vidit et eſt*] Vnus meus *vidit et eſt veſtrae ſi s. p. p. eſt.* Lege *vidit, et a veſtrae ſi tamen potentia plagae etc.*

329 *Vt auctoris ſortem*] *Auctori* Bernegger.

331 *Genitiuaque venit imago*] Tres *rurſus imago*. rectius. ſed cum in multis *redit* inuenerim contra legem carminis, cenſeo ſcribendum *genitiuaque reddita imago. genitini Apollinis* mentio apud Catonem de educandis liberis, qui in inſula Delo coleretur. ita Ille vertit vocem γενέτορος. De ara Deliaca Apollinis γενέτορος copioſe Macrobius Saturn. III. 6. *Apollinis genitoris ara* eſt Valerio Flacco V. 403. Meminit eius et Diogenes Laërtius lib. VIII.

341 *Prima fide vociſque datae tentamina ſumſit*] Ita recte MSS. pro *fidei*. male alii *fidem*. et ita citat Priſcian. lib. VIII p. 780. Pro *fidei*. Horat. III Od. VII ex V. C. Petau. *Conſtantis iuuenum fide*. infr. VI. 566. VII. 728 et 737. et XII. 365. Mox etiam *vociſque ratae*, non *datae*, quod defendit Ciofanus. Faſt. III. 77 *Vox rata ſit, patrioque vocat de nomine menſem.*

343 *Cephiſus*] *Cephiſos* caſtigatiores. quomodo et apud Vibium Sequeſtrum, et Priſcianum Perlegeſi. quidam etiam *Cephesos*, tam hic, quam alibi. nonnulli *Cephiſſos*. *Cephiſſos* ſcribitur apud Feſtum Anienum v. 599. Similiter variant Graeci in hoc nomine. Κηφίσσος eorum quibuſdam eſt. Homero Iliad. Β Λίμνη κεκλιμένος Κηφισσίδι. quomodo et Rufus Feſtus: *celeri Cephiſſus volutur unda.* Pindaro Καφισὸς Pyth. Od. IIII. at eidem Olymp. Od. XIII Καφίσια ὕδατα.

345 *Infantem Nymphe*] *Nymphis iam tum qui poſſet amari* Florentinus S. Marci, et duo Medicel. quod et in ſuis Vinianus inuenerat. probe.

348 *Si ſe non nouerit*] *Videris* Berneg. Cantabrig. aliique multi.

351 *Nam*

351 *Nam ter ad quinos etc.*] Alter Rogerii Twisden *Iamque.* rectius. *Cepheus* hic etiam plerique veteres. primus Mediceus et duo alii *Cephesios.* multi *Nam quater ad quinos.* sed perperam.

353 *Petiere*] *Cupiere* meliores omnes. eadem diuersitas lib. XII. 404.

354 *Tam dura*] *Dira* multi veterum. recte.

362 *Quia cum deprendere posset*] *Quae cum* multi scriptorum. Puto *Quae ne deprendere posset.*

363 *Sub Ioue*] *Cum Ioue* scripti quinque. vt Iuuenal. IIII. 9 — *Cum quo nuper vittata iacebat Sanguine adhuc viuo terras subitura sacerdos.*

365 *Postquam haec Saturnia sensit*] Tolle *rò haec* ex auctoritate meliorum codicum.

370 *Per deuia rura vagantem*] *Lustra* primus Moreti et vnus Mediceus.

374 *Admotas flammas*] *Admotam flammam* meliores.

381 *Aciem partes admisit in omnes*] *Dimisit*, vel *dimittit*, scripti. nisi quod in vno Mediceo ex praestantioribus *diuisit.* eleganter. vt apud Catullum LXII. 14 *Nos alio mentes, alio diuisimus aures.* Statius Theb. II. 589 — *Partes pariter diuisus in omnes Hos obit, atque illos.* idem Achilleide I. 199 *Quae nato secreta velis, quibus abdere terris Destinet, huc illuc diuisa mente volutas.* sic scribo. *diuersa mente* in vulgatis est. atque ita in Claudiano quoque videtur castigandum lib. I Raptus Proserpinae 119 *Diuisos ducens animos. Eadem diuidere in vrbes* eidem lib. II. in Ruf. v. 25 ex membranis, vbi plura; vt et versu 372 eiusdem libri. Virgil. Aen. IIII. 285 et VIII. 20 *Atque animum nunc huc celerem, nunc diuidit illuc, In partesque rapit varias, perque omnia lustrat.* Seneca Troasin 959 *Lassabor in tot oscula, et in totum gregem Diuidere matrem. Diuidere diem* ibidem 197 *Sic fessus alta nocte diuisit diem.* ita optimus codex.

388 *Egressaque silua*] *Siluis* Neapol. secundus Medic. aliique nonnulli. initio Aeneidos Virgilius: *egressus siluis vicina coegi.* Posset et *siluas*, vt sup. lib. II. 517. lib. IIII. 488 ex codice Mediceo: *sectumque exire parabas.* et X. 712 *siluasque exire paratum* ex MS.

389 *Sperato*] Vnus Moreti *captato.* venuste. nihil tamen muto. vid. lib. XIIII. 653.

390 *Fugiensque manus complexibus aufert*] Rescribe meo periculo inuitis membranis, et redde suas elegantias Nasoni: *Ille fugit, fugiensque, Manus complexibus aufert.* vt fugientis et complexum auersantis Narcissi verba sint.

396 *Et tenuant*] Multi *attenuant.* vt inf. 489

401 *Qui viuit in illa*] Malim *viuat.* nisi hunc et praecedentem versum tollendos censes. nam quid opus erat repeti *Inde latus siluis*, cum paullo ante dixisset *Sperato latet siluis?*

405 *Sic amet ipse*] *Ipse* cum melioribus. contemtim.

407 *Fons erat illimis, nitidis argenteus vndis*] Malim *nitidisque argenteus.* sumsit enim ex Homero, apud quem ὕδωρ ἀργύ-

Digitized by Google

Βαγλεφον non semel occurrit. Theocr. Idyl. XXIII crystall argento similem fontem vocat. vide Callim. Hym. in Cere et 28. et ibi Frischlin.

408 *Pastae in monte*] *Pastae monte capellae*, ablato *in*

412 *Sole locum*] *Latum* recte vnus Basileensis. nam *faci* mox sequitur. sic infra v. 500 *totidemque remisit Verba* cum Arondeliano.

417 *Spem sine corpore amas*] Thysii codex, vnus Medi et vnus Argentinus *Rem.* probe. lib. VII. 835 *Quod nihil e suit, metuit sine corpore nomen.*

420 *Sua lumina fidus*] *Ceu lumina fidus* maiori ex part teres. Behotius in Apophoretis legit *geminum sua fidera* vt excerpta Langermanni. Ego, si quid mutandum sit, bam *geminum duo lumina fidus.*

421 *Et dignos Bacchio digitos, et Apolline crines*] Not Poëtis ῥοδοδάκτυλος ἠὼς, de Bacchi digitis mera nugacitis lib somnia. Repone igitur ex fide Florentini optimi, Thu Neap. primi Palat. primi Vatican. vtriusque Erfurtani, A et trium aliorum, vt parenti meo reponendum videbatur, que ex suis codicibus Vivianus et Ciofanus iam monuerunt *dignos Baccho, dignos et Apolline crines.* de Bacchi comis Poëtae. hinc ἀκερσεκόμης dictus et ἀβρεκόμης Graecis.

426 *Parterque accendit*] *Incendit* plerique veteres. et *in medias aquas*, non *mediis aquis.*

436 *Discedes*] *Discedat* vnus meus.

438 *Opaca fusus in herba*] Forte *opaca suis in herba.*

440 *Leuatus*] *Leuata* Neapolitanus. scilicet bracchia. non displicet.

453 *Minimum est quod amantibus obstat*] τὸ *est* multi ve non agnoscunt. Forte: —— *Minimum quid amantibus obstat*

454 *Quid me, puer vnice, fallis*] *Inside* vnus Palat. Argent. Thysii cod. quod elegans sane, vti et parenti me debatur. vnus Moreti *quid me pulcherrime fallis.* Sed vulgat tio ipsius Naſonis est) et longe elegantissima. *vnicus*, qu rem non habet, siue ad formam et pulchritudinem, vt hoc siue ad alias dotes referatur. aut quem quis prae caeteris Iuuenalis Sat. VIIII. 63 *Improbus es, cum poscis, ait. Sed clamas, Posce: sed appellas puer vnicus, vt Polyphemi Lasa per quam sollers euasit Vlysses.* sed illic sumi potest de pu qui domino suo vnicus est et solus. Plautus Asinar. Act. IIII *Nam tu Pœnæ es ad eam rem vnicus.* Captiuis Act. I *Alienis cum eius incommodum tam aegre feras, Quid me pa par facere, cui ille est vnicus?* verba Hegionis sunt, qui t duos filios habebat. Bacchid. Act. III Sc. III Phi. *Quo nunc me?* Ly. *Ad illam, quae tuum Perdidit, pessundabit filium vni vnicum.* Catullus ad Caesarem Carm. XXVIII *nomine, Imperator vnice, Socerque generque perdidistis om* Afranius: *Quis tam ingenio est vnico et corde sagaci.* Pater lib. II. 7 in nullam partem posuit: *Huic atrocitati adiectam* vni

Digitized by Google

…ium. et Festus: *Sardanapalus, Rex Assyriorum vnicae luxuriae.* …ullus Carm. LXI. 228 *Qualis vnica ab optima Matre Telemacho manet Fama Penelopeo.* Propertius ad Cynthiam libro I …g. II *Cum tibi praefertim Phoebus sua carmina donet, Aoniam… libens Calliopea lyram;. Vnica nec desit iucundis gratia dictis.* …enim scripti quidam, non *verbis.* et lib. II Eleg. XVIIII *…nica nata meo pulcherrima cura dolori.* Hinc emendandus Apu…ius Florid. libro I loco vexatillimo: *Alexandro illi, longe olim …ellentissimo Regi, cui ex rebus actis et auctis cognomentum …agno* (pri. ed. *Magnum.* puto *Magni*) *inditum est, ne nisi …unam gloriam adeptus sine laude vnquam nominaretur.* Elmen…hius edidit *inditum est, placuit, ne iste vnus eam gloriam a… vnq.* partim ex Coluii, partim ex Wouwerii coniectura. …do mehercules exemplo. optime prima editio: *ne vir vnicam …riam adeptus, sine laude vnquam nominaretur.* scribe *Alexan… illius longe olim excellentissimi Regis, cui ex rebus actis et au… cognomentum Magni inditum est, ne vir vnicam gloriam ade… sine laude vnquam nominaretur.* quae omnia iam plana sunt perspicua. ex illo enim *cui ex rebus actis* etc. vsque ea verba *…r igitur Alexandri*, quae inseruntur, parenthesi sunt includenda. …io Metamorph. *Thessaliam (iam illic originis maternae no…ne fundamenta a Plutarcho illo inclyto, ac mox Sexto Philo…ho nepote eius, prodita gloriam nobis faciunt) eam Thessaliam …voto petebant.* et sic saepe idem Apuleius. Sed quando non …bi Nasoni castigando hae lucubrationes a nobis dantur, eius…em Apuleii pulcherrimum fragmentum, quod Alexandri Magni …ribus datum est, tribus quatuorue naeuis liberemus. quod …quitur metuo vt sit sanum: *Nam solus a condito aeuo, quantum …minum memoria exstat, inexsuperabilis imperio orbis auctus.* quo… modo enim *inexsuperabili imperio auctus?* quod statim ab …cessu eius dirutum ac profligatum sit? Forte scribendum: *solus …condito aeuo, quantum hominum memoriae restat, inexaequipa…bili imperio orbis auctus.* imperio auctus, cui nemo alius simile …que par obtinuit. sed vt hoc pro certo non affirmem, ita certum …t ex veteri libro mox reponi debere, *ne qui effigiem regis temere …imularet* pro eo *quin saepe solus eum Polycletus aere duceret*, …quod mendosum est, opinor scribendum esse *quippe solus eum.* …m in veteri codice est *quin ipse.* De Polycleto autem lapsus …moriae est, cum Lycippo alii scriptores vno consensu id tri…uant. *Praeter hos tres, si quis vspiam reperiretur imagini regis …unam admolitus, haud secus in eum, quam in sacrilegum vindi…caras.* parum Latine si quid video: prima editio *vindicaturus.* …go vindicatum iri. *Eo igitur omni metu factum, solus Alexan… vt vbique imaginum simulus esset. vbique simillimus esset* codex …ominus. Puto *vt vbique imaginum sui simillimus.* nisi mauis *…go esset*, hoc est sibi constaret, se referret. pro eo, quod se…quitur, *idem ingenium maximi honoris*, reponendum *maximi ho…ris.* Nunc ad Nasonem reuertamur.

463 *Ille ego sum*] Alii *ipse.* sed primus Mediceus argute *in …go sum.*

Digitized by Google

467 *O vtinam a noſtro*] Tolle rò *a*, et verſu proximo rò *e* ex fide optimorum codicum.

477 *Quo refugis? remane*] Primus Palat. *Quoue fugis.* vnus Voſſian. *Quo fugis? o remane.* quatuor *Quo fugis? remane.* Scribe *Quo fugis? ore mane.* Deinde *Nec me crudelis amantem Define.* vt primus Baſil. tertius Mediceus, prior Regius, aliique multi. Vide Notas Art. Am. lib. II. 725.

480 *Summa veſtemque reduxit ab ora*] *Veſtem deduxit* multi veteres. primus Gronouianus, et cum Barberiniano quatuor alii quinque alii *ſumma veſtem deduxit ab ora.* recte. lib. V. 399 *ſumma veſtem laniatas ab ora.* ſic contra *tunicas ora ſubducere ima* in re obſcoena lib. II Faſt. 347. erat enim duplex in toga ora, ſumma et ima. vnde *duplex ora* Quintiliano lib. XI Inſtit. Orat. III *finiſtrum brachium eo vſque alleuandum eſt, vt quaſi normalem illum angulum efficiat, ſuper quod ora ex toga duplex aptè qualiter ſedeat.* nudaturis pectus deducenda erat veſtis. lib. XI Metam. 204 — *Veſtemque manu deduxit, et, haec ſunt Pectora ſemper, ait, veſtris exercita rebus.* vbi *diduxit* male nunc legitur. Seneca Hercule Oetaeo 1068 — *Mater in luctum furens Deduxit quidam pectus, atque vtero tenus Exerta vaſtos vbera in planctus ferit.* ſic probe veterrimus codex. Plura notauimus Amor. I. 8. 48.

482 *Tenuem percuſſa ruborem*] *Roſeum ruborem* Florentinus S. Marci, primus Vaticanus et duo alii.

486 *Liquefacta rurſus in vnda*] Cera liquefacta dici poteſt de vnda non opinor. nec libri tamen veteres opitulantur. Ceterùm ſeo nihilominus ſcribendum *liquenti vnda.* eſt enim prima ſyllaba communis, quod ignoratum inſcitis librariis ſcripturae gemuinae mutandae cauſam dedit. ſic *liquentia flumina* apud Virgilium prima ſyllaba producta. Vide notas Pont. lib. I Eleg. II. 57. Propius tamen accedit ad vulgatam ſcripturam, ſi *liquaci vnda* reponas. de qua diximus Remed. Amor. 177.

490 *Et tecto paullatim carpitur igni*] Longe rectius *caeco igni* tertius Mediceus et quinque alii. ſex pro diuerſa lectione id ipſum quoque exhibent. Notum hoc Maropis IIII Aeneid. *Vulnus alit venis, et caeco carpitur igni.* Noſter libro VIII. 58 de Meleagro: — *Caecis torreri viſcera ſentis Ignibus.* Lucretius lib. IIII. 926 *Poſſit vt ex igni caeco conſurgere flamma.* Faſt. II. 760 *caeco captus amore.* Triſt. II. 383 *caecae flammae nouerae.* inf. lib. VIIII. 174 *caeca tabes.* et Faſt. II. 822 *caecus vetus.* Seneca Agamem. 118 *caecus amor. caecum pectus* Faſt. V. 135 ex MSS. *caeca vulnera* inf. VII. 342. Epiſt. Phaedrae. *caecum vulnera pectus habent.* ſic Silius VI. 7 *dextraeque in vulnere caeco haeſere.* vt ad eum locum legendum oſtendimus.

50, *Lumina mors clauſit*] *Mox* Cantabrig. et tres alii. *claudit* etiam meliores. Scribe *nox claudit.* quod pro diuerſa lectione in vno Thuaneo et vno Baſileenſi extabat. *nox* pro morte. ſic et apud Propertium videtur legendum lib. II Eleg. XIII *Quandocunque igitur noſtros nox claudet ocellos. In aeternam claudentur lumina*

Digitized by Google

Iunita noctem Virgilio X. 746. Lucanus lib. III. 735 de Argi patre moribundo: *Nox subit, atque oculos vastae obduxere tenebrae.*

507 *Planxerunt Dryades*] *Planxere* primus Moreti, prior Hamburg. et quinque alii. repone *Planxere et Dryades.* Praecedenti versu pro *fratri imposuere* primus Gronouianus, prior Erfurtensis et duo alii *posuere.* quod artidet. nam quomodo fratri imponerent capillos, qui nusquam erat? Statius Theb. VI. 515 — *Te plangeret Argos, Te Nemea, tibi Lerna comas, Larissaque supplex Ponere.* lib. V Silu. III. 106 *Pone super tumulos et magni funus alumni.*

511 *Vatis*] *Vati* ex scriptis.

515 *Tenebras et cladem*] Ex iisdem *tenebrasque.*

516 *Tempora canis*] Zinzerling. Promuls. I. 51 ex MSS. legit *vittis.* Stat. III Theb. 467 *Niueis ornati tempora vittis.* Inst. V. 110 *Albenti velatus tempora vitta.* et XIII. 643 *Hinc Anius niueis circumdata tempora vittis Concutiens.* XV. 676 *Euinctus vitta crines albente sacerdos.* vid. ad Fast. III. 861.

517 *Bacchica sacra*] *Bacchia* pri. Vatic. pri. Erfurt. pri. et sec. Medic. sec. Palat. Cantabrig. aliique plurimi. sic Trist. lib. I Eleg. VI *Bacchia serta*, in scriptis.

519 *Namque dies aderit, quam non procul auguror esse*] Scripti vetustiores *quam iam haud procul.* vel *quam iam procul.* et *Iamque dies.* alii *quam haud.* vel *iam haud.* Scribe: *Iamque dies aderit, iamque haud procul auguror esse.* Statius Theb. VIII. 206 *Iamque erit ille dies, quo te quoque conscia fati Templa colant.* Sedulius lib. V *Iamque dies aderat nocturna moestior umbra.* Horat. I Sat. V *Iamque dies aderat.* Deinde repone *veniet* pro *veniet.*

524 *Euenies*] Multi veterum *Es veniet.* Lego *Euenient.* In Ibide 136 *Euenient. dedit ipse nihi modo signa futuri Phoebus.* Vide Notas Fast. IIII. 775 et Trist. I Eleg. VIII.

529 *Turba ruit*] *Ruunt* rectius nonnulli.

532 *Attollit mentes*] *Attonuit* Naugerii codices. optime. quam lectionem Neapolitanus et Vrbinas ex nostris agnoscunt, et sec. Mediceus, et excerpta Calandrae. agnoscit et Scholiastes Statii ad lib. VII Theb. 164. Noster saepe hoc verbo vtitur. Phaedrae Epist. IIII. 49 *Vt quas semideae Dryades Faunique bicornes Numine contactas attonuere suo.* Maecenas apud Senec. Ep. XVIIII *Ipsa altitudo attonat summa.*

534 *Bellicus ensis*] Magis placet, quod primus Gronouianus pro diuersa lectione exhibebat, *belliger ensis.* Barber. *bellifer.* sic apud Martialem lib. V Epigr. XXV *Hermes belligera superbus hasta.* Pro *frondes magicae* optimus Cantabrig. *frondes.* argute. vt ad thyrsos alludatur. Pro *terruerit* etiam *terruerint* multi ex melioribus.

539 *Hac Tyron ac profugos*] Multi veterum *A Tyro hac profugos*, quod Viuianum, Ciofanum, et Giphanium Indice Lucretiano, in *a non existitum*, approbatores inuenit. alii aliter codices. Ego illos sequor, qui *Hac Tyron, hac profugos* exhi-

Digitized by Google

bent, quod eam quoque lectionem a Scholiaſte Statii Theb. V videam agnoſci. dictum vt illud Virgilii: *Ilium in Italiam tra fer victoſque penates.* Silius lib. IIII *Lydius huic genitor Ti decus, aequore longo Maeoniam quondam in Latios aduexerit or* et libro I. 42 *Intulerit Latio ſpreta me, Troius, inquit, Es Dardaniam, et bis numina victa penates?* Noſter lib. IIII F 251 *Cum Troiam Aeneas Italos portaret in agros.*

547 *Vincite molles*] *Pellite* ex optimis ſcriptis. nam *vinc* verſu primo praeceſſerat.

548 *Et patrium retinete decus*] *Reuocate* pro diuerſa lectio prim. Gronou. et vnus Palatinus. vt apud Silium XI. 82 — *R vocate in pectora Cannas.*

Si fata vetabunt] Primus Gronouianus pro diuerſa lectio *negabant.* forte *ſi fata negabunt ſtare diu Thebis.*

555 *Sed madida myrrha crines, molleſque coronae*] *Madi crinis* ſcripti.

557 *Modo vos abſiſtite*] Plurimi *aſſiſtite*, quod eſſet *iuu* ſed nihil mūto. Silius lib. VIII. 394 *Amnibus aut rapi* (*modo pugna abſiſtite*) *tradam.*

558 *Aſſumtumque*] Mediceus et alii quidam *aſſutumque.* fo *adſcitumque.* nam *abſumtumque* erat in Moreti.

567 *Moderaminaque ipſa nocebunt*] *Remoramina* Medic chartaceus ex optimo codice deſcriptus, prim. Baſil. prim. R gius aliique nonnulli. atque ita veterrimus S. Marci Floren nus ac priores Hamburgenſis et Erfurtanus pro diuerſa lectio prim. Palat. *remominaque.* mendoſe. tres *retinaculaque.* duo *re taminaque.* vnus Baron. *reuocaminaqua.* non male. vide No Epiſt. XIII. 135.

570 *Obſtructaque ſaxa iacebant*] *Tenebant* ſcripti paene omn et recte. deinde *obſtruſaque ſaxa* malit Gebhardus Crepu libro I cap. XVI e membranis Palatinis, quod et a me rep tum eſt in duobus ſcriptis exemplaribus, et a Freinshemio Curtium V. 1. 30 videtur approbari. tres alii codices *obiectaq ſaxa.* vnus Mediceus *abſtruſaque.* alius *abſtructaque.* alius *obſtructaque.* hoc eſt *obſtrataque.* quo alludit vnus Mereti, quo *obſtrusaque.* primus Gronouianus *abruptaque. Obſtantia ſi* Quinctilianus dixit ſimili comparatione libro VIIII Inſtit. O cap. IIII. *Obſtrataque ſaxa*, verbo parum vſitato, ſed cons nienti tamen. Apuleius Apologia: *mulierem multo natu maiore miſero puero obiicit et obſternit.* vbi nihil neceſſe contra libr veteres reponi *ſubſternit.* etſi Suetoniana eo inuitant, *pud tiam ſuam alteri ſubſternere. diſtegnere* verbum inſolentius h bes apud eundem Apuleium Metam. II *pueris, vt ab arbit nocturnae garritionis ablegarentur, humi quam procul diſtra eſt. ſubſtrati lapilli.* Auſonio: *viridesque per vlnas Lubrica ſu ſtratis veſtigia libro lapillis.* Sed, nequid temere mutemus, in N ſone, habes et apud Curtium *obſtructa ſaxa.* libro IIII cap. III *Vi quo vomentis et arietum pulſu muros quatit, quos Tyrii rapto obſtructis ſaxis refecerunt.*

575 *Et*

Digitized by Google

575 *Et tradunt. manibus poſt terga reuinctis*] *Ligatis* plerique. Opinor autem proxime ſequentem verſum eſſe adulterinum.

581 *Et patriam*] *Patriae* vnus Baſileenſis. vt lib. IIII. 697 *Deinde requirenti nomen terramque tuumque.*

589 *Quas habeo*] *Habea* Sixi codex. forte *habeas.*

590 *Morienſque mihi nihil ipſe reliquit*] Secundus Palat. *Morienſ mihi nullas ille reliquit.* Forte: *Dixit opes moriens: nullaſque mihi ille reliquit.* vel *relinquit*, vt in Louanienſi.

597 *Chiae telluris ad oras*] Recte Langermannus *Diae.* Naxos enim Baccho ſacra. Non diſſimili modo infra bis peccatum eſt.

598 *Adducor*] Ita ex omnibus ſuis MSS. Ciofanus, et probat Gruterus, et plurimi noſtri. alii male *et ducor dextris ad laeua remis.* alter Gronouianus non male *aduertor litora remis.* ſic inf. 636 *Naxon, ait Liber, curſus aduertite veſtros.* v. 649 *Scyrbitas aduertitur oras.* ſed nolim temere mutare τὸ *adducor.* Apulei. lib. III Met. *Circumductus angulatim forum eiuſque tribunal adſtituor.* vbi forte legendum *forum reus atque tribunal adſtituor.* lib. V *confecta vox eius aures adſertur.* lib. VI *Pſyches pedes eius aduoluta.* ſic Giphanius indice Lucretii in *adhaeret.*

599 *Vdaeque immittor arenae*] *Iunitor* vnus Voſſianus et pro diuerſa lectione Zulichemius. vere, vt opinor.

602 *Ducit*] *Ducat* meliores.

611 *Et ſenſi ac dixi*] Barberinianus *vt ſenſi dixi.* forte *vt ſenſi, vt dixi.* Virgil. *vt vidi, vt perii.*

615 *Dictys ait*] *Proclit* codex S. Marci, fragmentum Theſaurorum, et tres alii. pro *Protis* vel *Protbis.* quod nomen etiam exſtat apud Val. Flaccum lib. III. 157 *Hinc Halyn, hinc rigido tranſcurrens demetit enſe Protbin, et inſignem citharae cantuque ſuoque Dorcea.* quomodo illic probe Carionis liber.

625 *Exilium*] *Exilii* Voſſianus, Medicens et ſex alii. male. lib. III. 4 *Et poenam, ſi non inueneris, addit Exilium.* Vid. ad lib. III. 529.

631 *Atque mero*] *Pectora* meliores plerique. vt Virgil. II Aen. 367 *Quondam etiam victis redit in praecordia virtus.* nonnulli etiam *aque mero.* recte. nec male vnus Baſileenſis et duo alii *aque mero.*

640 *Dextera Naxos erat*] Viuianus quoque vtramque lectionem [*dextera* et *dextra*] agnoſcit. inſulſe. inf. VIII. 222 *Dextra Lebynthos erat.*

641 *Inquis Opheltes*] *Inquit Acete* prim. Vatic. prim. et tert. Med. et multi praeterea. quidam *Aceſte* vel *Acetes.* prim. Palat. *Acetae.* lege *Acaeta.* Pro *timet* vnus Moreti et Sixi codex *tenet.* Scribendum: — *Quis te furor, inquit, Acaeta, Pro ſe quiſque, tenet? Pro ſe quiſque*, vt apud Maronem Aen. XII. 552 *Pro ſe quiſque viri ſumma nituntur opum vi.* apud Silium lib. XI *Pro ſe quiſque alacres rapite hoc decus. Tenet furor*, vt ſupra *tantus tenet error amantem.* deinde diſtingue *laeuam pete.* (nem-

Digitized by Google

pe, inquit quisque pro se). — *Maxima nutu Pars mihi significat, pars quid velit aure susurrat.* maxima pars nutu mi significat, quid velit: pars, quid velit, susurrat aure. In Schiano, quo vsus Gruterus, post *Aeoue* additur: *Sic ego sic dextram tendes attingere partem.* Pro *quid velit* vnus meus qu optime, scilicet *partem*.

647 *Ethalion*] *Aethalion* vetustiores.

665 *Distinguunt vela corymbis*] *Distringunt* prior. Regius multi alii. lib. IIII. 562 *Aequora distringunt sumtis Ismeni alis*, vtroque loco *destringunt* legendum. Proximo versu *racemiferis vuis* Scholiastes Statii Theb. IIII. 656 *circumda ombris*. Statius V. Theb. 269 *Non ille quidem turgentia Tempora, nec flaua crinem destrinxerat vua.* ita praestantio scripti, non *distinxerat*. *Constringunt* hic vnus Moreti. *Strin tur* Iunii. vid. ad III Pont. III. 52.

671 *Nigrescere pinuis*] Ita Menagianus. caeteri omnes, q inspexi, *nigrescere coepit*. male, quia *Incipit* mox sequitur.

672 *Corporeque: et presso spinae curuamine flecti Incipit*.] *pore ed presso* Florentinus Sancti Marci. *Corpore et presso* pri Mediceus aliique duo. *Corpore et expresso* Vrbinas. *Cor sed presso* prim. Palat. prim. Vatic. prim. Moreti aliique m nec pauciores *depresso*, cum Neapolitano. sec. Medic. *depr* duo *Corpore et impresso*. Gifanius ex veteri codice ad Lucret *Corporeque pressa*. quod et Vossius Art. Gramm. lib. II cap. est amplexus. haeret mendum. Scribe: *Corpore depressa spinae curuamine flecti Incipit*. certe vnus Mediceus *curuam* Posset etiam legi: — *Medon increscere pinnas Corpore depr et spinae curuamina flecti Incipit*. vt lib. IIII. 477 de Cadm anguem verso: *Duratasque cuti squamas increscere sentit*. VIII. 610 *increuit mutatis insula membris*. lib. XIII. 565 *xumque increscere ligno*. similem Graecissimum habes supra li 820 *partes quascunque sedendo Flectimur*. Deinde lege *ad rictus*, non *et*. vel *at patuli rictus*. Malo etiam *Naris er* citat Priscianus lib. VI et XII p. 1272.

682 *Qualia diuiduae sinuantur cornua Lunae*] Ita scripti c stanter nostri. sed Latine et concinne parum. est enim haud bie scribendum *diuiduae Lunae*. quomodo eruditissimus no Gronouius coniiciebat. quod ab excerptis Matthaei Hercu Vaticanis confirmatur. Apuleius de deo Socratis: *Luna aemula, noctis decus, seu corniculata, seu diuidua, seu pron da, seu plena sit*. Plinius libro II cap. XVIII de eadem: *quadrato Solis diuidua est*. Seruius ad v. 255 libri II Aenei *amica silentia lunae*: *cuius simulacrum apud Argos relata vict constitutum est, ab imagine eius, quae tunc erat diuiduo o modo*. ita castigamus ex vestigiis veterum librorum. *iun cornua lunae diuiduis cornibus* opponuntur. de quibus dicetu nobis inferius libro VII. 531. *Dimidiam Lunam* non recte ei operose disputat ex sententia M. Varronis et aliorum Agell Noctium Atticarum libro III. 14. *Diuiduae comae* apud Nosti

Digitized by Google

Amoribus I. 5. *dividua Tiberis aequa* eidem in Faſtis et Rutilio in Itinerario. *unda dividua* Priſciano in Periegeſ. *Sinuari lunae cornua* eleganter hoc loco dicta, hoc eſt curuari, et Plinio libro II. 10 *Creſcens ſemper et ſeneſcens, et modo ſinuata in cornua, modo aequa portione diuiſa, modo ſinuata in orbem, maculoſa, eademque paenitens, immenſa orbe pleno, ac nonnunquam nulla.* perperam ibi corrigunt *ſinuata, in orbe madefa.*

689 *Vixque meum firmat deus*] Plerique veteres *vixque meum*, quod ferri non poteſt, quia mox ſequitur *Excute dicens quo metum.* vetuſtiores tamen *vixque meum.* At vere optimus Heinſeggerianus, vnus Mediceus, et vnus Moreti: *Reſſabam ſopauidumque, gelidumque trementi Corpore, vixque meum firmat deus.* quomodo iam ante ex coniectura in prima editione curauram reponi, ſic paſſim apud Comicos *vix ſum meus.* apud Priſcianum lib. XVII ter quaterue ex Euripide profertur: Ἐγὼ δ' ἐμὸς αὐτός. apud Perſium *vindicta poſtquam meus a praetore recſſit.* ſed *meus* ibi pro libero ponitur. quomodo et Scaliger illa Antimenaechi corrigebat: *id ſi attulerit, dicam vt a me liber ſit quo volet. ne tum, quando tuus factus ſit, argentum a me petat.* lib. VIII. 35 *Vix ſua, vix ſuarum virgo Niſſia compos mentis erat.* lib. XI. 724 de Alcyone corpus mariti mortui ſcience: — *Quod quo magis illa tueatur, hoc minus et minus ſua eſt ſua.* ita enim ſcribendum ſuo loco monebimus, non *mens ſua.* apud Sat. II Silu. II. 71 — *Animum virtute quieſcentem Compoſitus, ſemperque tuus.* et Silu. VI. 92 — *Tecum triſtique hilariſque, nec vnquam Ille ſuus, vultumque tuo ſumebat ore.* Theb. IIII. 836 *Sed tuus et nulli ruis expugnabilis vno.*

690 *Chiam*] *Diamque tenet* ex Mediceo vno et Herculani exemplis eſt reponendum pro *Chiamque.* quod iam alii viderunt.

691 *Acceſſi ſacris Baccheaque ſacra frequento*] Duo veteres *Accedo.* ſed ne bis idem dicat, lego cum primo Palat. Cantabrig. et quinque aliis: *Accenſis aris Bacchëia ſacra frequento.* niſi mauis *Accenſuſque deo Bacchëia ſacra frequento.* quod imſane placeret, niſi ſongius abiret a ſcripta lectione. ſic Hippolytus lib. XIIII. 546 ex antiquis libris: *Numine ſub dominae laſſa, atque accenſeor illi.* quomodo illic ex antiquis libris caſtiganui. Poſſet etiam *Adſcituſque ſacris Bacchëia feſta frequento* ſcribi. de quo verbo vide Notas Met. XV. 625. Sed alterum magis arridet. nam τὸ *deo* facile abſorberi potuit a voce *que*, quae proxime praecedit. Certe nec vulgata lectio poteſt ferri, *Accenſae* illae *aras* valde frigent.

694 *Praecipitem famuli rapite hunc*] *Rapite hinc* ſcribendum illinc videbatur. quod ſupra dixerat *Attrahite huc vinctum.* ſed nonnulli codices pro vulgato ſtant. Plautus Mil. V. 1. 1 *Rapite hunc ſublimem.* et *Arripiam hunc obtorto collo.* Propertius lib. II Eleg. XXVIIII *Arripite hunc, dixit.* Prudentius Hymno Hippolyti: *Hos rapé praecipites et vinctos conice in ignem.* et Paſſione

Digitized by Google

sione Eulaliae: *Praetor ait, Rapi praecipitem, Lictor, et obrui supplicijs.* et Passione Romani: *Praeceps iubetur inde Romanus rapi.*

Cruciataque duris Corpora tormentis Stygiae demittere mortis Diris tormentis, et *Stygiae nocti,* praestantiores. ita lib. IIII. 49 *diros ictus.* quod recte defendit Ciofanus. VIII. 179 *diri cruciatus.* et *dira poena* apud Valet. Flacc. IIII. 486 legendum *Nocti,* vt Silius Italicus lib. VI. 33 de Bruttio milite, qui e infligit vulneribus reliquium animi passus fuerat: *Verum ubi lux nocte e Stygia miseroque sopore Reddita.* et idem lib. V. 24 *Nisi quem deus ima coërcitem Damnasset Stygiae nocti.* ita sup. 272 *Stygias penetrauit in umbras,* vt MS. et lib. I. 139 *Styg admonuerat umbris.* et *Tartariae umbrae* VI. 676. *Stygiam mea necem* dixit in Ibid. 634.

698 *Ferrumque igneſque parantur*] *Igniſque* iidem. supra 35 —— *Ferrumque igniſque ſonarent.*

702 *Electus faciendo ad ſacra Cithaeron*] *Vbi feſtus* pleriq veteres. *natus* Bernegger. et duo alii. vt lib. II. 223 *natusque ſacra Cithaeron.* duo Erfurtani *flexus.*

707 *Audito clamore*] *Clangore* prim. Palat. et Bernegger.

711 *Concita curſu*] *Motu* fac. Vatic. et quinque alii. lib. V 157 —— *Ventuſ praeſtita Manto, Per medias fueras diuin concita motu Vaticinata vias.*

713 *Mater, et o geminae*] *Io geminae* multi praestantiorum nonnulli *et io. io* Bacchanti conuenientius est quam *o.* ita Si tius IIII. 677 *Illum, illum tendite campum Tendite, io comit* lib. X. 844 *Fulmen io, fulmen.* et XI. 391 *Mater io patri* vt rectius Gronouius. Apud Virgilium VII. 400 Amata Bacc furiis agitata: *Clamat, io Maeras, audite vbi quaeque Latinae* vbi et MSS. variant. Silius IIII. 781 *Clamat, io coniux.* 928 et IIII. 513. Vnus Mediceus *et Ogygiae.* forte *et Ogygia* hoc est Thebanae.

714 *Ille aper*] Vnus meus *Ille aper in noſtris qui maximus errat in agris.* Forte *Ille aper, en, noſtris qui maximus errat in agris.*

716 *Trepidumque ſequuntur, Iam trepidum*] Non placet repetitio. vnus Moreti *trepideque ſequuntur.* vnus Patau. *turbideque rapidumque* Rottendorph. alter Patauin. *cunctaeque ſequuntur* quod placet. nisi magis *rabidaeque ſequuntur.*

721 *Dextramque precantis*] *Precanti* rectius Neapolit. et vnus meus. Posset et refingi *dextramque precantem.* Senec. Herc. Fur. 1005 ex optimo codice: *Dextra precante rapuit, et circa ferens Bis ter rotatum misit.*

723 *Non habet infelix quae matri brachia tendat*] Vrbin. Lang germ. et vnus Mediceus ex optimis ante haec inserunt versum: *Ille etiam vellet cum brachia tendere matri.* quem et editione nonnullae agnoscunt, et pro genuino commendat Viuianus. ego temere admittendum non puto.

724 *Trun-*

Digitized by Google

724 *Trunca ulnera*] *Disiectis* nonnulli. vnus Medicaeus: hoc est notae *directis*: puto *direptis*, vel *diuiscerptis*. vt apud Gunther. Ligur. lib. VII *Saepiusque diuiscerptis perpessus vulnera membris*. sed vulgatam non moueo. lib. XII. 252 *Disiectisque ruit oris*. et 366 *Hunc procul vt foedo dextrum disiectum vulnere Pelous fudit*. Val. Flacc. IIII. 167 *Fulmineo frontem dextra, disiectaque fudit Lumina*. *Corpora* Iunianus codex hic habebat.

728 *Opus hoc victoria nostra est*] Imo *opus haec victoria nostrum est* cum melioribus.

729 *Autumni frigore*] Prior Erfurtanus et nouem alii cum uno Palatino *autumno frigore*, pro autumnali. eleganter. quod in suis quoque Bersmannus inuenerat non intellectum. atque ita Sortasius lib. XIIII. 660 quoque scribendum: *Respicies pandos autumno pondere ramos*. Manilius lib. II. 425 *In totum quia ver autumno tempore differt*. ita Gemblacensis codex. Ausonius precatione in consulatum suum: *Mordeat autumnas frigus subtile pruinas*. in Catalectis Poëtarum Palladius de quatuor anni temporibus: *Spicea serta ligat, calidissima solibus aestas, Temperaque autumni cingunt tua, Bacche, racemi*. In Codice Iustiniani L. omnes I titulo de feriis *autumnos dies* codices antiqui exhibent. Plinio quoque Hist. Nat. lib. XVIIII. 6 *tempus autumnum*. lib. XXI. 5 *aequinoctium autumnum*. et cap. VIII lib. XVII. lib. XVIIII. 15 et lib. XIIII. 11 *aestum fert spionia autumnisque imbribus pinguescit*. non *et imbribus*. apud Martianum Capellam lib. VI forte scribendum: *nam cum hic ver pubescit floribus, illic edomita aestas temporibus autumnis senescit*. at nunc legitur *temporibus autumnescit*. *autumnascit* duo scripti, quod forte dictum sit, vt *autumnare* apud Plinium in Naturali Historia. quidquid sit, *teporibus* omnino rescribi placet in Capella. A. Gell. XVIIII. 7 *molli quodam tempestatis autumnae die*. in codice Theodosiano lege XI de Feriis: *Ad requiem laboris indulgentior annus excedit aestiuis feruoribus mitigandis, et autumnis foetibus decerpendis*. *verna* et *autumna* opponit Tertullianus libro de carnis Resurrectione. Columella lib. III. 29. *Ne vento furculus motus* (abest *vt motus* a veteri codice. et bene) *labefactetur, aut explantetur tener pampinus, qui cum excreuit, nepotibus orbandus* (V. C. *ordinandus*) *est, nisi propter penuriam et calultium loci sumitur in propagines autumnas*. victima haec frigent. in optimo codice membranaceo *summittuntur in propagines autumnus*. scribe *summittuntur in propagines autumnas*. *summittendi* verbo quam apposite et eleganter vsus sit Columella, ignorare non potest, qui recordetur Poëtarum principis: *Tu modo quos in spem statuis summittere gentis*. non dissimiliter idem lib. VII. 3 *messem vindemiam* dixit, testibus opulentis membranis. quae proxime subsequuntur apud Columellam cap. XXVIIII sic constituenda sunt: *Deinde falcem maturis palmitibus admoue, sed putationis insitis custodiatur ea ratio ejus*. hoc coniecturae nostrae est, nunc circumfertur *admouet*, et *custoditur*. idem Columella lib. VII. 7 *nec tamen antequam pestilens anni tempus, siue id fuit hiemis, verteatur aestate, siue autumnus*

Digitized by Google

autumnum verno mutetur. sic corrigendum, cum in membr
exstet *siue autumnum verum utetur.* idem rursus lib. XI.
tam autumno semine mense Martio differre oportet in agri
pro semine autumnali satam. Varro Ephemeride apud Non
cum dicit *autumnum ventosum fuerat*, subintelligere te
videtur. similiter *tempora* apud Cyprianum libro ad Dem
num: *nec adeo arboreis fetibus autumna fecunda sunt.*

732 *Talibus exemplis monitae*] Male *mastes*, vel *mist*
nonnullis. at placet *motae*, quod in vno Moreti et N
extabat.

METAMORPHOSEON

LIBER QVARTVS

1 *Mineïas*] Florentinus S. Marci *Mineleias*. Neapolitan
Spirensis *Minyias*. primus Mediceus *Minicias*. vt et
alii melioris notae in eadem bibliotheca. Scribe *Minyeias*
hoc loco, quam infra v. 32 *Minyeides*. et v. 389 *Minyeia p*
et v. 425 *Minyeidas*. quibus locis verae lectionis vestigia i
rustioribus membranis apparent. Hanc fabulam Nicand
Corinna Ἑτεροιουμένοις apud Graecos decantarunt, teste Ante
Liberali, etsi longe aliter illic narretur. Ouidius enim n
rum sororum non expressit, duabus tantum nominatis, *Al*
videlicet et *Leuconoë*. nam sic scribendum, vt mox dice
Antoninus tres facit, Leucippam nempe, Arsippam, et Alcath
ex Minya Orchomeni filio prognatas. Hinc iam apparet,
Minyeides Naſoni dicantur. sic et Orchomenus *Minyeius* He
apud Pausaniam: Ἔξω δ' Ὀρχομενοῦ Μινυήϊον et Plinius
IIII, 8 *Orchomenus Minyeius antea dictus.* vbi etiam tui
libri veteres. Suidas: Μινύα ὄνομα φύλλου, καὶ Μινύας
αἰόλους. καὶ τὸ πλεκτικὸν Μινύου. sic scribo. Antonini
sunt: Μινύου τοῦ Ὀρχομενοῦ ἐγένοντο θυγατέρες Λευκ
Ἀρσίππη, Ἀλκαθόη. sed primo Ἀλκιθόη scribendum illi
Ouidio satis apparet. deinde pro Ἀρσίππη, Ἀρσιππην agn
Aelianus lib. III Var. Histor. cap. XXXXII μόναις δὲ ἀδφ
τῆς χορείας ταύτης λέγουσι τοῦ Διονύσου τὰς Μινύου θυγα
Λευκιππην, Ἀρσιππην, καὶ Ἀλκιθόην. sic lego, non τὰς M
θυγατέρας, vt est in vulgatis. Certe Plutarchus in Quaest
bus Graecis, vbi fabulam hanc tangit, τὰς Μινύου θυγα
quoque dicit. vnde Μινυάδες tam Aeliano quam Antonino
pellatae, quae *Minyeides* Ouidio. In argumento huius fabu
Alcithoë Minei filia pro *Minyae* perperam appellatur. Ἀρσιν
vocat, vel Ἀρσινην, vt est in aliis exemplaribus, Plutarch
Ἀρσινόην quoque Planudes hoc loco, quanquam scripti omn
pro vulgata scriptura stant praeter Herculiani excerpta, in q

Digitized by Google

ad est *Arsinoë*: quam *Arisippen* Aelianus, Liberalis *Asippen*. *Alcithoë* etiam pro *Alcithoë* perperam apud Plutarchum scribi-

7 *Serta comis*] *Coma* melioreq. vt et supr. lib. II. 733 ex MSS. *Comaeque comam.*

12 *Ignigenamque*] Probe. hinc Graecis πυριγενὴς et πυριγόνος. at primus Mediceus *Indigenamque*. etiam probe. Bacchus ἐκ Thebanus. hinc τῆλαι Θηβιγενέος Διονύσου apud Petiegen. *Mox Nyseus* castigatiores, non *Nyseusque*.

17 *Inconsumta iuuenta est*] Alii *iuuentus*. vnus Basileensis et ius meus cum Spirensi, Vossiano vno et Iureti excerptis *iuuentas*. be. Lucretius lib. V. 884 — *Aeno florente iuuentas Occidit, et molli vestit lanugine malas*. Prudentius lib. II contra mmachum 1081 ex vetustis codicibus: *Nubit anus veterana, ro perfuncta labore, Desertisque focis, quibus est famulata uentas, Transfert emeritas ad fulcra iugalia rugas*. Tibul- lib. I Eleg. VIII *Heu sero reuocatur amor, seroque iuuentas*. a duo codices Bodleiani. *si nunc foret illa iuuentas* apud Vir- lium lib. V Aen. 398 in longé vetustissimo Mediceo codice, vbi s plura. *Iuuentas* enim iuuentutis dea, quae Graecis *Hebe*, m pro ipsa iuuentute ponunt Poëtae. restituit eam vocem uio non semel doctissimus Gronouius, qui adeundus ad li- um XXXVI. 36. Nemesianus Cynegetico: *Dum superans vi- , dum laeto flore iuuentas*. Plura notis ad Claudianum Epith. nor. 84. *Comis Iuuentas* Horatio lib. I Od. XXX.

21 *Decolor*] *Discolor* alii. male. Trist. V. 3 *Et quaecunque bit decolor Indus aquas*. III Art. Amat. 130 *Quas legit in ibi decolor Indus aqua*, vide ad Epist. VIIII. 4. Sic *nigra ida* Catalect. Pith. p. 33. Seneca. Hippolyt. 344 *India tin- res decolor horret*. Mox pro *Penthea tu* primus Mediceus et ipetianus *Penthea qui*. Puto *Penthea que*.

25 *Bacchae Satyrique sequuntur*] *Thyrsique* primus Mediceus. Horicus *tirsique*. Opinor *thiasique*. quanquam vulgatam lectio- m non damno. *thiasi* chori proprie, qui Baccho instituebant. hinc *thiasos inducere Baccho* apud Virgilium, et *thiasi Sa- rorum* Catullo. vsus ea voce et Statius frequenter. Suidas: ιασος, ἱερὸς χορὸς. καὶ Διονύσου, ὁ χορευτής. sic et infra in fa- Inus forte scribendum: *Euoë Bacche fauas. Bacchi sub no- ine Iuna Rifit, et hos thiasos praestet tibi, dixit, alumnus*. non vsus.

27 *Et pando non fortiter haeret asello*] *Aut pando* prim. et Pal. tert. et quart. Medic. Vrbin. aliique nonnulli castigatio notae. vt Silenum tam peditem quam equitem descri-

31 *Placatus mitisque*] *Pacatus* in vno Mediceo. Statius III lu. I. 39 *Pacatus mitisque veni, nec turbidus ira*. ita noster de cho lib. III Fast. 789 *Mite caput, pater, huc pacatoque cornua rtas*. ita enim legendum.

36 *E quibus vna Ioui deducens pollice filum*] *Fusum* duodecim teres.

37 *Dum*

Digitized by Google

37 *Dum assans*] Alcithoes verba. male vulgo distinguunt.

39 *Sermone leuemus*] *Leuemur* scribendum solenni Graecismo, quomodo vnus Medici et vnus Basileensis.

45 *Derceti*] Male in multis veterum *Derce*, et *Dirce*. Hesmolaus Barbarus in Plinium et Scaliger in ora codicis sui *Dercetis*. quod Florentinus S. Marci confirmat. Occurrit et id nomen apud Statium Theb. VII. 298 *Nympha Dircetis*, vel *Dercetis*, vt est in vetustis exemplaribus nonnullis. Haec tamen Syrorum dea *Derceto* est veterum plerisque, vt Diodoro Siculo, Luciano, Tzetzae in Chiliadibus. nam in Plinianis codicibus libro V. 32 pro *Derceto* exaratum offendas *Ceto*. qua de re ad Valerium Flaccum. Derceto haec et *Atergatis* dicta. Diodorus Siculus caput illi muliebre, caetera piscis, assignat. Lucianus de dea Syria dimidia parte feminam, dimidia parte piscem, fuisse vult: ἡμισέη μὲν γυνή, τὸ δὲ δίδυσον ἐς ἰχθύος οὐρὴν ἀποτείνεται. vt dubium non sit mihi, quin hanc ipsam Derceto cogitauerit Horatius in Arte Poëtica, et illis versibus eam, ac simul Syrorum tam monstrosa numina colentium exagitaris stultam superstitionem: — *Ne turpiter atrum Desinat in piscem mulier formosa superne*. Per stagna a Dercetone celebrata Tzetzes Myridis lacum vult intelligi, quem Herodotus et Aelianus Varia Historia in Aegypto constituunt. Vide Grotium ad Germanici imagines p. 52.

46 *Stagna Palaestini credunt coluisse figura*] Alii *mutasse*, vel *habitasse*, sed meliores *celebrasse*. quod verum est. sic passim Naso. vt Trist. V El. VI. 37 *Quam multa madidae celebrantur arundine fossae*, ex vetustis membranis, et *pomis celeberrima morus* hoc ipso libro. sic locus *celebris* pro frequentato Apulei. Met. I *nam et celebritas ipsa commeantium mihi cumulabat.* ita lego, non *crebritas*. lib. IIII *Aduenae copiosi, quos eximii spectaculi rumor studiosa celebritate congregabat.* lib. VIII *quo annonae copiosae beata celebritas inuitabat.* male et illic contra veteres libros *crebritas* reponit Wouwerius. apud Iuuenal. Satyra VIIII. 22 *Nuper enim, vt repeto, fanum Isidis et Ganymeden Pacis, et aduectae secreta palatia matris, Notior Ausidio moechus celebrare solebas.* ita scripti complures, quos inspexi. Pithoeus ex suo codice minus bene reposuit *scelerare*. Symmachus: *Haec celebrauit opum celebris Hortensius aulam.* Ausonius: *Solus eram, quamuis coetu celebratus amico.* Vid. plura apud Zingerl. Prom. Crit. cap. XI et apud Ciofan. h. l.

47 *Illius filia*] Duae Semiramides fuere. altera Nini vxor, posterior, quae sub columbae specie a Syris adorabatur. hanc Atossam quoque dictam Ganon in bibliotheca Photii testatur, et Eusebius in Chronico, qui Belochi decimi octaui Assyriorum regis filiam facit, et cum patre annos duodecim regnasse eam testatur.

48 *Euersumes altis in turribus egerit annos*] *Albis* Florentinus S. Marci et pro diuersa lectione Rottendorphianus. argute. nam Semira-

Digitized by Google

Semiramis, de qua hic agitur, Dercetus filia, in columbam est mutata. notum illud I Triſt. VIII. 7 *Aſpicis, vt veniant ad candida tecta columbae, Accipiat nullas ſordida turris aues.* et illud Martialis XII Epigr. XXXI *Quaeque gerit ſimiles candida turris aues.* Hinc apparet cur *candida Thisbe* Statio dicatur Theb. VIIII, quam alibi *Dionaeis, auibus circumſonam* appellauit, Homerum imitatus, qui θίσβην πολυτρήρωνα in catalogo dixit. ſic Noſter lib. XV *niueiſque frequens Sinueſſa columbis.* vbi perperam *colubris* hactenus eſt lectum, ſed et Sulis locus fuit, qui *turris alba* dicebatur, cuius meminit Plinius lib. II. 106.

53 *Haec placet*] Libri veteres magna ex parte *Hoc placet, haec.* vel *Hoc placet, hoc.* vnus Voſſianus *Haec placet hinc.* Lege cum altero Erfurtano et Berſmanni codice: *Haec placet; hanc, quoniam vulgaris fabula non eſt; Talibus orſa modis.* in Spirenſi *Hoc placet, hanc.*

57 *Contiguas habuere domos*] Florent. S. Marci, Neapol. Bernegger. prim. Vatic. prim. Medic. prim. Hamburgenſis et ſex alii ex melioribus cum Spirenſi et Norico *tenuere.* et recte. nam *Oriens habuit* praeceſſerat.

68 *Vidiſtis*] *Senſiſtis* veterrimum fragmentum Theatinorum Romae, et quinque alii ex noſtris. quae repetitio mihi arridet. Stat. II Theb. 335 *Nil tranſit amantes; Sentio.* Mox pro *vocis iter, voci* Vrbin. fragm. Theat. et tres alii. *votis* alter Hamburg. et Louanienſis. et *Inque vicem* meliores. Epiſt. XVII. 180 *Inque vicem tua me, me tua forma capit.* et inf. VIIII. 30 *Inque vicem ſuluae iactu flaueſcit arenae.* et 524 *Inque vicem ſumtas ponit, poſitaſque reſumit.* et VIII. 474 *Inque vicem posuit, poſitamque reſuſcitat iram.* vt ibi meliores codices.

71 *Saepe vbi conſtiterant*] Vrbin. et prim. Erfurt. prim. Gronou. prim. Baſil. et ſex alii *vt conſtiterant.* Pro *oſcula danda* quidam ex melioribus *oſcula ſola. oſcula blanda* vnus Moreti. *longa* alius.

77 *Datus eſt verbis*] Cantabr. ſec. Med. et duo alii *datus es.* Verſu proximo *diuerſa fede*, non *parte*, meliores. nam *partique dedere* ſequitur.

83 *Tum murmure paruo*] Cantabr. ſec. Med. et duo alii *cum murmure.* cum ſtatuunt. et *ſub nocte* multi veteres.

86 *Vrbis quoque tecta relinquunt*] *Clauſtra* vnus Bononienſis. hoc eſt portas. Mer. VIII. 70 *Clauſtraque portarum genitor tenet.* ſic Lucretio lib. I. 72 *naturae portarum clauſtra.* et v. 416 *vitai clauſtra.* Statius Theb. X. 649 — *Nondum illi Thebanae clauſtra ſubibant.* Iuuenalis Sat. VIII. 261 *Prodita laxarat portarum clauſtra tyrannis.* Val. Flaccus lib. III. 52 — *Noctiuagaque muris Clauſtra cadunt.* Prudentius Paſſione Eulaliae: *Nocte fores ſine teſte mouet, Septaque clauſtra fugax aperis.* Nec vero abſimile Naſonem ſcripſiſſe *vrbis ſepta.* quomodo *portarum ſepe* Triſt. IIII Eleg. I. 81 ex antiquis codicibus. *ſepta deorum* Lucretio bis terue, et Virgilio. *conſeptum domus ampliſſimae* Apulei. Met. VIII. et *conſeptum templi* lib. XI. et *conſeptum cauae* lib. X.

89 *Vberrima*

Digitized by Google

89 *Vberrima pomis*] *Celeberrima* liber scriptus Bersmanni, nostris tertius Gronouianus, et Zulichemianus. tertius Mediceus *creberrima*. sic in Amoribus *celeberrimus ilice lucus*. *Vberrimus* tamen ad fertilitatem refertur. hinc *hominem vberrimum* nitidi corporis et habitioris dixit Gellius lib. IIII cap. vlt.

92 *Et aquis mox surgit ab iisdem*] *Nox surgit* multi veteres ita inf. 197 *Modo surgis Eoo Temperius caelo*. et II Fast. 500 MS. *Lunaque surgebat*.

101 *Reliquit*] Meliores *reliquit*.

119 *Demisit*] *Dimisit* veteres. nisi quod in primo Moret. *dimittit*.

121 *Et iacuit resupinus humo*] *Humi* rectius quattuor meliores notae. prior Erfurt. *Vt iacuit*.

123 *Tenui stridente foramine longas*] *Tenues stridente foramine longe* nonnulli. rectius. vnus Moreti pro diuersa lectione *stringente*. Mox *aëra pulsat* vnus Bononiensis. vt in Arte I. *Appias expressis aëra pulsat aquis*. eandem comparationem habet apud Senec. I Natur. Quaest. cap. III.

127 *Purpureo*] *Puniceo* vnus Ciofani cum Mureti excerpto placet. infr. 728 *Puniceo mistos cum sanguine fluctus* dixit. lib. II. 667 *Candida puniceo perfundit membra cruore*. lib. XIII. *Puniceus de mole cruor manabat*. libro V. 536 *Puniceum pomum*.

131 *Et visam cognoscit in arbore formam*] *Versam formam* Arondel. et octo alii cum vno Palat. et vno Bersmanni. recte inf. 604 *versae solatia formae*. et sup. 45 *versa figura*.

135 *Pallidiora gerens*] Hic versus in codice Florentino, prius abrasa veteri scriptura, erat a manu secunda. Puto legendum *pallidiora rigens*. Graecismo. vt inf. 326 *summa riget*. vel latem *pallidiora ferens*. vt apud Virgil. III. 490 *sic oculos, sic ora ferebas*. Noster lib. VI. 27 *patriumque nitorem ore ferens* Cens. et XIII. 733 ex MSS. *virginis ora ferens*. vid. XIIII. 645.

138 *Percutit*] *Perculit* Cantabr. duo Regii et sex alii. lib. V. 98 *Protenora percutit Hypseus*. lib. XI. 680 *Perculit ora manu* ita codices antiqui. Apud Lucretium initio libri primi: *percussit corda tua vi*. vt tres vetustissimi codices, quos inspexi. vulgo *percussae*. et postea iidem codices de oue: *lacte mero mixtum percussa nouellas*. quanquam *percussa* illis locis praestiterit, si alioritate membranarum nitatur. nam vt *percussus* pro *percussa* ita *percussus* pro *percussus* apud Poëtas nonnunquam ponitur. ad Maronem Aen. I. 513 et aliis locis demonstramus. Cicero apud Gellium lib. XV. 6 *Qui quondam Hectoreo percussus concidit ense*. Rutilius Itinerar. de Nerone et Stilichone parricidis *Hic immortalem, mortalem perculit ille, Hic mundi matrem perculit ille suam*.

141 *Oscula figens*] Prim. et sec. Thuan. aliique multi *fingens*. similis diuersitas veterum librorum apud Lucanum libro VI. 5 *Thessalis incubuit membris, atque oscula fingens, Truncauitque caput, compressaque dentibus ora Laxauit*. de *fingendi* verbo vide quae ad Acontii Epistolam notamus. Temere tamen nihil hoc

Digitized by Google

ac loco mutandum. Epicedio Drusi 95 *At miserande parens extrema neque oscula fixit.* Virgil. Ceiri: *Dulcia deinde gementibus oscula figens.*

145 *Oculos in morte grauatos*] *Iam grauatos* rectius veterum nonnulli. viderunt Viuianus et Ciofanus. ita Statius Silu. III ad patrem: *Oculos iam morte cadentes.*

148 *Inquit amorque*] *Et error* Basileensis. sed tunc repetitio illa venustas perit.

149 *Est et mihi fortis in vsum Haec manus*] *In vnum* scripti omnes. nisi quod Iureti excerpta *in ictum*. Lege *in vnum Hoc manus*. atque ita primus Vaticanus, et quinque aut sex alii. Posset etiam legi *fortis in vnam Me manus.*

154 *His tamen amborum verbis*] *Hoc tamen* ex scriptis. vel *Haec*. quomodo nonnulli. nec male Graeuianus *Vos tamen.*

155 *Miserique mei illiusque parentes*] *Miseri meus illiusque parentes* vetustiores plerique.

168 *Leucothoë*] Cantabr. Bernegg. Spirensis, Thuan. prim. Reg. prim. Gronou. Arondel. aliique nonnulli *Leuconoë*. recte. nouui iam supra. de Leucothoë Leuconoën paullo post narrantem audiemus. sic variant apud Horatium lib. I Od. II codices. Sic *referemus* pro *referamus* meliores. Paullo ante vnus Leidensis pro diuersa lectione *mediumque subit breue tempus*, non *fuit*. quod parum abest quin amplectar.

181 *Et lecto circumdata collocat arte*] *Arte* plerique vetustiores. Forte *lecto alto*. quod verius puto. nam vnus Vossianus *alte*. lib. X. 462 — *Et alto Admotam lecto cum traderet, accipe, dixit.* Sic et *altus torus* passim.

187 *Aliquis de dis non tristibus optat*] *Optet* vnus Moreti. Puto: — *Atqui aliquis de dis non tristibus optet.*

193 *Forma colorque tibi*] *Calorque* primus Mediceus et Nonius. quod sequentia videntur confirmare.

203 *Ipse*] *Amor iste* cum melioribus.

207 *Ipsoque illo graue vulnus habebat Tempore*] *Habebat* Bernegger. prior Erfurt. prim. Regius, aliique nonnulli. Pro *ipsoque illo* primus Palat. primus Medic. prim. Erfurt. et Nonius *ipsoque*. quatuor alii *ipsoque*. in Berneggeriano vox ea erat euan. Tà *illo* abest a Rottendorphiano. *Ipsoque nimis* alter Rossii Twisdeni. *ipsoque loco* alter Erfurtanus. vnus Mediceus pro diuersa lectione *Volieque*. Locus mendi omnino suspectus.

211 *Filia vicit*] *Vincit* meliores. et mox *prisci Beli* in quibusdam. vel *prisca Beli*, pro *prisco Belo.*

221 *Lacuia versato ducentem stamina fuso*] Veteres plerique e colligationibus *Lenia*. vnde suspicio suboritur, *Tennia* Naso scripsisse. certe vnus meus *Tenea*. Virgil. I Georg. 397 *Tennia nec lanae per caelum vellera ferri.* cuiusmodi proceleusmaticos illi Statioque admodum familiares esse scimus. Claudianus lib. II in Rufinum 108 ex veteribus membranis: *Illinc Araneae vibratis crinibus altae Tenuia collectae facili velamina fudo.* Vide Gron. ad Stat. IIII Theb. 697. Lucretius lib. I. 874. ex libris veterrimis codicibus: *Linquitur hic quaedam latitandi copia*

Digitized by Google

copia tenuis. nunc legitur *tenuis latitandi copia quaedam*. In tamen *fila* in re simili et Catullus in Argonauticis dixit, et Dor Elegiae in obitum Maecenatis v. 74.

224 *Eripite*] Veteres maxima ex parte *Arripite*, vel *Abr* Pro *matri secreta loquendi* Florentinus S. Marci et Vrbin *quenti*. Scribendum fortasse: *Arripite arbitrium matre in s loquente*. vel *arripite arbitrium matri secreta volenti*. *Ar arbitrium*, quo significatu passim apud auctores, *remotus ab arbitrio locus*. et apud Nostrum lib. II. 458 — *Procul est arbiter omnis*. *Nuda superfusis tingamus corpora lymphis*. Hippol. 598 *Commodes paulum, precor Seretus aures: est, abeat, comes*. *En locus ab omni liber arbitrio vacat*. tule Oetaeo 484 *En locus ab omni tutus arbitrio vacat*. mach. Epist. III lib. I *Baiis remotis arbitris otiabar*. *I creta*, pro loco secreto. Metam. XIII. 555 *In secreta ven* Polymnestore Hecubam ad colloquium secretum admi Phaedrus lib. III fab. X *Seductus in secretum a liberto* Auctor Octauiae 690 *Quo trepida gressum coniugis thalam Effirs alumna, quodue secretum petis?* Plinius Secundus Ep. V *Paucos post dies ipse me Regulus conuenit in officio soris, illuc persecutus secretum petit*.

225 *Paruerant*] *Paruerunt* probe primus Mediceus cum rico, dictum alibi. Mox *thalamo relicto* veteres plerique.

229 *Et colus, et fusus digitis cecidere remissis*] *Fusus* ad lib. VII. 348, vbi ex MSS. *cecidere illis animusque man* et mox *faciem* pro *speciem* in vetustioribus.

234 *Moderatus in illam*]. *In illa* iidem meliores ple inf. VI. 490 *in illa aestuat*. VII. 21. 89. VIII. 50 *merito arsit in illa*. VIIII. 724 *ardetque in virgine virgo*. XIIII. *Inque figura Capta dei Nymphe est*. vid. Ep. IIII. 99. *diffamatamque* malim, quam *diffamatumque*.

246 *Phaëthonteos ignes*] *Phaëthontiados* primus Medi Lege *Phaëthontiates*. et sic apud Lactantium Elegia de Pho nonnulli codices vetusti: *Cum Phaëthontiacis flagraret ab ig auis*. non *Phoëthonteis*.

248 *Tentat*] *Tentet* cum Geneuensi.

249 *Tantis fatum conatibus obstat*] *Cautis* vnus meus. *vanis conatibus*. Mox *spargit* pro *sparsit* scripti.

260 *Nympharum impatiens*] *Patiens* prim. Palat. Spi et quinque aut sex alii. at Zulichemianus *Nimborum patie* Fast. IIII. 505 *Sub Ioue durauit multis immota diebus, Et patiens et pluuialis aquae*. et libro II. 299 *Sub Ioue dur et corpora nuda gerebant, Docta graues imbres et tolerare* Horatius lib. I Od. VIII — *Cur apricum Oderit campum tiens pulueris atque solis*. et libro IIII Od. X *Non hoc s eris liminis aut aquae Caelestis patiens latus*.

261 *Sedit humo nuda*] *Humi nudae* fragmentum Moreti. arridet. Apuleius lib. I Metam. ex veteri codice: *Comites sellum arenosae humi in omnis vicinia contegi*.

27

Digitized by Google

273 *Sed non eſt Bacchus in illis*] *Sed non et* ex melioribus. ro XV. 74 — *Talibus ora Docta quidem ſoluit, ſed non et ita verbis.* Faſt. IIII. 305 *Caſta quidem, ſed non et credita.* ex ibi caſtigatiores. Pont. I Eleg. VIII *Sunt ibi, ſi viuant, ra quoque conſita quondam, Sed non et noſtra poma legenda m.* Virgil. Aen. VII. 736 *Patriis ſed non et filius aruis ventus.* lib. VI. 85 *Dardanidae venient in regna Latini, non et veniſſe volent.* lib. X. 343 *Aeneam petiit, ſed non et re contra Eſt licitum.* ibidem 584 *Veſano talia late Dicta ſat Ligeri: ſed non et Troïus Heros Dicta parat contra.* Silius V. 523 *Sed non et Conſul miſſo concredere telo Fortunam itae caedis parat.* rurſus libro XVI. 379 *At poſtremus Atlas, non et ſegnior ibat Poſtremo Durio.* idem libro XV. 492 *Ta- in Auſonia, ſed non et talis Iberis Armorum euentus campis.* modo et illic optimae membranae. vt et apud Claudianum Conſ. Honorii 590 *Manificus largi, ſed non et prodigus auri.* e bello Gildonico 389 *Eſt illi patribus, ſed non et moribus ra Maſcezel.* Lucanus libro VIIII. 757 *Aequoreuſque placet; non et ſufficit humor.* quae etiam genuina ſcriptura veterri- um membranarum fide atque auctoritate confirmata. Valer. rcus lib. I. 503 *Sed non et Scythici genitor diſcrimine nati Ip- idus.*

277 *Nymphae*] *Nymphe.* malo etiam *Idaeae pellicis* legi, quam *Idaei.* Fabulam alii aliter narrant. ſed cum Naſone Seruius ad Eclog. VIII. 68.

279 *Nec loquar*] *Nec loquor*, pro *loquar*, vetuſtiores.

282 *Celme Ioui*] *Celmi* videtur reponendum, quomodo et iger in ora codicis ſui notarat. nam Graecis Κέλμις, τοῦ μος, vnus ex Idaeis Dactylis eſt. Vide Heſychium in μος, et Zenobium in Κέλμις ἐν σιδήρῳ. Κέλμις quoque menti Alexandrino, Nonno in Dionyſiacis, et Scholiaſtae ionii. apud Diomedem Grammaticum lib. III perperam le- de Curetibus: *Hos quidam tres putant, qui Lares eſſe untur, Damnameneus, Acmon, Celmon.* pro *Celmis.*

292 *Fecit quinquennia*] *Duxit* Barberin.

295 *Studio minuente labores*] *Fallente* vnus meus. eadem va- infr. lib. VI. 60. Noſter lib. IIII. 121 *Cum duce Cumaea fermone laborem.* Stat. XII. 230 *Cum tamen illa grauem fallente laborem Neſcit abiiſſe diem.*

298 *Vſque ſolum lymphae*] *Nymphae* pri. Palat. pri. Erfurt. alii. vide Notas Epiſt. V. 31.

311 *Deducit pectine crines*] *Diducit* Scaliger. fruſtra. *crinem ſta manu ducere* habes apud Petronium cap. XVIII. Scho- Iuuenalis Sat. XII. 150 *pexi capilli, id eſt deducti pe-*. ſic et *lanam pectine deducere* Claudianus lib. II in Eutrop. ius I. Silu. II. 111 — *Nec pingui crinem deducere amomo uit mea, nate, manus.* quo loco haec et plura iam obſer- Gronouium Diatrib. Strat. cap. VIIII ſero agnoui. Nec ali- capiendum illud Columellae lib. VII cap. IIII, vbi agit de us Tarentinis: *ſaepius eius lana deducenda, nimoque et oleo*

 inſuc-

Digitized by Google

insuccanda. ita enim optimus codex, quo sum vsus, non *dida cenda*. nam quod sequitur apud eundem cap. V *Quod vbi ali quam facientem videris, comprehendere oportebit, et lanam dida cere*: vetustus codex exhibet *et lana rudi deiicere*.

316 *Cum puerum vidit*] Versus haud dubie adulterinus, quem tamen libri veteres constanter agnoscunt.

323 *Et mater felix*] De parentibus iam egerat. quare re scribe *frater* cum primo Mediceo, Neap., Norico et vno Ba sileensi.

325 *Longeque beatior illa est*] *Potentior* pri. Erfur. pri. Med aliique multi. quod verum est. Vide quae noto Amor. lib. I Eleg. II. Met. XIIII. 657 — *tantoque potentior, inquit, Pau caque laudatae dedit oscula*. sic et illic scribendum. lib. X. 34 — *ipsaque damno Est mihi proximitas. aliena potentior esset* Iuuenalis Satyra X. 3 *Custode et aura Natura potentior omni* Noster lib. VIIII. 758 *At non vult Natura, potentior omnibu illis*. Vnde liquet recte hic in Boschiano legi *cunctisque potem tior illis*. lib. XIIII. 676 — *quae te plus omnibus illis, Plus quam credis, amo*.

330 *Nescit quid sit amor*] *Nescit enim quid amor* pri. Reg Thuan. Florent. S. Marci, Neapol. sec. Med. Cantabr. prim Vatican. aliique multi. rectius. at optime Calandrae excerpta *Nescia quid sit amor*.

336 *Desinis? aut fugio*] Repone *an fugio?* cum Florentin S. Marci, Neapol. prim. Vatican. et quinque aliis. Plautu Pseudolo Act. V Sc. I *Quid hoc? siccine hoc fit? pedes statin'* *an non? pergitin' pergere? an faciendum mihi hodie est*. ita e ibi castigandum, vt sit verbera pedibus minitantis, ni vacilla desinant. Seneca Phoenissis 449 ex optimo codice; *Ego vtra que peperi, ponite ferrum ocius. An dico, et ex quo*. Lucanu lib. VI. 744 *Paretis? an ille Compellandus erit?* Epist. V *Per legis? an coniux prohibet noua?* Amor. I Eleg. II *Cedimus? an subitum luctando accendimus ignem?* et sic saepe alibi.

340 *At ille, Vt puer, et vacuus*] *At puer* quatuor veteres, multi alii *Vt puer*, cum Mediceo. secundus Palatinus et quatuo alii *Vt puer, vt vacuis*. Spirensis *At puer vt vacuis*. Scrib *Vt puer, et vacuis vt inobseruatus in herbis*. vel *aruis*. infra 72 — *vacuo cum vidit in aruo Praebentem Phoebo liuentia terg draconem*. et supra libro primo 543 *Vt canis in vacuo leporem cum Gallicus aruo Vidit*. lib. XI. 35 *Vacuoque iacens dispers per agros*. et Columel. II. 9 agro arbustis consito *vacuum* e *apertum* opponit. *vacui agri* non semel apud Lucanum.

342 *In alludentibus vndis*] Doctissimus Gebhardus lib. II Crepund. c. II e MS. Palatino *applaudentibus vndis* legit. ele gans quidem illa ed nec ideo vulgatam damnem. Stat. Theb. VIIII. 336 *Extremis alludunt aequora plantis*. Catullus nupt. Pelei de Ariadne: *Ipsius ante pedes fluctus salis alludebat*. Minuc. Felix in Octauio cap. III *Ibidem erroribus delectati per quam sumus, cum in ipso aequoris limine plantas tingeremus, quo vicissim nunc adpulsum nostris pedibus alludebat*. Senec. Oedip. 26 Pe

Digitized by Google

Per te Pater Neptune, qui fluctu breui Vtrinque noſtro geminus ludis ſolo. Agamem. 77 *Ad ora ludentes aquas Non captas.* ſic inf. lib. V. 387 *Carmina cygnorum labentibus audit in vndis.* ubi MSS. quidam *ludentibus.*

343 *Taloque tenus veſtigia tingit*] Quidam *ponit.* vt lib. II. 882. *Illi tangit*, et *frangit.* ſed *tingit* rectum eſt. Virgil. VII. 811 *tingeret aequore plantas.* Silius lib. XIIII ex MSS. *Aut vaga per doo veſtigia tingere fluctu.* inf. lib. V. 592 *primumque pedis veſtigia tinxi.*

347 *Nymphae*] *Nymphes* multi veteres.

352 *Applauſo corpore*] *Pectore* nonnulli. rectius.

353 *Alterna brachia iactans*] Pro *brachia ducens* multi *iactans.* ſed muto. Propert. lib. II Eleg. XXVI *Vidi te in ſomnis fracta, mea vita, carina Ionio laſſas ducere rore manus.* ſic et *ducere remos* Noſter ſupra libro primo. ſic *ducere brachia* in choreis.

355 *Signa tegat claro*] Pro *claro vitro* nonnulli *puro.* quos inter primus Palat. vt apud Martialem IIII. 22 *Candida ſic puro numerantur lilia vitro.* Petronius apud Sarisberienſem: *cum phialam de vitro puriſſimo fabricaſſet.* ſed *puro orbe* praeceſſerat.

356 *Vicimus, et meus eſt*] Scribe *en meus eſt*, cum Arondelliano et vno Leidenſi, vel *es meus en.* Plautus Curculione Act. III ſc. 1 *meus eſt, hunum verat.* Milit. II. 3 *meus illic homo eſt.* Pſeudolo II. 2 *meus hic homo eſt.* et IIII. 7 *hic homo meus eſt.*

358 *Pugnantemque*] *Pugnacemque* Zulichemianus. recte.

360 *Iuueni nunc circumfunditur illae*] *Circumflectitur* Bernegg. item. Moreti et quatuor alii. Forte *iuuenem circumplectitur.* de quo ad Maronem lib. V. 312. 364. *Iuuenem circumfunditur* amor Voſſianus.

364 *Spatiantes implicat alas*] Iam praeceſſerat *elabique volentes implicat.* quare aut ibi aut hic opinor refingi debere *impedit.* quo verbo frequenter gaudet Noſter. lib. II. 432 *Qua venata ferae ſilua narrare parantem Impedit amplexu.* ſed modus exemplorum non eſſet. Non poſſum tamen quin locum intranſcurſu Apuleianum corrigam, qui lib. I Floridor. exſtat, vbi de ſerpentibus et elephantis agitur, quemadmodum de ſerpentibus ex aquilis hoc loco a Naſone: *Apud Indos immenſi dracones cum humanibus Elephantis pari periculo in mutuam pernicicm concurrunt, quippe lubrico volumine indepti reuinciunt, et illis greſſum impedire nequeuntibus.* haerent eruditi interpretes in eo loco. ſcribendum *impeditos reuinciunt.* vel etiam *lubrico voluminum impeditu reuinciunt.* ſic *rò impedire* a pedibus ductum ad alia transferrur nonnunquam. itaque proprie, vt ſolet, Apuleius locutus eſt, eique verbo *rò expedire* paullo poſt oppoſuit. quomodo et Cicero pro Rabirio: *Sapientis eſt cum ſtultitia ſua impeditus eſt, quoquo modo poſſit, ſe expedire.* idem Apuleius lib. VII Metam. *Vix impediri arctiſſimis vinclis.* Solinus in eadem de ſerpentibus narratione: *Ac primum pedes nodis alligant, vt laqueatis cruribus impediant gradiendi facultatem.* vbi exemplo Naſonis *alligare* et *impedire* coniungit.

Digitized by Google

367 *Dimissis*] Ita scripti. flagella illa πλωτάνας vocat Aristoteles Historia Animal. lib. IIII, Plutarchus de Animalium sollertia, Aelianus passim, Aristophanes auibus, Lucianus dialogis marinis, qui et κοτύλας nuncupat. σπείρας Oppianus lib. II. *Crines* et *acetabula* et *cirros* Plinius lib. VIIII cap. XXVIIII. Caeterum hos Polypi astus eleganter prae caeteris describit Aelianus Var. Hist. lib. I cap. I, vbi *flagella* haec θήρατρα καὶ πλοκάμους vocat. Caeterum mira sunt quae de polypis Aelianus prodit.

369 *Demissaque corpore toto*] Repone *commissaque*. quomodo vnus Argentinus. neque aliter pro diuersa lectione primus Vatic. prim. Gronou. et vnus Mediceus. quod proprium in hac re verbum. infra 579 — *commissaque in vnum Paulatim tereti sinuantur acumine crura*. lib. XII. 315 — *qua naris fronti commissitur*. Vide Notas nostras ad Claud. Epigramma in Armentum.

372 *Nec me diducat ab illo*] Veteres plerique *deducat*. Lege *seducat* cum nonnullis. et mox *iam mista*. quanquam libri veteres cum vulgatis *nam*. Puto etiam paulo ante *ita dI iubeatis, vt istum*. non *et istum*.

375 *Conducat cortice ramos*] Ita est legendum. non autem audiendi sunt illi, qui legunt *inducat*. *Conducit* prim. Mediceus cum Norico. Thuan. *conducitur*. *cum ducit* Erfurt. Lege *conducta cortice*. in vno certe Mediceo postea inueni *conducto cortice*. *Cortex* saepe feminini generis apud Nostrum. lib. VIII. 762 *Haud aliter fluxit discussa cortice sanguis*. lib. VIIII. 658 — *vt secta piceae de cortice guttae*. lib. X. 512 — *fissa cortice viuum Reddit onus*. lib. XIIII. 630 — *fissa modo cortice lignum Inserit*. ita codices nonnulli istis locis. neque obstat, quod Noster aliis locis masculino genere est vsus, cum vtroque genere Virgilium quoque dixisse Nonius iam obseruasse videatur. Floridus Poëta: *Cortici summae notaui nomen ardoris mei*. Martialis lib. XIII Epigr. LXXXVI *Cortice deposita mollis Echinus erit*. Ita vetus codex Vossii. Mox pro *cernit* cum sex scriptis *cernat* est legendum. Cogitabam aliquando: *Faciesque inducitur illis Vna. duos vt si conducta cortice ramos Crescendo iungi pariterque adolescere cernas*. *Conducere corticem*, quomodo *vulnera conducere* et *ducere*, et contra *diducere* apud Medicos. Val. Flaccus lib. I. 480 — *fissaque fluctu Vel pice vel molli conducere vulnera cera*. ita vetusti codices. haud dubie vere. *nubila conducere* Noster lib. I Metam. *conducere* enim, contrahere. *partes conducere in vnum* frequenter apud Lucretium occurrit. Vetus poëta apud Sergium in artem Donati: *Pontibus instratis conduxit listora Xerxes*. pro quo *coniunxit* agnoscit Terentianus Maurus. sed *conduxit litora* etiam apud alios Grammaticos in illo versu occurrit. Auienus Descriptione Terrarum: *Caput huius cespitis autem Artius angusto conducit litora tractu*. idem: *Isthmi Quippe caput summum conducitur*. *Conducere senatum* frequenter apud Dictyn Cretensem pro *Senatum cogere* contra *diducere ramos* apud Persium Sat. III ex optimis membranis: *Et tibi quae Samios diduxit pagina ramos*. et Sat. V *Vitae nescius error Diducit trepidas ramosa in*

Digitized by Google

tempita mentes. ſic vtroque loco legendum, vt magno Cafaubono iam eſt animaduerſum. *diducere os* pro aperire ad loquendum Gellio lib. V. 9. et apud eundem lib. VI. 4 *Palpebras ita, ne conniuere poſſet, ſurſum ac deorſum diductas inſimabant,* Regulo. *diducere ſulcum lata arena* apud Iuuenalem Sat. I. 157 veteri codice. Noſter in Ibin: *Vtque Mile rebur diducere ſiſſile* ...uor. ſic ibi ſcribendum. et ita in eadem narratione Gellius lib. XV. 16.

378 *Sed forma duplex*] *Et forma* bene Bernegger. et vnus ...nienſis.

379 *Neutrumque et vtrumque videtur*] *Videntur* Florentinus Marci. Lege etiam *poſſint. videri* quoque non male vnus ...non. et Gronou.

386 *Molleſcat in vndis*] Malim *ab vndis.* vel *vt vndis.*

387 *Rata verba*] *Vota* vnus Berſmanni et ex noſtris quinque. ...ius. Propert. lib. IIII. 10. 14 *Romulus et votis occupat ante patris.* Noſter Amor. lib. III Eleg. II. 80 *Sint mea, ſint dominae rata vota meae.* Martial. lib. VIIII Ep. XVIII *Hos tibi lauros domini rata vota capillos Ille tuus Latia miſit ab vrbe puer.* ...m lib. IIII Ep. XXXXV *Fer rata vota patri. ſic te tua diligat ...arbor.* ita vterque locus ex optimis membranis conſtituendus. niſi quod in iis *patris.* vulgati *Fac rata vota patris. ſic te ...diligat vxor.* perperam. vt pluribus iam monui Notis ad ...8. II Pont. lib. II. 82. Statius Theb. *Iam iam rata vota ...Dire ſenex.*

389 *Et adhuc*] *Sed adhuc* Florent. S. Marci.

393 *Tinnulaque aera ſonant, et olent myrrhaeque crocique*] ...*olent* Neapol. Vrbin. ſecundus et tertius Medicei aliique ...plures. recte. niſi quod *halant* poſſit quoque legi. id enim ...*olent* vel *redolent* ſaepe deprauatum eſt, vt lib. VIII. 677 et ...V. 398 dicemus. nam ſine aſpiratione ſcribebatur. Statius ...V Silu. I. 41 *Nam Sicanii non mitius halat Aura croci.* ...rrhapsum idem verbum apud Gratium in Cynegetico 375 *Seu ...ſtium exhalas, ſpiratque vaporibus aether Peſtiferis. ex alto* ...perperam ibi legitur. Imitatus iſta Gratii Nemeſianus 216 *Exhalat ſeu terra ſuus, ſeu noxius aër Cauſa mali.* ita et illic emendandum. perperam *ſinus* nunc circumfertur. *malum* ſubintellige, quod ſequitur. Statius Theb. IIII. 728 *Tum ſole putris, tunc ...hore tellus Exhalat calidam nubem.*

402 *Et rutilis collucere ignibus aedes*] Scripti omnes Thuaneus et Vrbinati exceptis *collucent.* quod ſequentia non admittunt. Forte *Rutilis lucentes ignibus aedes.*

406 *Ignes ac lumina vitant*] *Ignibus* paullo ante praeceſſerat. ...*lychnos* hic libenter reponam, ſi per libros veteres liceat. ...tian. Capella lib. VI *Nec indecore Virgilius vitandas humilibus aucupio lychnos pro lucernis ait.* Statius Theb. I. 521 *...dant auratis vincula lychnis.* Apud Paullinum ſeptimo natali ...leis *lignum* pro *lychnum* perpetam circumfertur: *Nutabat ſolus lychnum ſuſpendere funis.* apud Ennium: — *lychnorum lumine bis ſex. Pendentes lychni* Lucretio lib. V. 296. Apud Maro-

Digitized by Google

Maronem lib. I Aen. 726 habes: *Dependent lychni laquearibus.* Versu proximo cum primo Regio et Langermanni excerptis repone *lastebras* pro *tenebris.* nam *rò tenebrae* mox sequetur.

408 *Tenuesque ineludunt brachia pennae*] *Tenuique penna* prim. Vatican. sec. Medic. Florent. S. Marci, Neapol. et duo alii. Vnus Medic. et vnus Leidens. *inducunt.* Bernegger. *tenuique ineludit brachia penna.* recte, si *inducit* reponas, vt ad membranam referatur. Prudentius lib. II contra Symmachum: *Define serga hominis plumis obducere fruſtra.* De *inducendi* verbo vide Notas lib. IIII Pont. Eleg. XII. Fast. III. 759 — *limoque inducere suadet*; *Hic paret monitis, et linit ora luto.* ita censeo scribendum. nam *limumque* nunc legitur. Vitruuius lib. VII. 3. *At nunc passim minio toti parietes inducuntur.* sic et *perducere ora limo* dicebant.

415 *Seroque tenent a vespere nomen*] *Trahunt* Iunianus. rectius. ita supr. 291 *Nomen quoque traxit ab illis.* lib. VIII. 230 *Quae nomen traxit ab illis.* Fast. III. 847 *A quacunque trahas regione vocabula Pallas.*

418 *De tot sororibus expers*] *De totque doloribus* argute liber Argentoratensis. nam *tot sorores* non recte dicuntur, cum tres tantum sint, Ino, Agaue et Autonoë, Semele iam e viuis sublata.

421 *Alumni numine*] *Alumno* Florentinus S. Marci, et primus Vatic. a manu prima. eleganter. Statius Theb. VIII. 223 *Tunc dulces superos, atque omne ex ordine alumnum Numen vbique sacri resonant Paeanes.* idem lib. XI. 43 *Procumbit late pubes Tyrinthia, alumni Exuuias imitata dei.* vbi perperam *sui* reponit Bernartius. Auienus Descriptione Orbis: — *dant hi quoque maxima templa Amphitryoniadae, numenque verentur alumnum.* vbi malo *et numen venerantur alumnum.* idem loco corruptissimo: *Ludunt Festa die visit sacra numen alumnum.* Idem *votent alumnum* dixit postea, et ante *lapsu alumno*, de Tiberi: *Romanosque lares lapsu praelambit alumno.* Marcian. Capell. lib. I *Cygnus oneris impatiens stagna alumna petierat.* sic et *Germani complexus fructum indulge* Apulei. de Psyche. sic lib. X. 383 apud Nostrum censeo scribendum: *Murmura verborum fidas nutricis ad aures Peruenisse ferunt limen seruantis alumnum.* non *alumnae.* et paulo post: — *et ante pedes supplex procumbit alumnus.* et lib. XIIII. 721 *Ne sibi dura foret per spes orauit alumnas*; quibus locis similiter *alumnae* nunc legitur. *leo alumnus* Iuuenalis Sat. XIIII. et *deus alumnus* Horatius Arte Poetica.

431 *Sororibus*] *Furoribus* meliores. et recte.

437 *Qua sit iter, manes, Stygiam quod ducat ad vrbem*] *Ducit* Cantabrig. Thuan. et multi alii eum vtroque Erfurtano. Scribe *Qua sit iter, manes, Stygiam quod ducit ad vrbem.* et tolle versum proxime sequentem, cum praeter rem a tenebrione sciolo hic sit inculcatus. hoc enim non voluit Naso, ignorari a nouis manibus iter, sed iter totum ab iis obsideri. *Fit iter*, vt lib. II. 132 ex vetusto codice: *Hac fit iter.* vbi pari modo peccabatur.

Digitized by Google

445 *Pars aliquas partes*] Lego *alias artes*. quomodo prim. Basil. prim. Gronou. et vnus Ciofani. Rottendorph. *alias arces*. nonnulli *aliquas arces*. Deinde tollo et eiicio versum hunc *Exercent, aliam partem sua poena coërcet*. idque ex auctoritate optimorum codicum.

453 *Pectebant crinibus*] Thuan. Bernegg. et vnus Mediceus *pectebant*. an *pexabant*? nam *pectabant* Nasonem dixisse vix opinor, etsi *impectere* apud Varronem occurrit lib. III cap. XVI de R. R. in veterrimis codicibus: *itaque impectantes a se eiiciunt fucos*. *Pexatus* occurrit apud Martialem. vid. inf. XIII. 738.

456 *Tityus*] *Tityos* Florent. S. Marci, Berneggerianus, prim. Erfurt. et tres alii. neque aliter fere apud Virgilium, Horatium, Lucretium, Lucanum, Statium, reliquos poëtas, in optimis exemplaribus scribitur. Seruius ad v. 598 lib. VI Aen. *Declinatur autem hic Tityos, Tityi: vt Delos, Deli*.

457 *Iugeribus distractus erat*] *Distentus* malo cum prim. Med. Arondel. et et duobus aliis. sic apud Statium Theb. I. 709 — *tu matris honori Terrigenam Tityon Stygiis extendis arenis*. et lib. XI. 20 *Quantus Apollineae temerator matris Auerno Tenditur*. Sic *dissendere lancem* Iuuenalis Sat. V. 8, quae scriptura est optimorum exemplarium: *Aspice quam longo dissendat pectore lancem, Quae fertur domino squilla*. non *distinguat*, quod Pithoei editionem occupauit. et sic apud Lucretium quoque scribi debere opinor lib. III. 1001, vbi de Tityo: *Qui non sola nouem dissensis iugera membris obtineat*. cum *dispersis* nunc pessime legatur. non male Lambinus *dispansis*. forte *dispessis*. quo verbo quoque Plautum vsum esse A. Gellius obseruauit. *Distendi* arua et terrae frequenter dicuntur, pro porrigi vel tendi, Festo Auieno Descriptione Orbis, vt illo loco: *Caetera sub forti specie dissenditur arua Tellus*. et apud eundem *distentus aquas Lados*. denuo *tellus Trinacriae patulo distenditur agro*, et *Ilyris ora debinc dissenditur*. plenus horum tam ille, quam Priscianus in periegesi. *Porrigi* dictus idem Tityos Noster in Amoribus III. 12. 25 *Idem per spatium Tityon porreximus ingens*. Virgil. de eodem VI. 597 — *per tota nouem cui iugera corpus Porrigitur*. Tibullus libro I Eleg. III *Porrectusque nouem Tityus per iugera terrae*. Mox *arbos* Cantabrig. Thuan. prim. Erfurt. duo alii.

461 *Assidue repetunt*] *Assiduae*, et *quas perdant* ex melioribus. et deinde *acie* pro *facie* ex iisdem. hoc est, oculo. sic apud Senecam Hercule Furente 954 *Acieque falsum turbida caelum vides*. Valer. Flaccus lib. III. 501 — *finem cum Phasidis alti Transierit Perses, aciemque admouerit vrbi*. non *faciemque*, vt perperam nunc legitur. sed illic de exercitu intelligendum. Lucanus lib. VIII. 664 de Magno moriente, ex vetusto codice Vossiano: *Permansisse decus sacrae venerabile formae, Iratamque dei aciem*. non *faciem*. nam *vultus* subsequitur.

470 *Et in facinus traherent Athamanta furores*] Imo *Sorores*, hoc est Furiae. quod vetustiores magno numero agnoscunt. *Sorores Nocte genitas* paulo ante appellarat ipse. Seneca Oedipo 160 *Rupere Erebi claustra profundi Turbâ Sororum face Tartarea*.

Digitized by Google

Virgilius quoque nunc *Diras sorores*, nunc *Tartareas*, vocat. sic de Musis quoque et de Parcis. nam ex ipso sermonis ductu et argumento frequenter colligendum e Poëtis, quas sorores designent. Statius II Silu. III. 20 — *Celeres genitoris filius aurem* (*Mira fides*) *pigrasque putat properasse sorores*, de Parcis. pernoctem *nigras sorores* nunc ibi legere est. *Pigras* vocat, quod tarde stamen Claudii Etrusci abrupissent, quem senio confectum obiisse ex ipso epicedio satis apparet. Sic Achilleidos I. — *Tenuantque humentia saxa, Attritu, et pigris addunt mucronibus iram.* vbi pari modo peccatur. *pigros mucrones* dixit pro obtusis. contra *celeres* Parcas non vno loco dixit idem. Theb. I. 632 *Mors fila sororum Ense metit.* Vide Notas Trist. IIII Eleg. I.

474 *Deiecit ab ore colubras*] *Reiecit colubras* recte veteres plerique.

475 *Ambagibus inquit*] *Infis* secundus Palat. vt lib. II. 518 — *causamque viae scitantibus infit.* quomodo Virgilius etiam non semel. Tres alii *ambagibus vti.*

483 *Luctus comitatur euntem*] *Comitantur* sec. Palat. tert. Medic. excerpta Iureti et duo alii.

486 *Fores aeratas*] *Eburnas* duo veteres. Mox pro *exterrita* Bernegg. prim. Erfurt. et nonnulli alii *est territa.*

492 *Circum pectora lapsae*] *Tempora* pr. et sec. Medic. Neapol. aliique nonnulli. quod praestat. Pro *parsque iacent* scribo *iacens.* nam et illae sibilabant. et sic prim. Gronou.

493 *Linguisque coruscant*] *Linguasque* prim. Pal. prim. Vatic. prim. sec. et tert. Medicei, Thuan. Spirens. aliique nonnulli. de vitulo Iuuenalis Satyra XII *Sed procul extentum petulans quatit hostia funem Tarpeio seruata Ioui, frontemque coruscat.* Virgil. X. 651 *strictumque coruscat Mucronem.* et lib. XII. 431 *hastamque coruscat.* et postea 887 *telumque coruscat.* et 919 *telum fatale coruscat.* Val. Flaccus lib. II. 228 — *ferrumque super Bellona coruscat.* Statius IIII Theb. *clypeo victum Pythona coruscat.* In nonnullis *linguaeque.* in aliis *linguaque coruscans.* Deinde *abrumpit* pro *abrupit* meliores.

494 *Duos angues*] *Duas* liber Langerman. Mox *raptas* quartus Mediceus. et *at illae* tert. Med. et duo alii. sic Medic. Faciei 239, quam scripturam illic et Charisius agnoscit: *Nec mediae Marsis findentur cantibus angues.* infra v. 593 ex antiquis libris *Me quoque caelestes in eandem vertitis anguem.* et v. 681 *Varias animauit in angues.* et v. 791 *Alternis immissas crinibus angues.* et 802 *Quas fecit sustinet angues.* libro VIII. 733 — *modo quam tetigisse timerent Anguis, eras.* Plura exempla annotavit Nonius ex Plauto et Varrone Aricino in *anguis*, etiam Charisius. et sic apud Tibullum I. 9. 20 *Carmen et iratae deiinet anguis iter.* Virgilius Aen. VIII. 289 *Geminasque prenens elisas angues.* sic a Nonio citatur in *Elidere.*

497 *Inspirantque graues animos*] *Animas* multi veterum, vt et ab aliis iam monitum.

503 *Mixta*] *Tincta* multi ex melioribus.

505 *Vertis*

Digitized by Google

505 *Vertit furiale venenum*] Doctissimo Graevio, cui multum humaniores literae et hae in Nasonem meae animaduersiones debent, legendum videbatur *vergit*. de quo verbo diximus Pont. I Eleg. VIIII. 54.

512 *Retia tendite filuis*] *Pandite* primus Medic. et duo alii cum Norico. verumque bene.

518 *Discutit ira ferox*] *Ossa* Cantabr. et alter Erfurt. sic Seneca Troasi de Astyanacte 1112 —— *ossa disiecta et graui Elisa iugo*. ita infr. V. 293 *Discussisque ossibus oris Tundit humum rictus*. et ibidem 58 *Et fractis confudit in ossibus ora*. Statius VI Theb. 808 *Effracto quam misceat ossa cerebro*. ita MSS. alii *ora*. Silius I. 402 *Crepitantia dissipat ossa*. IIII. 380 *Perfractaque in ore cruento Ossa fonant*. Val. Flacc. III. 166 *Ossa virum malaeque fonant*. Senec. Herc. Fur. 102 *Perfregit ossa*. et Plaut. Menaech. Act. V Sc. II. 103 *Comminuere ossa* dixit.

520 *Sparsisque capillis*] *Passisque* cum Florentino S. Marci, Neapol. prim. Vatican. sec. Medic. aliisque nonnullis. nam *sparsi* veneni praecessit.

523 *Et hos vsus praestet tibi, dixit, alumnus*] Putabam adiuuando *hos lusus*. quomodo Plinius et Marcianus Capella *Lusiones a lusu Liberi Patris* dictam testantur. Duo veteres *hos fructus*. vnus *risus*. Forte *hos thiasos*. vide Notas supra hoc libro v. 26. Malo etiam *praestat* cum vno Leid. et vno Vossiano. vt sit sarcasmus.

533 *Miserere meorum*] *Tuorum* efficacius prim. Vatican. prim. Hamburg. et pro diuersa lectione Arond. at Bernegg. et tres alii *nepotum*.

536 *In medio*] *In dio* Florentinus S. Marci. est autem Homericum epitheton, qui ἄλλα δῖαν frequenter vocat, et δῖαν χθόνα Iliad. Ω. Vtrumque etiam apud Hesiodum aliosque Poëtas haud infrequenter occurrit. habes apud eundem Hesiodum pari significatione ἱερὸν ῥόον Ὠκεανοῖο. vbi doctissimus noster Graeuius oppositе illa ex Senecae Suasoriis profert: *Sacrum quidem terris natura circumfudit oceanum*. Ausonius de Claris Vrbibus carm. III *Pacis vt in diae gremio fecura quiescat*. ita veterrimus liber Vossianus. vulgati *mediae*. *Sententia dia Catonis* apud Horatium lib. I Sat. II. *dia ratio* apud Prudentium in antiquissimis, quos vidi, codicibus, praefatione librorum contra Symmachum. nec Giphanius in *diua* mutare debuit indice Lucretiano. Sed quod praecipue ad rem facit, Plautus apud Varronem ex castigatione magni Scaligeri: *Conferta rate inaerataque perite, Qui dium mare ceni fudantes*. *Dia Poëmata* apud Persium Satyra I. *Dia chorea Dryadum* apud Maronem in Culice. *dia pabula, dia otia, dia voluptas, diae luminis orae* Lucretio. nam quod Tanaquillus Faber notis ad Phaedrum primo, mox et in Epistolis nuper editis alterum Lucretii locum huc trahit, ac *dia clade* in eo reponi iubet, a scopo aberrauit. Locus extat lib. VI. 641, vbi de Aetna agitur: —— *neque enim media de clade coorta Flammae tempestas Siculum dominata per agros*. Vellem vir eruditus pro

Digitized by Google

emendatione ſua minus feruide pugnaret. nam cum in
veterrimis codicibus, quorum excerpta penes me exſtant,
ratum ſit *neque enim media Graecia de coorta*, nullum mihi
bium eſt, quin vere et appoſite Iſaacus Voſſius, rarae erud
nis et magni ingenii vir, caſtigarit *neque enim mediocri*
coorta. *Flammea* quoque *tempeſtas* a Lucretii manu opinor
Plura vide lib. II Faſt. 598.

537 *Gratumque manet*] *Graiumque* prim. ſec. tert. Med.
Baſil. et ſex alii. recte. τῆς ἀφροδίτης. Faſt. IIII. 61 *Sed*
ris menſem Graio ſermone notatum Auguror. a ſpumis e
dicta maris. Similes naeuos complures expunximus ad F
lib. V. 8.

545 *Sciſſis capillis*] *Caeſis* vnus Voſſianus et tres alii.
Florentinus S. Marci et duo Bononienſes cum Spirenſi
capillos.

555 *Illa manus*] Non ſunt Naſoniani numeri. Puto *Ia*
ris illa manus vt forte tetenderat vndas.

556 *Porrigit vndas*] Vnus Ambroſianus *porrigitur*.
porgitur. vt ſic Graeciſmus. ſic ſupra v. 527 ſimiliter repe
dum cenſeo:.. *Summa riget, frontemque in apertum por*
aequor. vt perſiſtat in Graeciſmo. vide Feſtum in *Surregis*
cero Arateis *dextram porgens*. Virgil. Aen. VIII *pocula po*
dextris. Silius lib. VIIII *porgebat protinus enſem*. Val. Fl
lib. II ſub finem: *duci porgens carcheſia Graio*. Prudentius
contra Symmachum: — *non cyathos dIs Porgere, ſed*
recubantem cum Ioue fulcro. Statius Glaucia Atedii:
flores. et Theb. VIII *Imperat abſciſſum porgi*. Auſonius
XXXII *mihi porgè fruendum*. Priſcianus Periegeſi: *Pe*
Heſperiam primus qui porgitur vndis. ſic et *ſurpuit* apud
tium. *Surgitur* pro *ſurrigitur* apud Statium V Silu. I.
veteri codice: *Eſt locus ante vrbem, qua primum ſurgitur*
Appia. ita apud Phaedr. I. 10 *ſurpuiſſe* pro *ſurripuiſſe*
dum puto. plenus horum Catullus. Caeterum, vt ad
ciſmum redeamus, pari modo Sidonius Apollinaris carm.
de Phoebo: *Aeternum nitet ille genas*.

557 *Laniabat*] Malim *laniabant*. digiti nimirum.

559 *Deprenſa eſt*] *Deprenditur* rectius in vno Gronou.

560 *Gurgite in illo*] Putem *gurgite in alto*. etſi veteres
ſtanter pro altera lectione certant. natus error ex vltima
praecedentis verſus perperam alieno loco repetita.

561 *Aequora diſtringunt ſummis Cadmeides alis*] *Deſtri*
Florent. S. Marci. Neap. et alii nonnulli ex veruſtioribus.
verum puto. vid. lib. III. 665. Deinde *ſumtis alis* Zulich.
renſis et quatuor alii, vt ſupra 47 *An magis vt ſumtis illis*
pennis. lib. V. 288 *Vimque parat, quam nos ſumtis effu*
alis. lib. VI. 96 — *ſummis quin candida pennis Ipſa ſibi*
dat crepitante ciconia roſtro. lib. XI. 337 — *alaſque*
ſumſiſſe putares. lib. XII initio, vt quidem ſcribendum
Neſcius vt ſumtis Priamus pater Aeſacon alis Viuere, lu

Digitized by Google

e vulgatis *assumtis*, et lib. XIIII. 673 — *pennas sumsere Coniugis in volucrem niueas abiere columbas.* Iuuenalis XIIII. 76 de pullis iconiae: *Illi eadem sumtis quaerunt alia pennis.* Denique *Mineides*, aut *Minyeides* locum hic habent. neminem enim inueni hactenus ex antiquis scriptus, qui Thebanas sic appellaret. quidam veteres *Cadmeides*, nihil rectius. Rottendorph. *Yonides*, vel *Miſtides*, vel *Nimeides*, nonnulli *Meneides*, vel *Menides*. neglexerat nempe geminum librarius duas poſtremas literas vocis proxime praecedentis. *Ismenides* itaque reſcribendum *Iſmenides*. quam coniecturam confirmat fragmentum chartaceum a Luca Langermanno V. Cl. mihi oblatum. *Iſmenides* Thebanae, ab Iſmeno fluuio. ita et paſſim. Noſter lib. VI. 159 *Iſmenides ite frequentes.* III. 733 *Turaque dant ſanctaſque colunt Iſmenides aras.* et alibi libri v. 31 *Placatus mitiſque rogant Iſmenides adſis.* lib. VI. 682 *Hoſpes ab Aoniis Therſes Iſmenius oris.*

56 *Longiſque erroribus actus*] *Erratibus* prim. Erfurtanus, et Palat. Neap. tert. Medic. et duodecim alii cum veterrimo Puteano, quod Amſtelaedami inſpexi. lib. XV. 768 *Quae me natum longis erratibus actum.* ſic et ibi vetus liber.

58 *Num fueras*] Rectius *fueris* tertius Mediceus et duo

59 *In longum tenditur aluum*] Vel *porrigar* vnus Leidenſis. Gemma erit repetitio, ſi et hic *porgitur* reponas.

60 *Paullatim tereti tenuantur acumine crura*] *Sinuantur* in antiquis libris.

62 *Non totum*] Malim *totam*. id eſt manum.

63 *Cadme quid hoc*] Puto *Cadme vbi vox?*

65 *In eundem anguem*] *Eandem* prim. Medic. et tres alii, item ſupra v. 495. Nec obſtat, quod de Cadmo agatur. ſic et lib. VII. 408 Cerberum vocat *Canem Echidnaeam.*

66 *Colla petebat*] *Premebat* malo cum vno Baſil. In Cantabr. duobus aliis *tenebos.* an *terebat?*

67 *Quiſquis adeſt* (*adstant comites*) *terretur*] *Terrentur* ſecundus Mediceus et vnus meus. ita et libro XV. 680 *Quiſquis ad ipſum venerantur numen*, ex antiquis libris. ſic apud Virgilium Aen. II. 254 Donatus, teſte Pierio Valeriano, et multi veteres libri: *Et iam Argiua Phalanx inſtructis nauibus ibant, ira nota petens.*

68 *At illa Lubrica permulcet criſtati colla draconis*] Ita vetuſtiores. nonnulli *illis perlucent.* vel *illi perlucent. illas permulcent.* Vtbinas. Deinde *dracones* alter Hamburgenſis et Gronouius vnus pro diuerſa lectione. Scribe — *at illi Lubrica micant criſtati colla dracones. Criſtati colla*, familiaris Naſonis Graecismus. Vetuſtiorum codicum veſtigiis ſi inſiſtis, occurrit ſcriptura, quam veram cenſeo: — *at illos Lubrica permulcent criſtati colla dracones. Illos permulcent*, comites videlicet. Hinc poſtea *Nunc quoque nec fugiunt hominem, nec verbera timent.* Non diſſimilis Graecismus apud Feſtum Auienum in

Digitized by Google

in Descriptione Orbis, hac ipsa fabula, vbi legendum *Caeruleos mutasi membra dracones*, et Senec. Herc. Fur. 2[illegible] *mina crissati capud Angues ferebant ora.*

603 *Salatia magna nepos dederat*] *Fuerat* vnus Vossius fragmentum veterrimum, quod Amstelaedami vidi. elega Epicedio Drusi 411 *At tu qui superes miserae solatia* Remedio Amoris 483 *Dixit et hanc habuit solatia magna* sic Phaedrus lib. I fab. VIII *Lepus semiauimus, mortis in tia.*, sic legendum omnino, vulgo *in solatio.* Petron. *aderat interpellanti mercenarius comes et vnus alterque infi mus vector, solatia magis litis, quam virium auxilia.* XVI. 294 *Et tua sim quaesa crimina solus ego.*

608 *Genusque Non putat esse deum*] *Putet* meliores. *Deum* Arondelianus, Moreti excerptus, et quatuor alii ex no ex Ciofanianis tres, *Iouis.* Scribe —— *genusque Non puta Iouis: sed nec Iouis esse putabas Perseа.* excideránt tres *sed nec Iouis*, errore nato ex neglecta a librario obseruante clone τοῦ *Iouis*, versui pro arbitrio tibicinem postea nescio. admorat, sed sine successu. Potest et rescribi *nam nec Iou putabat Perseа.* Paulo ante pro *Acrisius superest* Geneuen *perat.* vt in illo Maronis III. 339 —— *superatne et vescitur Aetherea.*

618 *Varios angues*] *Varias* duo veteres. monui supra

619 *Infestaque terra colubris*] *Infestaque terra colubris* finules in *infectaque.* quod veteres nonnulli agnoscunt. S Hercule Oetaeo 28 *Quodcunque tellus genuit infesta*, oc ita optimus codex. vulgati *infestum.* minus bene. Ap Pomponius Mela libro III cap. X *Prima eius Aethiopes te modia nulli, nam aut exusta sunt, aut arenis abducta, aut ſta serpentibus. Infestus* non tantum qui infestat, sed qui statur etiam. Virgilius in Ciri: *Hanc vrbem ante alios, quā florebat in armis, Fecerat infestam populator remige Minos.* cero pro Plancio apud Nonium: *Delebam, iudices, et fe ferebam, si huius salus ob eam ipsam causam esset infestior, is meam salutem atque vitam praesidio custodiaque texisset.* libro III de Republica: *infestum habere mare* pro infestare eundem. Apuleius VIIII Met. *iter arduum, scrupis et ſtir infestum.*

622 *Aequore longe*] *Aethere* potiores antiqui. sic lib. I. *gens tellus seductaque nuper ab alto Aethere.* Mox *geminas Actos*, pro *gelidas*, Berneggerianus. verumque probum. lib. III *Si totum spectes, geminas qui separat Arctos.* Silius lib. XV *Sed gelidas a fronte sedet sublimis ad Arctos.*

625 *Saepe est delatus in ortus*] *Ablatus* veteres. lib. VII *Et natale solum ventis ablata relinquam.*

627 *Constitit Hesperio regis Atlantis in orbe*] Imo *regnis* oppositionem, quod in plurimis antiquis extat. sic lib. XIII. *Neritiasque domos, regnum fallacis Vlyssi.* Virgil. Aen. III. *Effugimus scopulos Ithacae, Laertia regna.* et ad eius imit

Digitized by Google

Silius XV. 302 *Nec portus Ithacae, Laertia regna, Sa-*
que Liquit inacceſſam.

629 *Curſus diurnos*] *Currus* probe Bernegger. et quartus Me-
us. Currus ſolares intelligit.

630 *Cunctis praeſtans*] *Cunctos* Florentinus S. Marci, Berneg-
et tres alii. optime. totidem *tuſtos*. proxime verum. pro
ſtos. Statius Theb. IIII. 207 *Argolidaſque habitu praeſtabo*
ias. ita Cornelius Nepos, Val. Maximus, Quintilianus, alii
e. Seruius ad lib. XI Aen. 438 *Et praeſto illum, hoc eſt melior*
illo, et praeſto illi dicimus.

631 *Iapetionides*] Recte. nam Promethei et Epimethei fra-
m facit Atlantem Euſebius in Chronico: *Idem Atlas frater*
metbei praecipuus aſtrologus fuit, qui ob eruditionem diſcipli-
etiam caelum ſuſtinere dictus eſt. Euripides autem montem
altiſſimum adfirmat, qui et Atlas vocatur. quaſi id neſcire-
, niſi Euripides nos docuiſſet.

635 *Vicinia nulla premebat*] *Premebant* recte Florentinus
Marci et prior Erfurtanus cum vno meo. vide Notas Faſt.
. 181.

637 *Ex auro poma tegebant*] Ita meliores. et recte. per-
am alii *ferebant*, vel *gerebant*. Pro *nitentes* vnus Moreti
ntes. Gronouius etiam cap. XV Diatribes Statianae *tege-*
adſtruxit, ſed ſic, vt diſtinguat poſt τὸ *nitentes*, et ramos
reos a pomis aureis ſua copia fuiſſe tectos intelligat. ſed in
lech. Antidiatribes p. 74 mutauit ſententiam.

645 *Id metuens ſolidis pomaria clauſerat Atlas Montibus*]
oenibus tertius Mediceus, vterque Erfurtanus, veterrimum
agmentum Amſtelaedamenſe, et octo aut decem alii. quod
raeſtat. hinc *moenire* pro munire Columella lib. XI. 3 de *mu-*
dis portis. Pro *clauſerat* Mediceus chartaceus ex veterrimo
ſcriptus *carpſerat*. Forte *ſepſerat*. Columella lib. I. 6 *Po-*
aria quoque et hortos oportet ſepto circumdari. Apuleius Met.
II *ripae fluuialis marginem video denſis arboribus ſeptam*. et
ct. V *Septus cuſtodia carceris*.

650 *Manibuſque expellere tentat*] *Foribuſque* ſchedae vetuſtiſ-
ae Theatinorum Romae, et primus Bononienſis. Mox *per*
Atlanti Viribus, non *Atlantis*, quinque ſcripti.

655 *Protulit ora*] *Prodidit* fragmentum Amſtelaedamenſe opti-
e notae. Adi Notas Faſt. V. 508.

656 *Nam barba comaeque*] *Iam* ex quatuor ſcriptis.

659 *Tum partes altus in omnes*] Alii *actus*. nonnulli *auctus*.
od verum eſſe exiſtimo. Mox *requieſcit* pro *requieuit* Berneg-
. et ſeptem alii.

662 *Aeterno carcere ventos*] Quare dicatur carcer *aeternus*,
quo venti frequenter emittantur, non video. Cenſeo igitur
ribendum *terreno carcere*. certe vnus Leidenſis *externo*. tem-
nocturnum deſcribit, quo venti plerumque ſilent. *terreno*
ſubterraneo. familiaris ea vox Naſoni. ſic lib. VII. 107 *ter-*
ſiſices fornace ſoluti. et ibidem 248 *terrena numina*. et

lib.

Digitized by Google

lib. XV. 273 *terreno Lycus est epotus hiatu.* et libro I. 68 *na faex.* quomodo et *terreni artus* Virgilio lib. VI. 7 quod ad rem potissimum facit, libro XI. 849 — *gens monte sub alto Regis Dercenni terreno ex aggere*

663 *Clarissimus*] Palatinus *nitidissimus.* vt lib. I T *Caeloque nitidissimus alto, Stella gravis nobis Lucifer orat.*

665 *Circumque infraque relictis*] Cantabr. et quatuor *caque.* Oxon. *citraque.* Forte *citraque vltraque.* vt lib. *Dextera diriguit, nec citra mota nec vltra.*

668 *Aethiopum*] Cepheum alii Phoenicis filium, alii ciunt. de Belo Cephei patre testis Euripides laudatur ab doro, de Phoenice idem Euripides ab Hygino in Astron cui et Hesiodus subscribit apud Scholiasten Apollonii *Aethiopum regem Cepheum* facit ex Euripide Scholiastes Ge alii volunt in Ioppe Phoenices regnasse, vt mox videbimu Propertium *Cephena Meroë.*

668 *Cepheaque conspicit arua*] Prim. Vatic. Oxon. T duo alii *Cepheia.* eleganter. sic lib. XIIII. 48 ex antiquis *Rhegion ingredietur, feruentes aestibus vndas.* cum Rhegi sit vnda, sed vrbs vndae apposita. Mox *Andromedam* m de quo alibi dictum.

670 *Inlustus iusserat Hammon*] *Immitis Hammon* tres et pro diuersa lectione Graeuianus. vnus Leidensis *imm*

671 *Ad duras religatam brachia cautes*] Andromedae la Ioppen oppidum Phoenices diu ostentasse in caute Plinius et Solinus produnt. illic quoque Andromedam a liberatam Strabo creditum nonnullis asseuerat. Ioppen pen Cephei regiam ad haec Conon apud Photium et Pom Mela faciunt. Ita ab vxore Cephei denominatam Aeol vult Stephanus Byzantinus, quae aliis est Cassiopea. Igitur opinio veterum de Cepheo, dum alii in Aethiopia Phoenice, regnasse eum volunt. vnde et Cephenes tam Aet quam Chaldaei a Cepheo antiquitus dicti.

673 *Tepido fletu*] *Trepido* Neap. secundus Mediceus, Erfurt. multique alii. recte *trepido*, vt appareret esse viuam

675 *Correptus*] *Miratus* Thuani codex. forte *remoratus* 137 *Sed postquam remorata suos cognouit amores.* lib. V ex MS. *et ignes Ipse suos nutrit, cura remorante soporem,* X. 671 *Et rursus pomi iactu remorata secundi.*

680 *Silet illa, nec audet Appellare virum*] *Stupet illa* et secundus Palat. aliique multi melioris notae. *Appell rum* an recte dicatur, quae respondet appellanti, dubito. si per membranas liceat, reponam *Aspectare*, quod seq confirmant. sic lib. XI. 844 ex antiquis membranis: *aspectasse fatebor.*

689 *Imminet*] *Eminet* cum melioribus. Manil. lib. V. in hac fabula: *Caput eminet vndas Scindentis, pelagusque*

Digitized by Google

ontra *eminere* pro *imminere* male ſcribitur apud Statium Theb. II. 529 *maior ſupereminet ordo.* vbi recte MS. Behotii et Ti-bur. *ſuperimminet.*

690 *Et vna mater adeſt*] *Et amens* primus Baſil. et quatuor ii. rectius. hoc eſt conſternata ſine mente. Faſt. IIII. 555 xcutitur ſomno ſiultae pia mater, et amens, Quid facis? ex-lamat. Stat. XI Theb. 315 *At genetrix primam funeſtae ſortis, amens, Expauit famam.*

694 *Tum ſit*] *Cum* ſcripti. Paulo ante malim pro *ſed dignos* nus: *Nec ſecum auxilium, niſi dignos tempore fletus, Plango-que ferunt.* ſed obſtant codices.

695 *Ad opem breuis hora ferendam*] *Ferenda* veteres plerique. cribe —— *at opi breuis hora ferendae eſt.* Adi Notas Faſt. I. 241.

697 *Quam clauſam impleuit foecundo Iupiter auro*] *Quam* ondam nonnulli. Puto *Quam luſam.* vt libro VI. 113 *Aureus e Danaën, Aſopida luſerit igneus.* et paulo poſt ibidem de polline: *vt paſtor Macareida luſerit iſſen.* Am. I. 10 *Qualis eras Lede, quam plumis abditus albis, Callidus in falſa luſit adulter ue.* Epiſtola XVII. 45 *Matris in admiſſo falſa ſub imagine lu-ae Error ineſt. pluma rectus adulter erat.* libro VIII Met. 122 *Nec Ioue tu natus, nec mater imagine tauri Luſa tua eſt.* Pru-entius libro I contra Symmach. *At ſi Rhea ſacram laſciui Mar-tis amore Luſa pudicitiam fluuiali amiſit in vlua.* vulgatum *clauſa* ic abſolute poſitum neſcio an ſatis ſit Latinum. vt *turri* ſubin-elligatur.

708 *Balearica*] Lib. II. 727 monuimus in nonnullis veterum *Baleatis* legi.

715 *Aduerſum*] Imo *auerſum.* vt recte praeſtantiores mem-ranae.

717 *Sic celeri miſſus praeceps per inane volatu*] *Praepes miſſo* Cantabrig. *miſſo* etiam in multis melioris notae. *praepes miſſus* nonnulli. *praeceps miſſum* optimus Thuaneus. Scribe *Sic celeri praepes fiſſum per inane volatu.* Germanicus Caeſar de Perſeo: —— *properare videtur, Et velle aligeris purum aetherа findere pennis.* quae ibi vera lectio. Noſter ipſe paulo ante v. 666 de eodem Perſeo: *Et liquidum motis talaribus aëra findit.* Statius Theb. XI. 255 *Nunc pede toruus humum, nunc cornibus aëra fin-dit. Aëra diſco findere* idem Hercule Surrentino et Epicedio pa-tris. *ſectae talaribus aurae* Propertio lib. II Eleg. XXX. *Praepes* Perſeus et Lucano dicitur lib. VIIII. 662 et 668. et ita *prae-pes victoria* apud Cn. Mattium VII Iliados: *Dum det vincenti praepes victoria pennas.* De ſignificatione verbi pluribus diſpu-tat A. Gellius Noct. Attic. lib. VI. 7.

724 *Quaque patent*] *Patet* meliores magno numero. quod elegantius. ſic ſupra de ſcopulo *Summa riget.* Vide Notas Faſt. lib. V. 382.

726 *Vulnerat enſe*] Neap. Cantabr. ſecundus Mediceus, Spi-nenſis, prior Erfurt. et quatuor alii *verberat.* eleganter et probe.

Sic

Digitized by Google

Sic apud Lactantium libro primo de Falsa Religione: *nam de re iniuriae concitatus Idas alterum gladio transuerberat. desinit in piscem* Gronouius noster arbitrabatur rectius fore *priſtin*, eamque vocem compluribus Poëtis esse reddendam ex sebat Obseruationum secundae curae lib. I. 17.

732 *Siniſtrae*] *Siniſtra* ex scriptis.

740 *Dura ne laedat arena*] Secundus Medic. sec. Pal. Neap prim. Hamburg. aliique nonnulli *nuda arena*. recte. sic *na terra* passim et *nuda humus*.

748 *Seminaque ex illis vt erant iactata per vndas*] In mul codicibus vetustis vere *iterant iactata*, vt et alii iam mon runt. id est denuo serunt. Apud Columellam *iterare* et *tertia agros* identidem occurrit, pro secundo et tertio arare. Amat ipsum verbi Apuleius quoque. vt Metam. IIII *rursum con gradu recurrentes ſurcinas iterare*. hoc est de nouo asport Met. V *Sed identidem admonuit, et ſaepe iterauit, ne quando forma mariti quaeras*. perperam nunc illic circumferetur *ſa terruit*. praeceſſerat eo ipso libro: *ſe nunc maxime prorſus per ſe iterans*. libro VIIII *tacitos ſecum mugitus iterans*.

749 *Nunc quoque coralliis eadem natura remanſit*] Non igno apud Graecos nonnullos scriptores κυράλλια occurrere per vetustiores tamen κουράλια vel κουράλλια dicunt. sic apud Pe geten πάντη γὰρ λίθος ἐστὶν ἐρυθρεῦ κουραλίοιο. Recte igitu hoc Nasonis loco optimus Florentinus S. Marci et Neapolit *curaliis*. quomodo et Metam. XV. 415 in veterrimis membr inueni. nec aliter in Gratio legendum.: *et circa Meliſenſia ſtunt Curalia*. idque peruetusta Plinii quoque ac Solini adstru exemplaria. Codex Vrbinas *Nunc quoque curallis*. etiam n male. Certe in periegesi Prisician. codices vetustos nunc *Cu lium*, nunc *Curallum*, exhibere aduerti. In *coraliis* vel *coral* prima corripitur, quomodo *rubra coralla* Auson. Mosell. 69. apud Sidonium Apollinarem carmine XV. 110 *Lactea puni ſinuantur colla corallo*. et apud Festum Auienum Descriptio orbis: *Fuluo tamen inuenere corallo Pandere viuendi commer Corallia* habes apud Claudianum nuptiis Honorii 169 *Mergit ſubito, vellitque corallia Doto*. sic scribo, vt et apud Nemes num. Mox malo *quaeque Vimen in aequore erant, fiant ſax aequora ſaxum in*.

756 *Et tanti praemia facti*] Scribe *vt tanti praemia fac* Malo etiam *capit*, quod est in vno Gronou. et Barberiniano, qua *rapit* cum vulgatis. *Andromedam* etiam pro *Anoromeden* meli res. de quo alibi dictum.

758 *Taedas praecipiunt*] Quid est *praecipere taedas?* Flore tinus S. Marci optimus *Praecutiunt*. recte. Propert. lib. I Eleg. XV *Ipſe Amor accenſas percutit ante faces*. vbi *praecu* quoque opinor scribendum. Hinc et *quaſſae faces* apud N strum in fabula Narcissi, et *quatere facem* non semel alibi. primo Gronouiano *Percutiunt*. in Vrbinati vetus scriptura pe tus erasa. in vno Leidensi *Praecipitant*. in duobus aliis *perc piunt*.

Digitized by Google

iunt. Propert. lib. I Eleg. III *Cum quaterent sacræ nocte facem Iuno.* Catullus Epithalamio Manlii: *Manu pineam quate taedam. quassare facem* etiam obuium. Sic speculum *praegerere.* Apulei. Met. IIII *praelucere facibus.* lib. X *Cupidines Veneri soluti nuptiales epulas obiturae dominae praelucebant faces.* Epist. VI. 45 *At mihi nec Iuno, nec Hymen, sed tristis Erinnys, Praetulit infaustas sanguinolenta faces.*

759 *Et vbique lyraeque, Tibiaque et cantus animi felicia laeti Argumenta, sonant.*] Locus mendosus. Arondel. et vnus Patau. *et ibique.* quatuor alii *citharaeque.* Lauanienſis pro diuersa lectione *litisique.* primus Gronou. *tectisque tubaeque.* vnus Moreti *tectis tubaeque.* Scribendum iam diu adolescens olim vidi et monui *lotique lyraeque.* quod doctissimo etiam Gronouio videbatur, qui adeundus Obseruat. lib. IIII c. XV. tum quae notauimus Remed. Amor. 753. Per *lotum* intelligit tibiam, quae ex loto fiebat aut buxo. vnde *multifori buxi* Met. XII. 158. Pollux lib. IIII. 9 Ἡ δὲ ὕλη τῶν αὐλῶν κάλαμος, ἢ χάλκος, ἢ λωτὸς, ἢ κέρας, ἢ ὀστοῦν. de variis tibiarum generibus v. Solin. cap. V et ibi Salmasium.

762 *Pulchroque instructa paratu*] In vno Mediceo non male *patrioque.* alius *multoque.* veterrimae Theatinorum schedae *tepoque.* Puto *lautoque.* Sic *lauto coenare paratu* apud Iuuenalem Sat. XIIII. 13 *Lauto cupiet coenare paratu Semper, et a lauto non degenerare culina.* eadem Satyra 257 *Lautum praetorem* dixit. Statius Vindicis Hercule lib. IIII Silu. VI. 59 *Pellaeus habebat Regnator lautis numen venerabile mensis; Et comissa secum occasu portabat et ortu.* sic scribendum. non *occasus et ortus.* Male etiam *laetis mensis.* Paullo ante apud eundem praecesserat *toruo laetus Iunone bibebat.*

763 *Cepheni proceres*] Importune versus iste spurius huc irrepsit, quanquam constanter eum agnoscunt libri veteres. Erat enim dicendum *Cephenum proceres,* vt mox, aut *Cephenes proceres.* Κηφῆνες Graecis sunt Aethiopes, et Κηφηνία Aethiopia. sed Chaldaei Κηφῆνες sunt apud Stephanum Byzantinum, qui consulendus in *Chaldaea.*

764 *Postquam*] Reſcribo *Postquam epulis functos*, videlicet *animos.* durius enim videtur *functi generosi*, duae voces contiguae in eandem literam desinentes, quod studiose nimis euitat Nostter.

766 *Quaerenti protinus vnus Narrat Lyncides*] Haec absunt a Barneggeriano et primo Moreti, secundo Mediceo, Spirensi et duobus aliis. nonnulli ex vetustioribus priorem versum totum omittunt. Schedae Theatin. et tertius Mediceus *Quaerit Lyncides moresque habitumque virorum.* Pro *Lyncides* Aldi postrema edicio *Butbides.* Muretus ex veterrimo notat *Narrat Abantiades.* Bothiades Arondelianus. Deinde in illis *cultusque genusque locorum*, et *moresque animosque virorum*, mire variant libri veteres. Nonnulli veteres cum primo Mediceo —— *mores habitumque virorum.* vnus meus *habitusque locorum.* Nimirum etiam hoc loco

Digitized by Google

siniſtra ſciolorum liberalitas inſigniter graſſata eſt. Scribe *Poſtquam epulis functos generoſi munere Bacchi Diffudere animos, quaerenti protinus vnus Narrat Abantiadae cultuſque habitumque locorum.* vel *Poſtquam epulis functos generoſi munere Bacchi Diffudere animos; cultuſque habitumque locorum Quaerit Abantiades, quaerenti prodidit vnus, Quae ſimul edocuit.* niſi malis *quaerentem protinus vnus, Quae ſimul edocuit.* omiſſo vno verſu. neque aliter codex Noricus a manu prima. niſi quod in illo legebatur *quaerenti* cum vulgatis, non *quaerentem*. *Cultus locorum* etiam Statio dictus lib. II Silu. II. 41 et lib. [illegible] 5. 89. Appo te Virgilius Georg. I. 52 —— *caeli praedicere morem Cura ſit, et patrios cultuſque habituſque locorum.* vbi *cultum habitumque locorum* aeque coniunctum vides ac in hoc Naſonis noſtri loco. Seruius illic: *Habitus locorum naturas vel poſſibilitates accipiamus, quas Graeci τὰς ἕξεις vocant.* Celſus leg. XII quem. Seruiamit. *Fundus qualiter ſe habens, ita cum in ſuo habitu poſſeſſus eſt, ius non deperdit.* Apud Hyginum de limitibus conſtituendis libelli exordio: *hâc forma ſoli pulcher habitus ſemper eſt, et agrorum ſpecioſa deſignatio. Habitus animi et corporis* paſſim apud ſcriptores. *Habitum, corporis poſitionem vel qualitatem* Papias interpretatur. Apud Columellam libro III capite primo et decimo *habitum vitis* habes. *Ingenium ſoli et locorum* non diſſimili locutionis modo apud optimos Latini ſermonis auctores frequenter occurrit. hinc caſtigandus Guntherus Ligurinus pro II, vbi *cultus locorum et ingenium ſoli* coniunxit: *Ergo mores hominum, cultuſque locorum, Ingeniumque ſoli ſolers pectoris aſtu Tractantes, ſemperque viros ingentia fortes Auſa decere rati, potiundi finibus illis Spem rapiunt animo.* nunc ibi perperam circumfertur *ingeniumque ſuum.* Vide inter alios de hoc loquendi modo Plinium libro XIIII. 1 et Noſtrum in Ponticis. De *cultu locorum* plura Met. VII. 59.

769 *Quanta virtute*] Scripſerat, puto, Ouidius: *qua tu virtute, quibuſque artibus.*

771 *Narrat Abantiades*] *Agenorides* in melioribus. recte. ab Agenore enim Danaus Perſei, proauus oriundus.

772 *Tutum munimine molis*] *Septum* alter Hamburgenſis. Vide Notas lib. II. 713.

773 *Habitaſſe*] Pro *habitaſſe* primus Gronouii, vnus Palatinus et duo alii *habuiſſe.* eleganter. Paulinus Epiſt. I ad Auſonium: *Non lare barbarico rigui mutatus in ipſos, Inter quos habui, ſocia feritate colonos.* inter quos habitaui. Virgil. lib. VII *Quae loca, quive habeant homines, vbi moenia gentis Veſtigemus.* ſic apud Comicos *vbi habet?* pro vbi habitat? Adi Nonium in *Habere.* Plaut. Aulul. prolog. *huius qui hic habet.* Ita Auienus frequenter. neque aliter optimi ſcriptores paſſim, ſed plerumque cum quarto caſu coniungunt. vt Noſter lib. XV *Leucada continuam veteres habuere coloni.* Silius libro VIII *Quique Anienis habent ripas.* Similem vſum habet τὸ ἔχειν apud Graecos.

774 *Sortis*

Digitized by Google

774 *Sortitas luminis vſum*] *Partitas* meliores magno numero. lib. VII. 652 —— *populiſque recentibus vrbem Partior.* Auctor Moreti: *Aduocat inde manus operi, partitus vtramque.* vbi Magnus Scaliger *vtrique* reponit, et alterum vocat barbariſmum, quod nollem feciſſet, niſi Maronem quoque ipſum Barbariſmi inſimulamus, cum in Georgicis dixit: *Nec ſignare quidem, aut partiri limite campum Fas erat.* Stat. lib. I. 176 *Partiti verſent popularia fata.* lib. XI Theb. *Talia partitae diverſum abiere ſorores.* et mox: *Partitaeque artus redeunt alterna gementes.* et ſic ter quaterue Lactantius libro primo de Falſa Religione.

777 *Horrentia ſaxa*] *Arentia* Bernegger. Spirenſis, Arondel. et octo alii. vt lib. XIII. 691 —— *rodunt arentia ſaxa capellae.*

784 *Eripuiſſe caput collo*] *Exſecuiſſe*, vel *Praeſecuiſſe*, opinor a Naſone ſcriptum.

Penniſque fugacem Pegaſon et fratrem] Chryſaorem intelligit. quare caue audias codices, in quibus pro *fratrem*, vel *fontem*, vel *fontes*, legitur. Multi tamen ex vetuſtioribus *fratres*, vt cum Chryſaore Cerberus intelligatur.

791 *Immiſtos*] *Immiſtas* vnus Voſſianus. monui ſupra.

BIBLIOTHECA BODLEIANA

Digitized by Google

METAMORPHOSEON

LIBER QVINTVS

2 *Fremitu regalia turbae Atria complentur*] Florentinus S. Marci, Vrbin. prim. Palat. prim. Vatic. tertius et quartus Medicei, primus et sec. Moreti. Arondel. et quatuor alii *fremida turba*. quod non est de nihilo. Apud Drepanium Florum *famidus* occurrit: *Vel famido grates vertat ab ore dapes. Flammidi* voce vsus Apuleius. *flammida animalia* igne gigni apud Apuleium de deo Socratis. qua voce et alibi in eodem libello vtitur. idem in Apologia: *albidam et spumidam tabem* dixit. *obstupida et suspensa animo ciuitas* Sallustius Catilinaria. *vapidum pectus* Persius Sat. V. *imbridum caelum* Solin. cap. IIII. *ardidus*. de quo ad Solinum Salmas. p. 267. Sic et *euanidus* apud Nostrum hoc ipso libro, et alibi non semel. *rubidus* apud Plautum non semel. *cibus ninguidus* apud Prudentium Cathemer. Hymno VI. pro quo alii codices *pinguidus*.

3 *Nec coniugalia festa*] *Connubialia festa* rectius vnus Basileensis, Calandrae Excerpta, tertius Palat. et Bersmanni codex, quam quod in vulgatis et plerisque scriptis *coniugalia*, quod contra metri legem est. primus tamen Palat. secundus Vatican. prior Erfurt. et sex alii *coniugialia*. non male. sic lib. VI. 536 *coniugialia iura*. et lib. XI. 744 *coniugiale foedus*. vbi veteres plerique pari modo perperam *coniugalia* et *coniugale*. vt et apud Statium lib. XII Theb. 158 *coniugalia funera* male legitur. vbi v. Gronou. Idem Achil. I *connubialia pandunt Antra finus*.

12 *Eripiet*] *Eripient* probe Gronouii vnus.

13 *Quae te, germane, furentem Meus agit in facinus?*] Lege *quod te*, vel membranis inuitis. sic lib. VII. 171 *Quod, inquis, excidit ore tuo, coniux, scelus?* Paulo post *vitam seruatae*, non *seruatam*, scripti meliores.

18 *Bellua ponti*] Ita et et Quintilianus citat. sed plerique codices *ponto*. quod magis placet. lib. IIII. 689. — *Veniensque immenso bellua ponto*.

27 *Nunc fine, qui petiit, per quem haec non orba senectus*] *Hunc fine* in nonnullis. rectius, vt opinor. Praeterea secundus Palat. Arondel. aliique complures *per quem non orba*, omisso τῷ *haec*.

35 *Exiliit*] *Exiluit* meliores, more veteri.

40 *Calcitrat, et positas adspergit sanguine mensas*] *Palpitat* tertius Mediceus, Thuan. Zulich. alter Hamburg. Louan. et Mureti excerpta. Noster libro VI. 560 de lingua Philomelae exsecta: *Illa iacet, terraeque tremens immurmurat atrae, Vsque salire solet mutilatae cauda colubrae, Palpitat*. Glossae veteres *Palpitat*, σπαίρει, πάλλει. Statius Theb. VIII. 439 — *iam palpitat*

Digitized by Google

palpitat arvis Phaedimus, et certi nondum tacet arcus Amyntae. Similiter de Eurytione saucio et prolapso Theb. VIIII. 756 — *hic sacui miser inter vulnera belli Palpitat.* libro XII. 68 *Spirantes super inferias captiua Pelasgum Corpora, frenatosque inter solatia fortis Bellorum mactabat equos, his ardua ignis Palpitat.* Prudentius Passione Agnetis: *Caecus coruscо lumine carnis, Atque in plateae paluere palpitat. Tollunt sodales semineces solo, Verbisque deflent exequialibus.* Calpurnius Eclogâ II de victima: *Saepe vaporato mihi ciſpite palpitat agnus.* Gunterus Ligurini libro X *Truncus in hoſtili foede tellure revulſus palpitat.* Apuleius Met. III *Iamque tres numero saeuitia eius ferentes, ante pedes ipſius ſpirantes adhuc, et in multo sanguine palpitantes.* Quintilianus Declamat. IIII *Exultans super fratrum corporum ſtrages, palpitantibus adhuc cadaueribus inſiſto.* Hinc et *cordis palpitatio. Palpitare* Iuuenalis dixit de motu, qui fit in re Venerea.

48 *Edita Limniace vitreis peperiſſe ſub undis*] *Sub antris* primus Basileensis et fragmentum Zulichemianum. recte. Vide quae notaui ad Claudianum Feſcenninis in Nuptias Honorii v. 75 et ſupr. II. 269. Pro *Limniace* Florent. S. Marci et prim. Palat. *Limnatie.* Neapol. Vrbin. Cantabrig. aliique nonnulli *Limnate.* prim. Vatican. *Limmate.* prim. Mediceus *Limniaco.* alii ex vetustioribus *Limate.* Schedae Theatin. *Ligneis.* Censeo scribendum *Limnatis.* Λιμνάτις. ἀπὸ τῆς λίμνης. nam *Limniace* Graecum non est. Certe apud Lacedaemonios cultam fuisse *Limnasim* Dianam ex Tacito discimus Annal. lib. IIII. Perperam ibi *Lemnetidis Dianae* pro *Limnetidis*, vel *Limnatidis*, scribitur. *Limnatis* dicta a Limnis oppido in confiniis Lacedaemoniorum et Messeniorum. Ἄρτεμις Λιμνάτις est Pausaniae in Laconicis, Messenicis, Achaïcis et Arcadicis passim. nisi quod in Laconicis semel ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Λιμνάδος pro Λιμνάτιδος male scribitur, vbi agit de morte Teledi regis. idem in Corinthiacis et Laconicis Λιμναίας meminit. Λιμνάτιν Dianam a piscatoribus dictam, vt a Venatoribus ἀγροτέραν, testis est Artemidorus lib. II. 35. Posset et *Limnacias* legi. nam Λιμνάδες nymphae paludum.

49 *Egregius forma*] *Formam* primus Bononiensis et vnus ex Vossianis. quales Graecismi apud poëtas obuii.

58 *Et fractis confudit in oſſibus ora*] Alii *confundit.* vnus Mediceus ex melioribus et prior Twisdenius *contundit.* vt et Thuan. Cantabr. et Francof. quare et lib. XII. 250 forte scribendum: — *et oſſa Non agneſcendo contuſa reliquit in ore.* In Graeuiano *contendit.* proxime verum.

59 *Foedatos vultus*] *Laudatos* Florent. S. Marci, Thuan. Neap. et Medic. prim. Vatic. et tres alii. probe. sic lib. XII. 398 *Telaque artificum laudatis proxima ſignis.* Statius Comae Berenices: *Accipe laudatos, innenis Phoebeie, crines.* sic *laudatiſſima* Virgo Tyro Epistola Herus.

Digitized by Google

62 *Sub acerbo vulnere vitam*] Viulanus *sub acerbi vulneris ictu*, vt *exhalantem* simpliciter esset positum. vt *halare* infra VII. 810.

72 *Seque adclinauit ad illum*] Alii *inclinauit*. Bernegger. *acclinauit in illum*. probe.

74 *Ecce Syenites*] Malo *Syenites*. libri veteres *Suenites*, Συηνίτης. Sic in Chronico Eusebiano Hieronymi veterrima exemplaria Olymp. XCVII *Aegyptiorum dynastia Suenitarumque*, vel *Seuenitarum*. *Suene* etiam in veterrimis Vitruuii exemplaribus.

79 *Eritum*] *Eriton* primus Gronouii. Florentinus *Erycum*. Scribe *Eritbon*. Ἔριθος nomen Graecum est. sic et paulo ante ter quaterue *Athis* et *Athin* ex fide optimorum codicum pro *Atys* et *Atyn* rescribendum. Ἄθις nomen vrbi Syriae apud Ptolemaeum. Mox *Abarin*, et *Idan*, et *Phlegyan* meliores, et *Spercheiadenque Lycetum* pro *Serchionidenque*. Σπερχειός, Σπερχειάδης. quanquam et vulgatum bene se habet.

80 *Admoto Perseus petit ense*] Nescio, an alius ita locutus sit. mihi certe illud *admoto* frigidius esse, nec pugnantium calori conuenire videtur. Louaniensis certe habet pro diuersa lectione *hamato*, vt harpe, quae et *falcata* dicitur lib. I. 718 et IIII. 726, intelligatur. Ita *hamatae sagittae* III Trist. X. 63. *hamata arundo* inf. 384. *hamati vngues* XII. 563. *hamatae sentes* II. 800.

83 *Infligitque viro*] *Infringitque* Arondelianus. Graeuianus *Infregitque*. quod arridet. sic *infringere alicui colaphos*. Valer. Flaccus III. 287 — *infractaque pectore charo Tela, neque hesternos agnouit in hospite vultus*. nisi et hoc loco *impacta tela* legas. vt idem Valerius lib. VI. 243 *Campesus impacta latus inter et ilia quercu Tollitur*. Sed vtrumque recte dicitur. sic infra in vno Vossiano *Ossibus infregit mediae cerulcis* legitur, pro quo vulgati *illisit*. *Scapulos cubitis impingere* apud Apuleium lib. II Milesiacon. *Consanguineos fracti crateres in hostes* apud Statium Achilleidos lib. I. De *infringendi* verbo plura lib. III. 84 iam diximus.

88 *Exstructos morientum calcat aceruos*] Multi veterum *exstinctos*. Graeuianus *extentos aceruos*. Non dissimiliter Silius lib. XV *Iamque per extentos alterna strage vlrorum Corpora fusa iacent campos*. Posset etiam legi *sternit et hinc stratos*. nam *astractos* est in vno codice.

95 *Iamque remissurus tractum de vulnere telum*] *Corpore* cum melioribus. nam *vulnere* praecesserat. et mox *Hic quoque*, non *Tum*.

98 *Percutit Hypseus*] *Perculit* quinque veteres. sic paulo ante v. 56 — *lenta manu flectentem cornua Perseus Perculit*.

101 *Qui quoniam*] *Quem* Thuan. et nonnulli alii. Mox pro *Pugnat* Regius *bellat*.

102 *Sceleratque deuouet arma*] Pro *deuouet arma* Florent. Thuan. Neapol. Bernegger. primus et tertius Medicei aliique non

Digitized by Google

nonnulli *deuocat*. quod non est de nihilo, et idem fere significat, quod reuocare vel auocare. sic *deuocare caelo sidera* apud Horatium Epod. XVII. *deuocare aliquem ad perniciem* bis Phaedro. Caesar libro VI de Bell. Gallico VII *Sese suas exercitusque fortunas in dubium non deuocaturum*. Auctor Belli Hispanici ex vetusta editione Romana: *Pompeius cum animaduerteret, castello se excludi Asparea, haec res necessario deuocabat, vt ad dimicandum descenderet*. vulgati *vocabat*. *Deuocare aliquem e foro* Cornelio Nepoti. Putabam aliquando *Pugnat et incessens sceleratis deuocat armis*.

104 *Decutit ense caput*] *Demetit* multi veteres, et pro diversa lectione Vrbinas. recte. Hesiodus Theogonia 180 — φίλου ὑ ἀπὸ μέδεα πατρὸς ἐσσυμένους ἤμησε. Val. Flaccus III. 157 *Hinc Halyn, hinc rigido transcurrens demetit ense Dorcea*. Silius lib. IIII. 213 *Demetit auersi Vogesus tum colla*. lib. V. 285 *Ense ferit tum colla viri, dextramque micantem Demetit*. lib. X. 145 *Tum Vesulum calido lapsantem in sanguine fratrum Ense metit*. lib. XIIII. 135 *Ite, gregem metite imbellem*. Seneca Agamemnone: *Aegisthe, cessas impium ferro caput Demetere?* Statius Theb. VII. 713 *Cominus hunc stantem metit*. idem lib. VIIII. 223 — *Nec opinaque ferro Colla metens*. Apuleius Met. VII *Libet non tantum sic naturam, verum etiam caput ipsum pessimo isti asino demetere*. non enim dubito quin sic scribendum sit, cum frigide nunc legatur *demere*. Horatii illa videtur respexisse: *caudamque falacem demeteret ferro*. Eandem quoque significationem obtinet τὸ θερίζειν apud Graecos. sic Anthologiae lib. III in Epigrammate Agathiae in perdicem a fele interfectam: Σὴν κεφαλὴν αἴλουρος ἀπέθερισε. Mox *semanimi lingua* cum melioribus pro *semanimis*.

110 *Amphycus*] *Ampycus* praestat. Ἄμπυκος. quomodo et Mopsi vatis pater est dictus. Mox *adhibendus in vsus* rectius vetustiores, quam *ad vsus*. Virgil. IIII Aen. 647 *Non bos quaesitum munus in vsus*.

112 *Sed qui pacis opus*] Ita et codices. malim nihilominus *Sed quo. quo* pro *vt*.

114 *Quem procul adstantem plectrumque imbelle tenentem Pettalus irridens*] *Cui adstanti*, et *tenenti*, primus Medic. Bernegg. et sex aut septem alii. Scribe *Cui procul adstanti, plectrumque imbelle tenenti Pettalus, I, ridens, Stygiis cane caetera, dixit, Manibus*. sic apud Virgilium VIIII. 634 *I nunc et verbis virtutem illude superbis*. Val. Flaccus lib. III. 169 — *occumbens, i nunc, ait, Herculis armis, Denum ingens, semperque tuis mirabile fatis*. vt recte illic Carrionis codex. Propertius lib. II Eleg. XXVIIII *Atque ita mi iniecto dixerunt rursus amictu, I nunc, et noctu disce manere domi*. ita scribo. *noctu* etiam malo, quam *noctes*, quod ante legebatur. sic eodem libro Eleg. XXII *Et caelum noctu bis sine rege fuit. noctu* Tibullus quoque habet libro I Eleg. VI. Mi *dixerunt*, pro *me duxerunt*. quod hic locum non habebat. Palmerius cum suo *diretit* ridiculus est. ad

Digitized by Google

Epist. IIII. 127 iam ostendimus, quam saepe τὸ *I* a supinis b
brarlis sit corruptum. Pro *lacuo tempore* etiam malim *lacuo p*
flore, si liceat per libros.

118 *Casuque fuit miserabile carmen*] *Canit* ex melioribus.
mox *Nec finit*. et *posti* pro *poste*, quomodo Priscianus agnosc
lib. VII p. 768.

122 *Procubuit terra*] *Terrae* meliores, vt saepe alibi.

124 *Cinipheus*] *Cinyphius*. Κίνυψ, Κίνυφος, Κινύφιος. sic C
nyphii membrana chelydri lib. VII. 272. ita et libro XV. 755 sc
bendum *Cinyphiumque lubam*, iam animaduertisse amicissimu
quoque Ianum Vlitium ad v. 34 Gratii curis secundis video, q
illic consulendus. *Cinyphiam segetem* Noster Pont. lib. II Ele
VII etiam dixit. Apud Virgilium Georg. III. 312 *Cinyphii bir*
in veterrimis codicibus pertinaci errore dicuntur. *Cinyphi*
Bagradra, et *Cinyphii agri* apud Statium lib. IIII Siluarum. P
Coriti etiam malo *Corythi*. nam vetustiores *Coritbi*. vide Not
lib. VII. 362.

127 *Retinente manu*] Scribe *retinente manum poste*, quod
suis Naugerius inuenerat. Mox *Dorylas* pro *Dorilas*. et *Clani*
que pro *Clanimque*.

131 *Totidem tollebat farris aceruos*] Multi veterum *thuri*
sed perperam. *thuri* enim locus in solo Oriente. Drepanius Fl
rus: *Scilicet egregios aeterni farris aceruos, Exundans oleum,*
naque pulcra nimis. Pro *tollebat* Iacobus Gronouius, Ioann
Frederici Filius, adolescens famae paternae haud degener, ce
sebat corrigendum *cogebat farris aceruos*. probabili coniectu
nam *cogere fructum* elegans est. de quo eius pater Obseruat. II
cap. III. idque apud rei rusticae scriptores frequentissimum o
currit. *Tollere* tamen defendi non incommode potest. quom
do *tollere praemia* apud Iuuenalem Sat. VI. idem: *Nummus*
et pleno semper tollatur aceruo. et Horat. I Sat. I *At suaue est*
magno tollere aceruo.

144 *Occidit et Celadon Mindesius*] *Mendesius* pro *Mendesi*
Μένδης πόλις Αἰγύπτου. ὁ πολίτης Μενδήσιος. hinc Πτολεμα
Μενδήσιος, cuius annales Aegyptios laudant, cum alii, tum Tat
nus oratione contra gentes.

146 *Echionque fugax*] *Ethionque* meliores. Lege *Aethio*
Αἰθίων. Statius imitatus Theb. VII *genitusque Heliconide Nymp*
Aethion, caesoque infamis fratre Polytes.

147 *Tunc aue deceptus falsa*] *Nunc* ex melioribus.

150 *Coniurata undique pugnant Agmina*] Malim *iurataq*
nam veteres plurimi *coniurataque*. quod glossema est alterius.
apud Nostrum in Amoribus II. 18. 2 *Primaque iuratis induis a*
ma viris. quomodo et libro XV. 763 forte scribendum: — *q*
dit quoque triste parari Pontifici letum, iurataque arma para
eum in scriptis quibusdam exstet *coniurataque*. vulgati *et coniurat*
et lib. XIII Met. 39 — *timidi commenta retexit Nauplia*
animi, iurataque transit ad arma. vt codices nonnulli agnoscunt.
Statius

Digitized by Google

ius Theb. II. 490 — *exit in vnum Plebs ferro iuro-*
caput.

55 *Polluto[s]que simul*] *Semel* cum duobus codicibus. vt in
Pollutaeque semel nequeunt manſuefcere fauces.

59 *Praeter vtrumque latus*] Tres ſcripti *propter.*

62 *Inſtabas*] Rectius *inſtabant* primus Baſileenſis et vnus
iceus.

69 *Contentuſque fuga eſt*] *Fugae* optimus Florentinus, quod
eſt contemnendum. Vide omnino, quae de hac locutio-
otaui infra libro XV. 513. Dictys Cretenſis lib. II. 17 *Caete-*
Achilles, haud contentus eorum quae geſſerat, Cilicas aggre-
. apud Maronem tamen lib. XI. 815 *Contentuſque fuga me-*
ſe immiſcuit armis.

75 *Inertia*] Lib. I. 487 *Tendentemque manus Priamum con-*
inermes. et *Inermia* reponendum ex Berneggeriano, priore
rt. et multis aliis. Virgil. lib. X. 595 — — *frater ten-*
inermes Infelix palmas. lib. XI. 414 — — *dextras*
nus inermes. ibid. 674 *Dum fubit, et dextram labenti*
inermem. ita optimae membranae Florentinae. lib. XII. 312
ius Aeneas dextram tendebas inermem.

82 *Theſſalus*] Praeſtantiores *Theſcelus*, vel *Teſcelus.* probe.
Ampyx pro *Ampix* bene primus Palatinus. vnus Thuani
yx. Ἄμπυξ.

86 *Vitra eſt*] Tolle verbum ſubſtantiuum ex fide codicum.
itra primus Mediceus et duo alii.

92 *A tanto*] Aliquid hic deſidero. non enim ſatis Latinum
tur. Forte *Te tanto*, vel *Tu tanto.* Praecedenti verſu
ouianus et Mediceus *refer. feras* Thyſii cum Moreti libro.
magna fer, i.

95 *Non viribus, inquit, Gorgoneis torpetis*] *Cum crinibus*
ntinus S. Marci et vnus Mediceus. *cur viribus* Neapol. Ber-
r. prim. Palat. ſec. Medic. ſchedae Theat. et duo aut tres
Scribe *non crinibus.* quomodo Bononienſis vnus pro diuerſa
one. hinc et δρακοντοτριχοῦσαι dictae. Noſter libro IIII. 771
rinita draconibus ora. et 801 *Gorgoneum crinem turpes mu-*
in hydros. lib. VI. 119 — *Crinita colubris Mater equi*
ris. Amor. lib. III Eleg. XII *Nos pedibus pennas dedimus,*
crinibus angues. Hinc a Sidonio Apollinari carm. XXII
ſatas Pegaſi alas dictas volunt. ita enim in codicibus non-
s veteſtis legitur, quod viri doctiſſimi, vt genuinam ſcri-
m, admittere non dubitarunt: *Hic et crinifatas iungebat*
ſus alas, Portans doctiloquo facundum rure Creontem. Sed
potiores membranae *Hypocrinifatas* illic agnoſcant, aut
ino *Hic Phorcynifatas*, aut *Phorcynidas*, *alas* a Sidonio
s eſſe opinor. non enim ex crinibus Meduſae, ſed ex ſan-
e eius Pegaſus natus eſt. *Phorcyniadas* ergo Pegaſi alas, aut
cynifatae, tanquam ex Phorcynide Meduſa nati. Perperam
doctiloquo crure legitur. Lucanus libro VII. 249 *Pallas*
meos diffudit in aegida crines. Valer. Flaccus lib. VI. 173
ſaque Pallas Aegida terrifica, quam nec dea taſſat habendo,

Digitized by Google

Nec Pater, *horrentem colubris vultuque tremendam Gorgon*
nec femineces oſtendere crines Tempus adhuc. vbi denuo *cri*
Gorgoneos habes. qui locus alterius me admonet hac occaſio
apud Valerium reſtituendi lib. III. 53 — *taleſque metus*
Martia caſſis, *Eumenidumque comae*, *non triſtis ab aethere G*
gon, *Sparſerit*, *aut tantis aciem raptauerit vmbris.* vbi pri
tacitis vmbris ſcribo, hoc eſt, nocturno tempore. niſi vmb
et errorem animi intelligas. deinde *non triſtis ab aegide Gorg*
nam *ab aethere* prorſus friget. ipſe Valerius infra v. 88 *S*
manus, *aegiſono quam nec fera pectore virgo Diſpulerit*,
dextra Iouis. nota illa Virgilii VIII. 435 *Aegidaque horrifera*
turbatae Palladis arma. Caeterum error natus, quod *aeg*
ſcripſerat librarius, aut τὸ γ omiſerat, vt in alio Valerii lo
lib. IIII. 508, vbi *Aeeas ciuis induit vrbes*, vel *Eoas*, nunc le
tur, cum *Aegeas* ſit ſcribendum. Caeterum *viribus* pro *crinib*
pari errore etiam legitur apud Marcian. Capellam lib. VI
Heſperus intactam ſeruet licet vſque puellam, *Nuptam videb*
Phoſphore, *Nec matris lacrymae*, *preſſi nec crinibus vng*
Nexus valebunt rumpere. Pro *nec matris* Barthius ad Claud
num non male *nec tam arctos.* ſcilicet nexus.

200 *Poenas*] *Poenam* meliores. et mox *etiamnum.*

201 *Aconteus*] Vnus Mediceus *Acboreus.* quod nomen
habes apud Lucianum, Magi Aegyptii, cum Caeſare philoſ
phantis de ortu Nili. *Achates* vnus Gronouii. alius *Achant*
Aconthes duo alii.

210 *Tunc denique*] *Nunc* meliores. Vid. ſup. 147. et in
471. et VI. 86. *incepti belli* vnus Leidenſis.

212 *Nomine quemque vocatum*] *Vocando* multi veteres. *voca*
ſeptem. Scribe *quemque vocatos.* infra 402 — *et nomine ques*
que vocatos Exhortatur equos. quomodo et ibi ex veſtigiis ve
rum librorum repoſuimus. Trift. IIII Eleg. III *Nomine quos*
pio dicere quemque ſuo. Gratius v. 11 — *tum partes quisq*
ſecutus Exegere ſuas. vbi *ſecuti* malo. Idem 441 — *ter qu*
que vocantes pinguia libant Thura focis. Auſonius Perioc
Iliad. III *Argiuos ſua quemque acies in bella ſequuntur.* Meta
I. 59 ex antiquis libris: *Cum ſua quiſque regant diuerſo flamin*
tractu. Plura diximus Amor. lib. II Eleg. XI. 21.

215 *Confeſſaſque manus*] *Compleſaſque* vnus Thuan. Apul
Met. VIIII *Vacuas manus complodens ſaepicule*, *protinus inſce*
me viam capeſſit. apud Lucan. lib. II. 292 *compleſas tenuiſſe m*
nus. *Conſertaſque* vnus Moreti. non male. Nihil tamen teme
mutandum, inf. lib. XI. 264 *confeſſum amplectitur Heros.* M
pro *tua monſtra* rectius idem Thuaneus *fera monſtra.* vt et M
reti vnus.

217 *Quaecunque ea*] *Quaecunque eſt* quinque ſcripti. mal
Virgil. lib. V. 83 *Nec tecum Auſonium*, *quicunque is*, *quaere*
Tibrin. ita lege. male *quicunque eſt.* ita mox 260 *quaecumq*
ea cauſſa videndi.

223 *Nec eum*] *Nec adhuc* Leidenſis. Forte *nec ad hunc.*

237 *In*

Digitized by Google

Immeriti parentis] *Immeritae* ex ſcriptis Naugerii. vt de
intelligatur, cum de Ioue non poſſit intelligi.

Polydecte] *Polydecta* ſcribendum, ne peccetur in legem
is. ſic *Oreſtes*, *Oreſta*, et ſimilia. Paullo ante pro *ſu-*
lamina monſtri videtur reponendum *vitauit*. ſed obſtant
veteres.

Cythno Gyaroque relictis] *Cypro* exemplaria omnia anti-
quae tamen hic locum non habet. quare nihil mutandum,
Scythno reponas. nam et haec vna Cycladum. In duobus
ni *Scyro*. etiam non male. Κύθνον tamen Planudes agno-
Metaphraſi.

Volui mirabile factum Cernere] *Mirabile monſtrum* Can-
. prior Erfurt. ſecundus Mediceus et quatuor alii. ſic
r ſaepe alibi.

Quaecunque eſt] Malim *ea*. Vid. ſup. 217.

Animo eſt gratiſſima noſtro] Alii *noſtro eſt*. Scribe *no-*
. ἐμῷ κεχαρισμένη θυμῷ. hemiſtichium Homericum, quod
rgilius expreſſit Aen. XII. 142 *Nympha decus fluuiorum,*
gratiſſima noſtro. et Sall. Iug. XIIII *Iam iam frater ani-*
meo cariſſime: verba ſunt Atherbalis. et Ariſtomenes apud
lei. I Mileſ. *Iam iam grabatule animo meo cariſſime*. vbi
Pricaeum p. 41. Propert. lib. I Eleg. II *His tu ſemper eris*
gratiſſima menti, *Taedia dum miſerae ſint tibi luxuriae*.
pinor legi debere, non *noſtrae vitae*. Poſtea *deducit* non-
bene. vt lib. II. 106.

Maeonidas] Scripti plerique veteres tam hoc loco, quam
Memnonidas. vetuſtiores *Memnonidas*. Scribe *Mnemenidas*,
ſt, Μνημοσύνης ὑγατέρας. nam *Maeonidas* cur Muſas appellet,
cauſae eſt. *Mnemonidas* vocat Mnemoſynes filias. nam *Mne-*
idas dici non ferebat verſus. a Μνήμων, Μνήμονις. ſic et
ὑγατέρες dicto libro primo Anthologiae cap. VIII Epigr.
ſchylus quoque Prometheo Μνήμην Muſarum matrem vocat,
meus Epigrammatum ſcriptor apud Diogenem Laërt. in
is vita: Ἡ μία τῶν Μνήμης ἤνυσε ὑγατέρων. Auſonius
o numeri ternarii: *Et Lyrici vates numero ſunt Mnemoſy-*
. Scribe *Mnemenidarum*. vt apud Horatium *fortiſſima*
eridarum, pro Tyndaridum. Certe in optimo Florentino
ci *Mnemonides* diſertim paulo poſt legebatur. Apud eun-
Auſonium Epiſtola ad Theonem mendum ſubeſt iis verſibus,
Vinetus ex vetuſto codice nonnihil caſtigauit: *An te car-*
is innas inceſtare canoras Mnemoſynes natas aut tres aut
ſoroes? quis vnquam de octo Muſis vel fando audiuit?
ſcribendum *Mnemoſynes natas ter tres*, *indocte*, *ſorores*.
haud docte, ſi propius veſtigiis priſcae lectionis placet inſiſti.
doctrina quod ſubdit mox Auſonius, hanc coniecturam con-
. *ter* omiſſum erat a ſupino librario, quia *tres* ſequebatur
tum. Iudicio Coci et Piſtoris, quod carmen exſtat in ca-
is Pithoei: *Ter ternae varias iunctae quae traditis artes*,
ite Pierios colles, et ſcribite mecum. vbi perperam *terrenae*,
et

Digitized by Google

et *cunctae*, nunc legitur. Ennodius *Phoebum et ter ternas dixi esse sorores.*

271 *Artemque locumque*] *Artesque* antiqui plerique.

280 *Agnorat enim*] *Cognovat* ex scriptis, vt metro cog tur. Pro *veneratus vultu* praecedenti versu vnus Leidensis e vt et vnus meus cum Graeuiano.

Consistite] Malim *Considite*. vt lib. I. 79. VI. 373 ex MS.

291 *E summo culmine turris*] *E summae culmine meli* nisi quod in Thuan. et Iuniano *e summi culmine tecti*. ita Virg Aen. 186 *Luce sedet custos, aut summi culmine tecti, Tur aut altis.* Mox *discussique ossibus oris* bene optimus Florent non *discussisque*. et ita lib. XII. 252 *Dissectique ossibus oris ventre nauis* scribendum puto.

298 *Ales erat*] *Erant* duo Medicei ex melioribus et Argentinus. quod placet.

301 *Volucrum turbam*] *Volucrem* concinnius Sixianus sic lib. X. 143 puto scribendum: — *inque ferarum Co medius turbae volucrisque sedebat. Pieros* pro *Pierus* pla castigatiores.

307 *Committit*] *Conmittunt* duo veteres. rectius.

314 *Cedemus siluis*] Meliores *cedamus campis.* Ita saepe Lucanum *Aemathii, Thessali campi.*

319 *Gigantes*] *Gigantas* etiam hic Florent. et Neapo Cantabrig. et sec. Medic. de quo alibi.

324 *Distretus in ostia Nilus*] Duo veteres *discerptus*. pa Basileensis *discertus*. vnus Medic. *desertus*. forte *dissertus* quo ad librum primum v. 69.

333 *Forsitan otia non sunt*] *Non sint*, et *vacet*, primus E Vrbin. et quinque alii.

334 *Praebere aures*] *Aurem*, non *aures*, Langermanniana

343 *Cereris sunt omnia munus*] *Sumus omnia* longe ele tius Berneggerianus, neque aliter pro diuersa lectione vnus burgensis. Pont. I Eleg. I *Hoc mihi si Superi, quorum s omnia, credant.* vbi perperam reponunt *quorum sunt* o lib. X. 32 *Omnia debemur vobis.* quemodo veterrimi co Non absimile illud Apuleii in Apologia: *Neque hoc eo dixi, me patriae poeniteret, etsi adhuc Syphacis oppidum essemus* deinde *splendidissimo colonia fumus.* et lib. VIII Milef. *Ad modum definito inuene exciti lastibulo suo, quisque moesta fa concurrimus.* Senec. Oedip. *quidquid patimur mortale genus ex alto.* sic Trist. II. 513 *Totus quibus vtimur orbis.* vt il gendum docui.

345 *Carmina digna dea*] *Deae* Bernegger. aliique plu Vide Notas Trist. IIII Eleg. III. 57. quanquam et ad *vt* d possit referri. Deinde ex melioribus — *Certe dea ca digna est.*

348 *Ausum sperare Typhoëa sedes*] Nonnulli *superare*, *spectare*. Parum abest, quin *spirare* censeamus reponend pro affectare. vt alibi loquitur de hac eadem re. vt *magnas rare* Propertio II. 12. 53 — *qui nunc magnum spiramus ama*

Digitized by Google

…ne castigauit Lipsius, nec dubitare debuit vir maximus. …z. Flaccо lib. II. 184 *Magnum aliquid spirabit amor.* Sic … Celerus apud Valer. Max. III. 7. 1 *Carthaginem magna spi…ns* ex Modii sententia probat. sic *spirare tragicum* Horatio II …l. I. 166 *Nam spirat tragicum satis, et feliciter audet.* Sta… lib. V Silu. III. 11 *Iham altum spirans.* Flor. II. 2 *Spi…bas altius Poenis.* et I. 22 *quiddam indomitum spirans.* Virgilium libro VII. 510 — *Rapta spirans immane securi.* … libro III. 240 *Mago quatit currus et fratrem spirat in …* et lib. XV. 414 *Fratris spirans ingentia facta Hasdrubal.* …o XVII. 397 de Scipione: *Terribilem ostentans clypeum, …erris et vna Caelarat patrui spirantes proelia dira Effigies,* … libro eodem 535 *At viso laetus ductore ante ora Latine …ndem propius spirans ingentia Poenus Quadrupedi citus …it velocia membra.* ita scribendi versus isti. Claudian. VI … Honor. 442 *Et ruptas animis spirans ingentibus Alpes.* …tomachia v. 40 ex optimis membranis: *Hic sibi promittit …rum, spiratque Dianae Coniugium.* Prudentius ad Christum …mer. Hymno XI *Hic ille natalis dies, Quo te Creator ordinis …nis, et limo indidit.* Apuleius Met. V, quanquam diuerso …: *Fortasse deam quoque illam maritus deus efficiet. sic et …les, sic se gerebat ferebatque* (inepte ταυτολογεῖ. scriben… *efferebatque*) *iamiam sursum respicit, et deam spirat mulier.* …ian. Marcel. XXII *Iulianus prosperis elatus vltra homines …spirabat.* quanquam paullum diuersa significatione: cum in …ne hoc loco pro *adspirare* videatur positum. idem lib. XVI …ta *spirantes reges.* apud Senec. Thyest. *Sanguinem spirat …tus Atreus.* Vetus interpres in Actis Apostolor. c. VIIII. 1 …s *adhuc spirans minarum et caedis.* apud Paullinum quarto … Felicis: *Nec refugit celso iam spirans sidera flatu.* hoc est …ans ad caelestem vitam. apud Petronium quoque cap. CXX …ne de Bello Ciuili censeo scribi debere: *Et dum varios la…uenis vsus, Inferni manes caelum spirare iubentur.* non *spe…* aut, quod Gonsalus volebat, *spectare.* Ita *suspirare* cum …o quoque casu iungit idem Prudentius Cathemerin. Hymno …ereator hinc ac ruficus Auara suspirant lucra. Marc. Capell. VIIII de Syringe: *Quam dum forte deus premit labellis …ut velut osculis canorem.*

…) *Dextra sub Ausonio*] *Dextra sed Ausonio* ex scriptis.

Electas] In optimo Florentino erasa vetus lectio. Puto …e fuisse. sic lib. XIIII. 211 de Cyclope etiam scribendum … — *eructantemque cruentas Ore dapes.* Virgilius lib. III. Aetna: *Interdum scopulos auulsaque viscera montis Erigit …meus.* At Valer. Flaccus lib. II. 30 de Typhoeo: — *trux …ellas adeo Fundamenta ingi.* et Silius lib. XII. 149 de …ne: *Fumantem premit Iapetum, flammasque rebelli Ore …item.* Mox *pondere* pro *pondera* idem Florent. Bernegger. …us Medic. et alii septem.

Deuoluere] Malim *euoluere* cum tertio Mediceo et duo… …liis.

363 *De-*

Digitized by Google

363 *Depositusque metum*] *Depositisque metus* rectius in pa
stantissimis.

364 *Residens*] *Rediens* Iunianus et sec. Palat. lib. II. 5
Viderat a patrio redeuntem Iupiter illam Flumine. infr.
Lassa reuertebar. et XI. 304 *Forte reuertentes Phoebus Ma
que creatus Videre.* Similis quoque diuersitas VI Fastor.
Ecce suburbana rediens male sobrius aede. vbi quidam codi
residens: sed perperam. vt et hic vulgata seruari posset. Sta
Theb. 628 *Delius insurgit, summaque diuersicis umbra Par
residens.*

367 *Celeres molire*] *Volucres* Zulichemianus.

370 *Qui numina terrae*] *Penti* Excerpta Calandrae et ex
Naugerius.

372 *Agitur pars tertia mundi*] *Vacat* pro diuersa lectione
neggerianus. hoc est, *vacat en pars tertia.* sic apud Lucan
libro II. 584 *Pars mundi mihi nulla vacat.* Nihil tamen tem
hoc loco mutandum.

373 *Et tamen in caelo quae iam patientia nostra est*] Lo
mendosus. plerique veteres *quoque iam patientia.* primus Va
et duo alii *quo iam. quoque parua potentia* Moreti excerpta.
visa potentia vnus Gronouii. *iam quippe potentia rara est* a
Hamburgensis. alii aliter. Calandrae excerpta *quoque iam pat
tia nostra Spernitur.* Scribe *Et tamen in caelo quoque tanta
tentia nostro Spernitur.* vel *sed tamen* cum Cantabrigiensi. q
praestat. *tanta potentia* in *iam patientia* facile deprauari po
lib. X. 573 — *sed tanta potentia formae est.* lib. XIII.
— *pro quanta potentia regni Est Venus alma tui!* appositc.
lib. XIIII. 491 de eadem Venere: — *oderit omnes Sub D
mede viros; odium tamen illius omnes Spernimus, et parua
tanta potentia nobis.* ita locus ille ex vestigiis veterum libro
concinnandus. *in nostro caelo.* vt Pallas Iunoni apud Valer. Fl
lib. V. 295 — *liceat puppim, quam struximus ipsae, Iactat
tandem nostro componere caelo.* Iupiter ad Hannibalem apud
lium Italicum lib. X. 368 *Siste gradum, neque enim sacris irr
pere muris, Poene, magis dabitur nostrum quam exscindere
lum.* et alibi: *Aurea Tarpeia ponet Capitolia rupe, Et im
nostro templorum culmina caelo.* Cupido ad Venerem apud S
lib. I Silu. II. 72 — — *praefagaque formae Protinus e me
posui cognomina caelo.* certe Florentinus veterrimus *quoque
potentia.* Deinde pro *minuuntur* Neapol. Louan. et Iunian.
nuantur. Vid. sup. lib. III. 395. Prudentius Peristeph. h
VII. 130 *Dum putrescentes tenuat medullas Tabidus humor.*
ex MSS. Bodleiano. vulgo *tenuit.*

378 *Si qua est ea gratia*] Scribe *si qua est mea gratia.* q
modo Langermann. et vnus Vossian. cum vno Gronou. lib.
440 — *si gratia, dixit, Vlla mea est.* et hoc libro infra
— *si nulla est gratia matris, Nata patrem moueat.* Neap.
Mediceus Cantabrig. aliique multi *tibi gratia.* Puto *mihi.*
encte vnus Strozzae et duo Leidenses cum vno Vossiano. al
verum certe verum est. Valer. Flaccus lib. V. 493 —

grat

Digitized by Google

tis noſtri Sit, precor, haec. Stat. Theb. V. 629 *Si qua eſt rii mihi gratia duri.*

35 *Haud procul Aetnaeis*] Primo repone *Hennaeis moenibus.* cte optimus Florentinus, primus Vatican. Bernegger. aliique ulli. Deinde lege *altae nomine Pergus aquae.* quomodo idem entinus. at Cantabrigienſis et tres alii *altus nomine Pergus* s. proxime verum. vt II Faſt. 166 *Gelidae fons erat altus* e. Quidam codices lituram hic oſtentant. de Perguſa nugae *Pergum* Claudianus quoque lib. II Raptus appellat. *Per-* lulius Firmicus de Errore profanarum Religionum, et tam loco Florentinum optimae notae exemplar, quam in Argu- o huius fabulae: *impulit in amorem, vti Proſerpinam circa um lacum Hennae flores legentem cum Minerua atque Diana res.* vbi in vulgatis *circa Aetnam.* tertius Mediceus *Pergoſa Perges.* Cantabrigienſis etiam *Percus.* vnus Voſſianus *Per-* Mox *Cayſtros* pro *Coyſter* meliores. Pro *audit* ex prae- ioribus nonnulli *edit.* ſed nil muto.

37 *Labentibus*] Pro *labentibus vndis* optimus Thuan. et Gronouii *plaudentibus.* argute.

39 *Phoebeos ſummouet ignes*] *Ictus* Neap. ſec. Med. et vnus . recte. lib. VI. 49 ex melioris notae membranis: *Et breue tempus candeſcere ſolis ab ictu.* Horat. libro II Od. XV *Tum ramis laurea feruidos Excludet ictus.* vbi perperam *aeſtus* am codices. Lucanus lib. VII. 214 *Miles vt aduerſo Phoebi ſtetur ab ictu.* Statius Hercule Surrentino v. 53 *Ictus Hy- ne multo Sirius.* Solinus cap. XXXIII *Inuenit et iridem im- rubro, quae radiis icta ſolis caeleſtis arcus ex ſeſe iacit ſpe-* ſic *ictae ſole nines* Faſt. III. 236. quae ibi vera lectio eſt, *vittae.* ſic *ictum radiorum ſolis* Lucretius quoque dixit. et *ſolis ardoribus aëra* lib. V. 606. idem lib. V. 1103 *ver- radiorum ſolis.* et lib. VI. 512 *Nubila ſoluuntur ſolis ſuper calore.* libro VI de terra 1100 *Intempeſtiuis pluuiiſque et us icta.* Noſter ipſe libro VI. 63 — *percuſſus ſolibus arcus.* male multi veteres *percuſſis.* ſic et Lucretius non ſemel. ntius Cathemerin. Hymno II *Caligo terrae ſcinditur Per- ſolis ſpiculo.* Solinus c. XXXVII *Mithridax percuſſa ſole ibus micat variis.*

40 *Varios humus humida flores*] Malebam aliquando *humus o flores.* adi Notas Amor. lib. III Eleg. V. Prudentius Ca- er. Hymno V *Illic purpureis tecta roſariis Omnis fragras us, calathoque pinguia Et molles violas et tenues croces Fun- ſticulis vda fugacibus.* vbi *vnda* perperam nunc legitur. veruſtiſſimas membranas ſumus ſecuti. idem Hymno VII balaenae *molares* dixit, vbi de Iona agit. ita enim vetu- i codices, non *viuidos.* ſed Liuius in Adone: *Humum hu- pedibus fodit.* et Graccus Thyeſte apud Priſcianum lib. *Preſſit humidam plantis humum.* Deinde *Tyries flores* Floren- S. Marci, Neapol. ſecundus Mediceus. ſic *Tyria chlamys, crocus, Tyrius torus, fucus* et ſimilia. lib. VIIII. 340 — *Ty-*

rios

Digitized by Google

rios imitata colores In spem baccarum florebat aquatica lotos. lib. 211 — *Tyrioque nitantior ostro Flos oritur.* pro rubei colo chlamyde aut croco aut toro. lib. VIIII *Puniceus cruor.* et simi quanquam et *varii flores* pro diuersicoloribus possunt sumi male.

396 *Vsque adeo est properatus amor*] Multi delent verb subitantiuum. *adeo properatur* tres scripti. quod sequor.

402 *Nomine quemque vocando*] *Vocatum*, vel *vocato*, m veterum. Iam supra *vocatos* esse legendum monui v. 212. et in vno Vossiano.

404 *Tinctas ferrugine habenas*] *Rubigine* quidam codi male. hinc *ferrugineum nemus* inferorum Statio Theb. II init et Virgilio *ferruginea Cymba* Charontis libro VI. 303. et Cl dianus lib. II Rapt. 275 *Ferrugineum amictum* Plutoni tribui

405 *Olentia sulphure*] Scribe *olenti sulphure*, quia *feruen* mox addit. nisi mauis *olentes*, videlicet *lacus*. vel *olentum lacorum*. certe in vno Basileensi *et olentes sulphure fontes*. S vulgatam lectionem agnoscit Diomedes Grammaticus. vnde app ret mendum esse veteranum. apud illum tamen *lacus sacros* venies.

414 *Agnouitque deum*] *Deum* nonnulli, vt ad Plutonem ref tur. quod sequentia confirmant. et mox malo *nec lo ueris*.

417 *Et me dilexit Anaphys*] Scripti fere omnes *Anapis*, *Anaphis*. sic et in Ponticis lib. II Eleg. X vetusti codices versu: *Quaque sui Cyanen miscet Anapis aquis*. Apud Liui quoque recte pro *Anaxis* doctissimus Gronouius *Anapis*. G cis tamen "Αναπος est. sic et alter piorum fratrum *Anapus Anapis*, sed potius *Anapis* dicitur. de quo egimus ad Claud num Idyll. vltimo v. 41.

435 *Pectora euanida*] Nil muto. vnus tamen Basil. *ema* hoc est, *emarcida*. quomodo et primus Gronouii pro diu lectione. bene quoque Iunianus *Cyaneia*.

440 *Vdis Aurora capillis*] *Rutilis* Thuan. Cantabr. p Vatic. ter. Medic. multique alii. lib. II. 319 *At Phaëthon ru flamma populante capillos*. et ibidem 635 *Ecce venit rutilis meros protecta capillis*. lib. VI. 715 *Barbaque dum rutilis ob subnixa capillis*. Fast. lib. III. 403 ex vestigiis veterum librorum *Cum croceis rutilis comis Tithonia coniux Coeperis*. Vetus Po in Catalectis de mensibus: *Ecce coloratos effensat Iulius ar Crines cui rutilos spicea serta ligant. Comas rutilas* dat Plin lib. VI. 22 Seribus. Stat. III Theb. 408 *Flagrantes sol pro equos, rutilamque lauabat Oceani sub fonte comam*. Auson Idyll. VI — *toto rutilauerat igne comarum*. Cato in Originib *Mulieres nostrae capillum cinere vngitabant, vt rutilus e* Valer. Maximus: *summa cum diligentia capillos cinere rutilare* Adeatur Festus in *Rutilum*. *Caesaries rutila* Ausonio Epist. et *rutilae comae* in Catalectis Pithoei. lib. I *Medus pila g pharetras. Romana iuuentus; Fulgebit rutilis India nigra co*

Digitized by Google

ex veſtigiis veterrimi libri ſcribendum, in quo *rutilis crocis*. codex Pithoei *nitidis comis*, vulgati *nitidis crocis*. Clau- Nuptiis Honorii et Mariae 241 — *nunc ora puellae, Nunc rutilo miratur vertice matrem*. ita enim videtur ſcriben- non *niveo*. Lucanus lib. X. 129 de pueris in menſa Cleo- ae miniſtrantibus: *Haec Libyces, pars tum flamea gerit altera , Vt nullis Caeſar Rhenii ſe dicat in armis tam rutilas vi- comas*. male *nitidos* quidam codices. hinc *nodos Rheni rutilos* mus apud Martialem, de capillo Rhenanorum. Marcianus lla: *Homines ibi corpore grandiores, vltra hominum* (V. C. . forte *communem*) *menſuram, rutilis comis, caeruleis* . Silio *Auricomi Batavi* lib. III. 603.

Illa duabus Flammiferas pinus manibus ſuccendit ab] Malim *flammifera Aetna* cum vno meo. vt apud Stat. *ammifera ceſſus ſuſpirat ab Aetna*.

Solis ab occaſu ſolis quaerebat ad ortus] Imo cum me- *Solis ad occaſus ab ortu. Vt habebatur* etiam prim. Baſil. eptem alii, non *vbi*.

Feſſa labore ſitim conceperat] Prim. ſec. Pulat. Cantabr. . Erfurt. plurimique alii *collegerat*. vt lib. VI. 341, quae ibi ſcriptura eſt: *Sidereo ſiccata ſitim collegit ab aeſtu*. lib. I. *Colligit os rabiem*. Virg. Georg. III. 327 *Inde vbi quarta ſuccepit collegerit hora*. Sedulius lib. III *Immenſam flagrans collegerat aeſtu*. Sic *pluuias non colligit* eidem. et *gamba* upertio lib. II Eleg. XIIII. et *iras colligere* Lucano 93. Deinde pro *conteſtam* meliores *cum teſtam*. malim *textam*. Paulinus Epiſt. I ad Auſonium: *Nigrantesque es texta mapalia culmo*. ita et ibi veterrimus codex. et nianus codex apud Apulei. Metam. IIII *Caſula cannulis te- contexta*. vbi v. Pricaeus p. 189. Noſter nihilominus lib. 630 de caſa: *Stipulis et canna teſta paluſtri*. Faſt. lib. VI. *Quae nunc aere vides, ſtipula tunc tecta videres*. vbi *textae* habere non poteſt. Apud Silium Italicum libro XVII. 89 *ra lexi calame cannaque intecta paluſtri, Qualia Maurus amat ſa mapalia paſtor*. ſic vetus codex, non *interta* cum vul- Poſſis et *intexta*. apud Solinum ſub finem operis vena- o loco: *pauxilla aedes ignobiliter in culmum faſtigiata. ad culmen*. Virgilius VIII. 654 *Romuleoque recens horre- regia culmo*.

Dulce dedit] *Toſta polenta* ſcribendum eſſe iam alii mo- at, et in his Barthius in Aduerſariis, Turnebus, et Voſſius nalogia libro primo capite XVIIII. et ſic potiores ſcripti. tamen membranarum veterum pars hoc loco mendoſa eſt, aris libris aſſenſum praebet. Si quid praeterea mutan- legam *toſtae quod coxerat ante polentae. toſtam polentam* , pro hordeo toſto. ex hordeo enim toſto admixta aqua am conficiebant. ſed Naſo hic cyceonem potum deſignat. Arnobius nos docet in narratione eiuſdem fabulae: *Bauſo adulatur officiis mitibus, reficiendi corporis rogat curam vt , ſitienti adorei* (non *ardori* cum vulgatis) *porrigat potio-*

Digitized by Google

eum cinitum, Cyceonem quam nuncupat Graecia. Hanc potionem etiam sumebant, qui sacris Eleusiniis operabantur, vt ex eodem patet Arnobio, cui mel admiscebatur. Vide Turneb. Aduers. lib. XII cap. VIII. Recte *Dulce* addidit, quia polentam cum melle coquebant. Hinc apud Apuleium Metam. VI *Offas de lentae mulso concretas vtraque manu gestare.* vel *contritas*, quae est in nonnullis membranis. et recte, nisi *conditas* a condendo quis malit. Caeterum locus hic de *testa polenta* opportune nos admonet alterius, qui de *polenta tasteata* agit, apud Apuleium libro Mirabilium primo, insigniter deprauati, quem oblata nobis occasione castigabimus. Non longe ab initio operis haec occurrunt: *Ego denique vespera, dum polentae casteatae modico ego lam grandiorem in conuiuas aemulos contruncare gestio, molli cibi glutinosi faucibus inhaerente, et imo gulae spiritum detinente minimo minus perii.* nisi *pulmenti casteati offula* illic reponendo de quo alii viderint. Mirum vero quam nugaces isti *conuiuae aemuli* hoc sint loco, quantasque barbas dederint, quid exhuberint molestiarum doctis interpretibus. Nisi interuenimus metus est, ne *aemuli* nostri notum Lapitharum conuiuium nobis exhibeant. Aliorum coniecturas piget adscribere, et interpretationes: nostram Lectori proponemus. Saepe cum iam animaduerterim, rem satis exploratam iis, qui membranas veteres viderunt, C et G literas in antiquis codicibus promiscue esse positas, id quoque loco huic corrumpendo ansam dedisse. Scribendum quippe *in gingiuas eminulas contruncare gestio.* *in ginguas* pro *gingiuis*, ἀρχαϊκῶς, et Apuleiano more, apud quem *in* saepe superuacuum occurrit, et cum quarto casu plerumque coniungitur. sic paullo post: *puer in mollitiem decorus. in stupor attonitus*, pro *stupore*. et *vitro aemulus in colorem.* libro II *aureos refulgentes attonitus.* libro III *fixus in lapidem. iacens mortuum.* et sub finem: *in asini faciem foena rodebant.* lib. primi initio: *ego sudorem fronte effrico, aures remulceo, frena detrudo, in grudum lenem sensim promoueo*: pro *leni gradu*. Vulgo *prontibo* illic legitur. mendose, vt opinor. et paullo *in verba fidentior.* In Apologia apud eundem Apuleium *gingiuarum* vox extat, vbi *puluisculum complanatorem tumidulae gingiuularum* habet. libro VIII *manum cuiusdam. foetore sordentem, qui gingiuas identidem meas putridis scalpebat digitis, mendicus arripio.* Puto eandem vocem Apuleio quoque reddendam esse libro VI Metam. de Aquila: *inter genas fauientium, ut ita fulca vibramina draconum, remigium dextra laeuaque portigentes volentes aquas exspit.* quis iste modus loquendi *inter genas fauientium dentium?* Scribo *inter gingiuas fauientium.* nam *dentium* ex glossemate irrepsit. sed et *eminula angulis fixa* apud eundem in Floridis est animaduertere. quomodo apud Prudentium περὶ στεφ. Hymno Eulaliae: *modicum salis eminulis digitis tangere.* vsus etiam ea voce Varro non semel. Est eadem vox etiamnum mendosa Mirabilium secundo apud hunc ipsum Apuleium: *Ad instar oratorum conformat articulum: duobusque medis conclusis digitis, caeteros eminulos porrigens, et infisto pollice clementer*

Digitized by Google

dimetur subrigens, infit Telephron. ita enim castigandum censeo, cum scripti et princeps editio *caeteros eminus porrigens.* vulgati *eminentes porrigis.* Simili errore etiam in Floridis III peccatur, qui locus sic videtur constituendus, de Aquila; qui vulgo mendosius nimis est: *Inde cuncta despiciens et inhibens pennarum eminularum, seu defessa remigia, ac paullisper contabulo volatu paene eodem loco pendula circumtuetur, et quaerit, quorsus potissimum in praedam superne sese proruat.* Sic *prominulus* apud Plinium libro V Ep. VI. de villa: *Magna sui parte meridiem spectat, aestiuumque solem ab hora sexta, hibernum aliquanto maturius quasi inuitat in porticum latam, et prominulam.* in in peruetusto codice Mediceo legitur elegantissime. Vulgo *in porticum latam et pro modo longam. vngues eminuli* apud Nonium in *praesegmina.* Apuleius Florid. I *Iam primum*, inquit, *crines eius promissi antiis et prominulis caproneis anteuentuli et propenduli.* quae quid sibi velint, nemo nos docuit. Puto *prolis* effutiis an *et prominulis caproneis. promittere crines* elegans. Paullo post pro *seu tute oratione, seu versibus malis*, lego *seu fabula oratione. Contruncare* Plautinum verbum est, qui Actu III Sc. I. *contruncare cibum* pro edere posuit: — — *quatuor fauces date; Dumque equidem hercle quod edant addat, meum ne contruncent cibum.* Ipse Apuleius infra: *Verum ille, vt satis desaeuiuerat cibum*, (malim *cibi*) *sitire impatienter coeperat.* et libro VI *Ac dum quidam voracitate cuncta contruncant.* libro VIII *circa praesaepium capita demersi contruncabant moles palearum.* Scribe *culmos palearum.* Culmus enim calamus, stipula, follium culmi, teste Seruio. Porro pro *ima gula*, cum codices scripti praestantioris notae *mea gula* agnoscant, in aliis sit *ima gulae*, censeo ab Apulei manu esse *meatu gulae spiritum destruere.* sic Hegesippus: *Si quid forbuisset mollioris alimoniae, interclusis iam fauciuum meatibus strangulabatur. meatum animae* dixit Plinius Epist. VI. 16. Superest nodus in Apuleiano loco illis verbis *effulam modico grandiorem.* de quo alii alia commenti sunt, quae piget huc conferre. Sed omnino verum est, quod in optimis Florentinis membranis et Fuluii Vrsini libro legitur *effulam modico secus grandiorem.* ita nimirum loqui amat Apuleius. vt hoc ipso libro: *et cum dicto modico secus progressus, ostium accedo.* In nonnullis codicibus *modice securius*, quod proxime veram lectionem accedit. Infra idem ipse: *vt frustulum panis, quod primum sumseram, quamuis admodum modicum, mediis faucibus inhaereret.* Familiare illi τὸ *secus.* quod ornatus cuius videtur identidem vsurpasse. libro II *Canes vtrinque secus deae latera muniunt.* vbi perperam reponunt *vtriusque sexus.* eodem libro postea: *omnes circumsecus adstantes in clarum cacuminum vidis effusos.* vbi agit de Democharе munus gladiatorium instruente. Sic *extrinsecus* et *intrinsecus* frequenter apud eandem occurrunt, et *altrinsecus. forinsecus* quoque non semel, si per librarios licuisset. vt libro V *Coloni et accolae, qui circumsecus venantur.* et libro VIIII sub finem *vtrinsecus: Tunc gliscit violentior vtrinsecus contentio militum, pro comperto de*

Digitized by Google

nobis asseuerantium, fidemque Caesaris identidem implorantium, ac illius negantis, assidueque deum numen obtestantis. quae etiam vulgo mendosa sunt et male distinguuntur. libro X *et vtrinsecus iactatae crebriter laterum mutuae vicissitudines.* vbi etiam vulgo *vtriusque secus.* quomodo et postea *iudicio reddito et vtrinsecus allegationibus examinatis.* et libro X *vtrinsecus sermone prolato.* lib. XI *et nauem picturis miris Aegyptiorum circumsecus variegatam.* lib. IIII *Qui praeterea numerus, quae facies ferarum? nam praecipuo studio forinsecus etiam aduexerat nemerosa illa damnatorum capitum funera.* ita scribo. certe Bertinianus codex, cuius excerpta penes me extant, *forenses.* nunc legitur *nam praecipuo studio forensi etiam aduexerat generosa illa etc.* quod perperam de reis in foro capitis damnatis interpretantur, cum de gladiatoribus ac bestiariis iam paulo ante Apuleius egisset. Est enim de foris peregre aduectis intelligendum, de quibus luculentus locus est apud Claudianum tertio Stilichonis panegyrico, et apud ipsum Apuleium libro X. Ecce Nostrum paulo ante hoc ipso libro: *Qui cum dormientis anus perfracto tugurio conscendissēt cubiculum superius, iamque protinus oblitis faucibus interstinguere illam debuissēt, prius multis rerum singula forinsecus per latiorem fenestram nobis rapienda despergere.* vbi legendum *per elatiorem fenestram:* hoc est, altiorem. sequentia confirmant. Sic *pubotenus, humerotenus, facetenus, digitotenus, talotenus* et similia. libro VIIII Met. *His et pluribus verbis compellatum, et insuper affatim plagis castigatum, forinsecus abigit.* male *abiicit* nunc circumfertur. et lib. VIIII *Visae etiam interea mustelae mortuum serpentem forinsecus mordicus attrahentes.* Vsi sunt ea voce Plinius quoque et Columella. si quis *studio forensi* tueri velit, ita capiat atque intelligat, vt initio operis occurrit: *Et ecce praefamur veniam, si quid exotici atque forensi sermonis rudis locutor offendero.* vbi forensis sermo est sermo exoticus. sed cum prima editio *ac forensis* legat, opinor illic quoque reponi debere *si quid exotici forinsecus sermonis rudis locutor offendero.* velim etiam *accitor* pro *locutor.*

451 *Puer.*] Iacchus puer hic Orpheo, Clementi, et Arnobio, dictus. hunc quidam Bacchum crediderunt, Cereris filium. alii Baubus puerum, vel indigenam Attici soli quemcunque. quidam Iacchum Cyamiten cognomento, quos inter Hesychius. sed Pausanias Iacchum a Cyamite diuersum facit. Caeterum *duri oris*, vt Lucilius apud Gellium: *Et tricosus bouinatorque ore improbus duro.*

455 *Et quae non brachia*] *Qua modo* ex tribus scriptis.

459 *Et tangere monstra pauentem*] *Parantem* ex nouem praestantioribus. et *latebramque* pro *latebrasque* ex iisdem.

463 *Dicere longa mora est*] Τὸ *dicere* mox sequitur. quare rectius vnus Vossianus *Longa referre mora est.* vt Noster saepe alibi.

467 *Quae*] *Quo* ex scriptis.

474 *Nescit*] *Nec scit* cum primo Palatino et vno Medicaeo et vno Vossii. nisi praestat reponi *nescia.*

480 *Vitia-*

Digitized by Google

482 *Vitiataque femina fecit*] *Laedis* Thuan. et pro diuersa ...ione prior Erfurtanus.

482 *Sparsa iacet*] *Falsa* quidam ex praestantioribus. quod ...en non placet, quia praecesserat *Fallere depositum*. Arondeus pro diuersa lectione *Cassa iacet*. optime. Prudentius ad ...i lib. II contra Symmachum: *Semper (crede) polus variis ...entibus annos Texuit: hoc multa ditauit fruge fluentes, Quos ...infelices asris damnauit iniquis, Spe cassa et sterili curam ...ratus agrestem*. Festus Auienus Descriptione Orbis v. 71 ...rilis regio est et inhospita late *Aret humus, cassaeque solo torrentur arenae*. vbi malim *cassaeque soli torrentur arenae*. amat ...n Auienus id verbum casui secundo adiungere. vt v. 601 ...uinis cassus. et 937 *tellus cassa virorum*. et ora maritima ...it 133 *Cassium incolarum cespitem*. Plura de hac voce Remed. ...ox. 447 et VI Fast. 406.

498 *Tantique*] Ita et Statius Theb. VIII. 267 *Sic vbi per ...s vno ratis obuia somno Conticuit, tantique maris secura ...tus Mandauere animas*. Malim tamen hic *tacitique per ...aris vndas*. inf. XIIII. 607 *Et tacito deferre sub aequore ...s*. et XV. 275 ex MSS. *Tacito modo gurgite lapsus Redditur ...alcis ingens Erasinus in aruis*. Auien. Descript. Orbis 915 *...os tacitum diffusus in aequor Tergaque flaueſcens C...t*.

502 *Subterque imas*] *Subterque cauas* rectius in vno Moreti. 506 *Interrita vultu*] *Vultus* in optimo Florentino.

512 *Toto nubila*] *Torno* Palatinus. vt sup. II. 270 et alibi. ...si supplex, cur torua? Forte *moto nubila vultu*. fragm. ...h. *Pallida*. forte *squallida*.

514 *Proque meo veni*] *Venio* Bernegger. et octo aut decem ...lib. XIII. *Omnibus inferior, quas sustinet aureus aether, ...e tamen*

519 *Amisti... certius*] Lege *Verius*. aut distingue post *...tere*.

522 *Si iam mea filia non est*] *Si iam mea filia digna est* Neap. ...ecundus Mediceus. venustissime.

535 *Soluerat: et cultis*] *Irriguis* tres antiqui. Lege *et riguis ...is*. talis ille hortus, ab Achille Tatio descriptus initio operis, ...n riuus intersecabat. ita Noster passim. vt lib. X Met. 190 *riguoque papauer in horto*. lib. XIII. 797 — *rigue formo...horto*. Remed. Amor. 193 *Ipse potes rigno plantam deponere ...orto*. Gratius Cynegetico v. 46 *At pauper rigui custos Alcinous horti*. Silius lib. VII. 180 *Nunc e riguis citus extulit ...is Rorantes humore dapes*. ita censeo scribendum esse, non *...uis*; quanquam minime ignoro, *irriguos hortos* etiam Horatio II Sat. IIII. 16 dici. Glossae veteres *riguis lauerisus, lusto...rigua aquarum* et *riguae aquae* passim apud Plinium occurrunt. *rigua lacte bos* apud Solinum cap. II. Aemilius Magnus ...orius in Epigrammate inter Catalecta Petronii: *Nec tibi quod ...us praeferat hortus habet*. Auson. Idyll. XIIII. *Errabam ri...per quadruo compita in hortis*.

Digitized by Google

543 *Teſtemque profanum*] *Profanam auem* meliores. lib. V
431 — *teſtoque profanus Incubuit bubo.*

546 *Fuluis amicitur ab alis*] *In alis* plerique veteres. vt apu
Virgil. *Horridus in iaculis.* apud Claudianum *fudare in haſ*
Sidonius carm. X *Alcides claua, Mauors tum luſit in haſta.* S
tur *fuluas alas* dat buboni? vnus ex meis *flauis, furuis* Barberi
Forte *rauis alis.* Vid. quae Amor. lib. I notamus Eleg. XII.

555 *In comitum numero doctae, Sirenes*] *Mixtae* melior
Forte *Immixtae comitum numero.*

557 *Protinus vt veſtram*] *Non minus vt veſtram* cogitaba
aliquando.

564 *Moeſtaeque ſororis*] *Mediuſque* in priori Hamburgenſi.

571 *Victis e nubibus exit*] *Vbi nubibus exit* in plurimis. qu
praeſtat.

572 *Nata ſecura recepta*] *Reperta* Cantabr. Thuan. p
Erfurt. et ſeptem alii. ſupra 518 *En quaeſita diu tandem*
nata reperta eſt. Claudianus de Cerere lib. III Raptus
— *Natae donec laetata repertae Indicio tribuat fruges.* lac
bus Gronouius, Ioannis Frederici filius, caſtigabat *natae ſecu*
repertae. eleganter profecto. ea enim vox cum caſu ſecundo pl
nque coniungitur.

553 *Quae tibi cauſſa fugae?*] *Quae tibi cauſſa viae,* non *f*
gae, meliores. de fuga enim nihil praeceſſerat.

576 *Fluminis Alphei*] *Elei* ex melioribus. Virgil. III Aen. 6
Alpheum fama eſt huc Elidis amnem Occultas egiſſe vias, qu
modo et Stat. lib. I Silu. III. 68 *Elidis amnem* dixit. et lib.
Silu. II. 203 *Prendiſti portum Eliacae ſic transfuga Piſae Amnis e*
ita lego, niſi mauis *Eliadis Piſae.* vt *Eliadex e* Virg. I Geor
59. Noſter ſupr. 487 *Tum caput Eleis Alp* *xtulit vnd*
ita *Alphea Piſa* Virgilio III Georg. 180 et X 179. et Cla
diano Bell. Gildon. 483. et Rutil. I. 573 *Elide deductas ſuſ*
cit Etruria Piſas. ſic Auieno deſcr. orb. dictus *Elidis incol*

586 *Magnuſque*] *Magnumque* ex melioribus.

588 *Perſpicuas ad humum*] *Ad imum* nonnulli veteres cu
primo Gronouiano, primo Vaticano et ſec. Mediceo. Scri
Perſpicuas imo. ſic in Halieutico: *Quae vada ſubnatis imo vi*
dentur ab herbis. *ἐν βάθει* dixit Theocritus Idyl. XXIII. N
ſter alibi *gurgitis ima.* lib. XI. 177 de auribus Midae, vt et il
ſcribendum: *Inſtabileſque imo facit et dat poſſe moueri.* Stat. I
Theb. 817 *Modo lene virens, et gurgite puro Perſpicuus, nu*
ſordet aquis ageſtus ab imo Alueus. vbi lege *perſpicuis.* Sene
Medea 755 ex codice Mediceo: *Egique ad imum maria, et Oce*
nus graues Interius vndas aeſtibus victis dedit. ſic *ex imo* lib. X
469. *in ima* ibid. 557. *ad ima* XIIII. 793.

598 *Margine fontis*] *Ripae* meliores.

606 *Vrgere columbas*] *Agitare* Cantabr. et multi alii. ſic *trepi*
dos agitare in retia cerues lib. III. et *timidas agitare lyncas*
apud

Digitized by Google

d Horatium lib. II Od. XIII. Prudentius Hymno III Cathe-
in. *Exagitansque truces aquilas Per vaga nubila, perque no-
Sidere lapsa columba fugat.* Sidonius in Panegyrico Anthe-
: *Inuentas agitare feras.* Stat. Achil. I. 627 *Non tela licet
ortia dextra, Non trepidas agitare feras.* infra XI. 300
e non Thisbeas agitas mutata columbas. Horatius tamen de
fare Cleopatram persequente: *Remis adurgens, accipiter velut
les columbas.* et Silius lib. IIII. 111 *Vrgebat trepidam iam
e priorum Incertamque fugae, pluma lobense, columbam.*

13 *Saxa quoque et rupes*] *Saxaque per rupes* alter Hamburg.
es alii. Barberin. *saxa per et rupes.* Scribe *saxaque per
sque.*

19 *Armigerae, Dianae, tuae*] *Dictynnâ* octo veteres. recte.
o ante pro *ingens anhelitus* censeo scribendum *virgens anhe-
oris.* vt lib. XI sub finem: —— *celeremque metu celer ve-
emore.*

31 *Longius vlla pedum*] *Longius ire* nonnulli veteres, quod
ffat. Paulo post pro *manas locus* reposui *locus* ex plurimis
rum. vid. lib. VI. 320.

35 *Quam nunc tibi facta venuste*] *Fata* ex melioribus.

41 *Eduxit*] Malim *educit.*

44 *Vecta est*] Rectius *fertur* in primo Gronouiano. nam
us *eras iuuenis* mox sequitur. Deinde *Tritonida arcem*, non
m, tres scripti. vid. lib. VI. 70. VII. 400. VIII. 547. et
i.

48 *Europen et Asida terram*] *Terras* ex optimo Thuaneo.
nox *Scythicas oras*, non *Scythicasque*, caligatiores.

60 *Rursusque per aëra iussit*] *Misit* fragmentum Vossianum,
anus et vnus meus. eleganti Graecismo. Epist. Penelopes:
te quaerere misso Retuleras nato. Plaut. Casina III. 5. 48
huc missa fui ludere. Apud Virgil. lib. II Aen. 134 in non-
lis exemplaribus: *Suspensi Eurydicen scitari oracula Phoebi
imus.* Propertius libro II Eleg. XVII *Semper in Oceanum
it me quaerere gemmas.* Statius Achill. I. 209 *duros laxan-
Aegaeona nexus Missa sequi*, ex veteri codice. Caelius lib. I
. *Celocem in Africam mittis visere locum, vbi exercitum ex-
at.* Apuleius Met. III ex membrana: *sed quod alterius rei
sa facere missa sum, in tuam recidit iniuriam.* vbi perperam
uius *iussa.* Guntherus Ligurini libro VIII *Regia missi Quae-
e iura viri.* Paullinus Carm. ad Cytherium: *Quem in di-
is prosecuta literis Ad nos venire miseras.* Vetus interpres
ngelii Matthei cap. XXII. 3 *Et misit seruos vocare inuitatos
uptias*, καὶ ἀπέστειλε τοὺς δούλους αὐτοῦ καλέσαι τοὺς κεκλη-
μένους εἰς γάμους. et Luc. cap. I. 19 *Missus sum loqui ad te, et
c tibi euangelizare.* ita et cap. IIII. 18. et cap. VIIII. 2. et
III. 17. Vide Auienum Fab. XXII. Rutilium lib. I Itiner.
10. Maximian. initio Eleg. V.

Digitized by Google

662 *Finieras doctos cantus*] Imo *dictos* cum primo Palat. pr
mo Mediceo, et decem aut vndecim aliis: ne laudibus soror
Musa putide indulgeat.

664 *Conuicia victae Cum facerent*] *Iacerent* Florentinus
Marci, Vrbin. Neap. prim. Palat. sec. Medic. prim. Regius, pri
Erfurt. decem alii, vtrumque recte. sequor tamen vetustiore
lib. XV. 779 —— *toto Venus annia caelo Verba iacit.* Fast. I
590 *Et iacit in medio talia verba chori.* Macrobius Saturn. II.
*Haec nobis sit docta cauillatio, vicem planipedis pudica et pra
texta verba iacientis.* Stat. Theb. I. 411 *Nec vt iactis fermen
bus tras Incaluere fatis.* Deinde *dixit*, non *dixi*, cum praesta
tioribus.

669 *Rident Euippides*] Mire hic turbant libri veteres. sed
in hoc luto diu haereatur, antiquiores scripturas solummodo a
hibebo. *Rident Athipedes* primus Mediceus. *Rident Atbi*
Bernegger. prim. Gronou. et nonnulli alii. quidam *Athiades* cu
secundo Mediceo. vel *Achiades*. *Ridentque Atbides* primus P
lat. alii ex vetustioribus *Enipedes*, vel *Eatbides*, et similia. Fl
rentinus S. Marci a manu prima *Ridentemque Atbides*. Scri
Rident Emathides. supra nimirum illae ipsae: *Vel nos Emath
ad Paeonas vsque niuosos Cedamus campis.* Antoninus Libera
hanc fabulam inscripsit Ἡμαθίων. et ipso fabulae initio: ὑπὸ
τὸν χρόνον τοῦτον βασιλεύοντος Πιερίας, ἀπὸ Ἡμαθίου. Dein
minacia verba, non *minantia*, Florent. primae notae, Neap. B
negger. qui etiam *magna et clamore* cum primo Mediceo.
multis τὸ *et* abest.

674 *Ora videt*] *Vident* ex altero Erfurtano.

675 *Plangere dumque volunt*] *Dumque volunt plangi* melio
magno numero. sic et lib. VIII. 527 censeo scribendum: *Pl
guntur, matres Calydonides Eueninae.* lib. XI. 76 *Plangit
et trepido constringis vincula motu.* lib. XIIII. 580 —— *i
suis deplangitur Ardea pennis.* Apud Silium libro I. 589 ex op
mo codice, vbi de Borea agit: *Nunc ipsas alis plangit stridenti
Alpes.* cui scripturae inscite, vt solet, obloquitur Dausqueius.

MET

Digitized by Google

METAMORPHOSEON

LIBER SEXTVS

Aures] *Aurem* Berneggerianus. recte.

18 *Tunc quoque cum fierent, tantus decor adfuit arti*] Versus hic superiori rectius praeponatur. nam *Non factas vestes*, pro *Nec*, in multis scriptis.

31 *Faciendae maxima lanae*] Hinc *lanificium*. multi tamen ex antiquis codices *faciendae telae*.

34 *Inceptaque fila relinquit*] *Remisit* Louan. et vnus ex Basilecnsibus. lib. II Fast. 755 *Desinit in lacrymas, inceptaque fila remisit*. Epistola XVIIII. 197 *Stamina de digitis cecidere sopore remissis*: Tibullus lib. I Eleg. III *At circa grauibus pensis adfixa puella Paulatim somno fessa remittere opus*. libro tamen Artis II. 72 —— *inceptum dextra relinquit opus*.

45 *Interrita virgo*] *Non territa* meliores. Mox scribe *nouauit ora pudor*, pro *ruber*. nam *erubuit* praecesserat paulo ante.

49 *Candescere solis ab ortu*] *Ab ictu* prim. et secundus Palatini, Vrbin. prim. Reg. prim. Moret. prim. Gronou. prim, Vatican. aliique plurimi. recte. Adeantur quae notamus lib. V. 389.

53 *Confixum diuersis partibus ambae*] *Constituunt*, telas videlicet, ex castigatioribus. Festus Auienus Descriptione Orbis terrarum v. 1313 *Pars telas statuunt et vestimenta laborant Lineа*. perperam *lintea* ibi circumfertur. de *constituendi* verbo vide Gronouii annotata Liuii lib. XXVI cap. XV. Tamen et *confixum telas* pro *constituunt* potuit Naso dixisse. quomodo Lucretius lib. VI. 10 *Et per quae possint vitam constare tutam*. Adi indicem Giphanii in eo verbo. At Gebhardus τὸ *constituunt* in Nasone accipiebat, quemodo Sallustio, *ad Cirtam oppidum iter constituunt*. sed hoc pro iter dercernere ponitur. Pro *iugo iuncta* Neap. Vrbin. Bernegger. *vincta*.

58 *Insertі pectine dentes*] *Infecti* recte plurimi ex antiquis. et *ferunt* est in optimo Florentino, deleta penitus veteri scriptura, in optimo Thuaneo, Cantabr. et tribus aliis *quatiunt*. quomodo et prior Erfurtanus pro diuersa lectione. Putabam aliquando *pauerant*, vel *pauiunt*. de quo verbo fuse ad Apuleium Colvius p. 88. quomodo *pauire solum* dicebant. hinc et *pauimentum*. Nunc nil muto. Varro lib. IIII de L. L. *Stamen a stando, quod eo stat omne in tela velamentum. Subtemen, quod subit stamini. Trama, quod tramat. Phrygium id genus vestimenti. Densum, a dentibus pectinis, quibus feritur*. Ferunt quoque Seneca in Epistola XC agnoscit, producto hoc ipso loco. apud

Digitized by Google

eundem *infecti*, vt iam scribendum monuimus. Plin. lib. V 35 *Iuba tradit Arabicis concham esse similem pectini insecto.* cutere verbum textorium. vt in illo Iuuenalis Sat. VIIII. 3 *male percussas textoris pectine Galli*, de lacernis. Lucanus X. 141 *Candida Sidonio perlucent pectora filo, Quod N acus percussum pectine Serum Soluit, et extenso laxauit fil velo.* ita praestantissimus codex Vossianae bibliothecae. na vulgatis exemplaribus *compressum pectine* legitur.

59 *Vtraque festinat*] *Festinant* bene Florent. Neap. prim. V sec. Medic. et octo alii.

61 *Sensit abeuntem*] Multi ex vetustioribus *sensit*. Mox *cussis solibus arcus*, non *percussus*, castigatiores. Pro *arcus* Basil. *Iris*.

66 *Transitus ipse*] *Ille* plurimi, forte *inde*. vt XV. 469 *transitus inde paratur*.

75 *Stare deum pelagi*] *Nare* codex vnus ex Leidensibus diuersa lectione. non male.

77 *Exiluisse fretum*] *Ferum* plerique veteres, vt de equo telligatur, quod et alii iam monuerunt. sic apud Virgili *Inque feri curuam compagibus aluum.* neque aliter passim stores.

81 *Edere cum bacis*] *Prodere* Bernegger. excerpta Calan prim. Medic. et decem alii. bene. dictum alibi.

82 *Operis finis*] *Operi* tertius Medic. secundus Moret vnus meus. sic insta paulo post *operique sua facit arbore* Berneggerianus.

87 *Haemum*] *Haemon* decem veteres.

93 *Pinxit*] Meliores *Pingit*. Berneggeri et Basileensis etiam *finxit*. sed male. quidquid enim coloribus exprim *pingi* dicitur. sic sup. 71.

101 *Oleis pacalibus*] *Bacealibus* Cantabrigiensis. et ita cerat Gronouius. sed vulgata bona est. Vide lib. XV. 591.

104 *Europam*] *Europen* duo codices.

107 *Timidasque recondere plantas*] Multi ex vetustioribus *eludere*. at primus Vatic. Mediceus vnus ex optimis et alii *reducere*. quomodo Neap. Vrbin. Arondel. pro diuer ctione. quod verum est. *Reducere*, identidem adducere et here. *subducere* dixit Noster lib. V Fast. 611 in hac eadem la: *Saepe puellares subducit ab aequore plantas, Et metuit* ilientis aquae. Idem vsus verbi *reducere* Met. XII. 132 —— *peoque aduersa reducto, Ter quater ora viri, capulo cana* pulsat. Marcianus Capella lib. VIII *ab octaua parte Arietis* totum corpus eiusdem ad reductum tauri pedem. *reducere ora* Theb. XI *Ora reducentem premit adstridentibus Hydris.* lib. VII. 182 quidam codices *vestes reductae*. Claudian. I in trop. *Lunisque reductis Vestibus*.

109 *Ledam*] *Ledan* Cantabr. vid. inf. 707.

113 *Ignis*] Venuste in Neapol. et secundo Mediceo *igneus*.

119 *Sensit equum, te sensit equum*] *Te sensit aueus* V Neapol. et secundus Mediceus. *sensit volucrem* Florentinus

prior Hamburgenſis, et ex meis vnus. Idem quoque Flo-
ius in argumento harum fabularum *in volucrem, vt Gorge-
ſiadem*, non *in equum volucrem*, agnoſcit. ſed nihil vide-
tandum. nam Pegaſum Neptuni et Meduſae filium non-
ciunt, Cereris et Neptuni Arionem. quos inter Apollo-
, qui docet, Cererem in Erinnyis formam fuiſſe conuer-
cum Neptuno concumbentem. Ἄδηλον δὲ μένει ἵππος
ων Ἄρίων, τοῦτον ἐκ Ποσειδῶνος ἐγγύνησε Δημήτηρ ἐλικοβλέφα-
ς κατὰ τὴν συνουσίαν. ſed errat Paſſeratius ad Elegiam
IIII lib. II Propertii, qui τὸ *Crinita colubris Mater equi*
ris ad Arionem et Cererem refert in Erinnyos formam mu-
, cum de Meduſa et Pegaſo agat Naſo.

Legauit] Malim *ligatur*. vt κεκαφωλα vitetur in *ligauit*,
uit. Pro *pendentem* Neap. *pendenti*. nempe leuauit gut-
Pro *pende tamen* Cantabrig. prim. Baſil. et ſex alii *pen-
tamen*.

Naris et aures] *Auris* ex melioribus. Scribe etiam *cum-
is*. vt excerpta Lureti et tres alii exhibent. et *ſpargit* pro
t paulo ante.

Fitque caput minimum, toto quoque corpore parua eſt] Tὸ
multis non apparet. Scribe *Fitque caput minimum toto
e corpore paruae*.

Venter habet] Forte *ebit*.

Magnum orbem] Forte *magnam orbem*, vt Sardes intelli-
quas etiam *magnas* vocat XI. 137. ſic et lib. VII. 553 *Peſtis
magnae dominatur moenibus vrbis*.

Sed enim nec comitis arces] De regno Amphionis mox
. quare *artes* reſcribendum. intelligit artes lyrae Amphio-
per quas Thebani muri ſunt exſtructi. neque aliter ex co-
s antiquis Florentinus optimus, primus et ſecundus Medi-
aliique complures. in priore Twiſdenii codice gloſſa ad-
a quia citharoedus erat. Sidon. Apoll. in Narbone: *Hic
ſicinae ſtudebat Arti Plectro, pollice, voce, fibisque*.

Immiſſos] Barthius ad Claudian. Conſ. Olybr. III eam
loco, quam lib. V. 338 *ſpargit et immiſſos bedera collecta
s*, ex vetuſtis codicibus legit *immenſos*. perperam. cum eam
em non niſi pauci, et quidem deterioris notae, prae ſe fe-
Faſt. I. 503 *Vtque erat immiſſa puppim ſtetit ante capillis*,
II Eleg. III *Squallidus immiſſis birta per ora comis*. III El.
Squallidus immiſſos fracta ſub arundine crines Rhenus. Met.
351 *Immiſſa proteſtus pectora barba Hippaſus*. Sic et *pro-
barbam* dicebant. de quo ad Triſt. IIII. 2.

Cui licuit ſoli] Atqui et Ixioni licuit, teſte Luciano in
dial. Iouis et Iunonis, et in Diuites Saturno Salutem et Pe-
, eodem auctore, in Charidemo et aliis. ſed Niobe illi po-
ores. quare de patre ſuo haec non falſo iactabat.

Aduerti lumina] *Aduerto* multi veteres. quod placet. niſi
aduertur lumina a Naſone ſcriptum fuiſſe cenſeo. ſic *dextris
ter litera remis* lib. III. 598. Plenus hiſce Graeciſmis No-
ſtet.

Digitized by Google

ſter. ſic in Faſtis lib. I. 179 etiam emendo: *Ad primam timidas aduertimur aures.* vel *aduerteris.* ſic *praeuerti* paſſim bonos auctores. etiam *deuerti* et *auerti* dicebant. Adi Amor. lib. II Eleg. VI. 9.

182 *Digna dea facies*] *Deo* ex praeſtantioribus nonnulli. *ti deae.* duo *dei.* Vide quae notamus Triſt. IIII Eleg. III. ſupr. lib. V. 345. Deinde pro *et mox genero ſque nurusque* reſcribam *et tot genero ſque.*

185 *Quoque modo audetis genitam Titanida Caeo*] *Audet tam* primus Hamburgenſis et quinque alii cum Norico. no li *natam. Neſcio quoque auditi ſatam* Florentinus ope *Neſcio quomodo audetis ſatam* Neapol, veteri lectione erasa, in primo Vaticano aliiſque nonnullis admiſſum. tertius ceus *Neſcio quoque audete genatam.* alii aliter. Scribe *quoque audete ſatam Titanida Caeo Latonam praeferre* neſcio quo Caeo ſatam.

191 *Illa duorum*] *Duobus* primus Gronouii.

194 *Hoc quoque quis dubitat?*] *Dubitet* ex ſcriptis.

101 *Ite ſacris*] Locus mendoſiſſimus, qui doctiſſimum que Gronouium Obſeruat. lib. IIII cap. XV miris modis ex In Florentino et Neapol. haec maiori ex parte in mendo bant. pro *propere* videbatur *properate* fuiſſe. quomodo qu Mediceus et vnus Gronouii cum Voſſiano vno. deinde *It oris* in vno meo. quomodo et prima Aldi editio. Margo phianae *Ite ſacris procul a ſacris.* Forte *Ite ſatis, proc ſacris*, vel *properate.* niſi mauis *Ite procul, procul ite ſacri* error natus ſit ex ſolenni librariorum ſupinitate, qui τὸ geminare neglexerant. Caeterum huic verſui praemittendu qui paulo poſt legebatur: *Latonae turba quantum diſtabi orba*, vt iam vidit in Obſeruationibus ſagaciſſimus Gron ex Menardi codice, qui munificentia viri politiſſimi Aegidi nagii nunc eſt meus. neque aliter optimus Neapolitan fragmentum Voſſianum. in vno Caroli Strozzae notatum hunc verſum loco, quo nunc a me repoſitus eſt, eſſe coll dum. In vno Regio margini erat adſcriptus. Praeterea meliores *quae quantum diſtat, quoque quantum* Bernegger Scribe *turba quo quantum diſtat ab orba!* quo numero praeceſſit proxime.

212 *Et me, quod in ipſum decidat, orbam dixit*] *Recid* caſtigatioribus. de quo verbo ad Epiſt. XIIII. 46. Prud Apotheoſi: *Ne quod tam modicum eſt, vt certa ſede locetur tituere poteſt, et quod tituerit intra Naturam vitii tiaſum denique triſtem Decidit in poenam.* vbi cum alii v codices, tum omnium vetuſtiſſimus Puteaneus, *Reccidit.* ho *Recidit.*

214 *Deiectura preces*] Vnus Leidenſis *Admonitura.* S *Admotura.* infra 689 *Admoulque preces, quarum me dedecet.* alterum minus placet, quia iam praeceſſerat *Tantalis ad* Mox pro *Contigerant* lego *Contigerunt.* nam vnus Med *Contingunt.*

Digitized by Google

215 *Poenae mora longa querela est*] *Querelae* Vrbinas sine libo substantivo, quod et ab aliis multis abest. Puto *Desi-*, *Phoebus ait*, (*poenae mora longae*) *querelas*. Adeantur quae tamus Artis lib. II. 725.

220 *Duraque mollierat*] *Mollierunt* ex libris. Mox pro *Tyrio* reponendum *fuco*, vt recte vnus Mediceus, (cum glossa, *id*, *colore*) ex meis item vnus, et Iuneti excerpta. de quo ad Claud. lib. I in Rufin. 208.

223 *Auroque graues moderantur habenas*] *Auro gruuidas habenas* multi veterum. vnus Strozzae *grauidas habenas*. Lege *gra-*, *hasque auro*. nisi praefers *auroque graues*. quomodo Naugeni codices et ex nostris duo. sic *moderarier equum frenis* Heretio lib. V. 1297.

226 *Quadrupedis cursus*] *Quadrupedes* scripti quatuor. quod videt. prior Erfurt. et vnus Bonon. *Quadrupede currus*. non longe a vero. et mox *in pectore fixus*, pro *fixe*, plurimi veteres.

231 *Imbres*] *Imbris* ex Berneggeriano et primo Gronouii.

233 *Ne qua*] Malim *ne quid lanis effluat aurae*.

234 *Frena tamen dantem*] Multi ex vetustioribus *Frena dabat tamen hunc*. prim. Vatic. *Frena dabat tandem*. quinque *Frena tamen dantem hunc*. quomodo et alter Hamburgensis. Scribe: *frena dabat: dantem non euitabile telum Consequitur*. eleganter, et pro Nasoniano genio, ni fallor.

236 *Exstabat nudum de gutture ferrum*] *Ferro* vnus meus. Vbi sup. *nudo de gutture ferrum*. Lege *nudo ferro*. sic lib. III. 67 in antiquis membranis: —— *toto desidit in ilia ferro*.

237 *Per crura admissa*] Quomodo voluebatur per *crura admissa*? quare amplector *colla admissa*, quod erat in primo Groneuiano, et sex aut septem aliis.

240 *Finem imposuere*] *Posuere* duo veteres. vt *ponere mo-*. Mox *Transierunt*, pro *Transierant*, Vrbin.

249 *Euolat*] Vetustiores *Aduolat*. *peruolat* Thuani. forte *uolat*. vt XII. 462.

251 *Rumpit*] *Rupit* cum primo Regio et vno Mediceo.

254 *Damasitona*] *Damasichona* vetustiores. Lege *Damasichthona*. vt et in Ibide 581 *fratres sex cum Damasichthone*. Δαμασίχθων Apollodoro est et Tzetzae in Chiliadibus lib. IIII.

259 *Qui se eiaculatus*] *Seque eiaculatus* ex scriptis.

266 *Non alte percusso corde fugisse*] *Non alta* recte Oxonienses.

269 *Irascentemque*] *Indignantemque* vnus Moreti et vnus Palatinus cum altero Twisdenio.

282 *Satis, dixit*] Cum *ait* iam praecesserit, otiosum est hoc *ut dixit*. quare tollatur meo periculo hic versus, quem nonnulli sunt, qui non intelligebant, quantum esset acuminis in illo *Efferor*. nihil mauis praecedentem tolli. alteruter certe est supponendus. nam primus Palatinus pro posteriori hunc substituebat

nuebat: *Dum pars noſtra iacet, et dum per funera ſeptem.* in plurimis membranis exſtat. niſi quod quidam: *Dum vna iacet et dum per vulnera ſeptem.*

286 *Dixerat, et ſonuit*] *Inſonuit* Arondel. et vnus Patauii omnino rectius. *Exſonuit* vnus meus. forte *in ſonuit.*

290 *Haerentia viſcere tela*] Quidam codices *viſcera tela* ita Vrsinus. alii *viſcera telum.* alii *viſcera ferro.* ſed nihil ita. ita enim citat Priſcianus lib. VI p. 721. et ſequentem ſum lib. VIIII p. 863.

294 *Oraque compreſſit*] *Non preſſit* cum primo Medic. Th ſec. Vatic. et quatuor alii. *Eius* etiam pro *ipſa* meliores. et hic verſus eſt admirandus.

305 *Nihil eſt in imagine viuum*] *Viui* Vrbinas eleganter pro diuerſa lectione alter Erfurtanus.

308 *Nec brachia reddere motus*] *Geſtus* primus et ſec. P aliique plurimi. recte. *geſtus* enim proprie eſt manuum. *geſticulatio.* lib. XI. 673 *geſtumque manus Ceycis habebat.* fruſtra quidam codices *ſceptrumque.* lib. XIII. 219 *Orae fugam geſtu,* non *gemitu.* quod in multis veterum. Auctor negyrici ad Piſonem: *Seu geminare pilam iuuat, aut reuocare dentem; Et non ſperato fugientem reddere geſtu.* A. Gellius Noct. Attic. cap. V *Manuſque eius inter agendum ſorent ar admodum et geſtuoſae,* de Norrenſio. et hinc, *geſticularia Dionyſiam,* quae prima erat illorum temporum, a Toro fuiſſe nominatam ibidem prodit. de ſaltantibus, vbi male *ſus* ſubſtituerant, Apulei. Met. XI *Erunt, et quae pectines e meos ferentes, geſtu brachiorum flexuque digitorum ornatum peximusque crinium regalium fingerent.* Χειρονομίαν Quintili lib. I cap. XVIIII. Inſtitut. Orat. interpretatur *legem geſtus.* qua re adeantur quae annotamus Remed. Amor. 334.

312 *Lacrymis etiam nunc Marmora manent*] *Lacrymas nant* Florentinus S. Marci, primus Mediceus, et vnus Baſile cum Norico, quem ex publica ciuitatis patriae Bibliotheca promtum ad me miſit vir doctiſſimus Chriſtophorus Arnol venuſte. Seneca Agamemnone 376, vbi de Niobe: *Stat Stygii vertice ſummo Flebile ſaxum, et adhuc lacrymas Me aeternum marmora manant.* ita veterrimus liber Mediceus. p et legi, vt vulgatae ſcripturae propius accedatur, —— *et a lacrymas Marmora manant antiqua nouas.* nam vtrumque agn membrana. niſi quod *Marmora fundunt* cum vulgatis illa. ſpexerat haud dubie hunc Naſonis locum Seneca. Plinius XIIII. 20 *Arborum ſucco manantium picem reſinamque, aliae tae in oriente, aliae in Europa feruntur.* lib. XXXVII. 10 *vis gemma in attritu ſudorem purpureum manat.* qui locus eſt ſollicitandus. lib. XXIII. 3 *Vilis et ſuccus ſaniem mana bus.* Auctor incertus de Orthographia: *Emanat fons ſiue s aquam, id eſt gignit et producit.* Iuuenalis Satyra VI. 62 Claudio Caeſare: *Ille ſenis tremulumque caput deſcendere In caelum, et longum manantia labra ſalinum.* ita codices

Digitized by Google

magna ex parte. Idem Iuuenalis Sat. XV. 136 —— *cuius lacrymantis fletum Ora puellares faciunt incerta capilli.* ita vetulus ber Vossianus. Sic *manare poëtica mella* Horat. in Epist. I. 19. 1. sic *pluere, stillare*; *rorare* et similia verba eadem cum quare nunc, nunc cum casu sexto, iungebant. Solinus cap. XX *Danae filiae creduntur lapidem fleuisse.* ipse Naso Amoribus I. 12. 37 *Flere genas electra tuas, auriga, sorores.* Vide quae to ad Claudian. lib. I in Rufin. 383. et Epigrammate in Iacobum Magistrum Equitum, vbi *fluere vina* habes. *Oculi vinum rymantes caligant* apud Rutilium Lupum de figuris sciential lib. II. Venantius Fortunatus: *Caudice defecto lacrymas gaudia voris.* Prudent. Cathem. Hymno VIII *Arbusti quorum vis facit ignea Imbrem de madido flere cacumine.* sic ey *rare balsama* Dracontius Hexaëmero: *Balsama Caesareos plorans virgulta per agros, Et nimis ambrosium lacrymae dent munera odores.* ita in optima Sirmondi editione. sed locus est mendosus. quid enim *agri Caesarei* sibi volunt? Opinor reponi debere: *Balsameas Assyrios rorant virgulta per agros, Et similе Ambrosiae lacrymas dant munus odori.* vel *Balsamaque.* si quis *plorans* haud mutandum censet, non omnino dissentio. nam et Iunius lib. XII. 25 de Balsamo: *Tenuis guttae plorantis colligitur.* Recte autem *Assyrios per agros*, cum non in sola Iudaea, sed in Syria quoque balsamum gignatur, teste Plinio, per *Caesareos* tamen *agros Caesareae* Palaestinae vrbis posset intelligi. *Calere animas* Iuuenalis dixit Satyra prima v. 81 *Ex quo Deucalion nimbis tollentibus aequor Nauigio montem adscendit, fortesque popescit, Paulatimque animas caluerunt mollia saxa.* ita tres codices scripti, quibus sum vsus, non *anima*. Fors tamen sit, vt scripserit Iuuenalis: *Paulatim inque animas caluerunt mollia saxa.*

320 *Stagnumque locumque*] *Lacumque* primus Vatic. Bernens. Cantabr. tertius et quartus e Mediceis. quomodo mox *Ecce lacus medio.* nam ita Barberinianus pro *lacu.* nisi illic *loci memor* reponas. nam in medio lacu aram fuisse vix est verisimile.

321 *Prodigio notum*] Malim *notus*, si τὸ *lacum* non admittimus, et *grandior aeui*, pro *aeuo*, tam hic, quam Trist. IIII eleg. I. *Saepe suas volucres legit mihi grandior aeui.* sic *aeui maturus*, vide infra VIII. 618. *integer aeui* lib. IIII. 441. Vide ad Claudian. II in Stilich. 348.

327 *Et paruo, faueas mihi, murmure dixit*] *Paulo murmure* Decent. S. Marci, Neap. prim. Palat. sec. Mediceus, vterque Ernest. et decem alii. quod Zinzerlingo Promulsi. cap. IIII arridet, non mihi. Vnus Mediceus *pauio.* hinc *paulo* perperam fecerunt. lib. X. 273 —— *Cum munere functus ad aras Constitit, et timide, si, dî, dare cuncta potestis, Sit coniunx opto, dixit.* et lib. VIII. 682 *Concipiunt Baucisque preces timidusque Philemon.* Proximo versu *Faueas, ego*, non *mihi*, cum meliorib. Apulei. Florid. initio: *Religiosis viantium moris est, cum quis locus sanctus in via oblatus est, votum postulare.*

330 *Cum*

Digitized by Google

330 *Cum talia retulit hospes*] *Cui* primus Moreti, et v
Voss. et Basil. Deinde *reddidit* Bernegger. prim. Basil. et
alii.

332 *Orbem interdixit*] *Orbe interdixit* Naugerius in suis in
nit. alterum tamen etiam Latinis auctoribus vsitatum Gronou
ad Senec. Epist. XVIII docuit. Mox *Orantem accepit* cum cast
storibus, pro *Errantem*. nam *erratica Delos* praecedit. *R*
etiam *Iunc*, non *coniux*, prim. Basil. Langerm. Hamburg. et
cem alii. vt apud Statium, Theb. VII *nunc regia Iuno queret*
Noster ipse hoc libro supra 94 — *quam regia Iuno In v*
crem vertit. sed lib. XIIII. 592 *Assensere dei, nec coniux re*
multus Immotos tenuit. et lib. X. 46 de Proserpina: —
regia coniux Sustinet oranti, nec qui regit ima, negare.

338 *Inque suo portasse sinu*] *Suos sinus* multi ex melioribu
Forte *Inque sinu portasse suos, duo numina, natos*.

348 *Forte lacum quadioeris aquae*] *Melioris aquae* coniecer
quod vnus Strozzae confirmat.

348 *Rustica turba vetat*] Scribe *vetant*, cum sic exigat re
rentes, quod sequitur. vid. ad Ep. XIIII. 27.

349 *Quid prohibetis aquas*] *Aquis* ex Florentino S. Ma
Neapol. prim. Pal. prim. Vatic. prim. Erfurt. et septem aliis.
Notas Astii lib. II. 339.

357 *Vitam dederitis in undis*] *In vnda* meliores.

360 *Sustulit ira sitim*] *Distulit* cum melioribus. sic apud S
tium Theb. X. 404 *Distulit ira preces*. Theb. VII. 531 — *f*
denique in corpore capto Secum differre famem. Val. Flac
lib. V. 460 *Distulerant sed bella thorum*. Guntherus Ligu
lib. IIII *Distulit ira cibos: hostili sanguine malunt Dilatam sa*
re famem.

370 *Iuuat esse sub undis*] *Vndas* vnus Basil. Lego *esse sub*
das. Certe in vno Mediceo *ire sub vndas*. primus Moreti
sub vndis.

373 *Super ripam stagni consistere*] Repone cum sec. Pal. r
Med. et Geneu. *considere*.

374 *Sed nunc quoque*] Scribe *et nunc quoque*. quomodo p
Hamburg. pro diuersa lectione.

376 *Quamuis sint sub aqua*] *Sunt* sec. Moreti. prim. Gron
stant. Puto *Quamuis nemo sub aqua*. Virgil. Culice de ra
— *queis humida limo Corpora lympha fouet*.

381 *In gurgite*] *Margine* vnus Mediceus.

383 *Restulit exitium*] Ita distinguo. vbi nescio quis exit
narauit virorum Lycia de gente. sic Arondel.

384 *Latous*] *Latois* Strozz. *Latos* Patau. Forte *Latoos*.

385 *Adfecit poena*] Melius scriberetur *Adficit vt poena*.
mox *non es mihi tibia tanti*. vt VI Fastor. 701 *Valuas*
tibia.

387 *Direpta*] *Derepta*. monui lib. III. 52.

390 *Salientia*] *Sidentia* Cantabrigiensis. eleganter. Luc
lib. III. 724 *Excipit haec Iuuenis generosi sanguinis Argus*,

Digitized by Google

non medius defidit in ilia venter. ita scribe, cum in multis membranis *discedit* legatur. vulgati *descendit*. Similis error eundem Lucanum eodem libro 629 turpauit, vbi de naui agitur: *At postquam ruptis pelagus compagibus hausit, Ad summos replet fores, defidit in vndas*. vbi *descendit* insulse editi ac scripti omnes praeter vnum optimae notae, in quo *desedit*. proxime verum. de ea locutione ad Maronem pluribus egimus Aen. III. 435. Idem Lucanus eodem lib. 674 *Sidentia pessum Corpora laeso tenent*.

393 *Et tum quoque clarus Olympus*] Non satis intelligo. Florentinus S. Marci *carus*. Puto *et tu quoque carus, Olympe*. qui Marsyae discipulus, aliis frater. Pater Straboni et Apollodoro. Laidas autem nos docet, illum Marsyae in amoribus fuisse: Ὀλυμπος Μυσὸς, αὐλήτης μαθητὴς καὶ ἐρώμενος Μαρσύου. vt iam intelligamus, cur *carum* eum Marsyae dixerit Naso. a Pausania quoque habitu Pueri iam pubescentis describi Olympum videas.

394 *Et Nymphae flerunt*] Ex hoc loco videtur confirmari vetus scriptura in Plinianis codicibus, non vno loco, quoties huius in Phrygia loci mentio fit. *Aulothrenen*, non *Auliocrenen*, illi appellant.

398 *Fecit aquas*] *Aquam* ex melioribus.

401 *Talibus exemplis*] Scribe *exemplo*. vt optime Florentinus S. Marci et vnus Strozzae pro diuersa lectione. Mox *legent* pro *leget* nonnulli.

403 *Hanc tunc quoque dicitur vnus*] *Tamen hanc quoque dicitur* ex primo Gronouii, Arondel. et decem aliis. ni mauis *sic hanc quoque*.

404 *A pectore*] *Ad pectora*, quomodo meus, quem ab Aegidio Menagio habui, et fragmentum Moreti. Dictum Amor. lib. I El. VII. 48. Malim etiam *humerisque*.

406 *Concolor huic humerus*] *Hic humerus* meliores. finister videlicet.

416 *Ferax*] Recte *ferax*. nam λιπαρὰν. Ὀρχόμενον vocauit Pindarus Olymp. Od. XIII. 4. Ἄφνειὸς Apollonio dicitur Argonauticon tertio. hic tamen id ferri non potest, cum versu proximo *Messene* etiam *ferax* dicatur. Vetustiores *Orchomenoque foros*. quidam *Messeneque feros*. Puto scribendum, ne quid per ambages lectorem circumducamus: *Orchomenoque, Pheraeque, et nobilis aere Corinthus*. vel *Pharaeque*. vt a Pheris Thessaliae distinguantur. nam Stephano Φαραὶ tam Messenes, quam Achaiae oppidum. neque aliter Herodotus. Homero Φάρη. A Ptolemaeo Φαραὶ ad Messeniacum sinum in Peloponneso ponuntur. vide Plin. IIII. 5. Sic apud Gratium de canibus 182 *Comparat his versuta suas Arbomania fraudes, Argiuusque, Pheraeque et Claudeffinus Acarnan*. ita scribo. Vulgati nullo sensu *Acyrnsque*. Emendatum fuerat *Arciusque*, solenni librariorum lapsu, mutato in *c*. *Taygetusque*, quod doctissimo amico meo videbatur, longius abit a vestigiis membranarum, et de Spartanis seu Laconicis

Digitized by Google

nicis aget postea Gratius. Ἀγγελίδες inter nobiliores venatic a Polluce recensentur. Sequitur non longe post apud eand Gratium v. 221 *Ad vestram non vile genus, non patria v Sparta suos et Creta suos promittis alumnos.* locus contamin tissimus. Scribe *Par vestro non vile genus, Nonacria, ma Sparta sues, et Creta suos promittis alumnos.* nihil enim can erat, cur Gratius canes Arcadas, tantopere in venatu ab omn bus commendatos, omitteret, recensitis aliis longe ignobilior bus. hos recte Spartanis et Cretensibus, qui maxime vulgar conjungit. quod et Nostor in Actaeonis fabula fecit. eos aute leporinae venationi habiles fuisse existimatos in comperto Nostor Artis Am. lib. I. 272 *Maenalius lepori det sua torqu nis.* Potest etiam apud Gratium scribi : *Par vestro non vile nus nunc, Caria, vulgo.* Cares enim Cretensium traduces. Ce te eos non minus quam Arcadas et Argivos Oppianus comm dat. At si vulgatae apud Gratium scripturae credendum, Argivos ille, nec Arcadas, nec Caras, commendarit. praestat men prior conjectura. *vulgus* pro canibus idem Gratius ali quoque non semel dixit. Nunc ad Nasonem redeamus.

421 *Solae cessatis*] *Cessatis*, et *possit*, meliores.

428 *Prognes*] Vetustiores et hoc, et aliis locis, *Procnes*, Gr corum more. vt *cycnus* pro *cygnus*. Πρόκνη καὶ κύκνος. neque ter apud Virgilium lib. IIII Georg. 15 vetustissimi codices bunt. et in antiquo marmore Romae : CARCILIA PRO DIANAE VALERIANAE.

435 *Dlsque ipsis*] Immo *ipsi*. quod primus Gronouianus, v Leid. et Louan. confirmant. Superiori versu *gratusque fa cet illis*, non *gratata est*, primus Moreti, Langerman. et qu tuor alii.

436 *Quoque data est*] *Quaque* tam hoc, quam proxime quenti versu, meliores. et tum *festam* scribe pro *festum*. qu modo Gronouianus tertius et duo alii.

439 *Repetitis duxeras annis*] *Repetiti anni* vetustiores.

441 *Visendam misse sorori*] *Visendae* legendum, quicqu dissuadent libri veteres. Certe *visenda* in primo Strozzae vno Medic.

443 *Magni mihi muneris instar*] *Numinis* optimus Thuan Arondelianus et sex alii. probe. Epist. III. 105 *Perque tri fortes animas, mea numina fratrum.* et Epist. XIII. 159 *reditus, corpusque tuum, mea numina iuro.* lib. XIIII. 408 *minis instar eris semper mihi.* et ibid. 843 — *et offer C iugis ora mihi ; caelum aspexisse fatebor.* Mox *Piraeaque litor* non *Pyraeaque*. Graecis Πειραιεύς.

447 *Dextera dextrae*] *Dextraque* multi veteres. Deinde *infausto committitur omine ferro* caue legas *ordine*, quod mul codices tam editos, quam scriptos, occupauit. Virgil. Aen. 589 *Tristis vbi infausto committitur omine pugna.* Valerius F eus lib. VII. 250 — *tristes thalamos, infaustaque cerno O na.* sic scribendum. vbi vulgo legitur *infestaque cerno* Cla

Digitized by Google

Claudianus praefatione lib. II in Eutropium v. 11 *Infaustum populis in se conuertitur omen.* et Raptu Proserpinae III. 124 *Somnia quin etiam variis infausta figuris Saepe monent.* Dictys Cretensis lib. III. 25 *Helenam Velut contagionem infausti ominis expellite.* Noster ipse Trist. II. 3 *Carmina fecerunt, vt me conuiscere vellent Omine non fausto.* Guntherus Ligurin. lib. VI. 82 *Illa prisco more tributa Annua quingentas curabant pendere matres, Omine non fausto.* lib. VII. 442 *Pertetritus hostis, Moenia tuta petens, infaustum ciuibus omen Rettulit.* Contra *faustum omen.* Lucan. lib. III. 101 *Non omina fausta Non fictas laeto voces fimulare tumultu, Vix odisse vacat.* sic scribe. *omina fissa* nunc legitur minus bene. Silius libro III. 217 *Iamque deum regi Martisque sub omine fausto Instauratus honos.* libro VIIII. 3 *Haud secus ac si fausta forent et prospera pugnae Omina venturae.* Noster lib. VIIII. 785 —— *fausto tamen omine laeta Mater abit templo.*

454 *Si modo des illis cultus similesque paratus*] *Cultus illis* nonnulli. Videtur scribendum: *Si modo des cultus similes, similesque paratus.* neglexerat librarius geminare τὸ *similes* solenni errore,

455 *Conspecta virgine Tereus*] *Thracus* in vno Mediceo et vno Ambrosiano. venuste. sic infra 661 *Thracius ingenti mensas clamore repellit.* Ausonius Technop. 21 *Iutulit incestum tibi vim, Philomela, ferus Thrax.* Posset et *Threcus* legi. vide Notas Trist. lib. III El. I. 41. *Thracia tellus* et *Thracia palus* apud Virgilium, Horatium, Val. Flaccum, alios. *Nicanor genere Thracus* Apulei. Milet. lib. IIII. et eidem in Apologia: *Xanthias quidam Thraci generis.* Gell. lib. VIIII. 12 *ne id accidat, quod cuiquam Thraco, insipienti et rudi.* et post: *Homo Thracus ex vltima Barbaria,* pro conuicio et exprobatione. Videantur quae obseruamus ad Epistolam. XVIIII. 26 et 100.

456 *Ignem supponas*] *Submittas* prior Gronouii et duo alii. non male, quia *positas* mox sequitur.

465 *Effreno capous amore*] *Inopino* Priscianus lib. VIIII p. 868. et pro diuersa lectione codex Vrbinas. et ita agnoscit Scholiastes MS. Iuuenalis ad Sat. III. 118, quem Oxoniae in collegio Corporis Christi vidi. et Persii Scholiastes MS. Bodleianae Bibliothecae ad Prologum. qui et *hausit* habent. Mox *curas* pro *flammas* vnus meus. Vide Notas ad lib. Remed. Amor. 495.

468 *Mandata ad Progues*] Alii *Ad Progues mandata.* veteres *Ad mandata Proones.* eleganter et Graecorum more. sic et Antholog. lib. I cap. VIIII Χαῖρε πέριυν παρὰ σεῖο παρεγγύησις ἱκάνει. Petronius cap. CXXXI *Dignus amore locus. testis mihi vestris Acidon, Atque vrbana Procne.* sic scribendum. perperam in vulgatis *silueßer Iasdon.* Idem Petronius ibid. *Et baccis redimita Daphne.* priore correpta. quomodo et in *cycnus* apud Horatium ac Ausonium, et in *Tecmessa* apud Horatium eundem. secundam quoque syllabam in *Therapnaeus* apud Silium libro XIII, et in *Clytemnestra* apud Ausonium Epitaphiis Heroum, et in *Memnon* primam apud Martialem VII. 86, correptam inuenias. Pro *sub illis* etiam recte *illis* vnus Mediceus.

Digitized by Google

471 *Mandasset*] *Mandauit* Lotun. Puto *mandaris*.

477 *Petit illa salutem*] *Vsque* recitius vetustiores, vel *ipsa*.

483 *Amborum*] *Amborum* vetustiores. sequentia confirmant.

485 *Quod erat*] *Erit* cum altero Hamburgensi.

495 *Lacrymis commendat obortis*] *Commisit* prim. Grono et duo alii.

497 *Vt voluere ambae*] Quidam codices hunc versum su riori praemittunt. ego ejiciendum censeo. nonnulli *Et volue* Pro *pia causa coëgit* alter Hamburg. et vnus Mediceus *subegit*. Virgilius aliique passim. „ lib. IIII Georg. 84, vt quidem scri codices vno consensu agnoscunt: —— *dum grauis aut hos hos versa fuga victor dare terga subegit*. nam vulgati *coëg* Dixi nonnihil ad Claudianum II in Rufin. 314. Silius libro I. ex optimis membranis: —— *populi ferro parere subacti*.

499 *Patrio vt tuearis amore*] *Tu vt* non agnoscunt secund et quartus Mediceus cum Mureti excerptis. eleganter. Pro *so cito* lege *sollicitae senectae* cum vtroque Hamburgensi et dece aut duodecim aliis.

502 *Satis est vidisse sororem*] *Procul esse* scripti omnes, v Patauino et vno Strozzae exceptis. quod cur reiiciamus, ni causae est.

506 *Dextras vtrasque poposcit*] *Vtrisque* ex Priscian VIII p. 781.

508 *Regna salutent*] *Iubet* Sixianus et vnus meus, ex v ri formula *Iubeo salutare*.

511 *Vt simul impressa est*] Multi veteres *vt semel*.

514 *Exsultantque*] Hic etiam versus est suspectus,

516 *Pedibus aduncis*] *Obuncis* Florentinus S. Marci et Ne cum duobus Mediceis. bene *abuncis* vnus Moreti et tres alii. vi adnotata nostra ad Virgil. XI Aen. 755. Proximo versu *nido alto* multi ex melioribus, pro *vt alto*.

532 *Lugenti similis*] Versus adulterinus.

533 *O diris, barbare factis*] Dub veteres *Prob*. Scribe — *diri barbare facti! Pro crudelis! ait*.

538 *Tu geminus coniux*] *Geminis* primus Gronouii. *sorori* v meus chartaceus. *Geminus coniux*, quomodo *duplices thal* Statio de eadem re lib. XII Theb. 479 *Geticae non plura runtur Hospitibus tectis truncо sermone volucres, Cum dupl thalamos et iniquum Therea clamant*.

Non haec mihi debita poena est] *Hostis mihi debita* vete plerique. Hoc hemistichium puto additum a sciolo: et la nam esse relinquendam, quales in Virgilio etiam multae occ runt.

539 *Quin animam hanc*] Multi delent *vt hanc*.

542 *Si tamen hoc*] *Haec* meliores.

548 *Audiet*] lidem *Audiat*.

552 *Arreptamque comam*] *Arreptaque* nonnulli.

555 *Ille indignantem*] *Indignanti, vocanti*, et *Lucilantique qui*, Arondelianus. quod probo. Pro *forcipe* prim. Medic. *pec*

Erfu

Digitized by Google

dant. prim. Vatic. vnus Mentel. et Noticus *forpice*. S. Marci *forfice*. vt et Spirensis. sic libro VIIII. 78 *Ceu gutture forcipe fossus*. et libro XII. 227 *Quod forcipe curua Coen faber eduxit*. Maiore loco idem S. Marci codex *forfice*. priori *forpice* Berneg. Spirens. et prim. Vatican. et sic in illo Maroniano loco libri VIII. 443 variatur in priscis exemplaribus: *versatque tenaci forcipe*. sed enim *forcipe* veram esse illic scripturam Carisius, Seruius testantur. Persius Sat. IIII *Elinasque nates labefactat forcipe*. Columella lib. VI. 26 *duabus anguſtis ligneis rebus, veluti forcipibus, apprehendere teſtium neruos*. vbi in vetustissimo codice scriptum offendi *porficibus* pro *forcipibus*.

558 *Trémens immurmurat atrae*] Puto *fremens*. quod et alibi ita semel corruptum. *tremens* enim, et *palpitat*, quod sequitur, eadem sunt.

566 *Et lacrymae fecere fidem*] Scribe *Vt lacrymae*. Deinde *Diripit* pro *Diripit* ex fide vetustiorum, de quo alibi. lib. VIIII. 455 — *a pectore veſtem Deripuit*. apud Maronem lib. X. 414 vetertimis exemplaribus: *Strymonio dextram fulgenti deripit enſe*.

569 *Piacula manibus infert*] Male alii *offert*. hinc enim et *inferiae*. pari modo apud Maronem Aen. V. 652 de inferiis: — *nec meritos Anchiſae inferret honores*. et lib. III. 66 de eadem: *Inferimus tepido ſpumantia cymbia lacte*. Dictys Cretensis lib. V. 8 *Iuxer quae tam ſollicita Caſſandra deo plena victimas Hectoris tumulo inferri imperat*. ita probe vetustus codex apud me. vulgo *transferre*. Lactantius lib. II Diuin. Instit. cap. IIII *Ergo his ludicris et ornatis et grandibus pupis, et vnguenta, et thura et odores inferunt*. *Pianina* Arondel. voce Maroniana.

574 *Grande doloris Ingenium eſt*] *Dolori* in quatuor scriptis. vt verbum substantiuum forte sit tollendum.

576 *Stamina barbarica ſuſpendit candida tela*] Multi ex vetustioribus *pallida*. sed *callida* verum est. quomodo Zulichemianus, Cantabrigiensis etiam et vnus meus, cum Moreti fragmento, pro diuersa lectione. lib. IIII. 43 *Callida per tenebras verſata ſorore Thisbe, Egreditur*. lib. VII. 302 — *quas tempore callida parvo Colchis amicitiae mendacis imagine cepit*. Simile mendum ex Propertio quoque tollendum libro IIII Eleg. III *Aſſidet vna ſoror curis; et callida nutrix Peierat hyberni temporis eſſe moras*. vafra, inquit, nutrix peierat moram reditus tui hybernae tempestati esse imputandam. Codices scripti editique perperam illic *pallida nutrix*. Statius lib. II Silu. VI. 25 *Non talem Creſſa ſuperbum Callida ſollicito reuocauit Theſea filo*. et Achilleidos II. 321 *Callida foemineo genetrix velauit amictu*.

579 *Illa regata*] *Ille* primus Mediceus, excerpta Calandrae, prior Hamburg. et octo alii. quomodo Vrbinas quoque et Neapol. pro diuersa lectione. quod si admittimus, vt admittendum censeo, mox pro *nec quid tradat in illis* repono *quid tradas neſcius illi*. nam nonnulli *quod tradas neſcit in illis*, vel *quid tradat neſcia in illis*, aut etiam *quid neſcia tradat in illis*, vt de ancilla

Digitized by Google

sermo sit. lib. VIIII. 158. — *quid tradas nescio, luctus. Ipsa suos tradis.* Lucanus libro VII. 190 *Moreri, et ignorat confusa animumque dolentem. Corripit, Emathiis quid perdas nescius armis.* ita optimae membranae. vulgati *quid perdat nescit in armis.* duo veteres *illa rogatur.* nonnulli *rogatum.*

582 *Fortunaeque suae*] Tres Vossiani, vnus Moreti, vnus Patau. *Germanaeque suae.* rectius.

585 *Defuerant*] *Defuerint* vnus Vossii. bene.

588 *Nox conscia sacri*] *Sacris* meliores. et sane praecesserat *sacra*, non *sacrum*. Tibull. I. 8. 48 *Et leuis occultis conscia cista sacris.* Sic apud Maronem in veterrimo codice Mediceo aliisque lib. IIII. 167 *conscius aether Connubiis.* Ausonius Parental. carm. IIII, vt in Vossiano scribitur exemplari, ex quo Elias olim Vinetus istud poëma edidit: *Tu caeli numeros et conscia sidera fatis Callebas. Fati* nunc legitur. neque obstant Virgilii et Manilii loca a Vineto adducta, cum vtrumque sit in vsu. libro VII. 194 Noster: — *Hecate, quae coeptis conscia nostris Adiutrix venis.* Quare miror virum maximum in his literis Isaacum Casaubonum in Apulei Apologia pro *hominem ter mysteriis deum conscium* velle reponi *ter mysterium.* Val. Flaccus I. 211 ex veteri codice: — *Nostris modo conscius ausis Aequoreos vocat ecce deos Neptunus.* Adi accuratissimum Vossium operis Grammatici libro vltimo de Constructione cap. XIII, vbi plura ad rem. Noster Trist. III Eleg. VI *Nil ita celabas, cui non ego conscius essem,* sic ibi legendum. Stat. Theb. III *Annosum truncant apicem, qui conscius actis Noctis.*

596 *Stabula auia tandem*] *Stabularia* fragmentum Moreti et vnus Palat. Boxhornii fragmento τὸ *auia* abest. Gebhard. III Crep. 12 etiam *stabularia* legit, et firmat locus Columellae lib. VI 23 de bubus: *Si velut ex militari disciplina intra stabularii castra manserint.*

599 *Frondibus abdit*] *Obdit* tres scripti. *addit* prim. Vatican. et duo alii. *ambit* quatuor.

600 *Intra sunt moenia*] *Limina* sec. Palat. Vrbin. excerpta Iureti et sex alii, quod magis placet, cum a sequentibus confirmetur.

604 *Ora deuelat fororis*] *Sorori* septem veteres. bene.

605 *Amplexumque petis*] *Amplexusque* tres. duo *Amplexumque.* Lege *Amplexuque petit*, cum duobus Mediceis et vno Bosshiano, ora videlicet. sic Epist. XIIII. 69 *Dum petis amplexu, sopitaque brachia iactas.* ita enim illic scribendum.

607 *Deiectoque in humum vultu*] *Deiectaque* quartus Medic. vnus item *in humo.* Forte *Deiectaeque in humo vultum iurare volenti.*

611 *Non est lacrymis hoc, inquit, agendum*] *Hic* scribe. nam duo libri *his.* Louanienſis pro diuersa lectione, vt coniecimus.

612 *Seu si quid habes*] *Sed si quid* ex scriptis.

614 *Cum facibus cremabo*] Scribe vel inuitis libris *cremaro.*

616 *Et*

Digitized by Google

616 *Et quae tibi membra pudorem Abstulerant*] *Aut* rectius multi veteres. et *Abstulerunt*, pro *Abstulerant*, cum melioribus. *et magnum quodcunque fine est.*

622 *Et similis patri*] *Quam similis patri es*, non inconcinna repetitione, vnus Basil. et vnus Medic.

625 *Et paruis adduxit colla lacertis*] *Matris lacertis* primus Moreti, prim. Hamburg. et alii duo. *patriis* Moreti fragmentum. Forte *varis*. lib. VIIII. 33 — *tenens varas in statione manus*. lib. XI. 83 — *longos quoque brachia vara Esse putes*. sic omnino scribendum puto. vbi *vera* nunc circumfertur. Martial. lib. VII Ep. XXXIII *Vara nec iniecto ceromate brachia tendis*. vt ibi legendum viri docti iam monuerunt. Stat. Theb. VI. 847 *Collaque demersere humeris, et brachia late Vara tenent*. De *varis cornibus* egimus Amor. I Eleg. III. 24. *Varum pedem* habes apud Persium Sat. IIII. 12. et *varum genium* VI. 18. Eidem *varicas* centuriones dicuntur. sed de *varicis* et *varicosis* plura congessi Artis Amatoriae tertio v. 304.

627 *Infractaque constitit ira*] Puto *concidit*.

629 *Mentem*] *Mortem* Cantabrig. Oxon. secundus Mediceus, prior Erfurt. Spirensis, vterque Hamburg. et octo aut decem alii. Lege *matrem* cum tertio Medic. Louan. et vno Basil. *Matrem*, pro materno adfectu. Seneca Medea 927 — *ira decessit loco: Materque tota coniuge expulsa redit*. Claud. III Rapt. 104 *Quod si non omnem pepulisti pectore matrem*. sic lib. VIII. 463 de Althaea Nostet: — *pugnant materque sororque*. libro XII. 29 — *postquam pietatem publica causa Rexque patrem vicit*. quod non est mutandum. Statius Theb. XI. 659 de Creonte: — *iam flectere patrem Incipit, atque datis abolere Menoeceа regnis*. et postea 668 *Mox redit in regem*. Persius Sat. I, vbi agit de rure: *Vnde Remus, sulcoque terens dentalia Quinti, Cui trepida ante boues dictatorem induit Vxor*. sic arbitror esse corrigendum. *dictatorem* pro *dictatura* legi in nonnullis exemplaribus petuetustae notae iam alii monuerunt, et nos quoque id ipsum inuenimus. sed *cui*, pro *quem*, castigari opottere nemo, quod sciam, viderat. in vno ex tribus codicibus manu exaratis Bibliothecae Leidensis scriptum offendi *cum*, in altero *quam*. proxime veram lectionem. *dictatorem induere* pro habitum induere dictatorium. Posset etiam legi in Persio *quem induit dictatore*. et rectius fortasse. si *cum induit*, quod Casaubono arridebat, tum etiam *dictatore* arripias, vt *te* subintelligatur.

640 *Et mater, mater, clamantem*] In Bernegg. inter vtrumque *mater* tres literae erant erasae. *et*, vel *eia*, fuisse videbatur. *Et eia mater clamantem* Neapolitanus a manu prima. Scribe *Eia, et iam mater clamantem*. quod est blandientis. Saepe hanc vocem corruptam esse iam supra monuimus. Apud Senecam Hippolyto Act. II. 412 *Hecate triformis eia ades coeptis fauens, Animum rigentem tristis Hippolyti doma*. sic scribo. Vulgati *en*. veterrimus liber *an*. vid. ad lib. II. 692 et lib. XII. 422.

642 *Nec vultum vertit*] Malim *auertit* cum vno Vossiano.

Digitized by Google

645 *Dilaniat*] *Dilaniant* ex caſtigationibus.

655 *Quem poſcis*] *Quod poſcis* meliores.

658 *Profiluit, Ityoſque caput etc.*] *Profiliit* ex ſcriptis, quia vocalis litera ſequitur.

Ityoſque caput] *Ityſque* omnes noſtri contra metrum, vno excepto, in quo *pueriſque caput*. Sed ſcribendum haud dubie *Itylique caput*. atque ita paullo ante etiam lego *quaerenti Ityli Inmque vocanti*, non *iterumque*, vt eſt in vulgatis. nam *Itymque vocanti* in quatuor libris vetuſtis exaratum offendi. Homerus Odyſſ. T. 518 Ὡς δ' ὅτε Πανδαρέου κούρη χλωρῆϊς Ἀηδὼν Καλὸν ἀείδῃσιν ἦρος νέον ἱσταμένοιο, Δενδρέων ἐν πετάλοισι καθεζομένη πυκινοῖσιν, Ἥτε θαμὰ τρωπῶσα χέει πολυχάδα φωνήν, Παῖδ' ὀλοφυρομένη Ἴτυλον φίλον, ὃν ποτε χαλκῷ Κτείνε δι' ἀφραδίας, κούρων Ζήθοιο ἄνακτος. quae paucis Catullus expreſſit elegia in obitum fratris: *Qualia ſub denſis ramorum concinis umbris Daulias, abſumti fata gemens Ityli.* Habes *Itylum* vtroque loco pro *Ityn* ὑποκοριστικῶς. Illud vero mirum, quod obſeruant viri eruditi in Catulli exemplaribus nonnullis antiquis pro *Ityli* exaratum eſſe *Protboi*. Caeterum Homerus Aëdonem Pandarei filiam, Itylum filium Zethi, facit. niſi quod Euſtathius monet in nonnullis Homeri exemplaribus pro Ζήθοιο fuiſſe ſcriptum Ζήτου. vt Zeten Itylo patrem adſignet. recentiores poëtae in diuerſa abeunt cum Ouidio vt plurimum in hac fabula conſentientes. Vide quomodo ex Homeri ſententia eam interpretentur ad illum locum Euſtathius et Didymus. Antoninus Liberalis Metamorphoſi XI ex Boëi Ornithogonia ſic recenſet fabulam, vt Homerum in pleriſque videatur ſequi. nam et illic Pandareus Epheſius eſt Aëdonis pater. Sed maritus Polytechnus Colophonius, ex quo natus ſit Itys.

660 *Et mentis teſtari gaudia dictis*] *Meritis dictis* veteres plerique, et recte.

664 *Immenſaque viſcera geſtit*] *Emerſaque* vel *inmerſaque* plurimi veterum. tertius Mediceus, Iureti excerpta et quatuor alii *ſemeſaque*. quod verum eſt. neque aliter pro diuerſa lectione Neapol. ſecund. Mediceus et prior Hamburg. Sic *ſemeſa corpora* apud Petronium cap. CXXXXI. *ſemeſa oſſa* apud Statium lib. II et Apulei. lib. VIII, et Virgilium et Silium. *ſemeſa praeda* apud eundem. *Semeſa lardi fruſta*, et *ſemeſi piſces*, apud Horatium. apud Silium libro VI *ſemeſa membra*.

677 *Erichteus*] *Erecthеus* Florentinus S. Marci. Lege *Erechtheus* tam hic, quam alibi. Graecis Ἐρεχθεύς.

680 *Forma duarum*] *Duabus* cum vno Voſſiano.

683 *Dilectaque*] *Dilataque* codex Sixii.

690 *Apta mihi vis eſt. hac triſtia nubila pello: Hac freta concutio etc.*] *Vt pellam, vt concutiam* multi veteres. et mox *vertam, indurem* et *pulſem. vt pello, vt concutio* Florentinus S. Marci, tertius Mediceus, excerpta Moreti, prior, Erfurt. prior Strozzae, et duo alii. Scribe, vt monuimus ad Epiſt. XVII. 186, vbi ſimile mendum tollebamus: *Apta mihi vis eſt: vi triſtia nubila pello, Vi freta concutio, nodoſaque robora verso,*

quam

Digitized by Google

am coniecturam postea confirmauit codex Iohannis Georgii aeuii, qui in manus meas peruenit, dum haec praelo typographico committuntur. Noster paullo post: *Non orandus erat, d vi faciendus Erechtheus.* ita enim veteres membranae. Potest pro *verto* legi *vello* cum vno Mediceo et vno Thuaneo. Certe vno Leidensi et vno Ambros. *Vi freta concutio.* vnus meus *concutiam. I* et *T* literae in scriptis exemplaribus frequenter confunduntur. ita libro proximo v. 208 pro *aut* restituimus *aui.* apud Valerium quoque Flaccum libro I. 341 in pulcherrima Iasonis oratione similis error commissus, vbi pro *vt dent* reponendum *video en.* Audiamus illum: *Sed patriae valuere preces, uitaque magnis Vota deis: video en nostro tot in aequore reges, Teque ducem. tales, tales ego ducere fuetus.* pro *video en* legebatur ante Carrionem *videam.* ille ex suo codice *vt dent*, proxime verum, reposuit. recte autem *nostro in aequore*: cuius aperti ius Iasoni sit seruata.

695 *Insonet*] *Intonet* rectius nonnulli.

701 *Non orandus erat mihi, sed faciendus*] Langermannianus et prior Twisdenius concinne: *Non orandus erat, sed vi faciendus Erechtheus.*

707 *Orithyiam amans fuluis complectitur alis*] *Amplectitur* scripti fere omnes, sed hoc leue. Praeterea legendum *Orithyian amans*, cum prim. et sec. Palat. primo Medic. Cantabrig. Oxon. aliisque compluribus. Florent. S. Marci, Vrbinas, Neapol. illique nonnulli *Orythiam amans*, proxime verum. aliter alii. sed mendose. sic vltimam in *Iphigenian* corripuit in Pont. III. 2 — *fecisse per auras Nescio quam dicunt Iphigenian iter.* et apud Statium Achilleidos II. 367 *Quid si nunc aliquis patriis abducere ab aris Deidamian eat, viduaque e sede reuellat Atto hostem?* quomodo castigandi illi versus. *eat abducere* familiaris Statio Graecismus. nunc legitur *patriis rapturus ab oris. vidua sede*, pro *patria sede*, e membranis est.

715 *Subnixa capillis*] *Submissa* decem libri veteres. sic et *promissam barbam* dicebant. nisi legendum *subpexa.* vt *propexa barba* passim apud poëtas. certe vnus meus *subnexa.* Sed nil mutandum esse existimo. sic apud Maronem I. 216 *Maconia mentum mitra crinemque madentem Subnixus.* Disputat de hoc verbo erudite Gronouius Diatribes Statianae cap. LV, qui refutat Gertium, qui lib. I Elect. 7 volebat *subnexa.* Claudian, lib. II in Eutrop. 443 *Vada coeno tenaci subnixa.* Apud Silium lib. II habes *galeam coruscis subnixam crinibus.* Caeterum pro *Zethes* perperam plerique scripti *Zetus.* quomodo apud Sidonium Apollinarem Panegyrico Maioriani et alibi quoque apud eundem peccatur: *Pennasque volanti Das Calain Zetheque mihi.* Zethes et Calais fratres, fratres itidem Amphio et Zethus.

721 *Non motum*] Prim. tert. Medicei et vndecim alii *non tutum.* Legendum forte *tritum*, duo *non tactum.* vt *intacti claustra freti* apud Claudianum bello Getico princ., vbi agitur de Argo. Val. Flaccus tamen libro V. 660 de Iasone: — *maria et nondum qui nota subibat.* tres codices *mare non totum*,

Digitized by Google

Scribe *non mouum*. et sic vnus meus. quomodo et Constan
Fanensis in suis inuenerat, sic lib. II Amor. XI. 5 *O vinea
quis remo fretа longa mouere, Argo funestas pressa bi
aquas*. Valer. Flaccus lib. V. 44 *Te sinu, Thespiade, nec
mouebimus vltra Aequora?*

METAMORPHOSEON

LIBER SEPTIMVS

3 *Phineus visus erat.*] Sic plerique veteres. vnus Leid
iussus erat. vnus meus *ausus*. duo Medic. *Phineus
erat*. eleganter. Valer. Flaccus lib. IIII. 750 de Amyco:
*vero praecepta mihi suprema tyranni Fata queror, bellone
laetarer et armis Occubuisse meis; quam lege quod occidit
Ipse suo*. Porcius Latro in Catilin. *Quid erit, iudices,
dubitetis de vlciscenda crudelissimi sceleris immanitate?* Sall
bello Iugurthino: *Quicquid sine ciuium sanguine vlcisci nec
iure factum sit.* Sic *inultus* quoque tam actiue quam p
sumitur.

8 *Voxque datur Minyis*] *Lexque* cum primo Gronou
numeris laborum, non *Minyis*, cum vetustioribus maiori ex
Senec. Herc. Fur. 832 *Deerat hoc solum numero laborum.*
Notas ad Pont. II El. VIIII. Florent. S. Marci *Visque datu*

12 *Mirumque quid hoc est*] Alii *mirorque*. frustra. duo V
quis hic est. quid hic Rottendorph. Leuan. *quod hoc sit.*
mirumque, nisi hoc est. mirum est, inquit, nisi amo. ita
res loquebantur. Plautus Amphitr. Act. I Sc. I *Mirum,
me quasi miraculum euoffare cogitat*. et paulo ante: *Mira
nisi inuitasset sese in coena plusculum*. et saepe alibi. sic
rum quin passim apud eundem. vt Amphitr. Act. II Sc. II *M
quin te aduersus dicas*. Sulpicius Seruastus de Cupidi
Catalectis Pithoei: *Mirum, ni pulcras artes Romana iu
Discat, et egregio sudet in eloquio.*

14 *Nimium mihi dura videntur*] *Tibi* Langermannianus
et duo Medicei *si posses, senior esses*. vt pergat Medea
ipsam sermonem conuertere. Adi Notas ad Epist. X. 75.

19 *Sed trahit inuitam noua vis*] *Grauis* Florentinus S.
primus Vatican. prior Hamburgensis et vnus Bononiens
apud Senecam Hercule Furente 628 *quae domum clades g*
ita frequenter veteres.

26 *Quem, nisi crudelem*] *Quam* probe vnus Vossianu
diuersa lectione. et tum mox quoque *quam non*. quomod
vanensis et vnus Medicens.

28 *Forma mouere potest*] *Ore* multi ex melioribus. q
admittimus, versu proximo pro *taurorum ore* scit repon

Digitized by Google

cum prim. Moreti, Oxon. prim. Hamburg. et aliis duodecim. *afflabitur aura* Graeuianus pro diuersa lectione.

Dii meliora velint] Puto *DI meliora*, *velim*. ex veteri nota *DI meliora*, vel *DI melius*. cui *ferant* vel *dent* subintelligatur. sic Graecis ἐυφήμει. Virgil. *DI meliora piis*. Cicero Philip. VIII *Ergo habet Antonius, quod suis polliceatur? quid nos? quid tale habemus? DI meliora*. Valer. Maximus lib. IIII. 3. *Socles aetate iam senior cum ab eo quidam quaereret, an adhuc rebus Venereis uteretur: DI meliora, inquit.* idem Valerius lib. VI. 1 sub finem. neque aliter Liuius non vno loco. e Sophocle narrationem Valerius ex Catone Ciceronis hausit, et ex sui Platonis libro primo de Republica. vterque *DI melius* in responso Sophoclis reddiderunt, quod apud Platonem, ὡμεν ὦ ἄνθρωπε. Noster Remed. 439 *DI melius, quam nos meamus talia quenquam.* et II. 388 *DI melius: vix hoc nupta furore potest.* Lucanus libro II. 537 *DI melius, belli tulimus si damna priores.* libro III. 93 *DI melius, quod non Latias ivit in oras Nunc furor incubuit.* atque ita saepe. Apulejus lib. I Met. *DI mihi melius, quam vt mei caussa vel tantillum seruulum patiare.* nec abludunt ista Gellii XI. 13 *DI meliorem meliorem mihi.* sic et *DI bene.* de quo Trist. lib. I Eleg. II dixi ad v. 41.

44 *Ea gratia formae*] Quia praecesserat *sed non is vultus in illo*, ne bis idem dicat, videtur rescribendum *ea grauia morum*.

56 *Titulum seruatae pubis Achiuae*] Caue admittas, quod in nonnullis exstat membranis, *puppis Achiuae*. apud Val. Flaccum simili modo non semel peccatur. vt initio lib. VI, vbi *Graiarum absumere pubem*, pro *puppem*, scribendum. vt et lib. V. 620 *Iouisque vellera pubi Thessaliae.* et libro IIII. 528 *Mox abit, et sociae victor petit agmina pubis.* Apud Statium quoque lib. V Theb. Epicedio Filii: *Non ego mercatus Pharia de pube loquaces Delicias* legendum? sic *primo* pro *Brimo* apud Propertium lib. II Eleg. II. et infra hoc libro apud Nostrum *flumina Phoebes*, pro *Phoebes*, constanter in membranis.

58 *Arteſque virorum*] *Locorum* plerique vetustiores. quod haud spernendum placeret, nisi iam praecessisset *Natiuamque loci melioris*. Sed forte illic *soli* reponendum. Vide quae notaui lib. IIII. 765. *Solenum* primus Medic. Bernegger. et vnus Moreti. Trist. III Eleg. VIII ex vestigiis veterum librorum: *Cumque solum, mores hominum, cultusque locorum Cernimus.*

62 *Qui mediis incurrere in undis Dicuntur montes*] Codicum quinque ex parte *occurrere*. secundus et tertius Palatin. primus Basil. Rottendorph. et decem alii *concurrere*. vere. ita de Cyaneis cautibus passim scriptores. Noster Amor. lib. II. 2. *Quae concurrentes inter temeraria rupes Conſpicuum fuluo vellere venit ouis.* et Metam. lib. XV. 337 — *timuit concurſibus Argo Vndarum ſparſas Symplegadas eliſurum.* Virgil. Aen. VIII: 692 — *credas innare reuulſas Cycladas, aut montes concurrere montibus altos.* Statius Theb. XI. 438 — *Cyaneos vetuit concurrere montes.* Iuuenal. Sat. XV. 19 — *vel concurrentia ſaxo Cyaneis*

Digitized by Google

Cyaneis. Claudian. lib. II in Eutrop. 29 *Concurrere freti fauc* et initio libri de Bello Getico *Deceptum vagae concursum ra* dixit agens de Argonautis. Accius Argonautis apud Ciceron lib. II de Natura Deorum *undas concurſantes.* Plinius lib. IIII *Cyaneae, aliis Symplegades appellatae, traditaeque fabulis in ſe concurriſſe.* Mela lib. II. 7 *Contra Thracium Boſporum du paruae, paruoque ſpatio diſtantes, et aliquando creditae diſtae concurrere, et Cyaneae vocantur et Symplegades.* ſic et Hygin Fab. XVIIII: neque aliter paſſim Valerius Flaccus. Theocrit Idyll. XXII *πέτραι ἵς τὸ ξυνοίσεαι* appellauit. a concurren *εὐθρόμβους* dictae.

67 *Per freta longa ferar*] *Trahar* ſecundus Vatic. prim Baſil. opt. Thuan. et duo alii. vt lib. VIII. 141 — *puppim amplexa recuruam. Per freta longa trahar. Ferar* paulo a praeceſſerat.

69 *Putas*] *Vocas* ſecundus Mediceus, Neapol. et duo a vt apud Virgil. III Aen. 172 *Coniugium vocat, hoc praetex nomine culpam.*

75 *Tegebat*] *Tegebans* primus Regius et multi alii.

76 *Et iam fortis eras*] *Fractus eras* multi veteres ex m lioribus. *reſiderat* etiam Bernegger. et tres noſtri. Puto *iam fortis erat, fractusque reſiderat ardor.*

77 *Exſtinctaque flamma reduxit*] *Reuixit* longe elegant primus Gronouii, Arondel. et alii complures. Rem. Amor. *Ve paene exſtinctum cinerem ſi ſulphure tangas; Viuet, et e nimo maximus ignis erit.* Faſt. III. 427 *Quas ſanctа fouet flamma, bene viuitis ignes, Viuite inexſtincti flammaque dum precor.* Plaut. Aululari I. 2. 15 *Nam ſi ignis viuet, tu extingu extemplo.* Propertius libro IIII Eleg. III *Hanc Venus, vt viu ventilat ipſa facem.* atque ita paſſim optimi Latinitatis auctor vt et contra *mori.* Noſter Amor. lib. I Eleg. 2 II *Vidi ego iac ſas mota face creſcere flammas, Et vidi nullo concutiente ui* Martiali quoque libro IIII Ep. IIII — *ſpurcae moriens lucer Lydae.* Sic *viuere fauilla* Faſt. IIII 552. et *viua flamma* F VI. 291. *Viuent* quoque *fauilla* Statio Epicedio Glauci. *F luiernа* apud Horatium. *viui carbones* apud Petronium. et Capitolinum in Pertinace *viuaciſſimi carbones.* Dracontius Hen mero: *Iam mortua flamma reſurgit, Redditur ignis edax vi viuo lumine candens.* Flor. III. 4 *Vt exſtinctа parum fideli incendia maiore flamma reuiuiſcunt.* ſic *viuacem ignem* dixit Sen in Conſolatione ad Matciam cap. XXIII. et *viuam torrem* V Flacc. III. 114.

78 *Erubuere genae*] *Et rubuere* meliores. et mox *Vt ſolet ventis*, non *Veque ſolet ventis.*

82 *Sic iam lenis*] *Lentus* primus Reg. et tres alii. de quo Epiſt. Sapphus et Remed. v. 786. *Laetus* Geneu.

83 *Vt vidit iuuenem, ſpecie praeſentis inarſit*] Hic verſus ſpurio *ἐς ὀφθαλμὸν* ableganduſ.

Digitized by Google

97 *Et tanta pericula*] *Per tanta* primus Gronou. et tert. Med. et tres alii. et deinde *recedit* pro *receſſit* cum iiſdem et optimo Thuan.

103 *Sceptroque inſignis eburno*] *Innixus* in nonnullis veterum. vide lib. I. 178 *Celſior ipſe loco, ſceptroque innixus eburno.*

106 *Ardent*] *Arent* malim. Vide notas ad lib. VIII. 289.

115 *Dirigere metu Minyae: ſubit ille, nec ignes Senſit anhelatos*] Fruſtra plurimi veterum *illos anhelatus*, vel *illos anhelantes*. Noſter Epiſtola Medeae 15, vt iam vidit Naugerius: *Iſſet anhelatos non praemedicatus in ignes Immemor Aeſonides.* lib. IIII Faſt. de Aetna 580 *Cuius anhelatis ignibus ardet humus.* ſic *anhelatae flammae* Auſonio in Moſell. 339. Praeterea *ſentit* legendum cum nonnullis.

120 *Minyae clamoribus augent*] *Implent* prim. Reg. tert. Mediceus et quinque alii. recte. ne bis idem dicat. *implere* pro hortari. appoſite apud Virg. lib. VII. 474 *Turnus Rutulos animis audacibus implet.* Silius libro I. 105 *Attollitque animos hortando et talibus implet.* lib. V. 150 *Nunc hos nunc illos adit atque hortatibus implet.* lib. VIII. 29 — *blandis hortatibus implet.* Val. Flaccus lib. IIII. 81 — *defert celaranda parentis Imperia, atque alacrem laetis hortatibus implet.* et libro II. 126 *Hanc ſuperincendit Venus, atque his vocibus implet.* Statius Theb. X. 35 — *ſit ille truces hortatibus implet Lobdacidas.* Paulo aliter ſumitur apud Virgilium lib. XI. 896 — *Turnum in ſilvis ſaeniſſimus implet Nuncius.* idem Statius lib. VII. 492 — *venit attonitae Cadmeius heros Obuius, et raptam lacrymis gaudentibus implet.* ſic *Muneribus deos implere* infra hoc ipſo libro Epicodio Druſi 23 *Gradiumque patrem donis implere parabat.* Val. Flaccus lib. II. 167 — *tum voce deos, tum queſtibus implent.* et *implere ſpes, vota* et ſimilia.

131 *Peracutae cuſpidis haſtas*] *Praeacutae* ex ſcripteis pleriſque. ſic *praeacutas ſudes* Salluſtio apud Seruium, et Ammiano lib. XVIII. *praeuſtae ſudes* Virgilio. *equeſtris ſpatha praeacuta* Apuleio Mileſ. et libro V *nouacula praeacuta.* et libro VI *ſilices praeacutae.* et lib. VIII *ſudes praeacutae.* VIIII *gelu praeacuta fruſta.* familiaris quoque vox Plinio in Naturali Hiſtoria.

145 *Obſtitit incepto pudor: at complexa fuiſſes*] Etiam hunc verſum meo tolle periculo.

150 *Cuſtos erat arboris aureae*] Neſcio an recte dicatur *arbor aurea*, quod aureum vellus ferat. in altero Hamburgenſi pro diuerſa lectione *arietis auri*, cum gloſſa *velauſmaticus pro dactylo* Scribe *arietis aurei.* Epiſtola XII. 201 *Aureus ille aries ille ſpectabilis aureo.* Ita paſſim Latinis aries Pelopeus dictus: ἀρὴς χρυσόμαλλος Graecis. eſt autem πρωτοτυπωτικὸν, quo pede nihil vſitatius, maxime apud Virgilium. qui pari modo *tò abiete, uriete, abietibus, urietat*, et ſimilia ſolet contrahere. Vide quae notamus lib. IIII. 221. Certe in Norico, qui inter meliores eſt: — *cuſtos erat velleris aurei.* Appoſite et pari licentia

Digitized by Google

licentia apud Senecam Medea 471 *Adice expertа ſpolia Phry-
arietis Somnoque iuſſum lumina ignota dare Inſomne monſtr-*
Feſtus Avienus Deſcriptione Terrae 227 *Altera ſe cautes ſo-
lis procul arietis ori Exerit.* Priſcianus periegeſi: *Arietis ha-
rupem ſimulantem vertice frontem, Pro merito Graii Crio di-
re metopon.*

154 *Flumina ſiſtunt*] *Siſtunt* ex octo libris.

155. *Somnus in ignotos oculos vbi venit*] Interrupta oratio. vno Mediceo *vbi* abeſt. Editio Gryphii *aduenit*. vnus Mor *nunc venit*. alius *huc venit*. vnus Voſſianus *ſibi venit*. Scr *Somnus in ignotos oculos ſubrepit*. vel *obrepit*. Statius lib. Silu. IIII. 57 — *faſſos penitus ſubrepit in artus Inſidioſa qui* Horat. Arte Poëtica 360 *Verum opere in longo fas eſt obrep ſomnum*. vbi ſcribendum *operi longo*. Statio Theb. VIII. 2 — *facilis lacrymis irrepere ſomnus*. et Theb. I. 339 — *i ſomnus auaris irrepit curis*. ita enim ex membranis ſcriben dum. vel *ſurrepit*, quod eſt in aliis. vulgati *Inſerpit*. Paul nus natali ſexto Felicis: *Quid mihi ſopito tam denſum irrepe ſomnum Paſſus es?* Seneca Troad. 441 *Breuiſque feſſis ſomn obrepſit genis*. Noſter Faſt. III. 19, quae illic vera lectio! *Bla da quies furtim victis obrepit ocellis*. non *victos oppreſſit ocell ſubit lumina victa ſopor* Epiſtola Herus. *verguntur lumina ſom* apud Valerium Flaccum lib. VIII. 65 — *an lumina ſom Vergitur, et domitum potius tibi tradimus anguem?* ita ſcribi perperam nunc *Mergitur* in vulgatis exſtat exemplaribus. El gans Graeciſmus et familiaris Valerio. ſic *declinari ſomno oc* Propertio dicuntur libro II Eleg. I *Seu cum poſcentes ſomnus d clinat ocellos*. vbi tamen *poſcentes ſomnum* cum ſcriptis malu vt apud Noſtrum lib. II Faſt. 791 *Functus erat dapibus: poſcu ſua tempora ſomnum*. Idem Propert. lib. IIII Eleg. VII *inclinar oculos: At mihi non oculos quiſquam inclinauit euntes*. vbi *hian tes oculos* opinor reponendum eſſe, quo verbo ſaepe vtitur Pr pertius. ſic *hiantem calamum*, et *hiantes flores*, et *morſus hian tes* alibi. perperam Scaliger *inclamauit*. *dulci declinare lumin ſomno* apud Maronem Aen. IIII. 184. *Declinare genas* Statiu Theb. VIII. 653. *Marcentes oculos ad ſoporem demittere* Apu leius Met. II. 2. non *dimittere*. *demittit lumina ſomnus* Statiu Theb. VII. 463. *ſubmittere* Noſter Amor. lib. III Eleg. V *Non erat et ſomnus laſſos ſubmiſit ocellos*. *Oculos ſupinos ſomnus* apud Dracontium Hexaëmero. *Malim etiam as auro potiur*, pro *et*.

158 *Colchiacos portus*] Libri magni ex parte *Colchiacos*, *Co cropios*, *Theſſalicos*, *ad Haemonios*. fruſtra. Scribe *Iolciacos por tus*. Graecis enim eſt Ἰωλκός, non Ἰαωλκός, portus Theſſal vnde Iaſonem cum Argonautis ſoluiſſe teſtis Pindarus Pyth. Od. IIII. hinc Seneca in Troad. 719 *maris vaſti dominum Iolcos di cta*. apud Propertium II. 1. 56 eadem vox corrupta: *Colchis Col chiacis vrbe domus fuit*. vbi *Iolciacis* legendum, cum ad Aeſonie recocti fabulam alludat, quod video magnum Scaligerum quoque iam vidiſſe. apud Martialem quoque lib. XII Ep. LVII. legen-

dum

Digitized by Google

aliquando arbitratus sum: *Cum fœta Iölco hanc vocalat ope*, non *Colcho*. nam lib. VIIII Ep. XXX *Thessalicum rhombum* exercerat. apud Virgilium in Ciri: *Iölcicis animum defigere* apud Horatium denique vera lectio est Epod. V, quam ex castigatissimi adstruunt: *Herbasque quas Iölcos atque* Mittit venenorum ferax. perperam nuperae editiones *Colchos*. Sed ad rem. Dictys Cretensis lib. II. 26 *Quid Medeam attinet a Colchis in Iölcorum fines transfectari.* Hesiodus Theogon. 997 Τοὺς τελέσας ἐς Ἰωλκὸν ἀφίκοντο, πολλὰ μογήσας, Ἀργὼ ἐπὶ νηὸς ἴσην ἐλαφηβόλα κούρην, Αἰσονίδης, καὶ μιν θεὸς ὤπασε' ἔκτοθεν.

Pro natis.] *Gnatis*, δεχαπάσι, quatuor meliores.

Congestaque flamma Tura liquefaciunt] *Flammae* duo vetusti pro *liquefaciunt* malis cum primo Regio et vno meo *fumant*. quomodo et duo Basileenses. est enim communis syllaba qualis in *liquefaciunt*.

Inductaque cornibus aurum] *Inductaque* meliores maxima ex parte, quod probum est. libro X. 27 — *pandis inductae cornibus aurum Conciderant ictae nivea cervice iuvencae*. ita Ovidii membranae veteres. Adi Notas Pont. lib. IIII Eleg. XII. 32 *Vota facit*] Imo *cadit* cum Bersmanni codice. primus Pontanus *Victima grata cadit*. Amor. lib. II *pro reditu tua vota cadet*. Pont. IIII Eleg. VIIII *Dum caderet iussa ante sacra tua*.

34 *Tum sic*] *Cum* ex scriptis.

37 *Tamen hoc possint*] *Possis* Lovaniensis et duo alii. *et quid non possint* Hamburg., non *possunt*. nescio an non illa Virgilii in Ciri. expresserit: *Quod si non alia poteris ratione parentem Flectere; sed poteris. quid enim non vnica possis.*

38 *Deme meis annis, et demtos adde parenti*] *Meos annos* Pith. Neap. duo Medicei. Forte *Deme meis annos, et demtos adde paternis*.

40 *Subiit pater Aeta relictus*] Τὸ *pater* eiiciunt Florentinus Gronovii, prim. Pal. prim. Vatic. Neapol. et Noricus. recte. vt iam docui ad Epist. VI. 103.

42 *Excidit ore tuo*] *Ore pio* Neapol. Vrbin. Bernegg. prior Hamburg. duo alii. bene. Virgilii illa respexit lib. II. 658 — *tam multa nefas patrio excidit ore?*

43 *Videor*] *Videar* ex quinque scriptis.

44 *Non finas*] *Nec finas* cum melioribus.

47 *Remoare*] *Remeare* meliores. sic et postea puto legendum v. 216 — *per quos revocata senectus In florem redeat*. vel *nata iuventus*. quod est in nonnullis.

52 *Vestes indutae recinctas*] Alii *vestes exutae relictas*. *exutae vestes* Cantabrig. et Neap. vt apud Senecam Hercule Furente *Et citi rectis properant relictis Attici noctem celebrare myst.* alii aliter codices. nisi mavis *adductis recinctas*. vel *incinctas*. nam in multis veterum *inducta recincta*. de *succinctis* vide quae notamus ad Amores lib. I. 5.

186 *Nulla*

Digitized by Google

186 *Nullo cum murmure serpens*] Piget diuersas lectiones c gerere. id vnum monebo, pro *serpens* multos veteres agnos re *sepes*. probe, si versum proxime sequentem tollas. et a profecto ab vno Mediceo melioris notae. videtur enim i conflatus, quod in nonnullis exemplaribus pro *Immotaeque fr frondes*, vt suspicor, legeretur *Sopitaeque*. quomodo Ouid scripsisse nullus dubito. sic *sopiti titiones* apud Petronium c XXII. *sopitus ignis* apud Virgilium lib. V. 743. Scaliger q que in ora codicis sui versum esse eradendum, quem erasu monuerat.

190 *Ternis et biatibus ora*] *Terniſque . . . . iatibus.* rent. S. Marci. *terniſque biatibus* Neap. in Vrbinati pen eraſa vetus lectio. *ternis biatibus* nonnulli. *ternis vlulatibus* mus Basil. Graeuianus et tres alii. probe. nisi mauis — *ter que vlulatibus ora Soluit*. lib. XIIII. 405 — *et magicis He ten vlulatibus orat*. duo tamen veteres *lacratibus*. qui Ma etiam a Lucano dantur.

195 *Arteſque magorum*] *Magarum*, et mox *magas*, vnus gent. et Thysii. placet quodammodo. ita Senec. Hercul. Oet. — *Hoc, inquit, magae Dixere amorem posse defigi malo.*

196 *Faſtruis herbis*] *Armis* Bernegger.

203 *Vipereus rumpo verbis*] *Herbis* vnus Ambros. *rumpo herbis* vnus Bonon. Forte *Vipereaſque herbis et rumpo carm fauces*. *herbas* enim seu gramina in re magica passim coni gebant carminibus. lib. III Amor. VII. 28 — *Num mi carmen et herba nocent?* Sabini Paris ad Oenonem: *Cur ceſſ herbae, carmina cura tua*. Gratius: — *Magicis adiutas c tibus herbas*.

208 *Currus quoque carmine noſtro Pallent, et pallet noſ Aurora venenis*] *Pallent aut pallet* prim. Pal. Cantabr. Neap Bernegger. prim. Reg. sec. tert. quart. Medic. aliique magno mero. Scribe — *currus quoque carmine noſtro Pallet pallet noſtris Aurora venenis*, Aeetes Solis filius. vnde liqu quare auum Medea hic vocet Solem. Nihil verius est hac c iectura. apposite de Medea Val. Flaccus lib. VI. 441 *Illius frenitus ſpatioſque per auia ſuccos Sidera fixa pauens, et gemit orbita Solis*. Ipsa Medea apud Senecam in cognom Tragoedia 210 *Auoque clarum Sole deduxi genus*.

211 *Impatiens*] *Haud patiens* meliores.

213 *Rudem ſomno ſopiſtis*] *Rudem ſomni* bene Iunianus. qu in suis etiam. Naugerius non intellectum inuenerat. sic *ru operum iuuenci* lib. I Fast. 83. pro ignaris operum. *rudis arm rum* apud Statium lib. IIII Theb. 247. vbi male Scholiastes *a norum*. Horat. III Od. II *rudis agminum*. Nostee IIII Fast. *operum coniugiique rudem*. *rubrum* est in multis scriptis. *ru exemplorum* apud Ciceronem pro Balbo cap. XX. atque passim scriptores. sic et *rudis malorum* Trist. lib. III Eleg. III. pluta.

223

Digitized by Google

223 *Et visis*] *Cretis regionibus* scripti fere omnes, nisi quod *ris* nonnulli. An *cretis* pro discretis? quomodo *cernere* pro cernere Apuleium dixisse libello de deo Socratis nos monuit Mercerus, Vir elegantis ingenii: *quae et ipsa non uno mo-, sed pluribus cernit.* ita enim membranae veteres. plura mpla a Grammaticis vetustis proferuntur. sed et *creui* pro *ui.* de quo praeter Non. Marcellum Priscianus lib. X. In Rotdorphiano *τῶ cretis* haec glossa erat addita: *Isti montes circueunt Thessaliam.* optime. Legendum enim *creteis regioni-* s, pro cretosis. atque ita primus Vaticanus. Politianus in a libri sui ex antiquo exemplari *cretes.* quomodo Florentinus Marci. vnus Mediceus *Graecis.* Thessaliam cretae fuisse fecissimam quis nescit? Noster infra v. 463 non dissimili modo: — *cretosaque rura Cymoli. Cretea persona* Lucretio lib. IIII. 8, ita enim constanter vetusti codices, quos vidi, pro forma retea. In Catalectis Petronianis: *Dum fumis creteam faciem tertoria, cretam Perdidit illa simul, perdidit et faciem.* ita puto cribendum. apud Iuuenalem, Satyra VI. 66 *Dicite vos neptes Lepidi, caeciue Metelli*, vetustus codex Pulmanni *creteiue Metelli* habet, pro *cretici.* sed et vulgata lectio est commoda. *creteis* autem elisa secunda *e.* sic in *igneus*, *aureus* saepe per synaloephen. sic et in *cretacea* apud Seren. Sammon. *Cretaceam dabis in ossam.* nam secunda in *cretaceus* omnino est producenda. supra lib. VI. 166 *Aureus vt Danaën, Asopida luserit igneus.* lib. X. 275 — *non auſus eburnea virgo Dicere Pygmalion. similis mea dixit eburnae.* ita vtroque loco castigatissimi codices. Trist. I Eleg. VIIII *Illa Corinthiacis primum mihi cognita Cenchreis.* ita et illic scribendum monui, non *Cenchris.* Statius Theb. IIII. 429 *vbi lumina patrui Effugit, inque nouae melior redit ora Dianae.* Horatius lib. I Sat. VIII *Abiderim furtim terris et imagine certa.* sic et in *ostrea* elisit lib. II Sat. II. Ipso versus initio Virgilius VI. 280 *Ferreique Ennenidum thalami.* qui plenus horum, vt et Lucretius. Silius Italicus lib. XIII 250 *Conuertunt gressus, recipique petentes.* (*Infandum*) *excludunt socios. tum carmine verso Obnixi intorquent obicis munimina ferreae.* vbi perperam et nullo sensu *obices munimina ferae*, nunc legitur. Posset tamen et *obicis abenae* reponi. Prisc. Periegesi: *Aurea spectetur tibi pinguibus insula glareis.* sic scribo, cum in veterrimo codice reginae Suecorum inuenerim *glaros.* vulgo *glebis.*

225 *Otryxque et Pindus, et Pindo*] *Otryſque Pinduſque* primus Palat. tert. et quart. Medicei, prior Hamburg. Arondel. prim. Basil. Cantabrig. multique alii. Ne dubita, quin vere.

226 *Placitas radice reuellit*] *Placita* prim. Vatic. secundus Mediceus, Oxon. et tres alii. reuellit cum placita radice.

230 *Nec non Peneus*] *Peneos* Thuan. *Peneidos* Bernegger. et multi alii. vel *Peneides. Penei* vnus Gronou. *Poneios* Cantabr. et quatuor alii. Forte *Nec non et Penei.* vt apud Virgilium Georg. IIII. 355 *Penei genitoris ad vndam. Spercheides* etiam, non *Sperchiades*, in melioribus. Puto *Nec non Peneae, nec non Spercheides vndae.*

Digitized by Google

238 *Carpsit*] *Carpit* rectius alii.

234 *Nona dies illam*] *Et iam* plerique. *Et iam nona* [illegible] octo. probe.

236 *Neque erant tacti nisi odore dracones*] *Pasti* alter Twi[illegible] nius, et pro diuersa lectione duo Medicei. eleganter. Appo[illegible] Iuuenalis Sat. V. 140 *Virro sibi et reliquis Virronibus illa in[illegible] bit Poma dari, quorum solo pascaris odore.* Videtur autem [illegible] fisse illic Iuuenalis ad gentem quandam Indicam, quam solo [illegible] morum odore victitare, scriptores aiunt. Solinus in India: *O[illegible] re viuunt pomorum siluestrium, et eorum olfactu aluntur.* M[illegible] tialis I. 93 *Pascuris et nigrae solo nidore culinae.*

241 *At laeua*] *Ast* vetustiores.

246 *Vini*] *Bacchi* pro diuersa lectione Neapolitanus et [illegible] Hamburgensis. quod placet. infra lib. XIII. 639 *Munera cu[illegible] quido capiunt Cerealia Baccho.* Virgil. lib. V. 77 *Hic duo [illegible] mero libans Carchesia Baccho.* et in Georg. IIII. 380 *Capo Ma[illegible] nii carchesia Bacchi.* in plurimis *liquidi mellis.*

247 *Alteraque inuergens tepidi carchesia lactis*] *Aeneaque[illegible]* mus Palat. Neapol. Vrbin. secundus Medicens, alter Hamburg[illegible] prior Erfurt. at Cantabrig. pro diuersa lectione *Aereaque.* [illegible] verum est. aeris enim plurimus in magicis visus. hinc *fal[illegible] aenam* supra habuimus. et lib. II Fast. 577, vbi sacra diis inf[illegible] fiunt, *acum aenam.* apud Maronem in sacris magicis Didus [illegible] 513 *Falcibus, et messae ad lunam quaeruntur ahenis Pubentes h[illegible] bae.* de quo loco disputauit erudite Macrobius Saturnal. V [illegible] XVIII. Idem lib. VII cap. vlt. aes putredini resistere argum[illegible] to non vno euincit. de Carchesiis idem Macrob. eodem li[illegible] cap. XX.

248 *Terrenaque numina lenit*] Plerique veterum *pascis.* [illegible] vir primus Medicens. Florentinus S. Marci *linit.* Forte[illegible] aspersit. vt apud Virgil. IIII Georg. 99 *paribus lita corpora p[illegible] tis.* Diomedes Grammaticus: *lino, lini, relino, relini,* vt [illegible] rentius *reliui omnia dolia.* vbi nunc *releui* circumferunt. *An[illegible] vir?* Statius Theb. I. 553 —— *Phoebum ante alios, Phoeb[illegible] omnis ad aras Laude ciet comitum.* sic *manes excire* passim [illegible] poetas. Virgil. lib. IIII. 490 *Nocturnosque ciet manes.* C[illegible] idem Florentinus *fudit* quoque pro diuersa lectione. quom[illegible] primus Vatican. secundus Palatin. et tres alii. Putabam aliqu[illegible] do —— *terrenaque numina pascis*, vt lib. II Fastor. 566 — *[illegible] posito pascitur vmbra cibo.* sic et *pascere aras.* adi Notas T[illegible] IIII El. IIII. 64.

259 *In fossa sanguinis atri*] *Atra* meliores.

260 *Et infectas geminis*] *Et intinctas* Bernegger. pe[illegible] Hamburg. et sex alii. quales repetitiones Nasoni in [illegible] liciis.

262 *Calido positum medicamen abeno*] *Validum posito* Flore[illegible] tinus S. Marci, Bernegg. et duo alii. quidam *validum posit[illegible]* vel *valido positum.* proxime verum. sic lib. XV. 533 *Apollin[illegible] valido medicamine prolis.*

264 *Vale[illegible]*

Digitized by Google

864 *Valle resectas*] *Falce* vnus Heinſii. *Falce*, vt ſupr. 227. et 314. *Haemonio cultro.*

865 *Seminaque et flores*] *Seminaque floreſque*, Naſoniano more, Pontinus S. Marci, Bernegger. prim. Pal. prim. Vatican. prim. Vulc. et tres alii cum Norico. Deinde *ſuccos acres* cum multis meliorum reponi placet. ſic apud Gratium: *venas dum ſuccumprimas acer. Validos ſuccos* Noſter infra dicturus eſt. Sed Apuleium libro VII *Spinas acerrimas et puncta venenato ſuccu.* vbi tamen *ſpinas aſperrimas* legendum eſt. Claudianus lib. II de laude Stiliconis 134 *Membraque Circaeis effeminat herbis.*

867 *Mare lauit arenas*] Lucretius lib. II. 376 *Litoris incurui curuam lauit aequor arenam.* ſic nempe Nonio legendum, licet libri ac ſcripti, quos vidi, codices *panit* agnoſcant.

868 *Addidit exceptas*] *Addit et* meliores.

869 *De nocte*] *Luna de nocte* vnus Patau. Louan. et Langerm. *Luna et de nocte* duo Medicei. *per Lunam nocte* primus Gronou. vnus meus *Luna ſub nocte*, cum altero Erfurt. at Florentinus Marci *Lunae per nota.* vnde ilico conieci *Luna pernocte.* quod erat in Viri Illuſtris Conſtantini Hugenii Zulichemii codice, magni Lipſii olim fuerat, pro diuerſa lectione inueni adnotatum, cum hac gloſſa *pernox, pernoctis.* Ne dubita, quin recte et eleganter. ſic *Phoebe pernox* Senecae Hippolyto. et *Trina pernox* Medea. *Luna pernox* Liuio lib. V et Plinio lib. II. 9 Hiſt. Nat. Germanicus Arateis: *Qua latus ac flexum ſinuoſi reſpicit anguis Caſſiopea, virum refidet ſublimis ad ipſum, Clara ſuum pernox cum caelo luna refulſit.* ita locus ille ex optimis membranis ſcribendus. Liuius lib. XXI. 42 *praeſenſum tamen, quia luna pernox erat. Perdia et pernox* apud Apuleium lib. V lib. VIIII. quae illic vera ſcriptura eſt. *pernox Eleuſin* Statio Theb. VII. *pernox tubo* lib. XII Th. *pernox cura* Auſonius Idyllio. *pernox olea* Iuuenali VIII. 10. quam vocem Manilio reddidit ad Hiſtoriam Auguſtam Salmaſius. Val. Flacc. lib. III. 117 *Linquit vt vndantes menſis infectaque pernox Sanguine Maeotin.* et ibid. 414 — *luſtralia pernox Vota fero.* Vitium autem *ſpumam Lunae*, quam Lucanus dicit, innuere. eam *Lunare virus* idem vocat. lib. VI. 669 *Et virus large lunare reſpuat.* Stat. Theb. II. 284 *Spumis lunaribus vngit Callidus.* Val. Flac. VI. 447 *Quamuis Atracio lunam ſpumare veneno Sciret.* Apuleius lib. I Miles. *ſolum imbiberi, lunam deſpumari, ſtellas rubeſcere.* vbi forte rectius *deſpumare.* Lucan. de Luna VI. 505 *Et colour tantus cantu deprenſa dolores Donec ſuppoſitas propior deſpumet in herbas.*

871 *Defuit illis*] *Illi* in pleriſque, at ſeptem *illic.* quod praeſtat.

874 *Ora caputque cornicis*] Non video quid inter *ora* et *caput* interſit. quare arbitror ſcribendum *Ova*, ſic *ſtrigis ova* adhiberi docet Horatius Epod. V. Noſter in Amoribus lib. I Eleg. XII de arbore infelici: *Vulturis in ramis et ſtrigis ova tulit.*

Digitized by Google

276 *Propositum instruxit mortali*] Forte *mortari*. nam Gr codicis Vrbinatis *mortali, id est, in mortario*. atque ita thium in Aduersariis lib. XXXI. 3. conieciſſe video. hactenus men auctorem desidero, qui *mortare* dixerit. *mortaria* bis o runt apud auctorem Moreti. Iuuenalis Satyra VII. 170 *venena silent, malus ingratusque maritus, Et quae iam ve sanant mortaria caecos. Mortalis* Cantabr. et tres alii. *mortalia*. Pro *barbara* vox alia fuerat in Berneggeriano, erasa. Omnino arbitror maioris rei vlcus latere. nam quanq et *barbara* alibi a Nasone dicta Medea, tamen τὸ *mortar* vocabulum hoc loco vix admittit. Quare fit, vt accedam Cl. Christiano Daumio, qui legendum contendebat *mortari more*, pro in marmore mortarii, vel in mortario marmoreo tota difficultas fuerit sublata.

288 *Aut ore exceptos*] *Acceptos* plerique.

291 *Corpore rugae*] *Sanguine venae* rectius prim. Moreti que complures. sic infra 334 *Vt repleam vacuas iuuenili sa ne venas*.

293 *Hunc se reminiscitur*] Sic Naugerius coniecit. et sic mus Basil. reliqui cum vulgatis *nunc*. Val. Flacc. lib. VII. —— *Sed te quoque tangat Cura mei quocunque loco, quoscunque annos, Atque hunc te meminisse velis*.

296 *Petit hoc a Colchide munus*] *Ab Aesbide* primus M ceus et sex alii. *ab Oetide* primus Vatican. aliique quinque. *Aesbide* Cantabrig. *ab Esbeide* Arondel. *ab Esbelide* primus reti. *a Tbeide* tertius Medic. *a Ceside* primus Palat. et qu Medic. *a Esbide* sec. Palat. in nonnullis vetus lectio pe erasa. alter Hamburgensis et Geneu. *a Thetide*. Scriben potest videri *a Tethye*. apud quam Bacchum latuisse, dum curgum fugit, ex fabulis discimus. *canae Tethyi* habes apud tullum in casu tertio. Silius lib. V. 395 *Ceu pater Oceanus faeua Tethye Colpen Herculeam fouit*. ita ex vestigiis vet librorum restituendum, cum *saeuior aethere* antea legeretur. terrimus Silii codex Colonienſis *faeua Cetye*. Videtur illa cani e libro primo 544 imitatus: —— *Tethys maioribus u Hesperium Calpen summumque impleuit Atlanta*. Auienus in teis: —— *abditur alta Tethye, et occidui tegitur Padus a re ponti. Tethya* pro *Tethyn* noue dixerunt Priscianus in P gesi, et Solinus in fragmento Ponticorum. Caeterum Scholiastes Euripidis in argumento Medeae, auctor argume rum in Metamorphoses, et Hyginus fab. CLXXXII, Medeas non Tethyi, tribuant, considerato veteris scripturae ductu, rius est vt legamus *petit hoc Aeetida munus*. rogandi enim ba geminum regere casum docuit pater Vossius de Constru ne cap. XXXX. Ita lib. XIIII. 787 ex MSS. *hos petit a* Praeterea malo *petit hos munus*, quam *hoc*. annos videlicet *nitidam cape munera vocem* lib. II. 694.

305

Digitized by Google

Reuireſcere] *Reuiniſcere* contra metrum Priſcianus lib. V
ti ex veruſtioribus ſcriptis. *iuueneſcere* ſeptem. quod

Idque petunt: pretiumque iubent ſine fine pacifci] *Pre-
ueuis, iuuenes, iuueni, iuuenem*, libri veteres. Tu verſum
hinc ablega. eſt enim ſpurius.

Animos rogantem] Elegantius omnino *rogantes*, quod
tinus S. Marci, Neapol. ſecundus Mediceus et prior Ham-
is agnoſcunt. ſic *dextram precantem* dixit Virgilius lib.
0. Claudian. II in Laud. Stilic. 13 *Quo tandem flexus
ſuffore rogantes Induerit.* quod perperam mutauerant.
vitae precantes Statio Theb. XII. et *manus precantes*.
Theb. I. 400 *Tantum in corde ſedens aegreſcit cura pa-*
ita optimus codex, non *parentis*. adi Notas ad Epiſt. H.
Mox pro *veſtri gregis* meliores *veſtras inter oues*.

Minuunt ea corporis artus, Cornuaque exurunt] *Minuunt*
ntabrig. *minuunt e* vnus meus. alius ex meis et vnus Am-
minuuntur. et pro *exuerunt* alter Exſuctanus *exurit*. Grae-
exſurgunt. *Exuitur* Berſmanni codex ſcriptus. Refinge
minuuntur corporis artus, Cornuaque exuitur, familiari Grae-
. quomodo vidi poſtea Farnabium, ex neſcio quibus an-
libris, edidiſſe.

Laſciuisque fuga] *Fugam* Florentinus S. Marci. poſt
in Berneggerian codice litera erat eraſa. Puto *fugax* re-
dum. Seneca Hercule Furente 144 *Errat curſu leuis in-
Molli petulans hoedus in herba. Agni petuli* Lucretio II.
In Catalectis veterum poëtarum de menſibus: *Tempus
, hoedus petulans, et garrula hirundo*. ita ſcribo ex vetu-
dice, non *Tempus ver*.

*Ter iuga Phoebus aquis in Ibero flumine merſis Demſe-
Gurgite* excerpta Calandrae, Louan. et Geneu. vt apud Vir-
lib. XI. 913 *Ni roſeus feſſos iam gurgite Phoebus Ibero
equos*. Columella lib. X —— *cum Phoebus equos in gur-
mergat Hibero*. Statius lib. XII. 227 *Iam pater Heſperio
ntem gurgite currum Abdiderat Titan*. ſed et *flumine* ferri
. ſic Homerus vbi agit de occidente ſole περιπλλάζε
dixit. Tibullus libro III. 4. 18 itidem de Sole: — *Cae-
lauerat amne rotas*. et libro II. 5. 62 *Solis anhelantes
amnis equos*.

Cum rege ſicos cuſtodes] *Suo* meliores. et mox *dederant
, pro dederas*.

Quid nunc dubitatis] τὸ *nunc* in primo Vaticano a manu
da exſtabat, veteri lectione eraſa. Forte *quid iō dubitatis*.
vox frequenter eſt corrupta, inprimis apud Martialem. apud
lib. XII. 3 pro *Ibis iō Romam tu peregrine liber, Ibis nunc*
fuerant pari modo hoſpines inſciti.

In manibus veſtris vita eſt] Ne hic quidem verſus meo
ulo inter Naſonianos eſt admittendus.

Digitized by Google

343 *Ille cruore fluens, subito tamen alkuus artus*] *Cubito* excerpta Calandrae, vnus Moreti, vnus Argent. et vnus Basil. Ciofanus iam monuit, *subitos artus* prim. Vatic. prim. Gron. et Cantabr. Pont. lib. III Eleg. III *Territus in cubitum reluctus membra sinistrum*, sic et infra Met. VIII. 731. VIIII. 518. 621. Epist. XXI. 16 et Fast. II. 349. Virgilius quoque in C. *Noctem illam sic moesta super moerentis alumnae Frigidulos cubitus ebelloy.* vbi *morientis* perperam legitur. Propertius libro I Eleg. III *Sic ait in molli fixa toro cubitum.* malim reponi *nixa*. Virgilius IIII. 690 *Ter sese attollens cubitoque innixa leuauit*. Idem Propertius paulo ante hac elegia: — *non certis nixa caput manibus*. Hegesippus lib. de Herode: *paulisper sese attollens, cubitoque annixus.* Auctor vit. Pompon. Attici in fine: *in cubitum nixus.*

346 *Natae*] Vetustiores *gnatae*. et *quid vos*, pro *quis*, pr. sec. Pal. et sex alii.

349 *Mersit in undis*] *Mersit ahenis* rectius sex scripti. Propertius libro II Eleg. I *Colchis Iolciacis vrat ahena focis.* Seneca Thyestis 1060 appositе: *Et haec fermentibus Demersi ahenis*: ita saepius in eadem tragoedia.

350 *Quae nisi*] *Quod nisi* rectius meliores.

353 *Pelion vmbrosum, Philyreaque tecta*] *Philyreia tecta* pr. Hamburg. Arondel. aliique complures, optime. sic libro 904 *Quid faciat? repetatne domum? regalia tecta?* ita pa. Nostet.

357 *Reliquit*] *Relinquit* meliores.

359 *Nati furta inuencum*] Multi ex melioribus *raptum fu. inuencum. prati furta* prim. Med. et duo alii.

368 *Carchesia moenia Coeae*] *Ceae* legendum. Graecis Κέως, C. Latinis. nam quod apud Phaedrum lib. III fab. XXI de Simoni legitur: *Erat autem natus, vt aiunt, in Ceo insula*: scribendum opinor *in Cea insula*. vix enim aliter Romani scriptores. *Cea insula* Plinio, Mela, Solino, Gellio, Ptolemaeo.

371 *Inde lacus Hyries*] Huius fabulae qui meminisset, neminem vidi praeter Antoninum Liberalem, is ex Nicandri Θηριακῶν libris narrat Metamorphosi XII, apud quem Θυρίη est, a Θήρ, et Amphinomi filia dicitur. vnus ex meis *videt lu.* vnus Mediceus *vidit ex*. Puto *Inde lacus Hyries adiit, Cyn. tempe*. Sic paulo ante habuimus *Pelion, Philyreia tecta*. *Phyllius* multi veterum *filius*. Scribe *Phylius*. Φύλιος est Anto. nino Liberali multis locis. Caeterum Conopa Κωνώπη hic Antonino dicitur, cuius exemplaria in hac narratione mutila.

375 *Et strictis*] *Stratis* vnus Mediceus. Forte pro *tractis*, i. est, dilato. Naugerius, Constantius Fanensis et Ciofanus *spretis* in suis inuenerant. quod sequor. Petron. CVIII *Sed contemtus amor vires habet.*

380 *Seruatum nescia*] Florent. S. Marci, Bernegger. et prim. Hamburg. *seruari*. Puto *seruasti*. quod in vno Mediceo exstabat.

Digitized by Google

...ulo ante *in aëra*, non *ære*, meliores. sic et postea 390 *Me-... Eumelique domum lugentis in aëra natam.*

... *hinc Calaureae Latoidos*] *Letoïdos* primus Palat. primus ... primus Medic. Florent. Neap. Vrbin. et octo alii. sic sae... antiquis libris apud Nostrum, vt suo loco monebimus. ... lib. III Eleg. II. Αγρότιδος Graecis. Pro *aspicit* quidam ...ustioribus *astigit*, vel *aßitit*. et mox *Cyllene*, pro *Cyllena*, ... Noricus *adstas in aruis*.

... *Saeuarum*] *Rapidarum* Vatic. Forte *rabidarum*. Vid. ad ... X. 96.

... *Respicit*] Puto *Despicit*. Pro *tumidam Phocen* quoque ...ripti *timidam*. quanquam nec male *tumidae* dicantur Pho... cum tumido et inflato sint corpore. In duobus *nitidam*.

... *Eumelique domum*] Mire variam codices. Ego nihil cen... mutandum. Micyllum etiam frustra interpretes nuperi se... tur. Eumelus Cous in coruum mutatus a Mercurio, Diana, ...inerua. Eius etiam filiae Byssa ac Meropis in aues conuer... cum filio Agrone. Exstat fabula apud Antoninum Libera... cap. XV, vbi videatur. vt fortassis *natas*, aut *natum*, pro ..., in Ouidio sit legendum. Apud eundem Antoninum cap. III Eumeli Boeotii exstat fabula, cuius filius Botres ab Apol... in aëropum sit mutatus. Ac de eo potius intelligendum ... geographicus requirit. nam Ceae insulae iam ante mentio ... facta.

... *Vtroque sanguine natorum perfunditur impius ensis*] *Vtrum*... tredecim ex vetustioribus. vnde sagacissimus Gronouius ad ... Med. 148 veram lectionem vnius litera mutatione erue... *Flagrantemque domum regis mare vidit vtrumque*. de Isthmo ...inthiaco agit. de quo Noster Epist. IIII. 106 *Et tenuis tellus ... vtrumque mare*. Propertius libro III Eleg. XX *Isthmos terris arcet vtrumque mare*. quae illic vera scriptura. Senec. ... 35 *Gemino Corinthus litori opponens moras Cremata flam... maria committet duo*.

... *Vtaque se male mater*] Hic etiam versus pro genuino ...censendus.

... *Inuaxumque nouis neptem Polyphemonis ollis*] *Inuinamque* ... sec. tertius Medicei, Florentinus S. Marci, Vrbin. Neap. ...egg. aliique multi, quod verum est, sic *ceratis nitil pennis* ... Horatium libro IIII Ode II.

... *Aconiton*] Plinius quoque Hist. Nat. XXVI cap. II ...nitum ex spuma Cerberi extracti ex inferis natum dicit, et ...liathes Nicandri in Alexiphar. et Pomp. Mela I. 19 et Seru. Virg. II Georg. 151. Alia fabula est de Aconito apud Auson. ... V de Historiis, qui ex Promethei sanguine generati con... sit. vid. Plinium XXVII. 2 de Aconito.

... *Echidneae canis*] *Lethaei* tres ex melioribus. Stat. III ... II. 112 *Cur seruet Pharias Lethaeus ianitor aras*. Forte *Ler...* ex hydra enim natus Cerberus dicitur. Sed *Echidnaeae* ...um est, vt pluribus ad Valer. Flaccum ostendemus. Echidna

Digitized by Google

vero Graecis, quae Latinis *hydra*. Met. VIIII. 69. Fast. V. *Sanguine Centauri Lernaeae sanguis Echidnae Mixtus*. imo Echidnae filia statuitur. *Orthus* quoque canis biceps ab Hercrucidatus, ex Echidna genitus. Excerpta Rhetor. Allatii Apud Palaephatum corrupte *orcis* legitur. Vid. Tzetz. C 36 p. 151. 152.

413 *Cerberon attraxit*] Quo facto Hercules Theseum sentissimo periculo exemit, cum a Cerbero Pirithous iam deuoratus. testis Philochorus Atthidos libro secundo apud Sebium in Chronicis. Caeterum rectius in primo Palatin multis aliis *Cerberon abstraxit*. apposite Sophocles apud Cicnem de hac ipsa re: *Hic e Tartarea tenebricosa abstractum Tricipitem eduxit hydra prognatum canem*. Apposite etiam neca Hippolyto v. 844 — *finis Alcides fuit. Qui cum reuu Tartaro abstraheret canem, Me quoque supernas pariter ad tulit*. ita optimus codex Florentinus. in vulgatis *extra* quod nec prorsus damnandum. nam et apud Pomponium M habes I. 19 *Iuxta specus est Acherusia ad manes, vt aiunt vius: atque inde extractum Cerberum existimant*. Plinius XXV *Ortum fabulae narrauere spumis Cerberi canis extrahente Her* de Aconito. Sed aliter is ipse Seneca eadem tragoedi *Fortis per altas inuii retro lacus Vadat tenebras, miles au proci, Solio vt reuulsam regis inferni abstrahat*. in Catalectis thoei de duodecim laboribus Herculis: *Vndecimo abstractus noua Cerberus astra*. Nec aliter scribi oportere apud Silium licum libro III. 35 arbitror: *At Stygius saeuis terrens latra umbras Ianitor inferno tum primum abstractus ab antro*. Dic sius Periegetes 789 --- μέγαν κύνα χαλκεόφωνον Χερσὶν κάμενον μεγαλόφρονος Ἡρακλῆος. *Attraxit* perperam bis Apuleium vulgo circumferri aduerto, alio euntibus optimis branis. Metam. III *Et iniecta manu me renitentem cle violentia secum abstraxit*. libro VIIII *Iusso tantum Myrmece conseruos vincto forum versus abstrahi*.

418 *Quae quia nascuntur*] *Nascantur* cum vno Basil. et mox *vocent* pro *vocant* scribendum.

426 *Asconitus tamen est, ingens discrimine paruo, Comm potuisse nefas*] *Tamen est geniti*, vel *letbi*, veteres pleri pro *tamen* vnus meus et vnus Leid. *tantum*. Scribe *Asco tantum, letbi discrimine paruo Commisti potuisse nefas*. Virgi num hemistichium lib. III. 685 *Inter vtramque viam, discrimine paruo, Ne teneant cursum*. lib. VIIII. 143 — *discrimina parua Dant animos*. lib. X. 510 — *sed certior Actor Aduolat Aeneae, tenui discrimine letbi Esse suos*. Colum libro X de Malis Pericis: *At nunc expositi paruo discrimine le Ambrosios praebent succos oblita nocendi*. Hinc castigandus Si Italicus lib. VII. 585 de Minucio: *Atque hic Dardanius pa discrimine ductor Iam Stygia et aeternas intrarat mente tenebr* cum in editis libris sit *prauo certamine*. in scriptis *paruo cert mine*. forte etiam *intrarat paene*. idem Silius libro XII. *Anebitur raptus auctor discrimine letbi, Turbatus cursumque* re

Digitized by Google

ad castra capessit. vbi *ferens* male legitur. Sic contra *vitae ferimen* lib. X Noster: — *caraeque iubet discrimine vitae Con- gium petere boc.*

435 *Quodque suam Cremyona*] *Suum* duo veteres. Scribe *is securus* cum Dionysio Saluagnio Boëssio ad Ibid. 409 et Auro Gronouio. de sue Cromyonio res est notissima. *Securus rum Germanae* apud Virgilium. Elegans secundi casus vsus et frequens apud optimos ac elegantissimos scriptores. Emen- Statium in hac locutione lib. II Silu. I. 99 *Iam secura pa- is Thuscis regnabat in vndis Ilia.* quomodo in vetusta Parmensi dizione recte scribitur, cum nunc *secura parens* circumferatur. *curus pelagi Chiron* Achill. I. *securus vulgi* Persio Satyra VI. on absimile mendum ex Valerio Flacco tollendum lib. VI. 266 *orte alia infestis* (*nam fors adnexit*) *in armis Scyrus adest, utusque viri cognouit Anaxin.* sic scribendum, non *fors ad- nexit*, et *laetusque virum.* Pleni horum Virgilius, Statius, hic ipse Flaccus, et prae caeteris Silius Italicus. Vulgata lectio ve- hementer friget. pari modo *laetus opum* apud eundem Valerium lib. III. 659 *Laetus opum pacisque meae, tutusque manerem, Quis genitor mater, locis.* et libro I. 485. *Ductor opum laetus- que doli cognouit Acastum, Horrentem in iaculis.* ita et ibi censeo scribendum. Vulgati *auens laetusque dolis agnoscit.* nam quod apud eundem Valerium lib. VI. 74 *Moesta necis* legitur, locus est mendosus: *Moesta necis saeuae lucos reditura Dianae.* cum scribendum sit: *Moesta, nec in saeuae lucos reditura Dianae.* Ita *laetum animi et ingenii Marcum Marcellum.* Velleius. Paterculus vocauit lib. II. 93.

439 *Eleusis*] *Eleusin* prim. tert. quart. Medicei, prim. sec. Palat. prim. Reg. prior Erfurt. Noricus, quatuor alii. de quo ad Epist. IIII. 67. *Cephesias* quoque *ora* meliores, non *Ce- phisias.*

440 *Occidit ille Scinis*] *Sinis.* Graecis Σίνις. de quo ad Epist. II. 73. Certe *Senis* est in nonnullis MS.

449 *Prement*] *Premant* meliores.

450 *Bacchi tibi fumimus haustus*] Malebam aliquando *duci- mus.* vide Notas lib. XII. 316.

453 *Vsque adeo nulla est*] *Nulli est* vnus meus. *nulli* Regius alter. ita et lege apud Iuuenal. VI. 22 *Nulli vnquam de morte hominis cunctatio longa est.* Et postea *sollicitisque aliquid*, non *sollicitumque*, vnus Mediceus.

459 *Ante tamen bello*] *Ante bellum* cum tertio Mediceo et quinque aliis.

460 *Quaque patens aditus*] *Patens* multi ex vetustioribus. sed probe Florentinus S. Marci a manu prima *Quaque potens habitus*, classe nimirum. Hinc Παλαιστεφάνων dictus Diodoro Siculo, Eusebio in Chronicis, Cedreno. quod Hieronymus ver- tit *Minos mare obtinuit. Aegaea Minos classe perdomuit freta* Phaedro lib. IIII fab. VI. *Potens*, vt apud Paterculum lib. I. 2 *Tyria classis plurimum pollet mari.*

Digitized by Google

463 *Hinc humilem Myconum*] *Myconon* ex scriptis. adi nos Epist. XXI. 81.

464 *Florentemque Cythnon, Syron, planamque Seriphon*] V gilius in Ciri: *Florentesque videt iam Cycladas.* Non Nafo verba, sed coniecturas male seriatorum interpretum hic agnos nihil enim tale in membranis inuenias. Raphaëlis Regii co mentum est, quod nunc circumfertur. Locus pessime adfec Florentinus S. Marci, Neapolitanus, et alii vetustiores maxi ex parte *Florentemque Tyron, Cyprum.* nisi quod Berneggerian aliique; nonnulli non *Cyprum*, sed *Cypron*, exhibebant. Pr terea tres quatuorue scripti *Florentemque Ciron.* vnus Th neus *Chiron.* sed illis ob notam minime vetustam parum defe Excerpta Vaticana Calandrae *Florentemque Cyron, Siphon.* *Siphno* hic locus possit esse. vnus Mentelianus et tertius ex fileensibus *Florentemque Tyros cyprum.* Sed *Florentem* dix non erat satis, nisi adderetur; quare floreret insula. Micyl castigabat *Florentemque viris Syron*, vel *Florentemque auro Siphnon.* Laudatae enim antiquis aurifodinae Siphniae, quas tan desiisse postea per maris inundationem dicunt, quod incolae neglexissent decimas Apollini Delphico praestare. rem narrat Phocicis Pausanias. *Siphnos* autem Cycladum vna, quod Geographis satis fit manifestum. Idem Micyllus etiam tentat *Florentemque viris Siphnon.* quod Siphnos antiquitus *Meropia* dicta ob incolarum, vt ille opinatur, frequentiam. Castigandi ego arbitror mutatione minima, ne quid Lectorem morer, *Florentemque thymo Cythnon*, vel *Syron.* laudatissimum enim omne Cycladium. Strabo sub finem libri decimi id Attico pro mum facit, praesertim Calymnium. de quo melle compl diximus ad v. 79 libri secundi Artis Amatoriae. De Syro tissimum cur hic cogitarim, reddet pro me rationem Colume libro VIIII Rei Rusticae cap. XIIII *Caeterum Celsus adiicit, p cis locis eam felicitatem suppetere, vt apibus alia pabula hiberna atque alia praebeantur aestiua. Itaque quibus locis post veris tempora flores idonei deficiunt, negat oportere immota examina relinqui, sed vernis pastionibus absumtis in ea loca transferri, quae serotinis floribus thymi et origani thymbraeque benignius apes alere possint. Quod fieri ait et Achaiae regionibus, vbi transferuntur in Atticas pastiones, et Euboea, et rursus in insulis Cycladibus cum ex aliis transportantur Syrum, nec minus in Sicilia, cum reliquis eius partibus in Hyblam conferuntur.* ita haec ex auc ritate optimi et veterrimi codicis sunt constituenda. Vides Atticum, Cycladium et Siculum componi, vt omnium pa stantissima. quod pluribus exemplis ad librum secundum Ar Amatoriae loco iam designato adstruximus. In vulgatis exem plaribus Columellae legebatur *cum ex aliis transferuntur Sy rum.* sed membranae a me consultae *Syrum.* Si quis praet ἐν τῇ *Cypron*, vel *Cyprum*, quod scriptis exemplaribus mor cus inhaeret, non mutandum censet apud Nasonem, quanqu Cyprus nihil ad Cycladas, Plinianа auctoritate sententiam tu tur licet. Plinius enim inter mella praecipua Cyprium et Gre

cum

Digitized by Google

recenſet. et ſane mella inſulana commendari a Strabone ſub libri X ſcimus: "Ἄνωθεν μὲν οὖν τὸ ὑγιεινότατον μέλι, ὃς ἐκ τοῦ ἀκτίου ὄρους, καὶ ἀκάμαλλον τῷ ἀνθεμίδι. τὸ δ' ἐν ταῖς νήσοις ἡδύνεται. μέλιτται δὲ τὸ καλούμενον. Cur autem in inſulis optimum proueniat, cauſam opinor eſſe, quod thymus admarino multum gaudeat, vti etiam a Plinio obſeruatum Hiſt. nat. libro XXI cap. X. Nam Corſicum mel ingratiſſimi ſaporis fuit habitum, quod abſynthium et taxus illic vberrime proueniat. At vero *Cypro* non eſt locus opportunus apud quem, qui in ſitu Cycladum deſcribendo totus nunc occupatus. In *Syro* priorem produci ex Strabonis libro decimo apparet, apparet et ex Euſtathii commentariis tam in Odyſſeam quam in Dionyſii Alexandrini Periegeſin. Caeterum illud non concoquunt interpretes *planam Scripho* a Naſone dari, cum Geographis omnibus petroſa appelletur, in eo falſi nam et loca plana atque campeſtria poſſunt eſſe lapidoſa, ſicut et Seriphos putande. non fuiſſe montoſam Seriphon aut ſaxoſam, vel hinc patet, quod magna illic ranarum frequentia exſtitit, vnde natum adagium, quod apud paroemiographos omnes crebro: βάτραχος ἐν Σεριφίῳ, et βάτραχος Σεριφίους. vbi e progigni aiunt ob nimiam aquae frigiditatem tradunt Aelianus in Hiſtoria Animalium lib. III cap. XXXVII, Tzetzes Chiliad. I Hiſt. 167, Apoſtolius in βάτραχοι Σεριφίοι. apud Suidam hoc adagio forte legendum: οἱ ἐν Σεριφῳ βάτραχοι παμπλήθεις Σίφνῳ δὲν ἰφθέγγοντο. non οἱς Σύφνιον, quod nunc circumfertur. Certe Statius Papinius cum Scyron accurate deſcribat in Achilleide, nec ranarum huc ex Scripho delatarum, nec Scyriarum apum mentionem vel minimam facit. Pro *Syro* enim mendoſe *Seyri* nomen apud alios ſcriptores inculcatum reperiebam. Sed operoſius aequo fortaſſis hunc Naſonis locum excuſauimus, praeſertim cum et in ſequentibus non deſit, quod reprehendamus.

665 *Quamque impia prodidit Arnen Sithonis*] Hic denuo ſcripti ſunt impune interpretes. Scripta veterum membranarum ope eo recidit, vt aut *quamque impia prodidit Arne* exhibeat, aut *quamque, Arnon*, aut denique *quaque impia prodidit Arnen, Arnem*, nullo *arcis* relicto vſquam veſtigio. Praeter haec Berneggerianus *Sithon et accepto*. quod ex in vno codicum ſuorum inuenerat Giſanius. alii nonnulli *Scythonis accepto*. Pro *Arne* ſtat omnino vetuſtus ſcriptor, quicunque argumenta in Metamorphoſes coacinnauit. idem Berneggerianis membranis Adammodo ſubſcribit: *Arnē cum inſidam Scithona*, (leg. *Arnen*) *in qua genita eſſet, boſti Minoi, capta pulchritudine ſua venadidiſſet*. ſed et illum codices mendoſi non ſemel deceperunt, vt alibi eſt demonſtratum. Certe optimum argumentum exemplar veterrimumque quod Florentiae ad D. Marci aſſeruatur, nil hic a vulgatis differebat, niſi quod pro *boſti Minoi* exhibet *boſti Athenas oppugnanti*, omiſſo Minois nomine. Idem valet in contextu Naſonis *quamque impia prodidit Arne Sithon accepto*, mutilata voce. Si quid ſcripti accuratioris ad nos perueniſſet

Digitized by Google

venisset de expeditione Minois Attica, facili negotio defungeremur in vera huiusce loci scriptura indaganda. Opinor tamen scribi oportere *quamque impia prodidit Arne Siphnon. et accepto* etc., quod Berneggeriano codici proxime respondet. Certe persuadeor vt credam hic alludi ad auritodinas Siphnias, de quibus loco proxime praecedenti in transcursu agebamus. Pausanias libro X Σιφνίων ἡ νῆσος χρυσοῦ μέταλλα ἤνεγκε, καὶ ἀνοιχθεῖσι τοῖς πρόσθεν ἐπέλευσεν ὁ Θεὸς ἀποφέρειν δεκάτην εἰς Δελφούς. οἱ δὲ τὸν ὄγκωσιν φυσδομήσαντο, καὶ ἀπέφερον τὴν δεκάτην. ὡς δὲ ἐπλησίαζε τὸν φόρον, ἐπικλύσασα ἡ θάλασσα ἀφανῆ τὰ μέταλλα σφίσιν ἐποίησεν. Siphnon Cretae propinquam statuit Stephanus Byzantius. quo fit, vt argumentorum auctori credam de Siphno Minoi vendita. In excerptis Diodori Siculi Valesianis p. 338 narratur Historia de Siphno a Cretensibus per falsas pollicitationes capta. sed id longe post Minois tempora euenit. de ingenti quoque praeda, qua tum potiti sint Cretes, verba illic fiunt. De Siphniorum diuitiis Suidas: Σίφνιοι. ἔνιοι πλουσιώτατοι ὑπῆρχον οὐ μόνον τῶν νησιωτῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἠπειρωτῶν τὸ μέγα συγχόν. Deinde omnem historiam percenset de Siphniis ad paupertatem redactis inundatione maris, quae argentifodinas eorum interverterit. nam argentifodinas Siphniorum, non auritodinas, is agnoscit in Siphno. ἀργυρεῖα μέταλλα. quomodo et Herodotus lib. III cap. LVII. Sed illic aurea etiam metalla illis assignat: ἦσαν οὗτοι ἐν τῇ Νάξῳ χρυσίου καὶ ἀργυρείου μεταλλον. qui Siphnon opulentissimam quoque facit: Τὰ δὲ τῶν Σιφνίων πρήγματα ἤκμασε τοῦτον τὸν χρόνον, καὶ νησιωτέων μέλιστα ἐπλούτεον. et quae illic sequuntur. addit et nonnulla de bello, quod cum Samiis gessere Siphnii. meminit huius opulentiae Eustathius quoque in Periegeten. Ab immensis Siphniorum opibus profecta opinor adagia illa antiqua Σίφνιος ἀβλαβῶν, καὶ Σιφνία ποτήρια, pro luculento arrhabone, et pro poculis splendidis ac lautis. Σιφνίων ποτηρίων meminit Stephanus Byzantius in Σίφνος. Sed explicationem adagii non addit. Σίφνιος ἀβλαβῶν apud Hesychium et Suidam occurrit. meminit et ἀναγκαίου Σιφνίου Eustathius Scholiis in Dionysii Periegesin, quod vir doctissimus Hadrianus Iunius nostras de mendo nequiquam suspectum habet. siue id ad astragalos aleatorios referas, siue ad architectonicos. Videntur enim Siphnii aleae non minus dediti fuisse, quam caeteris luxuriae instrumentis, quae diuitias vt plurimum sequuntur. Sed et architectonicae splendidioris studiosos Siphnios ex Herodoto scimus: qui laudat structuram templi ex marmore Pario apud illos erecti; sed prouerbium ad aleam referri malo. vsus eodem quoque prouerbio est Strabo, qui tamen aliam eius dat rationem: Ἔνθεν Σίφνος ἐν ὄψει δῆτα, ἐφ' ᾧ λέγουσι Σίφνιον ἀναγκαῖον διὰ τὴν ἐντέλειαν. A Siphniis deductum quoque τὸ Σιφνιάζειν verbum obscaenum, quomodo Ἀσωτιάζειν, cuius complures ex Grammaticis antiquis meminerunt, quod ad Siphniorum libidinem videtur esse referendum. Ex his, quae de Siphniis in medium iam produximus, manifestum fit, viuam illos imaginem fuisse luxus Sybaritici. Adhuc etiam in

Digitized by Google

in hoc Naſonis loco enodando Micyllus: ac projade corrigendum cenſebat, *quamque impia prodidit Arne Cythnon et accepto auro.* quod ſerus animaduerti. Ego nihilominus *Siphnon* hic loci repoſitam malo ob rationes iam in medium prolatas. ex loci Ornithogonia hanc hiſtoriam, puto, mutuatus erat Naſo. Micylli *Cythnon* hic admittimus, capiendum erit fortaſſe de occupata ab Amphitryone Thebano Cythno. vnde adagia Κυθνίους συμφορά, et Κυθνίδης de homine perdite miſero. Mox *nigra pedem*, non *pedes*, ſcripti potiores magno numero, quod et nos eſſe admittendum cenſemus.

469 *At non Oliaros*] In longe vetuſtiſſimo Virgilii codice bibliothecae Mediceae lib. III Aeneid. 126 *Olearos* ſcribitur. quomodo et alii cum hoc Mediceo, quotquot videre contigit codices. Ὠλίαρος etiam Straboni eſt. at Stephano et Ptolemaeo Ὠλιαρος. Neque aliter apud Statium initio lib. II Ach. 3. etſi Barthius *Oliaros* praeferebat.

474 *Aeacus Aeginam genitricis nomine dixit*] *Aeginan* Iuuenalis.

476 *Expetis*] *Excipit* Florent. S. Marci, Neap. Vrbin. prim. et ſec. Palat. Cantabrig. prim. Gronou. vterque Erfurt. aliique complures. quomodo apud Silium Italicum libro XIII. 687 *Excipit inde ſuos frater coniuguque caſus.* duo *Expedit.* in nonnullis verus lectio penitus erafa. an *Percupis?* an *Exigis*, cum vno meo? Sed verius *Rex cupit*, vel *Plebs cupit*, vel *Plebs aut.*

482 *Pro nato*] *Gnato* vetuſtiores.

486 *Hac eſt*] *Eſt hac* meliores.

490 *Eniamnum*] Ita praeſtantiores tam hic quam paulo poſt, *dabre* quoque pro *dederunt.*

492 *Et portus intrat amicos*] *In portus* Florent. S. Marci, Neapol. ſec. tert. Med. Spir. Oxon. et octo alii. Lege *in portuſque*, cum Vrbinati et altero Hamburgenſi. ſic *intrare in domum*, *in Capitolium*, paſſim apud ſcriptores optimos, inprimis Ciceronem. Auienus Deſcriptione Terrae: *Qua porrecta mari terrae inga longius intrant. In Pelagus.* Martial. lib. III. 93 *Intrare in ipſum ſola fax poteſt.* idem lib. IIII. 19 *Nec madidos intret penetrabile frigus in artus.* Vetus interpres Euangelii Matthaei cap. XVIII. 3 *Non intrabitis in regnum caelorum*, eleganter Graecum expreſſit, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. et v. 9 εἰς τὴν ζωὴν εἰσελθεῖν, *in vitam intrare.* capite etiam XVIIII. 23. 24. atque ita frequenter infinitis propemodum locis. Stat. lib. II Silu. VI. 6 —*Intrat Altius in ſenſus. maioraque vulnera vincit Plaga minor.* Auctor Octauiae 416 *Sed in parentis viſcera intrauit ſuae Deterior aetas. Iuire ad aliquem* Aurelius Opitius apud Gell. lib. I c. XXV. et ita *ingredi in vitam* Plaut. Pſeud. dixit. et Poenulo III. 3. 41 *ingredi in ſycophantiam.* et ita ille ſaepius. A. Gellius lib. I. 23. *ingredi in curiam. inuadere in cubiculum.* ſic dixit Plinius lib. VI. Ep. XX *Praeceſſerat per multos dies tremor terrae minus formidoloſus, qui Campaniae ſolitus non ſolum caſtella, verum etiam oppida non moueri*

Digitized by Google

mouerí omnia, sed veris credebantur. innasse in cubiculum meum mater. quae a vulgatis multum discrepant. forte ex duobus scripturis sic concinnandus locus: *Praecesserat per multos dies terror minus formidolosus, quia Campaniae folleus: Illa vero nocte ita inualuit, vt non solum castella, verum etiam oppida omnia mouerí sua mouerí crederentur. Innasse in cubiculum meum mater.*

499 *Et dextra*] *A dextra* ex iisdem.

501 *Postquam congressi, primi sua verba tuleruni Cecropidae*] *Congressu primo* multi veteres. quidam *congressi primo*, vel *primum*. *Congressus primi* opt. Florent. et Neapol. prim. sec. Palat. prim. Vatican. tert. Med. prior Hamburgensis, aliique nonnulli. Scribe *Postquam congressus primi sua verba tuleruns, Cecropidae Cephalus peregit mandata.* sic supra: — *neque enim coniunctior ulla Cecropidis hac est tellus.* Et hoc venerat in mentem Grotio nostro, nisi quod ille *Cecropidis Cephalus.*

506 *In capulo regni*] Scribe *in capulo sceptri.* quomodo vnus Basil. et vnus Bonon. In priore Erfurtano pro glossa id erat adscriptum. sec. Palat. et vnus Basil. *in sceptro regni.* Non ficus pro diuersa lectione *in capulo gladii.*

509 *Dicite, et omnis eas rerum flatus*] Pro *omnis eas* prim. Palat. prim. Medic. Arondel. Hamburg. et octo alii *eis. erat* Cantabr. et alii duo. totidem *eris. eais* prim. Ambros. *es omnia quae* veterrimus Florentinus a manu prima. Locus mendi suspectus. Fontem erroris indagemus. scriptum primo fuerat *comnis*, pro *communis*, vnde perperam iterata vltima τοῦ *Ducite* proximae praecedentis litera, *et omnis* factum. deinde fulciendo versui *vis* ex glossa interlineari additum, quod postea in *eas* mutatum est, cum sensum commodum non efficeret. *communis rerum flatus iste mearum est.* mihi videlicet cum Athenis. hinc et *communicare.* vnde adagium κοινὰ τὰ ἑταίρων, quando duobus vna ambulantibus alter in via aliquid inueniebat, alter κοινὰ τὰ ἑταίρων acclamabat, vt ab eruditis iam est animaduersum. id Romani in *commune* dicebant. Senec. Ep. XXX *quoties aliquid inueni, non exspecto donec dicas, in commune, ipse mihi dico.* Phaedrus V. fab. VI *Ela, inquit, in commune quodcunque est lucri.* Similis vsus τοῦ κοινοῦ apud Graecos. lib. II Am. V. 34 *Haec mihi sunt vecum, tibi sunt communia mecum*; *In bona cur quisquam veniet ista venit?* Sic *communis Graecia* apud Nostrum lib. XIII. 199. et Cornelium Nepotem Vita Alcibiadis. apud eundem Vita Aristidae *commune aerarium*, et *communis classis. in commune conferre* apud Scriptores. Praestat etiam *ducite*, etsi pro altero *dicite* gladiatorii Zinzerling. Protausc. c. XXI.

510 *Robora nam desunt: superat mihi miles, et hosti*] Imo *non desunt* cum melioribus. Postea *hostis* prim. Palat. tert. Med. prior Erfurt. vtrique Hamburg. Florentinus S. Marci, Neapol. Vrbin. et duodecim alii. primus Vatican. *hostes. hoc est* Excerpta Calendrae. Pro *superat* quinque *superest.* Scribe — *Superat sua militis, hospes.* vt τῷ *mihi* ex cognatione literarum vocis proximae, vel ex glossa interlineari, in contextum irrepserit,

hospes

Digitized by Google

hostes in *hostes* facile deprauari potuit, vnde *hostis* postea, atque ex eo *hosti* factum sit. Sic Metam. lib. IIII Perseus quoque Phinea rem vocat *hospitem*. Gronouio videbatur: *Ducite, et o comites rerum status iste meorum, Robora non desunt; superat modo miles, et hoc est Grusia dis felix etc.* Mox lego *Imo ita: ego, Cephalus, crescat tua cimbius opes Vrbs, ait: vt veniens quidem modo gaudia cepi.* vel *Res ait* cum Cantabrig. fragmento Horhorn. et Sixiano libro, quomodo supra — *rerum status ille meorum. Rem Danaam* similiter dixit lib. XIII Nostes, et *rem Romanam* Virgil. Aen. VI. et Noster XIIII. 808 et XV. 438 *res Troianas*. sic et *res Macedonica* Solino cap. VIIII.

518 *Flebile principium melior fortuna secuta est*] *Sequetur* Prim. Gronou. et excerpta Langermanni. in narratione mea delicet. quod placet. nec aliter Graeuianus pro diuersa lectione.

520 *Morer vos*] Florentinus S. Marci, prim. Vatican. prim. Medic. et duodecim alii *moreris*. tres *morer te*.

527 *Exitium superabat opem, quae victa iacebat*] Sic Florentinus S. Marci et alii duo. In reliquis *opes victaeque iacebant*. Valde metuo, ne hoc posterius hemistichium sit ab aliena manu, quae supplere versum a Nasone mutilum relictum voluerit, nisi videtur rescribendum *spes victa iacebat*. vt ex *opem spes*, *opes* sit factum. Certe in primo Gronouiano *victaque iacebat*. sic Noster lib. I. 149 *Victa iacet pietas*. Paulo ante malim *arte medenti*, quam *medendi*. pro arte medica. vt lib. XV. 627 *artes nil posse medentum*. et Epist. Oenones 147 *medixque medenti Vtilis*, non *medendi*.

530 *Dumque quater plenis expleuit cornibus orbem*] *Iunctis cornibus* primus Gronouii et alter Hamburgensis. bene. *implenit* quoque idem primus Gronouianus, secundus Palatinus et duodecim alii. sic lib. II. 344 *Luna quater iunctis implerat cornibus orbem*. et lib. II Fast. 175 *Luna nouum decies implerat cornibus orbem*. Senec. Hippolyto 745 de Luna: *Cum suos ignes vacuum per orbem Iunxit*. Sic contra *diuidua Lunae cornua*. de quibus Notae ad lib. III. 683. Vidit iam veram huius loci lectionem doctissimus Gronouius Obseruat. lib. IIII cap. XV.

532 *Letiferis calidi spirarunt aestibus Austri*] *Aestus* iam praeuexerat. quare verius tres nostri, vnus Thuan. et vnus Ciofani *flatibus*. Noster lib. XI. 664 *Auster et ingenti iactatam flamine flabat*. Cicero Arateis: *Aram, quam flatu permulcet spiritus Austri*. Plura Trist. lib. I Eleg. X, vbi de naui: *propulsaque flatibus Austri*. vt quidem codices nonnulli. Festus Auienus Descriptione Orbis 1140 *Inde Fauoni Qua plaga foecundos alit almis flatibus agros*. ita scribo, pessime nunc illic circumfertur *dit almos fluctibus agros*.

536 *Volucrumque, animumque, bonmque*] *Ouiumque* recte vetustiores. nam de quadrupedibus est sermo. Deinde *Strage canuit prima* rectius duo Medicei et vnus Bononiensis, quam *primo*.

543 *Degenerat palmae*] Alii *Degener ad palmas*. at vetustiores magno numero *Degenerat palmas*. quomodo et Zinzerlingius

Digitized by Google

gius Promulsidæ Critica cap. XIII. Adi omnino Notas no
lib. III Pont. Eleg. I.

544 *Ad præsepe gemit, morbo moriturus inerti*] Veteres m
ti *letho inerti*, plures ex vetustioribus *longo inerti*. Scrip
fortasse Naso *languore obiturus*, vel *torpore*, quia *languor* sequi
Ita apud Senec. Agam. 161 in Mediceo codice erat scriptum
go pro *languore*.

547 *Siluis, agrisque, viisque*] *Agrisque ingisque* duo Medi

549 *Mira loquar*] *Loquor* meliores.

550 *Non cani*] *Auidi* vnus Mediceus. forte *Raui*.

555 *Et ductus anhelitus igni*] *Igne* plurimi veteres, quos
ter. Oxon. prim. Gronou. prim. Hamburgensis. *oris* prim. Mo
Arondel. alii quatuor, quatuor itidem *ore*. Legendum arbi
et luctus anhelitus aegre. Virgilio VIIII. 814 —— *lassos*
aeger anhelitus artus. Statius Theb. VII *Et iam vtrumque*
suspiriaque aegra fatigant. ibid. *Flatibus alternis aegroque*
foetus hiatu. Terentianus Maurus de Metris: *Genua cum*
hant Daretis, aeger est anhelitus. Alcimus Auitus lib. V
repercussus venatur anhelitus aeger. Apud Persium Satyra III
—— *aegris Faucibus exsuperat halitus*. vbi pro *exsuperas* Th
dorus Marcilius reponebat *Exspirat*. Lucilius apud Nonium
Deponere: Exspirans animam pulmonibus aeger agebat. sic
agebat.

556 *Tepidisque arentia ventis*] *Trepidisque ventis* prim.
tic. prim. Basil. sec. Medic. et Neap. nisi quod in illis duobus
sterioribus pro diuersa lectione *venis*, *venis* quoque Cantabr.
Pol. prim. et tert. Medic. prim. Moreti et complures alii. S
bendum *trepidisque venis*. atque ita prior Hamburgensis.
VII. 389 de Marsya: —— *trepidaeque fine vlla Pelle mi*
venae. Vide Notas lib. III. 125. De peste Virgilius Georg.
482 *Nec via mortis erat simplex: sed vbi ignea venis Omn*
acta suis miseros, adduxerat artus. Prudentius Apotheosi: *I*
que infertato referabat viscera cultro Vibratus de more se
manibusque cruentis Tractabat trepidas lesbali frigore fib
Mox pro *auraeque graues captantur hiatu* malim *graui hi*
quod Basileensis vnus confirmat.

564 *Atque salutis*] *Veque* cum Florentino S. Marci, primo
tic. Calandrino, aliisque multis.

566 *Et nulla, quid vtile, cura est*] *Et cura quid vtile, nulli*
rectius tertius Mediceus.

570 *Inde graues multi*] *Graues morbo* multi ex vetustiorib
Mihi versus hic cum proxime sequenti nonnihil sunt suspe
nam quid sibi volunt ista *aliquis tamen haurit et illas*, cum p
lo ante e puteis bibisse iam dixerit? quare malebam olim
quis tunc haurit et illas. *Iamque graues multi* Cantabrig.
male.

576 *Locus est in crimine solus*] Alii *in crimine totus*. vel
hi. vel *magno*. prim. Gronou. *natus*. Florent. S. Marci, Nea
Vrbin. prim. Medic. tres alii cum Norico *parmus*. *parno* pr
Vat

Digitized by Google

c. Benegg. sec. Medic. et duo alii. *prauo* Cantabr. et pri- Gronouii. mihi *rò morbi* placet inprimis. nisi scribas: *locus eſt in crimine*: *totis Semanimes errare vlis*. vel *no- iis*. Sed, ne quid dissimulem, etiam hic versus inter suspe- referendus.

Terraeque iacentes] *Terraque* rectius Arondelianus et alii.

Membraque pendentis tendunt ad sidera caeli] *Tendentia* Florent. S. Marci. *tendantia sidere* prim. Medic. *tendentes* prim. Pal. *pendentia sidera laeti* Spirensis. alii aliter. pi- nim in his quisquiliis haerere. Est videlicet versus scutica , non Nasoniana elegantia.

Hic illic vbi mors deprenderat exhalantes] Etiam hic eii- us, tanquam minime Latinus, nisi emendatione placet suc- vt rescribatur: *Hic, vbi mors, animam deprenderat, ex- antes*.

Aut quid debuit esse, Ni vitam odissem] *Vt vitam* pleri- veteres. Florentinus S. Marci et Vrbinas *an quod debuit*. olit. *an quid*. Scribe *Quid mihi tunc animi fuit: an, quod esse, Vt vitam odissem?* libro V. 626 *Quid mihi tunc i miserae fuit? anne, quod agnae est?* Pro *odissem* Zuliche- us *odirem*. ἀχρεῖως.

Cum putria motis Poma cadunt ramis] Coniiciebam ali- do *cum mitia*. id est, matura. de qua voce Fast. lib. II. 286. ni veteres *putrida*. sec. Medic. *putrea*. primus Medic. et neus *patria*. vnus Bonon. *putea*. vnus Thuaneus *Punica*. *patria* bene se habet. Poma enim putrescentia facillime ex arbore. A. Gellius lib. XIII cap. II *Quod in pomis eidem esse aiunt in ingeniis, quae dura et acerba nascuntur, fiunt mitia et iucunda, sed quae gignuntur statim vieta et , atque in principio sunt uuida, non matura mox fiunt, sed* . alluſit manifeste ad poma. Seruius ad Virg. I Georg. 26 *poma* proprie dici obseruat, *quae nec acerba sunt, nec* . vt et *rò putrida* in Nasone, quod codices multi hoc vti modo dicebam, amplectuntur, possit admitti.

Pro nato] *Gnato* vetustiores.

Fibra quoque aegra notas veri perdiderat] *Prodiderat* dus Palat. et septem alii cum Norico.

Vtroque vocant venientia fata] *Vebementia* vnus Argent. *mentia?* sic *remente deo aliquid facere* apud Propertium et lem. Vide Notas lib. VIII. 506.

Natorumque matrumque animae] *Natorum matrumque* teres et editiones nonnullae. Legendum *Natarum ma- ae*, vel *Natorumque patrumque*.

Isse sub amplexus Asopidos Aeginae] Prima in *Asopus* pro- tur. vt Amor. lib. III Eleg. II *Quid referam Asopon?* vnde et hanc lectionem ferri non posse. Scripti magna ex parte, alii obseruant, — *Isse sub amplexus Aginae Asopidos olim*, *tem*. nec pauciores: *Isse sub amplexus quondam Asopidos Aeginae*.

Digitized by Google

Aeginae. vnde legendum olim coniiciebam: *Isse sub amplex Asopidos Aeginai.* vt Enni aut alterius antiqui poëtae hemi chium exprimat. Alii codices aliter. sed quid sibi vult *non fa loquuntur?* sordet mihi haec locutio. Quare accedo optimo E rentino S. Marci et Argentin. in quibus: — *si te non falsa quuntur Dicta, sub amplexus Aeginae Asopidos isse.* neque al vnus Ambrosianus. huc alludit etiam primi Vaticani scriptu *Isse sub amplexus Aeginae Asopidos isse.*

621 *Quae das mihi pignoris omen*] *Quod das mihi pign omen,* vel *pignoris nomen,* veteres plerique. Florent. S. Marci, Palat. prim. Gronou. et sex aut septem alii *quod das mihi, pig ror, omen.* vere. sic apud Ciceronem Philipp. XIIII. 12 *ip ipse in acie fortissimum quemque pignerari solet.* vide Nonium *Pignerari.* Ita etiam in Indice Lucretiano Gisanium restitu iam video, voce *Porgere.* monet et A. Gellium Noct. Attic. li XVIII. 12 dixisse *pignerari,* pro *pignerare.* Apuleius Met. *Tuum mancipium irremunerabili beneficio sic tibi perpetuo pigne* Paulo ante pro *tonitruque secundo* prim. Medic. et quatuor *tonitrumque secundum.* Forte *Ille notam fulgurque dedit trumque secundum.* vt sit appositio. sic contra apud Claudia Bello Getic. 253 — *aduersamque notam duxere futuri.* *nitrum* pro *tonitru* etiam alibi habes, vt *cornum* pro *cornu.* XIIII. 542 — *tonitrumque secuti Cum saliente graues ce runt grandine nimbi.* atque ita passim Lucretius.

628 *Inania moenia supple*] Alii *comple.* septem *reple.* est e communis syllaba. Virgil. lib. XI. 140 *Euandrum, Euandri domos et moenia replet.* ita vetustissimus Florentinus aliqu praestantioribus. non *complet.* mox dicet — *sed non repl est curia verbis.* Statius quoque priorem producit lib. IIII S III. 122 *En ea colla rotas, nouisque late Bacchatur spatiis, q que replet.* et Martial. lib. VII. 19 *Misto lagenam replet ad des vino.*

636 *Et rami totidem*] *Ramos* omnino legendum cum meo Mediceo et Gryphiana editione. atque ita Naugerianidices.

637 *Pariterque tremiscere motu*] Scribe *parilique motu.* vox Nasoni nostro in deliciis. libro V. 478 — *parilique colonas Ruricolasque boues leto dedit.* libro VII. 305 *Arte parili reuirescere posse parentem.* lib. VIII. 569 *Quoque parili fuerat dignatus honore.* et mox 631 *Sed pia Baucis parilique aetate Philemon.* lib. XIIII. 29 *Optantemque eo parilique cupidine captam.* libro X. 115 — *parilique ex nitebant Auribus e geminis circum cana tempora baccae.* qui l vulgo mendosissimus circumfertur. *noctes pariles diebus* apud eretium I lib. 1066. et *parili ratione* II. 374. *Consimili s stellas parilique nitore* dixit Cicero in Arateis. sic et *dissi* apud eundem Tullium aliosque scriptores occurrit.

639 *Maius maiusque videtur*] *Videri* meliores magno num quos inter Florentinus S. Marci, qui etiam *desubito.* quom

Digitized by Google

Vrbin. vterque Erfurt. prim. Pal. prim. Vatic. prim. Gronou. Leon. et octo alii. vide Nonium in *Defubito*, qui monet Ciceronem quoque ea voce vſum. Aruſianus Meſſius antiquus Grammaticus apud me ineditus: *defubito cum praepoſitione*. Terent. Heaut. *Bolum mihi tanquam ereptum eam defubito ex faucibus*. et tertius Medic. prim. Moreti, prim. Baſ. prim. Hamburg. et quidem alii *debinc ſubito*. quod placet. Scribe *Creſcere debinc ſubito, et maius maiuſque videri*. vt apud Statium: *Debinc ſonare choros, caſtiſque accedere ſacris*. Niſi mauis *Creſcere dein ſubito*. qua voce Catullus non ſemel vſus eſt. Silius libro XV. 741 *Celſus ceu prima refloreſcente iuuenta Ibat conſul ouans, maior maiorque videri*.

647 *Somni eſſe venit*] *Somni. Ecce venit* duo Palat. aliique complures, concinnius. nec inuenuſte Louanienſis et alter Twiſdenius *Ecce meus*. vt τὸ *venit* ſubintelligatur. ſed nec male vnus Ambroſ. *dum ſuſpicor has quoque ſomnum*.

651 *Aſpicio, noſcoque*] Ita vetuſtiores magna ex parte. niſi quod prim. Pal. *noſcique*. Cantabrig. ſec. Palat. prim. Gronou. Leyd. prim. multique praeterea *nos mox adeunt*. prim. tert. Medic. ac alii decem *nos hiique adeunt*. alii aliter. Scribo *aſpicio agnoſcoque*. lib. XI. 686. — *vidi, agnouique, manumque Ad diſcedendum, capiens retinere, tetendi*.

656 *Parcum genus eſt*] Meſſius ſex ſcripti *parcumque genus*. Pro *quod referuet* Florent. S. Marci *qui reſeruent*.

662 *Lucis pars optima menſae Eſt data*] *Pars vltima* prim. et ſec. Palat. Calandr. duo Regii, aliique ſeptem. bene. nam pranſia vetuſtiori aeuo prorſus ignota.

669 *Fraterque viros ad bella legebant*] In plurimis veterum *mouebant, monebant, parabant, regebant*. in aliis *gerebant, vocabant, premebant*. fruſtra. Hinc *delectus* ſeu *dilectus militum*. In vno tamen Palatino, pro diuerſa lectione, *ciebant*. non male.

671 *Cum quis ſimul ipſe reſedit*;] Ita diſtingue. *ſimul* pro *ſimulac*. de quo Faſt. IIII. 496. *Ducis* pro *duxit* meliores.

672 *Adſpicit Aeolidem*] *Eioniden* legunt viri eruditi. vt et lib. VI. 681 *E quibus Eionides Cephalus te coniuge felix, Procri, fuit*. Deionei filium Cephalum facit Callimachus hymno in Dianam, Apollodorus, Antoninus Liberalis, Palaephatus, Tzetzes Chiliad. VIII. XX, Euſtathius in Homerum, Hyginus fab. CLX. Mercurii ex Creuſa Erechthei filia natum ait. ſic et fab. CXC. Nisi Deionei filium facit, et fab. CCLXX *Pandionis filium*. quod verum quoque pro *Deioneo* mendoſum, vel *Deionis*. Scholiaſtes Euripidis ad Hippolytum v. 455 Κέφαλος ὁ ἐκ τῶν ἐξ Ἐνδυμίωνος. ſatis perplexe, ſed legendum τῶν ἐξ Αἰτώνους, vel Αἰτίνους. non Apollodoro Αἰγίων, non Αἰγίνους, dicitur, vt et Antonino Liberali, atque Hygino. Hunc Phocidi imperaſſe idem Apollodorus teſtatur. Apud Hyginum fab. XXXXVIII male Cephalus *Deionei filius* dicitur, pro *Deioni*. quomodo bene fab. CCXXXXI et CCLXXIII apud eundem exſtat. Callimacho eſt Κέφαλος Αἰγενί-

Digitized by Google

Δηϊονίδης. Apud Apollonium parœmia Τελαμὼν ἀλίφατος, (phalus Δήϊνος υἱὸς occurrit pro Δηϊόνος. corrupte etiam. runt itaque, vt iam monui, viri insignes, qui pro *Aeolides Eionides* scribendum censerent. *Eioneus* enim et *Deioneus* Tzetzes Chiliad. VIIII Histor. CCLXXIII Ἰξίων ὁ Φλεγύου Ἀπὸ Λαπιθῶν ἐν γένους, Ἔσχε πρὸς γάμον · σύνευνον Δῖαν Δήϊ Ἄλλοις Ἠϊόνως δὲ, παραγραφῆς τοῦ ἄλφα. quomodo *Thoas* idem qui *Amyris* est. Apud Suidam certe, Zenobium, Dionianum et Apollonium in parœmiis modo Ἄμυρις μαίνεται, do Θάμυρις μαίνεται, occurrit. et sane discrimen nominis Stathius quoque notauit ad Iliados B. 595. Sic apud Cretensem lib. II. 45 opinor scribi debere: *Per idem est Rhesus Deioneo genitus, haud alienus a Priami amicitia.* nam vetusto Codice, quem possideo, *Rhesus Deioneo genitus.* de *Eroneo.* Homero Ἔξος παῖς Ἠϊονῆος. vnde Mercerus *genitus.* Caeterum mihi lectio vulgata non videtur sollicitanda in hoc Nasonis loco. Apud Apollodorum enim Deioneus, Deion, inter liberos Aeoli recensetur cum Cretheo, Sisyphe, Athamante, Salmoneo, Magnete et Perieres. Scholiastes quidem Homeri in Odyss. Δ Τυρὼ ἦλθε παρὰ Δεϊονέα τὸν Θεσσαλὸν, κατασχὼν αὐτὴν εἰς Θεσσαλίαν δῶκεν Κρηθεῖ τῷ ἀδελφῷ. vbi Cretheum et Deioneum fratres habes. Cretheum autem fuisse filium ex priscae historiae scriptoribus satis liquet. est Deioneus apud Plutarchum in Theseo, Eurysi regis Oliae filius, Ioles frater; qui Perigunen Sinidis latronis filiam Theseo compressam duxit vxorem. *Miletus* quoque *Deioneus* Nostro dicitur Metam. libro X. 442. Mercurii vero filium nullis habitum Cephalum ex Hygino et Apollodoro iam Quare sollicitanda non est lectio apud Nostrum lib. II Artitoriae 725 *Ecce redit filius Cephalus Cyllenia proles.* Apollinis matrem ei Herſen quoque assignat. quam a Mercurio matam fuisse, vel ex Nostro manifestum est, qui libro II M sub finem hos amores copiose enarrat.

672 *Ignota ex arbore*] *Ignara* prim. Ambros. prim. M sec. Palat. et quatuor alii. sic Tacitus saepe pro *ignotus.* Trist. III Eleg. VIII. Gellius quoque lib. VIIII. 12 notat *rum* dici, tam qui ignoratur, quam qui ignorat. sic et Virgilium Eclog. VI Vaticanus codex literis vncialibus scri *Rara per ignaros errent animalia montes.* vbi plura a me d tur. Apuleius Metam. VIII *baculo, quem gerebas, obuerber obliquam ignaramque me ducebas viam.* ita scripti et primatio. non *grauemque.* idque iam Pricaeum illic loci occ animaduerto, qui consulendus p. 385.

674 *Ille locutus*] *Ante* multi. puto *inde.*

687 *Et caetera nota pudore*] *Pudori* in nonnullis vetustioribus alii *Quae patitur pudor, ille refert: et cetera narrat.* v *cetera differt.* nonnulli vtrumque versum agnoscunt. at Fl tinus S. Marci *Quae petit ille refert, ceterum narrare* Scripserat, puto, Noster: *Quae petit ille, refert, sed*

Digitized by Google

ure pudori eſt, Qua tuleris mercede, filet. Scriptum fuerat *quae.* ex quo et *narra* procuderunt *cetera.* hic fons erat. Vulgata lectione nihil inſulſius. Mox *Poſſe credere* cæteres.

Magnae ſoror Orythyiae] *Raptae ſorur* vetuſtiores pleri. Propertius lib. II Eleg. XXVI *Crudelem et Borean rapta Orythyia negauit.* et lib. III Eleg. VI *Infelix Borea raptae me Orythyiae.* Noſter Amor. lib. I Eleg. VI *Si ſatis es raptae memor Orythyiae.* Stat. Theb. XII. 630 — *raptae qui ſus Orythyiae Celanis Geticos ripis Iliſſos amores.* In primo ouii, et Bernegger. pro diuerſa lectione, *Spartae.* quod Medic. et rem. et Spirenſis, et Noricus, alii duo quoque, cunt. quod non intelligo, niſi *ſpretae* reponas, a me vi. nam in vno erat *Sptae.* in priore Erfurtano *paruae.* ſed ae ſequentia confirmant. Mox *Dignior ipſa rapi* ex me.

Hanc mihi iunxit amor] *Amor* in Vrbinati erat repoſi veteri lectione penitus deleta. Forte *Haec mihi iunxit*

Et nunc quoque forſitan eſſem] *Ac* plerique vetuſtiores. Florent. S. Marci, Thuan. et alii duo. *ac* tres. *vt* ſec. Medi. Forte — *quin nunc quoque forſitan eſſem.*

Poſt ſacra] *Acta* Vrbin. Neap. ſec. Medic. Scribe *poſt dotalia.* ſponſalia intelligit. quae *pactum* ſaepe vocantur. lib. IIII Met. *Votis nuptialibus, pacto iugali deſtinatus, is etiam maritus nuncupatus.* Noſter lib. XIIII. 36 — *vno ubicſcere pacto* ſic et ibi videtur ſcribendum. Statius VIII. 620 *Dum mea neſcio quo ſpondentur foedera pacto.* lib. III. 171 — *nec te connubia caelo Pacta, nec haec lacrymae, furibunde, morantur.* ita emendandum. nam mbranis multis *Facta.* in libris vulgatis *Feſta.* in Achil. II. 354 — *quid enim illicitis genialia rumpi Pacta dolis?* do ſcribendum. In multis verorum *Quid enim genialia ro rumpi Pacta dolis.* Vulgati *capta.* ſic apud Silium lib. 79 inſulſe vulgo circumfertur: *facta boſpita fornet,* pro *connubia caelo pacta, pactos Hymenaeos* Virgilius dixiſſet. et *pactae* pro ſponſis Velleius Paterculus lib. I. 1 de Oreſte: *a Pyrrho Achillis filio virtute vindicauit, quod pactae eius ines nuptias occupauerat.* Statius Theb. VIII. 554 *Pactas ream primis Atys ibat in armis Iſmenen.* Noſter lib. 451 *pactaque furit pro coniuge Turnus. pacta virgo* Vale. Flacco.

Ingrate] *Ignare* Bononienſis. elegantter. ſcilicet morum ignare, ita apud Stat. III Silu. III. 186 *Ad manes ignare* Vbi *ingrate* etiam alii. et V Silu. VIc. 75 *heu munera no. bis ignarus adhuc.* vbi ſimiliter MS. *ingratus.* VIII. 487 *cui tunc Thebana bipennis In galeam librata venit.* id non exſpectanti.

Digitized by Google

715 *Esse metus coepit*] *Ecce metus coepit* ex quatuor scripti et praecedenti versu *Vt redeo*, pro *Dum*.

720 *Quaerere, quod doleam, fatuo*] *Quid doleam* multi veteres. vt lib. X. 413. vnus *quae*. tres *quo*. *et studeo* Cantabr. prim. Basil. quare. Medic. prim. Erfurt. et duodecim alii.

726 *Aditus factis*] *Aditu facto* Florent. S. Marci, Bernegg. et vnus Medic. probe. ita saepe peccatum. Val. Flaccus lib. initio: —— *versa proles tua pandet Idume* (*Nunque potes Solymo migrantem puluere fratrem*. sic scribendum. vel *pandet versum Idumen* editiones nunc circumferunt. vnde variae corruptae promanarunt. nec dissimile mendum eiusdem Flacci corrices insedit libro V. 95 —— *atque ea vix dum Visa viris: ut nox protinus abstulit vmbra*. Sthenelum videlicet. *atram vmbram* vulgati. frustra.

727 *Vt vidi, obstupui*] Forte *vt stupui*. consule quae notata ad Epist. Medeae v. 33.

731 *Desiderioque calebat Coniugis erepti*] Pro *dolebat*, *Calebat* eleganter scripti maiori ex parte. et mox *Coniugis abrepti*, *coniugis erepti*. Silius lib. III *abripitur diuulsa marito*. apud Nostrum libro X. 160 *Abripit Iliaden* libri optimi. Val. Flacc. IIII. 1. —— *vt dictis perstantem carnit in Isdem*, *Abripit, et sociis, quae sint ea promere cogit*. hoc est, secum abducit. libro I. *Non iuuenem in casus eademque pericula Acastum Abripiam?* Propertius lib. II Eleg. VIII *Ille etiam abrepta desertus coniuge Achilles*. Apuleius Met. III *E mediis capillis meis capillos abscondito abripuit*. non *arripuit*.

739 *Dare me promitto, loquendo, Muneraque augendo*] *Pro nocte loquendo* plurimi veteres. *pro nocte pacisci* Mureti excerpta et decem aut duodecim ex nostris. quod secutus sum. Nostrum in Amoribus lib. I Eleg. X *Parcite, formosae, pretium pro nocte pacisci*. *Pro nocte spopondi* sec. Palat. tert. *ferendo*. vnus Mureti *pro nocte locando*. forte *locanda*. sic Amor. I. 10 *sola locanda nocte*. *Dare me pacisci*, pro *daturum me pacisci*. Apuleius Metam. *qui mecum iamdudum grandi praemio pepigit, reducat paulisper ab inferis spiritum*. sed et *nocte pacisci* apud eundem lib. X *grandi demique pretio cum altore meo depacta est vnius concubitum*.

741 *Exclamo, mala: pectora detego: fictus adulter*] Mira lectionum diuersitas in hoc versu. Spirensis cum vulgatis facit, nisi quod in eo *pacta nego*. Vetustiores alii plerique: *Exclamo, male fictor adest, male fictus adulter*. aut etiam *ego fictus*. alii *Exclamo, mala pectora detego, pactus adulter*. vel *Exclamo, mala pacta ego sum, male pactus adulter*. vel *Exclamo, mea pacta nego*. Longe plura sunt, quae proferri poterant. sed taedet hisce sordibus chartam inquinare. Puto scribendum: *Exclamo, Male tectus ego en, male pactus adulter*. nisi malis *Exclamo, male fassus, Ego en male pactus* (vel *tectus*) *adulter*, *Verus eram ibi iux*. quod verum est. Scriptum fuerat *Exclamo me pactus, male me fassus*. vox vtraque alibi etiam, praesertim in Fastis, apud Nostrum

Digitized by Google

Nostrum nonnunquam confunditur. libro VIII Met. 453 *Fassa-que me flammasque meas.*

751 *Haec mihi confesso*] *Hoc* cum melioribus.

753 *Dat mihi praeterea, tanquam si parua dedisset Dona, canens munus*] Repone ex Florentino S. Marci, Spirensi, Bernegger. et tribus aliis *tanquam se parua dedisset Dona*. tanquam se ipsam paruum dedisset munus. elegantissime. *tanquam si* minus elegans, quod tamen bis terue apud A. Gellium occurrit. vt libro II. 6 et libro IIII. 10.

754 *Quem cum sua traderet illi Cynthia*] Atqui Minoëm Procridi tam canem, quam iaculum, tradidisse ait Antoninus Liberalis sub finem Metamorphoseon, et Tzetzes Chiliad. I. 20. De Cane id ipsum adfirmant Pollux Ononomastici lib. V. 5, Hyginus Poët. Astron. lib. II, Scholiastes Germanici Caesaris. Seruius ad v. 448 lib. VI Aen. ab Aurora Cephalum cane hoc velocissimo et duobus hastilibus, quae vitari non possent, fuisse donatum asseuerat. Sed Pausanias lib. Boeot. cum Ouidio consentit. Pollux hunc Canem a Vulcano ex aere Monesio fabricatum, atque anima indita Ioui fuisse donatum narrat. quem Iupiter Europae, Europa Minoi dono dederit, Minos Procridi. Seruius ad v. 218 lib. I Georgic. *Hunc Canem alii Icari putant patris Erigonae, qui mortem patris filiae nunciauit. Alii hunc esse a Ioue datum custodem Europae, quem nulla fera potuit effugere, quique a vulpe quondam liberauit Thebas.* sic locus ille legendus. Paria habes de hoc cane Europae apposite apud Scholiastem Germanici in Sirio. Vid. et Heracl. de Incredibil. cap. XXX.

756 *Dat simul et iaculum*] Hinc Πρόκριδος ἀκόντια in prouerbium abierunt. vide Apostolium.

766 *Manibus*] Scripti plerique *manibus quod cernis habemus*, vel *quod cernis habere*. Scribe *manibus quod cernis haberi*. vel, quod malo, *manibus quod* (*cernis*) *habemus*. vt in illo Maronis VI. 760 *Ille* (*vides*) *pura iuuenis qui nititur hasta Proxima forte tenet lucis loca*. Vidit iam veram lectionem Gronoulus Obseru. lib. IIII. 18. qui illic adeundus.

758 *Accipe mirandum*] Scribe vel inutilis libris: *Accipe: mirandi nouitate mouebere facti*. nisi *monstri* malis cum Arondeliano. sic *mirabile monstrum* lib. V. 258. vbi Notae nostrae videantur.

759 *Carmina Naïades*] Haec nihili sunt: Conatus tamen est locum illustrare Ianus Parrhasius Epist. Quaest. XXXVIII. Quae enim istae *Naïades* fatidicae? Pro *Soluunt* prim. Gronou. prim. Ambros. Arond. et aliter Erfurt. *Soluerat*. vnde veram lectionem sum subodoratus. Florentinus S. Marci et Spirensis *soluitur*. in tertio Mediceo aliisque nonnullis vox *Naïades* in litura cubabat. tres quatuorue *Naïadum*. Lege minima mutatione: *Carmina Laïades non intellecta priorum Soluerat ingeniis*. de Oedipo Laii filio agitur. Sequentia distinctione sunt iuuanda, vt vates illa obscura, quae iacebat praecipitata, non sit Themis, vt in vulgatis libris, sed Sphinx. quare *non talia linquit inulta* cum melio-

Digitized by Google

ribus reponendum, pro *nec talia liquit. Infandam* vatem vo
Sphingem Oedipus apud Senecam v. 92 ex optimis membra
Florentinis: *Nec Sphinga caecis verba nectentem modis Fu
eruentos pestis infandae tuli Ictus.* vbi codex *vatis infandae* h
bet. Omnia iam plana sunt et perspicua. Inciderat tamen a
tiquus quoque auctor argumentorum, in hasce fabulas editorum
in mendosos codices: vt errorem de Naïadibus inueteratum e
appareat, de *Laïade* aliquid hic loci visus est deprehendisse lac
bus Taurellus, teste Ciofano. sed quid ille vellet, bonus Cio
nus non intellexit. et mihi Taurelli scriptorum videre nih
contigit. Sphinges Latini *Spinturnices*, et *Spinturnicia* appell
bant, vti ad Solinum monuit Salmasius. eas Graeci ac Lati
perperam alatas describebant, aliter Aegyptii. et recte. Sphing
enim Cercopithecorum genus.

762 *Scilicet alma Themis*] A Baccho vulpem fuisse immiss
Pausanias lib. VIIII Boeot. asseuerat. Vulpes autem Teume
hanc Palaephato, Apostolio paroemia Τευμησία ἀλώπηξ
μῦθον, Etymologici auctori, Suidae, Straboni, Stephano
Vrbibus, Pausaniae, Tzetzae Chiliad. Hist. XX, aliisque dicitu
Ex horum tamen numero Τελμησία ἀλώπηξ, vel Τελμισία no
nullis dicitur. sed minus bene. Caeterum vulpem hanc T
banis immissam fuisse a diis, quod Cadmaeos eiecisset ex Th
baïcis Chrestodemus, narrat Apostolius.

763 *Protinus Aoniis immissa est bellua Thebis*] *Immittitur bel
lua* manu prima Neapol. et vterque Hamburgensis, et Bernegg
rianus. *immittitur altera* Florentinus S. Marci et Spirensis. M
pro *pecorique sibique* idem *pecorumque suumque.* alii aliter.
Cantabrig. prim. Gronou. sec. Med. Spir. et complures praetere
pecorumque suoque. quod verum est, nisi malis cum duobus pos
risque suoque. quo multi ex vetustioribus alludunt, atque e
inter prim. Palat. in quibus *pecorique suoque. Multi* etiam p
multis Zulichemianus, et *Rurigenae* castigatiores pro *Ruricol*
Scribe *Protinus Aoniis immittitur altera Thebis Pestis: et exit
multi pecorumque suoque Rurigenae pauere feram.* De vera huius
loci scriptura opportune me monuit vir in restituendis veteru
scriptorum deprauatis locis felicissimi successus, noster Gron
vius, cum in prima editione *immittitur altera, pecorunique suo
que,* et *rurigenae* exprimendum curassem. *pestis,* vt lib. XI *pest
Nemeaea* pro leone Nemeaeo. ita enim libri nonnulli veteres
illo loco. neque aliter passim principes poëtae.

768 *Pestiferum lina plagarum*] *Pictarum* non male Basilean
primae notae. Ep. Oenon. 19 *Retia saepe comes maculis distincta
tetendi.* Senecae Hippol. 46 *Picta rubenti linea pinna* dicitur.
Hanc *formidinem* etiam appellabant, quae variis plumarum co
loribus distinguebatur. videndi Gratius et Nemesianus in Cyn
getico, hinc Nostro in Remedio Amoris 203 *varia formido* di
citur. Eunodio in Epistolis *mentita pennarum formido discolor
bus fucis.* eadem et *μέτυς* Latinis, et φόβος Graecis. sed de hi
accurate ad Gratium doctissimus Vlitius noster.

769 *Di*

Digitized by Google

69 *Detrahitur*] *Distrahitur* prim. Palat. vt raptam impetu significet. quod mox *evulve vinculo* dicit. *Quas* prim. Gronou. Vide Notas lib. III. 140.

70 *Et coetum non fegnior alite linquit*] In vno meo *et volatum sequius alite*. quomodo primus Gronouii et Sixius pro ista lectione. Scribe *et coetum non secius alite ludit*. In altero *sequior* a manu prima. Adi quae notamus lib. II. 809.

73 *Pedum calidus vestigia puluis habebat*] Puto *obibat*. Vide quae lib. I. 552.

77 *Nec exutae contorto verbere glandes*] *Nec excussae* prim. Gronou. Cantabrig. aliique plurimi. quod placet. Lucanus libro VI. 710 apposite: *Lygdamus excussa balearis torter habenae Ilia petens solido frigit casa tempora plumbo*. ita scribe ex optimis libris. non *excussae*. Liuius Hist. libro XXVII apud Ammianum: *Ne flamma habena volutetur in iactu glans, sed librata ictum ferierit, velut neruo missa excutiatur*. sic *glande fundit* Ausonius apud Ammianum quoque lib. XXXI. 7. et *fundat amenta excusso* ibid. cap. XV. sic *hasta manu excussa*, et *cupiens excussa* Senecae Phoeniss., quae vulgo Thebais. ibidem 468 *Hasta trementem iamque cupientem excuti Hastatu solo defige*. *Hasta, quam Cydon excussit manu* Hercule Oetaeo 820. Prudentius Hamartig. — *magis est medicata sagitta, Quam iacit ex dominatio lubrica mundi, Eludens excussa oculos*. Silius lib. VII. 655 — *sed totam pectoris iram Mandat atrox hasta telumque volatile nodo Excutit*. Tacitus Annalium lib. II. *Funditores librateresque excutere tela, et praeturbare hostem*. vbi at primus Moreti *exsitae*, alii *exsultae, exussae, haustae*, vnde *excitae* videbatur scribendum. quomodo Rottendorpius et duo alii. vt infra lib. VIII. 338 *Hinc aper excitus*. et lib. XI. 384 *coniux excita tumultu*. apud Lucanum lib. I. 239 *Ira excita immensus, expulsae* alter Erfurt. Pro *scyor hasta* malim *scyos*. vt ad *rò exit* referatur.

79 *Apex medius*] *Medii* veteres plerique. Pro *Tollor in hunc* vnus. S. Marci. prim. Vatican. prim. Gronou. prior Erfurt. et alter septem alii *Tollar eo*. quod praestat. sic apud Horatium lib. III Od. I — *sed timor et minae Scandunt eodem, quo dominus*.

81 *Quo modo deprendi*] *Quae* Cantabrig. et Arundel. Puto *Quo*, nulla fere mutatione, pro *Cum*, vel *Qua*, vnde, ex quo

86 *Et vanos aperit in aëre morsus*] Alii *vanos motus*. et duo meliores. *vacuos motus* prim. Gronou. prim. Moreti et alii. Prior Erfurt. Neap. aliique complures *vacuos morsus*. vt apud Statium Theb. II de Leone 680 *vacuis ferit aëra morsus*. et Val. Flacc. lib. III. 589 *Frangit et absentem vacuis mentibus hostem*. Ammianus lib. XXVIIII. 4 *Vbi tanquam leo, ob cervum amissum vel capream, morsus vacuos contudit*.

Digitized by Google

788 *Digitos [amentis addere]* *Indere* prim. Palat. prim. Strozz. Oxon. alter Hamburg. et pro diuersa lectione prim. Vatic. pro quod etiam in veterrimo codice inuenerat Mariangelus Accursius. De *addendi* tamen verbo vide quae notat erudite Gronouius ad Senecae Herc. Fur. 1237.

790 *Medio campo]* *Campi* vnus Patauinus. vt Fast. III. 219 *medium campi sciſſis tenuere capillis.* Caeterum in plurimis veterum *et medio.* forte *ex medio.*

791 *Fugere hoc, illud]* *Fugere illud, hoc* quart. Medic. Pal. — *fugere illud, at hoc latrare putares.*

792 *Inuictos ambos]* *Ambo* Florent. S. Marci, sec. Medic. Neap. Berneggerianus. ἐχχαιδεκ. neque aliter prima Aldi editio. Virg. Eclog. VI. 18 — *nam saepe senex spe carminis ambo Luserat* vbi vide quae adnotamus. Georg. IIII. 88 *Verum vbi ductores arua reuocaueris ambo.* sic castigatiores libri vtroque loco. quod pluribus exemplis adstruit Charisius.

796 *Sunt, Phoce, doloris]* *Sint* cum Cantabr. Norico et duobus aliis.

798 *Aeacide]* *Aeacida* Florentinus S. Marci et Bernegger. nus cum primo Vaticano et sex aliis. adi Notas Epist. III. 87.

806 *Nec mecum famulos, nec equos etc.]* *Ire sinebam* meliores. et mox *vmbras* pro *vmbram.* nisi quod *frigus opacum* vno Mediceo. vt apud Virgilium Eclog. I. 53 *frigus captare opacum.*

810 *Exibat vallibus]* *Exhalat* plurimi veteres. tres *exhalabat.* Scribe *halabat.* sic Lucretio VI. 220 *grauis halans sulphuris aurae.*

818 *Dicere sum solitis]* *Sim* cum primo Palat. secundo Medic. Neapol. Bernegger. et tribus aliis. praecedentia id requirunt.

820 *Semper capiatur ob ore]* *Captatur* legendum cum Florent. S. Marci, sec. Medic. et tredecim aliis. vel *captetur* cum Neapol. primo Moreti et Barber. sic supra 557 *auraeque grues captantur hiatu.* lib. IIII. 72 *Inque vicem fuerat captatus anhelitus oris.*

823 *Esse putat Nymphae]* *Putans* ex Cantabrig. Spir. sec. quart. Mediceis, Neapol. prior. Erfurt. et sex aliis.

827 *Vt mihi narrtur]* *Vt sibi* cum melioribus.

833 *Speratque miserrima falli]* Multi codices etiam ex veteribus *metuitque miserrima falli.* vnus atque alter *crediteque* vulgata scriptura optime se habet. ita et Atticis ἐλπίζειν in malam ponitur partem. Notum illud Maronis: *At sperate deos memores fandi atque nefandi.* et *Hunc ego si tantum potui sperare dolorem.* Tertullianus de Pallio, qui liber Graecissimus est refertus: *Quo magis de montibus suis Campania sperat, me-*

tum

Digitized by Google

mus sibi a Vesunio. Spartianus in Didio Iuliano: *Sed Iulianus ignarus laesum fautorem Seueri, iussit eum occidi.*

839 *Veni tamen optima dicens*] *Dixi* castigatiores. quare paulo ante *Vt subito* puto scribendum pro *Et*. nisi mauis *En* cum uno Mediceo.

842 *Tenens in pectore vulnus*] *Tuens* vnus Medic. et postea *mox prodita* pro *cognita* chartaceus probae notae in eadem bibliotheca.

847 *Corpusque meo mihi carius*] *Mihi me carius* prim. Palat. Arondel. alter Hamburg. et vnus Argent. lib. VIII. 405 — *o me mihi carior, inquit, Pars animae consiste meae.* Trist. V Eleg. vlt. *O mihi me coniux carior.*

848 *Vlnis Mollibus attollo*] *Vlnis fontibus* longe efficacius secundus Palat. et pro diuersa lectione Medicaeus. sic et postea *sceleratum* se vocat. Redde eandem vocem Gratii Cynegetico 448 — *procul hinc exorribus ire Edico praesente deo, praesentibus aris, Quis scelus aut manibus, sonti aut in pectore motum est. Manibus sumtum* perperam ibi circumfertur, et parum Latine. Caeterum, vt hoc obiter addam, agit ibi Gratius de colle quodam in Sicilia, qui Vulcano sacer est. eius descriptionem habes apud Solinum cap. V, vbi agit de Sicilia, cum illic loci Salmasius neget, de hac rupe alibi quidquam sibi lectum esse, et nonnulla prorsus ἀπροσδιόνυσα addat de Egnatia Sallentinorum oppido.

850 *Sceleratum deseras*] *Desinat* tres scripti. Adeantur Notae lib. II Art. v. 725.

857 *Dixit: et errorem*] *At errorem* scribo. vel *dixerat, errorem.*

858 *Sed quid docuisse*] *Si quid docuisse iuuabit* Arondel. Forte *si quid docuisse iuuaret.*

Digitized by Google

METAMORPHOSEON

LIBER OCTAVVS

4 *Quibus feliciter acti*] *Vſi* quatuor veteres. vt Epiſt. X. 89 *ventis quoque ſum crudelibus vſa.* lib. XIII Met. 419 *vti nauita ventis.* ſic et alibi. ſed vulgatam nihilominus lectionem probo.

8 *In vrbe Alcathoi*] *In vrbem* primus Medic. Noricus et alii. *in vrbe Alcathoi* puto. de qua lectione dictum Artis Am lib. II. 421.

11 *Orientis cornua Lunae*] *Cornua Phoebes* vnus Medic. vnus Ambroſ. recte. niſi magis *orienti Phoebae.* nam alter T denius *orienti Lunae.* ſic ſaepe alibi *Phoeben* pro Luna po Paulo ante *pro medio de vertice* Florent. S. Marci et alii *me que in vertice. Medio ſub* Neapol. Vrbin. et ſec. Medic.

13 *Dinque Inter vtrumque volat dubiis victoria pennis*] *gat* Florent. S. Marci, vnus Medic. et vnus Bon. ſic Plau Milite Glorioſo II. 5. 13 *Te alloquor vitii probrique plena, q circum vicinos vagas.* Prudentius Cathemerin. Hymno VI. *Liber vagus per auras Rapido vigore ſenſus.* ita vetuſtiores c ces. alii *vacat*, vel *vagas.* Vide Nonium in eo verbo. plura eius exempla producit ex Plauto, Sereno, Pacuuio, Att Turpilio, Ennio, Varrone et Pomponio. idque Gruterus rep nebat leg. XXXXIIII in fine, ad Senatusconſultum Siliani Forte tamen tam apud Naſonem, quam Prudentium, ſcrib dum *vacat.* ſic *vacat ars*, de quo Triſt. IIII Eleg. III. 77. Po et legi *vaga eſt.* idque recte, vt opinor.

15 *Proles Latonia*] *Latoïa* Neapol. Thuan. prim. Reg. Aro et ſex alii. Florent. S. Marci *Letoïa.* bene. quo etiam allud tertius Medic. in quo *Letonia.* Vide notas Triſt. III Eleg. II. 3

19 *Bello quoque ſaepe ſolebat*] *Bellum quoque; turre ſoleb* ſecundus Mediceus et Neapol. at Vrbinas —— *bellum quoq ſaepe ſolebat Spectare eque illa. Bellum* etiam a manu prim Berneggerianus. Lege: —— *bellum quoque turre ſolebat Spectar eque illa rigidi certamina Martis.*

21 *Iamque mora belli*] *Moras belli* Neapol. et prior Erfur vt *nomina procerum belli moras* appellet. ſic apud Lucanum I. 10 *Craſſus erat belli medius ora.* et apud Silium lib. I *Romani Mar rus belli mora.* quanquam paulo alio ſenſu. Sed vulgata ben ſe habet.

26 *Sumſerat aere Fulgentem clypeum*] *Ore* prim. Vatican. duo alii. prior Regius *auro.* bene. lib. XIII. 105 *Ipſe vite galeae clarо radiantis ab auro.*

33 *Alb*

Digitized by Google

33 *Albi frontis insignia pictis Terga premebat equi*] Non damno lectionem, arridet tamen, quod pro diuersa lectione Graeuius exhibebat, *phaleris pictis*. vt apud Maronem lib. V. 310 *primus equum phaleris insignem victor habeto*. Atque ita Graeci neque passim. Achilles Stat. lib. I, vbi ornatum describit, φάλαρα ἱππήϊα addit inter caetera. sed vide doctiss. Pricae. et Apulei. X Met. p. 621. Sedulius lib. IIII *Nec terga frenatis premenda pressit equi, fideris qui pictus et auro, Ore cruentatum mandanti conuitit aurum.*

42 *Vtque sedebat*] *Solebat* non male septem veteres, et Neap. tert. Medic. pro diuersa lectione.

46 *Nunquam*] *Nunquid* cum primo Medic. et Norico.

47 *Me tamen accepta poterat deponere bellum*] Pro *deponere bellum* quinque codices *dimittere*. vt apud Statium Theb. VI. 514 *Sophone, quantum poteras dimittere bellum?* sic Noster Metam. VIII. 217 *Rex iubet incepti curam dimittere belli*. Apud Senecam Phoenissis: *infaustas, aio, dimittite pugnas.*

48 *Haberet*] Malim *habere*.

50 *Pulcherrime regum*] *Rerum* decem veteres. omnino rectius. vt Art. Amat. I. 213 *Ergo erit illa dies, qua tu, pulcherrime rerum, Quatuor in niueis aureis ibis equis.* sic *fortissime rerum*, et similia. Mox *ipsa fuit*, non *ipse*, meliores.

51 *O ego ter felix*] *Quam felix* nonnulli.

59 *Et caussaque valet*] Multi veterum *In caussaque*. Columella lib. III. 11 *Vitis eligitur, quae et in fructu valet et in materia.* et *in ira valere* Gratio v. 454 *Illum agat infandae cautus huic audacia culpae? Discet commissa quantum deus vltor in ira Pone sequens valeat.* Deinde pro *caussamque tuentibus armis* Florent. S. Marci, Bernegg. Cantabr. sec. Medic. Spirenſ. veterque Erfurt. prim. Hamburg. et quinque alii *tenentibus*. quod verum puto. hoc est, per quae causa tenetur. Formula iuris. Noster libro XIII. 190 *Difficilem temnit sub iniquo iudice causam.* Paulo ante primus Vatic. *quamuis tamen vtile vinci*, pro *quamuis saepe*.

61 *Cur suus haec illi referet mea munia Mauors*] *Referabit* prim. Gronou. rectius. Malim tamen *referarit*.

64 *Nam metuo certe*] *Non metuam* Florent. S. Marci, Thuan. Bernegger. primus Medic. prim. Erfurt. Spirenſ. et vnus meus. alii ex vetustioribus *Non metuam*, vel *Non metuo*. prim. Moreti et alius *Iam metuo*. Scribe *Quam metuo!* sic lib. VIIII. 474 *Quam nolim, vasa fit?* Virgil. Aen. VI. 694 *Quam metui, ne quid Libyae tibi regna nocerent?* Iuuenal. Sat. X. 84 *Quam timeo victus ne poenas exigat Aiax.* Propertius lib. I Eleg. XVIIII. *Quam vereor, ne te contento, Cynthia, fusco Abstrahat e nostro gaudere iniquus Amor!*

65 *Quis enim tam durus*] *Dirus* praestantiores multi. quod efficacius. Pro *non inscius* recte etiam *nisi nescius* duo meliores Moreti et sex alii cum Graeuiano. neque aliter pro diuersa lectione primus Vaticanus. inuenit etiam id in suis Viuianus. sex alii *nisi inscius*. verum proxime.

67 *Et*

Digitized by Google

67 *Et stat sententia*] *Exstat* Geneu. Scribe *en stat.* malis *tradere secum Dotalem patriam*, pro *mecum*, cum centino S. Marci et primo Vaticano. vt poëtae interlo sint verba.

72 *Sibi quisque profecto Est deus*] *Fit deus* in primo nouii. vt apud Maronem VIIII. 185 —— *sua cuique de dira cupido.*

74 *Cupidine tanto*] *Tanta* etiam in Thuani codice. sed lino genere etiam Plautus Amphit. II. 2. 210. et Noste lib. VIIII. 733. X. 636. VI Fast. 575. Sil. IIII. 99 et VI vid. Muret. I Var. Lect. 4. et ita ex MS. Florentino lib. I 234 *solitaque cupidine caedit.*

75 *Perdere ganderes*] *Prodere* tres scripti. Vide Festum verbo. at Mediceus primae notae *Pendere.* pro impende discrimini obiicere. sumtum a lancis examine. vnde *tributum*, *vectigal*, *poenam* et similia. sic Calpurnius Ecl *Hunc ego, qualemcunque vides in valle, paciscor Penderes sciat hic se non sine pignore vinci.* Noster libro X. 611 *Aequ Quis deus hunc formosis, inquit, iniquus, Pendere vade que iubet discrimine vitae Coniugium petere hoc!* ita illic mus Cantabrig. cum vno Basileensi. *pensius cogitare* Auso Gratiarum Actione. *pensas herbas*, pro ponderatis, Noster Metam. XIIII in fabula Circes. Ausonius Idyll. VIII —— *trutinae se examine perdit.* ita veterrimus codex. non cum vulgatis. Epistola V ad Theonem idem codex *dependen deprendere*: *Quas tamen explicitis nequeas dependere c* quibus tamen locis nil temere muto. Apud Statium Achilleidos primo sub finem in nonnullis codicibus est *Sed, pater; ante igni ferroque excisa peribit Scyros, et in das ibunt euersa procellas Moenia, quam sacuo mea tu co pendas Funere.* non *perdas*, quod est in vulgatis. Primo versu scribendum censeo *Sed patria ante igni. patria Scyr*

77 *Et gladios ausim*] *Per gladios* cum vno Vossiano Gronouii, priore Twisdenio et Mediceo vno. *Per gladias* in vno Berlmanni exstabat.

85 *Fatali*] *Vitali* in vetustioribus nonnullis.

87 *Spolium sceleris*] *Coleris* in primo Mediceo, priore Calandr. Iures. Spirens. et quinque aliis. quomodo et Pris agnoscit, et in veterrimo libro Vinianus inuenit. Sed versum hunc tollendum censeo. Certe in optimo S. Ma dice margini adscriptus erat, idque manu recentiori.

88 *Meriti fiducia tanta est*] *Meritis* duo. vnus Lei *menti.* non male.

91 *Patriamque meosque penates*] *Patriosque* ex *melioribu*

98 *Orbe suo*] *Orbe polus* Neapol. Florent. S. Marci et *Orbe tuo.* quartus Medic. *Orbe meo.* Scribe *Orbe pio.* *negentur*, pro *negetur*, Mediceus charzaceus.

100 *Qui meus*] *Quae meus* Vrbin. et duodecim alii.

101 *Iustissimus auctor*] Olim *vltor* legebam. vt supra VII *Androgeique necem iustis vicisetur armis.* et apud Gunth

Digitized by Google

bro IIII Ligurini: *Aliorum gutture duro Elidi laqueo iuſtiſſimus operat vltor.* et libro VIIII *Riſit, et appenſum ligno iuſtiſſimus ultor, Faucibus eliſis conligna morte peremit.* Nunc nihil muto. am *auctor*. ad leges referendum. vnde et *legifer* Noſtro dictus t in Amoribus. ſic de Auguſto lib. XV. 833 —— *legeſque ferat iuſtiſſimus auctor.*

103 *Impleri*] Imo *impelli*. quod, praeter vnum codicem Iofani et Mureti excerpta, quinque noſtri exhibent. ſic *iuſſum remis impellere marmor* Maroni in Georgicis l. 254. et Aen. III *impellite remos*. Noſter Epiſt. III —— *fine paras impellere lunige claſſem*. Valer. Flacc. I Arg. 340 *Concuſſoque ratem gaſuro pellere remo*. Silius lib. I. 567 *Ite citi, remis veliſque impellite puppim.*

105 *Praeſtare ducem ſceleris ſibi praemia*] *Sceleris ſua* vnus Moreti. Puto *ſceleri ſua praemia.*

112 *In vnum*] *Vno* prim. Moret. et ſex alii.

115 *Patris ad ora*] Pro *ad ora* Vrbin. prim. Palat. Cantabr. prim. Vatican. tert. Medic. prim. Gronou. aliique plurimi *ab ora*. optime. Virgilius lib. XII. 865 —— *Turni ſe peſtis ob ora Ferrque refertque ſonans*. vbi adeantur quae notamus. Sec. Med. *ab oram*. alii nonnulli *ab ore*.

116 *Quem tibi*] *Quae* ex caſtigationibus.

117 *Obſtruximus orbem Terrarum*] Sine libris antiquis eſſet, non auderem controuerſiam huic loco mouere. ſed cum in membranis nonnullis exploratae fidei duo priora vocabula in mendo reubent, cumque in Neapolitano, qui inter praecipuos eſt, Spinenſi fragmento praeſtantiſſimo, Vrbinati, ſecundo Mediceo ac Thyſiano, *exponimus orbem* legatur, non *obſtruximus orbem*: in primo Baſileenſi *exponimur orbem*: in Florentino S. Marci omnium caſtigatiſſimo, ac vno Mediceo notae praeſtantis, *exponimur orbe*: aliquid reconditae antiquitatis ac elegantiae huic loco ſubeſſe confeſtim deprehendi. Scribendum videlicet ac diſtinguendum: —— *Exponimur orbe: Terrarum nobis vt Crete ſola pateret.* Modum loquendi deſumtum ab infantibus, qui exponebantur, olim credebam, ac proinde legendum *exponimur orbe*, quomodo *puellam expoſititiam* habemus in Plauto. vel *exponimur orbi*. quomodo apud Lucan. lib. V. 102 *expoſitum cunctis nullique negatum Numen*. et apud Noſtrum III Pont. I. 49 *Expoſuit memet populis fortuna videndum*. et apud Statium Theb. V. 622 *Ipſa ego te* (*quid enim dubitem moritura fateri*) *Expoſui fatis*. et apud Florum libro III. 2 *Eodem duce ductus exercitus vndique hoſti exponitur*. Sic *expoſitus ſolibus locus*, *expoſita ventis nauis* et mille talia. adeundus in *Exponere* Nonius Marcellus. Hinc et *exponere nomen virginitatis* in Arnobio, virginitatem proſtituere. *expouere* et *includere* inter ſe opponuntur apud Tertullianum de Pallio: *toga humerum vel exponit, vel includit*. et *toga exponitur* pro exſuitur apud eundem. Sed aliud eſt *exponi orbi*, aliud *orbe exponi*. imo prorſus ſunt contraria. *Exponi orbe*, vt *exponi demo*. hoc eſt excludi toto orbe et tanquam arceti

Digitized by Google

ceri ac repelli. Addunt plerumque *de* vel *ex* praepositionem. In illo Maronis X. 23 *Socios de puppibus altis Pontibus expo* Caesar libro IIII Belli Gallici: *ex nauibus cum essent expositi lites.* Sic et Nasonianum istud hoc loco *exponimur orbe* eundem est, ac si dixisset *ex vniuerso exponimur.* atque ita F rentini codicis scriptura illibata restabit.

119 *Hanc quoque si prohibes, et nos, ingrate, relinquis*] *prohibes* ex iisdem. de quo Artis Amatoriae lib. II. 335. Dein *sic prohibes* bene cert. Mediceus et duo alii. *sic nos relinquis* et ex Palatinis vnus. alius *si relinquis.*

123 *Verum et ferus*] *Verus* in multis Veterum. vnus m *verum*, vel *veri.* Assentior Iohanni Guilielmo Capperreo, dum hae obseruationes praelo committuntur, opportune red bendum monuit: —— *generis falsa est ea fabula vestri.* *mater lusa tua est* in Neapol. *capta.* in optimo S. Marci rentino *Ducta.* eleganter *duci* pro trahi, etiam pro induci, seduci. vide Nonium Marcellum de eo verbo. vide *ductari* apud Comicos. Sed hic pro trahi et capi ponitur. A. Gell Noct. Attic. libro XV. 7 *cum epistolas D. Augusti legeremus, ceremurque elegantia sermonis.* Noster denuo lib. XIIII. *Inuidise socios praedaeque cupidine ductos.* ita liber optimus. ap Horatium lib. II Sat. II *Ducit te species; video.* Properti lib. II Eleg. VII *Vxor me nunquam, nunquam me ducet amic* Apud Persium Satyra V *Ius habet ille sui palpo, quem ducit bo sem Crassa ambitio*; male Pithoeus reposuit *tollit biasus* Lucilius apud Macrobium: *Illum lumina ducebant, atque, a lium laus.* sed finis exemplorum non esset. Pro vulgata tam lectione quae faciant, vide notata a nobis ad lib. IIII. *Agi* pro duci et delectari Solinus videtur posuisse, vt est in v busdam membranis, cap. XXVIII *hoc agantur*, de amanti gente. Barthius Aduersar. lib. III. 21 scribendum contend *Et ferus et captus nullius amore puellae.* idem postea et ad alias c lecturas se conuertit, quibus abstinuisset malim. *Ferus*, inq tamen; hoc est vrus, et quidem nullius vaccae amore vaqu correptus, te progenuit.

128 *Sed tamen ex illis aliquis*] *Me tamen* apposita et effic sepositione vnus Gronouianus.

131 *Officium tibi sit*] *Tibi sit* Cantabrig. et pro diuersa lectione prior Erfurt. et prior Hamburgensis. Deinde ex meli ribus *te nunc coniuge dignu est*, non *vera.*

133 *Discendemque vero sucum stylis*] Quicquid obloquunt libri veteres, repone *Dissertam sucum.* et adi quae notamus Epistolam Vlyssis Sabiani v. 35. Certe in fragmento Bothornia *Discortamque.* Columella tamen libro VI. 36 *Discordantem vi sino generis alieni stirpem infitam facile recipiat*, de equabus.

138 *Me miseram, properare iubet*] *Properare iuuat* melior utrumque probum est.

139 *Mecumque simul mea terra recedit*] *Mecum simul ab m terra* Florent. S. Marci; prior Hamburg. prim. Medic. Norim et duo alii. *mecum simul et* alter Erfurt. et Bernegger. in q

Digitized by Google

nus lectio penitus erat erasa. *mecum simul mea* Arondel. *sine simul es mea terra* Zulichemianus et Geneuensis. Latet acumen aliquod, quod elicies, ni fallor, si rescribas *mecum sine mea terra recedit.* sic lib. XI. 701 *Et sine me me pontus habet.* vbi *sine te* legebatur. frigide mehercules.

142 *Per freta longa trahar*] *Ferar* Leidensis, Moreti, Grotii et vndecim alii. Vid. ad lib. VII. 67.

Insilit vndis] *Vndas* tertius Mediceus et tres alii. probe. Statius Theb. II. 208 *Nec minus Ogygias eadem dea turbida bobas Insilit.* Horatius Art. Poëtica 465 — *ardentem frigidus Aetnam Insiluit.* Valer. Flaccus lib. VIII. 132 — *mox comitem cum virgine puppem Insilit.* Lucanus libro III. 626 *Siluit solo nociturus pondere puppim.* Solinus cap. X *feminae siliunt defunctorum rogos coniugum.* Apuleius Milesior. III *pro mne Bacchis aditum gestientes fores insiliunt.* vbi malo *aditum sientes.* vt lib. VIII de Canibus: *totos praecingunt aditus.* em Apuleius lib. VIII de Apro: *quem primum insiluit cunctanda miratur. Insilire in cocleatum equuleum* Pomponius Dema Fullonis apud Nonium. Gunther. Ligur. lib. X. 404 *Quosque viriliter ausos Insiluisse leui trepidantia moenia saltu truncant ferro.* Pari modo cum alii, tum idem Guntherus . II dixerunt *assilire hostes*, sic et *insultare fores* Ter. Eun. 3. et *insultare multos bonos ab adolescentia* Sallustius. similiter Auienus Descriptione orbis et orae maritimae *incumbere.* Statius VI Theb. 575 *Tum Palladios non inscius haustus Incubuit.* idem Auienus cum quarto casu iungit et *inuehere. Inuehere se vndas* Descr. Orb. 793 *Carnauni qua se pelagi procul incubuit vndas.* vbi male *Carnanidis* circumfertur. *influere, incidere, inrepere, inlabi, incubare, inruere, inuigilare.* vt v. 1314 *Ours Indi procurat segnius dentis Aut ebur inuigilat. Inferre* idem Ora Marit. 383 *Nullus carinas aequor illud intulit.* Noster *incidere* cum quarto casu iunxit libro VII. 524 *Incidit exosae ictas a Pallade terras.* et Guntherus lib. VIII. 60 *Nam si quis ignorum fatis agitatus iniquis Illorum quandoque manus infestaque tela Incidgrat.* et lib. X. 90 *Tacitas improuidus hostis Incidit insidias.* Sic *immurmurare siluas* Virgil. Georg. IIII. 261 *Frigidus vt quondam siluas immurmurat Auster.* ita enim veteres codex. Proximus versus *insequiturque rates* est adulterinus et insulsus.

146 *Et modo factus erat fuluis Haliaetus in alis*] *Haliaëtos* Neap. prim. Palat. tert. Medic. Cantabrig. prior. Erfurt. duo ilii. vt apud Virg. Ceiri 204. 528 et alibi. et Hygin. fab. CXCVI. mox *lauiaret*, pro *laceraret*, meliores.

148 *Dimisit*] *Dimittit* iidem. Deinde *at aura*, non *et*, cum Mediceo chartaceo.

152 *Taurorum sanguine centum Soluit*] *Vota taurorum corpora* Florent. S. Marci, Neapol. sec. Medic. Bernegger. prior Hamburg. Cantabrig. aliique complures. optime. de quo alibi. *Voti boues* apud Liuium lib. XXVIII. 38. *Votum* victimarum *sanguinem* Noster hoc ipso libro infra 265. lib. VII. 162 *victima vota.*

Digitized by Google

vota. vota sacra lib. VIIII. 136. lib. X. 694 ex optimis c bus *vota simulacra. delubra vota* lib. XIII. 634 ex mem *munera vota* Amor. II Eleg. XIII. et eodem libro Eleg. *vota lyra.*

153 *Et egressus*] *Vt egressus* cum nonnullis codicibus. *Curetida terram* vetustiores magno numero. optime. nam *tis terra* dicta antiquitus Creta, teste Plinio lib. IIII. 12. lino quoque et Marciano Capellae. *antiquas Curetium ora* Cretam Virgilius lib. III. 131. vbi vid. Seruius. hinc C *tecta* apud Silium lib. XV. 307. nam quod in Ciri Vi reponunt Scaliger et Contarenus Var. Lect. c. VIII *Carp fugiens et flumina Cureteo*, pro *Caeratacea*, non assentio apud Martial. lib. VIIII. 21 recte viri docti ex MSS. repo *Curetes texere Iouem.* Vetus Scholiastes ad illa Gallimachi in Dianam v. 44 Χαῖρε δὲ Καΐρατος ποτάμιος μέγα, haec Ποταμὸς Κρήτης καὶ πόλις ἡ Καΐρατος, οὕτω λεγομένη. Idem lib. II. 93 *Cres erat aerisonis Curetum aduectus ab antris Etaeos agitare puer leuioribus annis Pennata saltus assicem dine Mopsus.* Nec Creta tantum dicta *Curetis*, sed Acarna que. *Curetes* enim, qui trans Acheloum fluuium habi Acarnanes dicti. Pausanias et Plinius. Denique et *Acar Macaronesus*, et *Chtonia*, et *Idaea.* videndus Stephanus tinus.

157 *Destinat hunc Minas thalami*] *Thalamis* multi v cum prim. Reg. et Vrbin. prim. Vatic. et prim. Medi Neapol. Cant. secund. Medic. primus Basil. et tres alii. *st* lib. I Trist. III. 13 *Vt tamen hanc animo nubem dolor mouit.* Guntherus tamen Ligur. VII. 686 *Teutonicaeque gentis remouere pudorem.*

158 *Caecisque includere tectis*] *Caecis* quart. Medic. et decim alii. vt labyrinthum caeca vocet tecta. et fit app vt lib. III. 204 *Repetatne domum, regalia tecta.*

160 *Et limina flexu*] Sec. Palat. Neapol. Florent. S. Spirensis, tres alii, *flexum.* vt ad errorem referatur. Palat. et vnus Medic. *flexui.* duo vetores *flexa.* nimirus bage. Seneca Oedipo 214 *Ambage flexa Delphico mos Arcana tegere.* ita optimus Mediceus. non *nexa* cum vu Lucanus lib. I. 637 — *flexa sic omnia Tonsus Inuoluens saque tegens ambage canebat.* vbi perperam *flexu* reponun et *omina* illic legendum. Statius Theb. IIII. 645 *flexa ambage relinquit. Flexum iter* Lucretio lib. IIII. 91. et *flexi aditus.* Prudent. Apotheos. *Hos omnes quamuis anc byrinthus et error Circumflexus agat.* Apud eundem li contra Symmach. — *via nescia flecti In deuerticulum nec pluribus anceps.* idem Cathemer. hymno VII *flexuosa dispendia* dixit. idem Apotheosi: *Artam salutis vix viam uere est Inter reflexas semitas: Tam multa furgunt per compita Tortis polita erroribus. Obliqua sese conferunt Hinc inde texris orbitis.* sic codex longe vetustissimus Pute fratrum. non *Obliqua sese conferunt diuortia.* At apud Na

Digitized by Google

loco codices quidam *flexus*. an *flexim*? *lumina* etiam prior burg. aliique ex antiquioribus multi. recte.

162 *Non secus, ac liquidis Phrygius Maeander in undis Ludit*] *liquidus Phrygii Maeandros in aruis* probe castigationes. at ior Twisdenius, argute et ingenioſe mehercules: *Non secus liquidos Phrygius Maeandros in arcus Ludit*. hoc est, in ar- tuta curuamina. vt alibi Noster de Iride lib. XI *niger arcus arum*. Vsus eadem comparatione Silius libro VII. 139 *Qua- Mideonia passim Maeandrus in ora, Cum sibi gurgitibus flexis olutus oberrat*. Seneca Herc. Furenti 683 *Dudis incertis va- Maeander undis erat, ludit et cedit sibi, Inflatque, dubius us an fontem petat*. ita vetustus codex Etruscus, vbi ambiguam ripturam licet agnoscere. vt *ludit* hic Nasonis locus tuetur. *aruis* tuetur locus Senecae Phoen. 605 *Nec laetis minus Maeandros aruis flectit errantes aquas*. Vt *errat* in Senecae loco uementur quae adnotauimus ad Epist. VIIII. 55.

165 *Ad mare versus*] *In mare* iidem. Paulo ante pro *ven- ras aspicis undas* Arondelianus *prospicit*. argute.

172 *Nulli iterata priorum Iunae*] Spirensis liber inter vetu- liores *nulli superata*. Nepot. et sec. Mediceus *nullis superata*. Spirensem lectionem veriorem puto. *grauido superans vix vbere* apud Virgilium.

173 *Iunae difficilis filo est inuenta relicto*] *Relecto* Palatinus unus et pro diuersa lectione Arondelianus. optime. sic apud oratium Od. XXXIIII libri primi puto scribendum: — *nunc retrorsum Vela dare, atque iterare cursus Cogit relectos*. sic sua *ostigia relegere. relegere cumpum* dixit Valer. Flaccus lib. VIII. 181. *et relegere viam* lib. III. 45. Adi Notas Fast. lib. III. 462. *Relegere vra* de Luna Statius Epicedio Patris V Silu. III. 20 *Nam me ter relegens caelo, terque ora retexens Luna videt refi- dem*. a textricibus sumto loquendi modo. *Retexere orbem* de Luna Noster hoc ipso loco dicturus est. forte tamen *relegens eundum* scripserat Statius. Idem Theb. I. 272 *Incipe fluctiuaga ena, praeterlabitur vnda Sicanios longe relegens Alpheus amores*. Sic et Symmachus lib. II Ep. L *relegere iter*. et III Ep. LXI. et Stat. initio Achilleidos: *Culpatum relegebat iter*. sic *collecto filo* dicit Senec. Hippol. 649. et Scholiastes Stat. lib. XII. 674 dicit *filum relegere*. Mox *Diae* pro *Diam* secund. Palat. et duo alii. eotidem *Chiae*.

175 *In illo Litore destitit*] *In vdo*, vel *alto*, vnus Leidensis. vt apud Statium III Silu. I. 68 *Forte diem Triuiae dum litore ducimus vdo*. Horat. lib. I Od. XXXII *Siue iactatam religarat vdo Litore nauim*. Pro *destitit* quinque veteres *deseruit*. cui eleganter respondet vt *deserta*. Multus est in hisce repetitio- ibus Noster.

180 *Gemmae nitidos vertuntur in ignes*] *Subitos* prim. et se- cund. Palat. aliique complures. recte. Louan. et vnus Mediceus *rutilos*.

184 *Loci natalis amore*] *Soli natalis* in vno Leidensi. rectius. vt I Pont. III. 35. *Nescio qua natale solum dulcedine cunctos Ducit.*

Digitized by Google

Stat. Silu. lib. III. 5. 81 — *nam nec mihi barbara Thracē, Libye natale solum.* Theb. VIII. 320 — *omne hominis natale solum.* Seneca Thyeste 405 *Tectum soli natalis, et patrios* et Medea 333 — *nisi quas tulerat Natale solum, nozi opes.* atque ita passim optimi scriptores.

188 *Ignotas animum dimittis in artes*] Alii *demittis.* Argentinensis vnus. quatuor *diuertis.* Puto *animo* nam *animos dimittit* in primo Vaticano. Adi Notas Amor. II Eleg. VI. 9. Metam. lib. VIIII. 62 *Inferior virtute meas vertor ad artes.* Praeterea *ignoras artes* vnus Moreti. de alibi.

195 *Vt verās imitetur aues*] *Imitentur*, pennae videl prim. Moret. Cantabr. quart. Medic. et sex alii.

200 *Coepta*] Meliores *Coeptis.*

206 *Nec te*] *Nec* plurimi ex vetustioribus. Forte *habeam.*

211 *Et patriae tremere manus*] *Cecidere* alter Hamburgen vt de Daedalo quoque poëtarum princeps lib. VI. 32. *Bis* tus erat casus effingere in auro: *Bis patriae cecidere* Epist. XIIII. 46 *Ter male sublato recidit ense manus.*

220 *Fuerat*] *Fuerant* rectius septem scripti. Mox duo et pro *Calymno*, veteres plerique *Chlymne*, nisi quod *Calydna* vno meo. de qua Act. II initio.

224 *Factus*] *Tractus* Florentinus S. Marci, Spirensis et tuor alij. quidam *captus.*

243 *Animi ad praecepta capacis*] *Rapacis* eleganter Flor S. Marci, Neapol. Vrbin. Bernegger. prim. Palat. sec. Me prim. Basil. prior Erfurt. prior Hamburgensis, Arondel. Spir et tres alii ex melioribus. *rapacis* pro rapidi. nam *ingenii* mo postea est dicturus. Sic *celeriter arripere quae traduntur*, an vitae Pomponii Attici, et auctor vitae Catonis. Seneca co latione ad Heluiam c. XVI *Beneficium tamen rapacis ingenii* p *quam pro tempore hausisti.* Idem apposite Epist. XCV *vnde tam rapacia virtutis ingenia, vel ex se fertilia. Animus* en *rapax* apud Hepricum Altisiodurensem de Vita B. Germani longe ab initio, sed liber nunc non est ad manum. nec diss illud, quod apud Sophoclem initio Aiacis Lorarii occu συναρπάζειν φρενί, *mente corripere, mente raptim* perci Plin. lib. XXV. 2 *minus hoc quam par erat, celebratore omnium vitiosarum et virtutum rapacissimi.* Idem Plinius XXXVIII. 3 *rapacissimum ignium electrum.* In Laelio Cicero *Nihil appetentius similium sui, nihil rapacius, quam natura.* dentius Cathemerin. Hymno VII *Satis beatus, qui sine dextr porrigit Laudis rapacem, prodigam pecuniae.* Lucanus lib. I. — *inde ruendi In ferrum mens prona viris, animaeque rapa Mortis.* ita legendum ex optimis membranis. quomodo in etiam inuenit Barth. Aduers. lib. XXX. 19.

247 *Ex vno duo — Iunxit*] *Primus* et *exiguo* Sixti e Leid. *eximo.* sec. Med. *ex imo* duo. *Vnxit* meliores quidam

par

Pro *distantibus illis* vnus Gronou. *aliis*. vt alae sint eae-
que brachia.

Praecipitem misit] *Mittit* prim. Basil.

Fauit ingeniis] Pro *Quae fauet ingeniis* Arondelianus
facit. sic Trist. lib. III Eleg. XIIII *Cultor et antistes docto-
rum virorum, Qui facis ingenio semper, amice, meo*: pro
Art. Amat. lib. III. 57 *Dum facit ingenio, petite bina
puellae*. ita puto scribendum, vt ad Venerem referatur *ingenium*, ne illud quidem omnino male. vt Trist.
Eleg. XI *Nec caelum, nec aquae faciunt, nec terra, nec*
Vide quae notamus ad Epist. II. 39.

Ingenii velocis] Iuuenalis Satyr. III. 73 de Graecis: *In-
uenox, audaciae perdita, sermo Promtus, et Isaeo tor-*

Tellus Aetnaea] *Hennaea* vnus Mediceus. quo et alii
in quibus *Ethennae, Ethneae, Ehnaea*. vterque Ham-
Aetnaea.

Acerris thuris honorant] *Adorant* praestantiores. *Aceruis*
Palatinus, Oxon. et Cantabrig. et viginti alii. vt lib.
totidem tollebat turis aceruos. sed *acerris* iam castigauit
lib. V Miscel. cap. VIII. qui tamen vitiose citat *acerris
ures*. Thysii vero codex *acerris turis adorant*. quod
Vaporare apud Statium lib. V Theb. 174 *Alta etiam
delubra vaporant*. et apud Nostrum lib. XV. 734 *Et
ra fumis*. Sed *adorant* rectum est. ita lib. XI. 248
ris fibris, et fumo turis adorant. Acerra vnus Ambros.

Plenis] *Plenis* praestantiores. probe.

Primitias frugum Cereri] *Frugem* rectius vnus Mediceus
Vossianus. sequentia confirmant. *vina Lyaeo*. frugem et
imitias. Fast. II. 520 *Primitias Cereri farra recisa*

Ambitiosus honor] *Inuidiosus* Neapol. et secund. Medic.
VI Fast. 36 *Hic honor in nobis inuidiosus eris. Honos*
nonnulli.

Praeteritas] *Praeteritae* concinnius Thuaneus, prior
et sex alii.

Oenos per agros] Scripti nonnulli *Aonios, Acmonios,
Aetnaeos*. Forte *Olenios per agros*. et sic prior Exfur-
diuersa lectione. Ὠλενος πόλις Αἰτωλίας. Stat. Theb.
Ecce autem antiquam fato Calydona relinquens Olenius
et idem de Tydeo II. 541 *Per tamen Olenii tegmen fuis,
fetis Terga fugit*. vbi minus bene *atraque fetis* nunc
quanquam et apri nigrantes sunt. sed color tegminis
potuit. Ausonius Epistola V ad Theonem:
Ol[illegible]or Calydonius apro. Hinc et *Olenius Tydeus*
Byzantino. et Valerio Flacco lib. III. 105 *subit ilia
Oenii*. ita enim verissime codex Carrionis, quod ille non
est. est nempe de Tydeo sermo. perperam *Ochenii* nunc
Olenius Butes Statio Theb. VIII. 484. *Olenia arua*
in Oedipo 882 *At vna binarei Sisyphi terras adit,*

Digitized by Google

Oleniis in aruis. Olenos enim, Calydon, et Pleuron tres ciuitates Aetoliae inter celeberrimas. *Oeneos* tamen *agros* poteſt. Statius lib. II Theb. 469 ex vetuſtiſſimis libris: *ferans, iam tunc impulſa per agmina praeceps Euolat, Oe uindex ſic ille Dianae Erectus ſetis.* vulgo *Euolat Oenides.*

285 *Rigidis*] *Denſis* nonnulli. Caeterum verſum hunc lendum eſſe contendo, cum codices non pauci proxime quentem perperam omittant. vbi pro *vallum* Gronoulus n lib. III Obſerv. cap. XVIII *vallis* vel *valli* malit reponi, Epiſt. Phaedrae: — *radiis frontem vallatus acutis.*

289 *Frondes afflatibus ardent*] Malim *arent.* vt apud V lib. IIII Georg. et III Aeneid. *arebant herbae.* ſic et apud ſtrum lib. VII. 106 *herbae arent* puto legendum. lib. III. ſerpente Cadmi: — *quique haſtus exit Ore niger Stygio tas inficit herbas.* quae vera ibi ſcriptura, non *auras.*

290 *In mdo creſcentes ſegetes*] *Creſcenti herba* conci reponas. vel *creſcentes ſegetem proculcat in herbas.* nam *herb* in nonnullis.

291 *Nunc matura*] Si matura, leue damnum erat. In que aantiquis *Non.* Atondel. et vnus Voſſian. *Nec.* prolie *matura.* Silius lib. XV *Iminatura ſeges rapido ſuccidit* et apud Apuleium Metam. VIIII *Is vicini tenuis inſurbas periem, pecus trucidando, boues abigendo, fruges adhuc ras obterendo.*

299 *Donec Meleager*] *Meleagros* ex melioribus. quod etiam infra V. 385 et V. 515.

300 *Et vna manus iuuenum caluere cupidine laudis*] Florent. S. Marci, Cantabrig. Oxon. Bernegger. prim. Arond. aliique quamplurimi. recte. hoc eſt conuenere. Didus v. 123, quae illic vera ſcriptura: *Mille procis placui me coiere querentes, Neſcio quem thalamis praepoſuiſſe* vbi vide quae notamus.

301 *Praeſtantes caeſtibus*] Neapol. Vrbin. ſecund. Med alii duo *ſpectandus*, at Cantabrig. Thuan. Bernegg. prior prior Hamburg. Oxon. et ſex alii *ſpectatus*. bene. ſic *Ectatam caede Meduſae* dixit libro V. 69. *Spectanſei* Flore Marci et vnus Gronouii mendoſe.

304 *Et proles*] *Proleſque* cum melioribus.

307 *Hippothouſque, Dryaſque*] *Hippothooſque* ex Sixtin altero Hamburgenſi.

308 *Actoridaeque parens*] Inepta lectio. Reponendum ex caſtigatioribus membranis. Par fratrum Actoridum de Eurytum nempe et Cteatum, qui ab Hercule postea occiſi. Actore Elienſi ſit ſermo. nam Actoris Phthi praeter noetium et Eurytionem nullos inuenio. Eu alis autem lo poſt fiet mentio. Praeterea *Phyleus* legendum, non Φυλεὺς Graecis, Augiae filius, de quo cum alii, tum The tus multa Idyll. XXVI.

309 *Telamon aberat magnique*] *Nec Telamon aderat* vi diceus. Malim et *magnique*.

Digitized by Google

311 *Cursuque*] *Et cursu* cum praestantioribus.

312 *Naryciusque Leles*] *Naericiusque* vel *Naritiusque* scripti. *Naryciusque*. Naryx enim Locrorum urbs, qui Leleges alio nomine appellati.

313 *Et primis etiam nunc Nestor in annis*] *Etiamnum* Florentinus S. Marci et sec. Mediceus, vt saepe alibi. Deinde *primis armis* prim. Vatican. Cantabrig. prim. Basil. vtroque Hamburgensis aliique multi. Ipse Nestor lib. XII. 183, vt quidem illic duo codices: *Multaque me fugiant primis spectata sub armis gesta dies.* Tibullus libro I. Eleg. X — *alius sit fortis in armis.* Propertius libro IIII Eleg. II *Arma tuli quondam, et meus laudabar in illis.* et eodem libro Eleg. prima: *Nec rudis ignotis miles radiabat in armis.* Val. Flaccus tamen lib. V. 457 — *primis Abfyrtus in annis.* Sil. V. 580 *Nec minus Hermione primis obruncat in armis.* Gunther. Ligur. I *Primis pyra tumulosus in armis. In armis esse* apud Sallustium Catilinaria. Terro apud Nonium: *Serui in armis cum praedonibus.* sed vide quae notamus Art. lib. I. 181. *Cadere in armis* apud Gratium: — *cecidisque suis Ancaeus in armis.* quomodo rescribendum, quod *in aruis* circumfertur. quod manifeste falsum. Arcas enim erat Ancaeus, Lycurgi filius, vt Noster aliique passim tradunt, et ab apro Calydonio in agris Aetolis occisus. quomodo ergo *suis in aruis?* Minor hoc fugisse doctos interpretes. per *arma* Gratius Ancaei bipennem intelligit. sic *horridus in iaculis*, et similia apud poëtas. confirmant hanc restitutionem, quae Gratius ipse de *armis* in venatione a se damnatis prodit. Barbius tamen Ancaeum Oenei filium facit, nescio quo auctore. *Et ferro* apud Apuleium III Met. 47 *At illi barbari neque fugam capessunt, et cum me viderent in ferro tamen audacter restiterunt.*

318 *Summam mordebat fibula vestem*] *Primam vestem* Vrbin. Neapol. sec. Med. quod arrideret, nisi iam praecessisset *primis in armis.*

322 *Talis erat cultu facies*] *Cultus* Thuan. et complures alii, distingue: *Talis erat cultus: facies, quam dicere vere etc.* libro VIIII. 712 *Cultus erat pueri: facies, quam fiue puellae, Sine dares puero, fieret formosus vterque.*

327 *Plura finit tempusque pudorque*] *Plura finunt* quatuor scripti. *tempusque locusque* Arondel. et tres alii.

337 *Viminaque et longae parua sub arundine cannae*] *Longa paruae sub arundine cannae* prim. Vatic. Vrbin. et tres alii. recte. canna enim minor arundine. Columella lib. IIII. 32 de arundineto: *Ea est autem senectus, cum vel exoruit situ et inertia plurium annorum, vel ita densatum est, vt gracilis et cannae similis arundo prodeat.* et lib. VII. 9 Cannam *degenerem* vocat *arundinem.* Et paulo ante pro *vluaeque lues* alter Hamburgensis *tiliaeque.*

339 *Elisus nubibus ignis*] *Elisi ignes* in vetustioribus. vt lib. VI *Exilianteque cauis elisi nubibus ignes.* Tiliobroga ad Stat. X. 472

Digitized by Google

corrigit: *Fertur vt excussus conlisis nubibus ignis.* male. Sen
Nat. Quaest. II *Alii inter nubes eliduntur. alii sereno, si aër*
exprimendum ignem aptus fuerit. German. Caesar fragme
Prognostic. *Et crebro lumine ruptos Nubibus elidet sonitus.*
Auien. p. 115 edit. Grot. *Elisos fulguris ignes excudit.* vt leg
dum monui ad lib. III Amor. V.

341 *Protenta tela*] *Praetenta* rectius alii. sic apud Vir
lib. X. 605 — *hastasque reductis Protendunt longe dextr*
non *Protendunt*, veterrimus Mediceus. Plura lib. XI. 511.

343 *Vt quisque furenti Obstat*] *Ruenti* vnus Bononiensis. co
ciana repetitione.

344 *Et obliquo dissipat ictu*] *Dissicit* ex scriptis libris Gebh
dus. nostri omnes pro vulgata sunt, nisi quod in primo Gro
viano *occupat.* eleganter. sic infra *occupat audentem.* et Fas
Occupat Alcidet. hoc est, praeuertit. sic scriptores passim.

347 *Nimiis mittentis viribus*] *Nitentis* Rottendorpianus.

350 *Phoebe, ait, Ampycides*] *Oeclides* sec. Palat. Cantabr
Oxonien. Arondel. aliique plurimi. vtrumque bene, siue de Mop
siue de Amphiarao agat, cum vterque Phoebi fuerint facer
tes. at Amphiaraum recenset in Catalogo venatorum apri C
donii Apollodorus, Mopsum non recenset. contra Hyginus F
CLXXIII. vtrumque Noster superius.

352 *Qua potuit*] Multi *Quam potuit.* Vide Notas Rem
Amor. 325.

353 *Ferrumque Diana volanti*] *Ferrum* Florent. S. Ma
prim. Palat. prim. Vatican. prim. Gronou. prim. et tert. Me
prim. Moreti aliique multi ex probatioribus. recte. Sic et *Di*
prima syllaba producta apud Statium saepe occurrit; et ap
Poëtas non semel. Seruius Fuldensis ad lib. I Aen. 512 *S*
Dianam ideo veteres melius producebant, quia sub dio den
venandi gratia.

355 *Fulmine lenius arsit*] *Secius* et hic rescribendum pu
Adeantur notae lib. II. 809.

356 *Emicat ex oculis, spirat quoque pectore flammas*] *Lux*
cat octo veteres. rectius. Deinde pro *spirat quoque* scribend
spirat e pectore flammas, cum quinque scriptis. vel *flamma*, qu
modo Florentinus S. Marci.

362 *At non*] Puto *At nec.*

371 *Oritbyae magni*] Vetustiores plerique *Oritbiae*, vel *Or*
tiae, vel *Oriciae. Orchiadae* Thuan. sec. Pal. *Otbriadae.* vt *Pe*
theus Otbriades Virgilio lib. II. 318. *Orisbidae* prim. Moreti al
que nonnulli. prim. Hamburg. *Ortiadae.* Cantabrig. *Ochiad*
alii aliter. Praeter Ancaeum etiam Hyleus ab apro Calydon
interfectus teste Apollodoro, apud quem male Πύλας καὶ Ἄγκα
pro Ταῦρος scribitur. sed is cuius fuerit filius necdum explor
vi. Thersiten ab apro vulneratum fuisse, auctor est Tzetzes
Chiliadibus. et tum *Agriadae* sit scribendum. Agrius en
Thersitae pater. de quo ad Epist. XI.

372 *Non-*

Digitized by Google

372 *Nondum caelestia fidere*] *Corpora* Neapol. *Vrbium* sec. Medic. Vide Notas ad Epist. Heleneæ v. 119. *Mox niue candidior alba* Florent. S. Marci et vnus *mens*, pro *ambo*. ab altaris Pindaro λευκοπώλων dicti Pyth. Od. primus Dioscurus dat quoque equos albos Val. Max. lib. I. 8 initio.

375 *Quatiebant spicula*] Vnus Medic. et prior Twisden. *quatientes*. quod placet.

382 *Distrinxit arundo*] *Distringit* septem veteres. probe. nonnulli ex melioribus *destrinxit*. sic libro X. 526 ex optimis scriptis *luscius exstanti destrinxit arundine pectus*.

392 *Foeminis quid tela virilia praestent*] Nescio an satis Lasinc. quare malim cum duobus Mediceis et vno Vaticano *quam praestent*. pro quantum.

394 *Latonia*] *Latoia* cum vno Mediceo. Adi Notas Trist. lib. III Eleg. II.

399 *Occupat audentem*] *Audatem* prim. sec. Medic. Arundel. et tres alii. Mox *in inguina* sec. Pal. aliique tres. *in ilia* vnus Mediceus et vnus Pal., non *ad ingina*.

408 *Graue cuspide cornu*] *Cornum* Florent. S. Marci, Bernegg. primus Mediceus, cum alio eiusdem bibliothecae et excerptis Colandrae. recte. vt ad Gratium suum v. 129 Noster Vlitius iam monuit scribendum. lib. XII. 451 *Fixit in aduerso cornum fine cuspide vultu*. cornum enim telis conficiendis aptum esse iam ipse libro VII in fabula Cephali monuit. idque Gratius aliique confirmant. neque aliter Silius non vno loco. Claudianus etiam.

409 *Cui bene librato*] *Quo* ex melioribus. vulgatum ferri non potest, cum *potente* sequatur, non *potenti*.

410 *Obsitis esculea*] *Abscisa* Florent. S. Marci et alii duo.

412 *Vertit et in mentum*] *Vertit et immeriti fatum latrantis* Florent. S. Marci. Thuan. et vnus Palat. at Cantabrig. *Vertit in immeriti fatum latrantis*. probe. *lattans* pro cane. sic *colentes* pro colonis; *medentes* pro Medicis, et similia. *latrantem* pro cane etiam Phaedrus lib. V Fab. IIII dixit. et Gusthes. Ligur. lib. V *Portauit scapulis passus plus mille latrantem*. *Vertit in immeriti figit latrantis* prim. Moreti. *immeritum* alter Erfurt. *Vertit in immeritum fatum latrantis* Rottendorph. proxime verum. *Vertit et immeriti fatum* vnus Strozzae. Neap. *Vertit et in meritum figi Geladantem*. sec. Medic. *Vertit et in mentum figit Geladantem*. Latet nomen canis. Scribendum forte *Vertit in immeritum figi Geladantin*. vel *Vertit in immeriti fatum Celadontis*. vt aut canem intelligat, aut aliquem ex plebe venatorum. sic *Celadon Mendesius* lib. V in comitio Cephei, et *Celadon Lapithe* lib. XII, vbi *Lapithae Celadontis* duo aut tres codices ex vetustioribus. vt Celadon fit ἀπὸ τοῦ κελαδεῖν. vt libro tertio *Hylactor* canis, ἀπὸ τοῦ ὑλάττειν. Rumbam aliquando *in immeriti fatum Metagontis*. *Metagontes* genus canum Grasio. Pro *latrantis* vnus Vossianus *lattentis*.

Digitized by Google

422 *Immanemque ferum*] *Ferum* Florent. S. Marci et Le
ne. *supra*: *Summa ferus geminos direxit in inguina dentes.* *
feri mista est. Adi Notas ad Epist. VIII. 114.

424 *Tela tamen sua quisque cruentet*] *Cruentant* cum
Basil. et quinque aliis.

427 *In partem veniat mea gloria secum*] *Veniat mihi*
elegantius prim. Vatican. et vnus Vossii. Paulo ante pro
iuris Cantabrig. *tibi*, vnus Leidensis *tui iuris*. quod arride
apri interfecti gloriam illi cedat, quae prima vulnerarat. ad
facinus, quae supra habuimus: *Nec tamen illis sui successo*
stior ictus, Quam Meleagros erat. et quae ibi sequuntur.
Vulgata tamen faciunt, quae paulo post subiungentur, *et*
videmur minus, hic munus illi.

435 *Ne sit longe tibi captus amore Auctor*] *Longe tibi* Fl
S. Marci, Bernegger. prim. tert. quart. Medicei, Arondel.
quatuordecim. *tibi longo* prim. Palat. et quinque alii. vnus
et fragmentum Moreti *longeque tuo sit captus amore.* quod
dict. nisi mauis *tui amore.* vt libro VIIII. 510 *Si tamen ill*
captus prior esset amore. Virgil. lib. XII. 52 *Longe illi dec*
ter prae. Noster libro IIII. 649 — *ne longe gloria*
Quas mentiris, ait, longe tibi Iupiter absit. Epist. Me
Quam tibi tunc longe regnum dotale Creusae? Tibullus li
Eleg. V. *At mihi nunc longa gloria fortis abest?* Propertius
Eleg. VII. *Longe castra tibi, longe, miser, agmina septem*
lius libro I. 701 — *longe claustra fuga, longe Au*
fore: dq. obsessis Saguntinis. libro XVII. 80 *Longe co*
ac longe Tyrios Hymenaeos Inter Dardanias acies fore. E
hus locis apparet apud Caesarem lib. I. Bell. Gall. cap. XXX
esse mutandum: *Longe his fraternum populi Romani nomen*
turum, siue vt in aliis exstat exemplaribus, *longe ab his a*
rum. quem locum cum alii, tum Salmasius ad Flori lib. I
VI. et in indice Freinshemius, sollicitarunt perperam repo
futurum. Florus lib. II. 2. *longe illis nauticae artes.* Stat. T
III. 666 — *procul haec tibi mollis Insula terrificique*
demonis Phoebi. Plura Gronouius ad Senecae Hypol. 674.

443 *Prioris caede*] *Priori* Cant. Florent. S. Marci, sec. M
et multi alii.

447 *Moestis clamoribus*] *Vlulatibus* octimus prim. Moreti
que octo.

456 *Eripuit ramum*] *Eripuit torrem* excerpta Iureti ex
Basil. cum vno Leidensi. infra tamen *ramum* quoque vocat v
vbi *torrem* Louaniensis similiter. *torrem* vocat v. 510. *liqu*
undis Vossianus. Vide Notas Remed. Amor. 177.

460 *Taedasque et fragmina pini*] *In fragmina* ex
scriptis. hoc est taedas fractas. infra 644. *Multifidasque*
ramalinaque vrida tecto Detulit, et minuit. Coniiciebam
et taedas fragmina.

463 *Pugnax maturusque feroxque*] *Pugnans* Oxon. et
nisi duodecim alii. *Mox* pro *roborem* multi ex meli
colorem.

Digitized by Google

496 *Frustra*] *Frustur* quidam veteres cum Ambrosiano. et mox legendum *Thestius* ex eod. cum Med. Arundel. et Vendorph. *erat* cum aliis nonnullis. Deinde *germanos munere fraterno*, Pal. Palat.

495 *Calydonis*] *Calydonus* Vindil. quod et *Calydonos*.

497 *Et ille fremuit patrio, soceroque trahax*] Malim *et vna*, quique alii. Hamburgenſis *et duo*, pli.

499 *Vbi sunt, pia vota precantum?*] *Vbi ira prima, secundi*, opinn. Florent. *Nostpl. Brunsuic.* Duarh. aliique complures ex meliotibus mſſs. lib. X. 331. *Di precor, ea, quibus, sacrataque iura parentum, Hos prohibete nefas.* et V. 393 *Iras ille memor, saeuaque iuris.* Virgil. Aen. VIII. 402. *Si tantum pudor, tantaque cura mouerdet.* Epicedio Drusi: *Iustaque Palaemonis obstet.* Silius lib. XI. 334. *Per si quid superest vestro, per iura, parentis, Perque vrnam nostri potiorem, nate, salutem, Absiste incepto.* Ciceso Philipp. II. *Vt cum a tua familiaritate, post iura et contestate prohiberes.* A. Gellius lib. II. *In publicis locis atque muneribus, patrium iura, cum filiorum, qui in magistratu sunt, postestatibus collata interquiescunt paululum et remittunt.* sic *domine iura* Epist. IIb sub finem. vbi plura. et *iura* eo minuis libris Remed. Amor. 495.

500 *Et quibus fustinui bis mensis quinque labores*] *Mensium* Heroes Euripi. Auſon. Idyll. *Certera pars mensum a quadris est tua nonis.* Noster Pastor. V. 187. *Cum tua sint, tandemque tuis mensibus aestas.* et 424. *Nec tua dum mensum, sua vis, diformis, aestas.* Senec. Phoen. 335. *Per vicinum mensium vsus laboris.*

503 *Praemia falli*] *Pallas* Florent. S. Mascr. et vnus Bononiensis.

507 *Mihi sum*] Lego *stem*. Ep. VII. 89. *Coniugis ante oculos stabit imago.* inf. XII. 429. *Ante oculos stat et ille meos.*

510 *Vosque Ipsa sequar dixit*] *Vosque Fauaris ipsa sequar* prim. Gronouianus. Puto *vosque Fauna, te ipsa sequar, te dixit* clementes omittimus, vt saepe alibi.

517. *Ac magnos*] *Et* multi. Lege *At* cum duobus.

525 *Paulatim cuna primum volante fusilia Alsea iacet Calydon*] Hic versum in primo Palat. non extat. in schedis Theatinorum, Vrbinati, altero Hamburgensi et vno Bononiensi margini erat adscriptus. et ab poeta adulterinus, quod inconcinna repetitio *in paulatim* satis euincit.

527 *Plangunt ora simul matres Calydonides Oenens*] *Calydonides ben bene* plurimi veteres. Sed ex iis antiquissimos videamus. Vrbin. prim. Palat. sec. et quart. Medic. fragmentum Theatini. *Plangunt se matres Calydonides, ben bene.* Bennosg. et pro diuersa lectione fragm. Theat. cum duobus aliis. *Plangunt. hunc matres Calydonides Oenius ensem.* primus Gronouii. itidem pro diuersa lectione: *Plangebant matres Calydonides Equitis.* vnde reponendum Deile vidi: *Plangebant matres Calydonides Euenine.*

quod

Digitized by Google

quod optimus S. Marci Florentinus postea mihi confirmauit, quo: *Plangunt hunc matres Calydonides Eueninæ*. sed pollicitus in *Eueninæ* esse abrasum, cum glossa *Euenos est fluuius, inde ipsæ dictæ Eueninæ matres*. in Neapolitano: *Plangunt ora matr Calydonij Oenei*, nisi quo ra *ora* et *Oenei* cum victima syll *Calydonis* a manu sunt recentiori, delata prisca lectione. et per *oro* adscripsum *finul*. Scribe: *Planguntur matres Calydo des Eueninæ. Plangi*, pro *Et plangent*. vt et alibi Noster. vi quæ notamus lib. V sub finem: tum *Plangunt pectora*, nom debebat dicitur. De duobus patronymicis *Calydonides Eueni* dictum ad Epist. VI. 103. Sic et Marpissam *Eueninen* dixit H Hesiod. Iliad. I. 553. Κύδην Μαρπησσαν καλλιφάρηον ἑλικώπιν. veram scripturam alludunt et alii codices. in priore Erfurtan *Plangunt se matres Calydonides Eueninæ*. Arond. *Plangebā matres Calydonides Eueninæque*. cum glossa *Eueninæ matres, eo, babitantes iuxta Euenum fluuium*, fragmentum Morelli et un Palat. *Plangebant matres Calydonides Aoniæque*. vnus Bononie sic *Plangunt matres Calydonides Humaniæque*. vnus Basileen *Plangunt matres Calydonides inbroche*. vnus meus *Plangeba matres Calydonides Eueneo*. primus Madicensis *Plangunt matr Calydonides Eueninæ*. alii aliter. Piget vicenies in hac fo volutari, ne post frages inuentas glandibus videamur inhiar Spirensis inter vetustiores etiam proxime verum. *Plangeba matras Calydonides Eueninæ*. Nonnunquam et in *ne* patron mica desinebant, vt *Acrisione, Καλυδωνίνε*, quae ad Cadmo desce dit, *Δίωνίνη* quae ab Aenea in inscriptione Herodis Attici.

530 *Nam de mastro manus*] *Nam mater manibus* Cantabr. prim Erfurt. aliique complures. *Nam materna manus* Louan. et alt Strozzae cum vno Palat.

532 *Ore fatentia linguis*] Vnus meus charteaceus ex optim descriptus, vt apud Virgil. *Æ Aen. 328 nec vox hominem sona* Florent. S. Marci, Neapol. Bernegg. *linguæ*. probe, si constru *linguæ lugenium copax*.

534 *Miserarumque vota sororum*] *Dicta* meliores.

536 *Corpus refouentque fouentque*] *Tenentque* Cantabr. Thuan et decem alii. sed dictum pro *fouent refouentque*. sic lib. VI *tu me refoue fouesque*, vt quidam codices.

538 *Ad pectora pressant*] Multi ex melioribus *premunt*. sic perperam. Silius libro VIII. 129 *Qui cinerem orbatæ pressan ad pectora matres*. Statius III Theb. 129 *Hæc pressant in gre comas, hæc lumina signans*. Claud. III Rapt. 163 *Cui nat pressas gremio*.

541 *Quas post Oeneas*] In optimis Florentino ac Neapolitano libris erat erat vetus lectio, repositumque recentiori manu *pos Oeneæ*. quam lectionem Berneggerianus quoque atque alii exh bebant. quidam *post Oeniæ*. primus Regius *post Ogygiæ*. alii aliter. Sed *Parthenniæ* sincera minimum scripturæ a priori ma nu in iis, quos dixi, Florentino ac Neapolitano codicibus, tam Thuani praestantissimo, Palatinis duobus, totidem Leidensibus.

Medi-

Digitized by Google

Medicis tribus at vno meo apparebit. Nam Oeneus, Agrius, Alcathous, Melas, Leucopeus et Sterope et Parthaone et Euryte Hippodamantis filia nati, tuſſé Apollodoro. eſt Meleagrum nonnulli filium velint Martis, qui eum Althaea concubiturus ſe in faciem Oenei mutauit. ita certe Scholiaſtes Sertii ad primum librum Thebaidos. Appoſite Adraſtus Tydeum altercantes Thebaidos prima apud Statium v. 670 — *quanquam Calydonius Oeneus, Et Parthaonie ſi studium certus ad aures Clamor ite, sibi sera domus.* vbi vetus interpres ingeniter nugatur, dum Parthaoniam Oeolidae regionem comminiſcitur. Strabo lib. X, vbi de Curetibus agit: Οἴονται δὲ μάτην λέγειν Ἀρκάδας μᾶλλον ἢ Ἀκαρνᾶνας, φάσκοντας οἱ Παρθανοῖδαι εἶναι. Ἄγριος δὲ καὶ Μέλας, τρίτος δ' ἐν ἀμφοῖν Οἰνεύς. vbi Leucopeus et Alcathous omittuntur. Tydeus apud eundem Statium lib. II. 726 — *at ſi patriis Parthaonis armis Inferar.* ex hinc *Parthaonides* Tydeus Valerio Flacco lib. III. 705. et Noſtro lib. VIIII. 12. *Parthaone nus* Oeneus. eſt pater Oenei Portheus Homero Iliad. ϛ. 115 dicatur, et Antonino Liberali Metamorphoſeon fabula ſecunda. qui patrem Portheo Martem adſignat, cum Parthaon Agenoris filius ab Apollodoro aliisque dicatur. Suſpicor tamen Parthaeum cum Parthaone eundem fuiſſe, quod Strabo Agrium, Melan et Oeneum Parthaonidas appellet, idque Homerica confirmet auctoritate, cum Homerus, vt iam dixi, eo, quem Strabo reſpexit, loco eos Portheo prognatos afferat. Certe apud Plautum Menaechmis Act. V Sc. I vbi adagii loco dicitur *Ego te ſimitu noui cum Parthaone*, notant in MSS. eſſe *Porthaonae* viri eruditi, quod ad *Portheum* propius accedit. Neque aliter apud Hyginum fab. XIIII et CLXXII ſcribitur. In Ouidianis quoque exemplaribus *Porthaoniae* fuiſſe ſcriptum fit veriſimile. vnde leui mutatione *Poſt aõiae* deinceps fit factum. Cæterum Antoninus Liberalis ex Nicandri Ἑτεροιουμένοις narrat paulo copioſius quam Ouidius fabulam. Nimirum ſorores Meleagri ad tumultum fratris ſine intermiſſione lugentes a Diana contactas virga in aues Meleagridas fuiſſe conuerſas, et in Lerum inſulam translatas, praeter Gorgen ac Deianiram, quibus dea in Bacchi gratiam pepercerit.

544 *Alleuat*] *Eleuat* codex Voſſianus. ita Claudian. I in Eutrop. 295 ex MSS. *Eleuat hunc pluma.*

547 *Erechtheas arces*] *Erichthoas* duo veteres cum Thuaneo. vt *Myrtous, Lesbous, Sardous*, et ſimilia. *Erichtheias* prim. Pal. ſec. Medic. Neap. Vtbin. et prim. Reg. *Erichtheidas* duo alii. *Erichthonidas* Lanigerum tres alii *Erichthoidas*. Gruninus *Erichtenias*. *Erichthonias* prim. Moret. prim. Gronouii, Exc. Muretii. ſec. Palat. et duodecim alii. non male. ab Erichthonio rege. ſic *in qua populus luſit Erichthonius* Propertio II. 5. 4. et *Erichthoniot peſtis populata colonos* Manilio lib. I. 882, pro Athenienſibus. *Erichthonias arces* ſimiliter Troiam Virgilius in Ciri et in Culice appellauit ab Erichthonio rege.

548 *Achelous*] *Acheloos* in Sinano.

550 *Ce-*

Digitized by Google

549 *Cecropide*] *Cecropidæ* Florent. 3. Marci et Bernegger. prim. tert. quart. Medic. prim. Gaston. prim. Morell. sec. seu alii. sic *Aeacida*, de quo ad Epist. H. 87. *Atrida* apud Propertium lib. II Eleg. XIII. *Non ita Dardanio gaudet Atrida triumpho*, &c. vbi *ast* perperam legitur. Horat. lib. II. Sat. III *Ne quis humasse velit Aiacem, Atrida, vetus cur &c.*

551 *Obliquumque volare magno murmure*] *Magno impete* vnus et meis. *Magno* pro *impetu*. sic Noster supra III. 79 *Impete nunc vasto, &c. ceu taneitus inubibus omnis Fertur.* ita et Statius, Antonius, alii. Iunianus etiam codex *oblataque*. forte *obstructaque*, vel *obstrepaque*. Vide ad lib. III. 570.

553 *Olim gregibus stabula alta trahi*] *Rapi* seu veteres. nil mutat. Virg. Aen. II. 498 *Feruet in aruis furens cumulo, compositque per omnes Olim stabulis armenta trahit*, de annona. Festus Auienus Descriptione Orbis v. 1163 — *citus aequoris Tigris Prona vocatur, et saxa ingis undis subsidit supernis, Et terras Lae celeri trahit agmine terras.* perperam *supremis* legebatur *ingis*. Vulturnus tamen apud Statium lib. III Silu. II. 79 *Qui torrias sapere et rotare fluctus Assueram, pudet, amnis esse coepi.* et Ebeb. I. 365 *Miratur modo nubigenas e montibus amnes Aeue pauens, passimque imsano turbine rapeas Pastorum pecorumque domos.* In Virgiliano quoque loco vetustus codex, quem Aegidii Menagii donum possideo: *Olim stabulis armenta rapit.*

558 *Captet suis alueus undas*] *Captat* multi ex vetustioribus, pro *capiat*. quomodo Bernegger. sec. Medic. et alii decem. tres *caplet*. Epicedio Drusi: *Vix capit adiectas alueus altus aquas.*

559 *Vtorque*] Meliores *vtarque*.

567 *Rarisiam sparsus tempora canis*] *Parcis* prim. Palat. *paruis* plurimi ex antiquioribus. *paucis* quinque. *latris* Spir. *Pariis* prior Erfurt. cum glossa *id est, albis*. et sic pro diuersa lectione vnus ex meis. tres *variis*. duo *albis*. vnus *niueis*. omnia frustra. Caluescens enim Lelex describitur. Amor. I Eleg. VIII de anu: *Quin album raramque comam, lacrymosaque vino Lumina, rugosasque distraheremque genas. Raritas capillorum* Suetonio: *Galericulo propter raritatem capillorum adnexa*, de Othone cap. VII. Pro *illa parte* quatuor veteres *illac*, cum Arondelliano.

569 *Lactissimus hospite tanto*] *Terno* Iunianus bene.

572 *In gemma*] *In gemmam* multi ex vetustioribus.

575 *Quod gerit*] *Gerat* cum pleriisque scriptis.

578 *Cornimus*] *Cornitis* Florem. S. Marci, Vrbin. et tres alii. male. nam solum Theseum alloquitur. vt mox patet ex iis *ipse vides*.

577 *Spatium distrimina fallit*] *Spatii discrimina fallunt* multi ex vetustioribus. recte, si reponas *discrimine* cum Vrbinate.

584 *Reuulsi*] *Reuelli* S. Marci, Neap. prim. Medic. Bernegger. Spir. Arond. et decem alii. de quo ad Epist. VI. 104.

587 *Pa-*

587 *Pariterque revellit*] *Parteque* prim. Bonon. prim. Argent. cum tribus aliis et editione Gryphii. bene. *Refoluit* etiam pri-be quartus Medic. et pro diuersa lectione Rottendorphianus. In Cantabr. et prim. Gronou. *revoluit*. proxime verum. Multi *revulsit*. sed *revelli* iam praecesserat.

593 *Peritura corpora natae*] *Paritura* vnus Leidensis et alter Twisdenius. et placet.

594 *O proxima terrae Regna*] *Mundi* in multis vetustioribus, *mundi* vel *caeli* pro diuersa lectione schedae Theatinae. *caelo* vnus Medicens. optime. prima enim fors Ioui, Neptuno secunda, tertia Plutoni, obtigerat.

596 *In quo desinimus*] Duo *deserimus*. alter Regius *deserimur*. Puto *deserimur*. nam vnus Moreti *in quem decidimus*.

598 *Si mitis*] *Sis mitis* Cantabrig. et plurimi alii, vt Neptunum haec spectent. Caeterum versum proxime praecedentem, cuius initium est *Huc ades, atque audi*, spurium ac proinde eiiciendum esse censeo, vt et illum, qui mox sequitur: *Cui quondam tellus clausa est feritate paterna*. est enim minime ferendus, cum *feritate paterna* denuo proxime repetatur. et abest ab vno Vossiano. Gronouianus vnus exhibet quidem, sed margini adscriptum. at sec. Pal. prim. Moreti et octo alii proxime sequentem non agnoscunt. male.

603 *Hunc quoque complectar*] *Hanc quoque* plurimi ex vetustioribus. hoc est, postquam in insulam erit conuersa. Perimelen enim, vt reliquas Echinades, Achelous alluit. Potest et scribi: *Tunc quoque complectar*.

605 *Extimuit Nymphe*] Aut hi quatuor versus sunt tollendi pro superfluis, aut illi duo, quorum initium *Dum loquor*, ne bis idem dicat. Miror interpretes hoc non vidisse.

611 *Factum mirabile*] Malim *fatum*. vt et libro VIIII. 394 *Dumque refert Iole fatum mirabile*. nam *factum mirabile* veteres illic plerique.

617 *Animo maturus et aeuo*] *Animi maturus et aeui* malim. sic *aeui maturus Aceste* Virgilio lib. V. et lib. VIII *animi maturus Alethes*. Paulo ante Nostro *mentis feros* Pirithous dicitur. vide Notas lib. VI. 321. lib. XIIII. 617 — *Remulus maturior aeui*. ita scribo. nam vetus codex *aeue*. vulgati *annis*. Claudianus lib. II de Laudibus Stilich. 348 — *sed anus maturior aeui Martia rectauo tradis praecepta nepoti*. vt iam ex optimis libris illic castigauimus.

621 *Medio circumdata muro*] *Medico* praestantiores plerique. Mox *lacum* pro *locum* duo veteres.

626 *Mortalis*] *Mortali* ex melioribus.

630 *Canna tecta palustri*] An *senta*? Adi Notas lib. V. 447.

631 *Baucis anus*] Fabulam hanc fuse prosecutus erat Callimachus in *Hecale*. hinc nomen illud in prouerbium abiit apud Graecos, pro anu quacunque paupercula, vt et Hecales; et Ixi pro medico. *Pannusia Baucis* Persio dicitur Satyra quarta.

633 *Pau-*

Digitized by Google

633 *Paupertatem ferendo*] *Fatendo* Florent. S. Marci, Erfurt. prim. sec. Palat. Cantabrig. tert. Medic. Spirens. alii complures. recte. lib. XII. 407 *et amando, et amare fate Cyllenon: ima tenet.* Amor. I. Eleg. II *Acrius inuitos multo ferocius vrget, Quam qui seruitium ferre fatentur, Amor.* alibi saepe. paupertatem vel amorem fatetur, qui palam se fert, nec dissimulat. lib. VIIII. 638 *Iamque palam est deo inconcessamque fatetur Spem Veneris.*

637 *Paruos retigere penates*] *Paucos* S. Marci, prim. Arundel. vterque Erfurt. prim. Palat. fragment. Theat. prim. tican. prim. Batil. Spir. decem alii. *parcos* Bernegger. Chron. alii duo. Forte *paulos penates.* nam in primo Regio aliis nonnullis glossa erat adscripta, *id est, pauperes.* Varro: *Pa a paulo lare.* libro VI. 327 *paulo faueas mihi murmure* sic ex veruſtioribus nonnulli. Fastor. III. 837 *Et piget in pa nomen habere casis.* ita et illic libri veteres. Forte *paulis.* S nus capite vltimo: *pauxillae aedes ignobiliter ad culmen fast tae.* vbi lego *in culmen.* tamen apud Virgilium libro VIII. —— *Externumque larem paruosque penates Laetus adit.* et Silium libro I. 616 *Ad paruos curru remeabant saepe penates.* libro VII. 173 *Nec pigitum paruosque lares humilisque subire mina caelicolum tecti.* ita *paruulo lare*, et *exiguo lare* Apul Metam. Noster IIII Fast. 531 *Parvos initura penates.* Prior G nouii etiam *subiere penates.* vt lib. V. 282 *Subiere minores S casas superi.*

644 *Multifidasque faces*] *Taedam multifidam* dici a po scio. sed hic *faces multifidas* pro concisis in frusta videtur suisse. In Fastis libro V. 508 de Hyrieo, in simili narratio *Et promis quassas comminuisque faces.* eiusmodi sarmenta V vius libro VII. 10 *taedas scbidias* appellat: *aut taedae schi comburuntur.* τῆς πεύκης σχίζας.

Ramaliaque arida tecto] Sic *ramale vetus* pro *ramo veteri* Persium Satyra prima. et Satyra quinta *veteris ramalia fu Detulit*, quomodo mox in Petronii loco: *pannum de carn detulit furca.*

647 *Furca leuat ille bicorni*] Carnarium describit, vbi car siccandae suspendebantur, aliaque, vsibus quotidianis necessa vt mox in versibus Petronianis videbimus. Erat autem proximum, et fumo proinde expositum. Petronius Satyr cap. CXXXV *Mox incincta quadrato pallio cucumam ingen foco apposuit: simulque pannum de carnario detulit furca quo faba erat ad vsum reposita, et sincipitis vetustissima pa cula mille plagis dolata.* ex quo loco apparet furca deferri fo ex carnario ea, quorum vsus erat. idem Petronius mox: *Il illa carnis etiam paululum delibat, et consequale natalium fum sincipat in carnarium furca reponit, fracta est putris sella, e staturae altitudinem adiecerat, anumque suo pondere deiectam per foculum mittit.* habes de furca denuo, et carnarium contignum. Plinii locus de Carnario libro XVIIII. 4 p. sic legendus ex vestigiis scriptorum: *Hinc primum agrico aestiu*

Digitized by Google

timabant prisci: et sic statim faciebant iudicium, nequam esse domo matrem familias (etenim haec cura feminae dicabatur) si indigens esset hortus, cuique e carnario aut macello viuendum esset. Columella libro XII. 53 de salsura suillae carnis, ubi inter alia: *Oportebit salem prius excuti, deinde aqua dulci diligenter perlui, necubi sal inhaereat, et paululum adficcatum e carnario suspendi, quo modicus fumus perueniat, qui, si quid humoris adhuc continetur, siccare eum possit.* Varro lib. II de R. R. cap. IIII *Et qui non audierit patres nostros dicere, ignauum esse sumtuosum esse, qui succidiam in carnario suspenderit potius quam lanario, quam ex domestico fundo.* Auctor Moreti: *Non illi suspensa focum carnaria iuxta Durati sale terga suis truncique gebant. Traiectus medium sparto sed caseus orbem, Et vetus strictis fascis pendebat anethi. Rigebant* Scaliger repoſuit. sed *excabant* est in scriptis. *Replebant* opinor. Optime igitur sese habent Plautina illa Captiuis Act. IIII Sc. IIII *Aduenienis deturbauit totum cum carne carnarium.* nec detulit furca, vt fieri solet, carnes e carnario, sed deturbauit. Nugantur, ne quid dicam, qui *describrauit* legunt, et de vasis interpretantur. Idem Plautus Curculione Act. II Sc. III *Pernam, abdomen, lumbum, suis glandium. ain' ? omnia haec? In carnario fortassis dicis. P. imo in lanionibus.* non in carnario, sed iam esui parato. de carnario et illud Iuuenalis capiendum Sat. XI. 82 *Sicci terga suis rara pendentia crate.* et illa Petronii cap. CXXXVI *Praeterea quae fumoso suspensa tigillo Conseruabat opes humilis casa. mitia sorba Inter odoratas pendebant fexta coronas, Et lympbrae veteres, et passis vua racemis.* vbi versu primo scribendum *praetereaque e fumoso.* ex quo loco liquidum et manifestum fit, cur *nigro pendentia tigno sordida terga suis* dixerit Naso. quod in verbibus Petronianis est *tigillum fumosum.* atque huc Iuuenalis trahendum illud e sexta Iuuenalis Satyra 321 *Tollit pensis praemia coxae.* vt de perna in carnario suspensa capiatur. Nec audiendus Ianus Gebhardus, qui cum in vno ex Palatinis codicibus offendisset hoc Naſonis loco *Horrida terga suis*, reponi iubebat *Torrida terga.* hoc est, vt ipse interpretatur, fumo siccata. at nihil immutandum. *Sordida* enim *terga suis* fumosa sunt. quomodo apud Statium Siluarum quarto ad Iulium Menestratem: *Albanoque cadum sordentem promere fumo.* et apud eundem lyrico carmine ad Septimium Seuerum: *Culmenque multo semine sordidum.* hoc est multo fumo lucernarum suliginosum. Idem et apud Silium Italicum libro VI *sordentia fumo frena.* Persius Satyra VI — *mihi festa luce coquatur Vrtica, et fissa fumosum finciput aure.* ita enim et Scholiastes antiquus, et tres codices scripti, quibus sum vsus. nec aliter ex suis magnus Casaubonus repoſuit, cum ante *finciput fumosum* legeretur. In hoc autem assentiri viro summo non possum, quod *fumosum finciput* de vetustate capitis aprugni capit, vt in Petroniano loco iam allato a nobis *fincipitis vetustissima particula*, non recordabor apud Horatium quoque libro II Sat. II *fumosae pedem pernae* occurrere. *ficcus petasunculus* eidem Iuuenali Satyra septima

Digitized by Google

ma 119. quomodo *ficci terga suis* vndecima eundem dixisse iam vidimus. Caeterum etiam herbas siccatas in carnario suspensas ex Petronio ac auctore Moreti vidimus. Plinius lib. XVIII. 25 *Miretur hoc, qui non meminerit, ipso brumali die pulegia in carnariis florere.* libro XVIIII. 8 *Pulegii natura in carnariis reflorescens saepius dicta est.*

653 *Dura suspensus ab ansa*] Lege *curua ab ansa*. et sane Barberinianus *curua* pro diuersa lectione agnoscit. nisi *curta* malis. quomodo *attritam ansam* dixit Virgilius. Sed alterum verius.

655 *In medio lecto*] Non video, quomodo torus in medio esse potuerit, qui mensae locus fuerit dandus. libri veteres magno numero interserunt post hunc versum: *Consternuntque rorum de molli fluminis vlua*, vel *concutiuntque, constituuntque, conficiuntque*, quod in aliis est. Neapolitanus et Florent. S. Marci, tres quatuorue versus superiores manu recentiori adscriptos margini exhibent. quibus tamen controuersia non est mouenda. sed ex hoc et praecedenti vnum esse faciendum contendo, ac scribo: —— *artusque fouendos Accipit. inde torum sternunt de mollibus vluis Impositum lecto, sponda pedibusque salignis.* nam *impositis*, non *impositus*, veteres plerique.

659 *Lecto non indignanda saligno*] Cantabrig. sec. tert. Palat. et decem alii *sed non indigna*. prim. Gronou. et vnus meus *tamen haud indigna*. nil muto.

663 *Mensa extersere virenti*] Alii *mensae extersere virentes*. sed verum est *mensae tersere virentes* cum codice S. Marci, secund. Palat. tert. Medic. prim. Hamburg. aliisque quam plurimis.

664 *Bicolor sincerae bacca Mineruae*] Intelligo baccam recentem, et nullo sale aut muria conditam. Sic apud Columellam lib. XI. 50 inter *amurcam sinceram* distinguitur, et illam, quae salem receperit: *Amurca, siue quae sincera defluxerit, siue etiam quae salem receperit.* atque ita de axungia Plinius libro XXVIII. 9. libro XXXI. 7 *Quercus optima, vt quae per se cinere sincero vim salis reddat.* vbi malim *vt quaeque per se cinere sincero vim salis reddit.*

668 *Post haec caelatus eodem Sistitur argento crater*] *Eodem argillo* vnus Palatinus. Graecis quidem κρατὴρ est, sed apud Latinos obtinet, vt *argilla* dicatur. In primo Mediceo pro diuersa lectione *argilla*, cum glossa, *id est, terra*. bene. In multis praeterea *de argilla* adscriptum est pro interpretatione. sic lib. V Fast. 522 *Terra rubens crater, pocula fagus erant.* Nec placet *caelatus crater* iste. non enim tam delicatos Baucida et Philemona fuisse opinor, vt vasis non nisi operis caelati sint vsi. idem ille, qui craterem nobis argenteum hic commentus est, vt pretium credo illi adderet, caelatum quoque multa arte fabricatus est. quare legendum puto *illatus crater. inferre craterem*, vt *inferre lucernam*, quod saepe apud Nostrum occurrit, et contra *efferre*. apposite A. Gellius Noct. Attic. libro II. 25, vbi agit de con-

Digitized by Google

ibus mutuis, quae ludis Megalensibus celebrari solita: *Qui Megalensibus antiquo ritu mutuitarent, iurare apud Consurbis conceptis, non amplius in singulas coenas sumtus esse ros, quam centenos vicenosque aeris, praeter olus et far et , neque argenti in conuiuio plus pondo quam libras centum ros.* Propert. libro IIII Eleg. VIIII *Lumina sopitos turbant Quirites.* Intelligendum autem de vase vinario capaciori. Iuuenalis *vrnae cratera capacem.* Noster *vastum cratera* XII. *ingentem* lib. V. *magnos crateras* Virgilius non vno Crateras autem cum ne in regum quidem conuiuiis, nisi et inauratos soleant poëtae apponere, quanto lautiore ap- splendidissimus noster Philemon et Baucis illa opulenta teos, si dis placet, crateras hic ostentant! et tamen *nuratus* Noster, quod mireris maxime, paulo post est di-

Quae caua sunt] *Qua* ex melioribus.

Dantque locum] Hic versus praecedenti videtur praepo-

Redolentia mala] *Volentia* Florent. S. Marci. primus ceus et prior Hamburg. cum Spirensi *olentia.* alius Medi- *dolentia.* in nonnullis vetus lectio erasa. Scribe *balantia. lantes floribus hortos* dixerat Virgil. IIII Georg. 109 *Inuiroceis balantes floribus horti.* et eius imitatione Claudiib. II in Stilic. 467 *Croceis balantes floribus hortos Ingre-*, ita enim locum illum ex vestigiis codicum veterum emenidem Epithal. Palladii 103 *inga floribus balant.* Rapt. Pro- II. 288 *Zephyris illic melioribus halant Perpetui flores. Hainum* in Paullini carmine de nono Felicis natali. Apud ertium quoque lib. III Eleg. XXIIII loco mendosissimo ca- dum opinor: *Limina iam nostris valeant halantia sertis.* insulse nunc legatur *lacrymantia verbis.* Virgil. lib. I 417 *Ture calent arae sertisque recentibus halant.* vt *valeant* sparat *halantia.* Sidonius carm. II *Halant rura rosis.* carm. *Videas hic ipsa placere Supplicia et virides violis halare ca-*. Ennodius: *Sic sua ter denis animarum cultor in armis rura rosas.* adi Notas lib. IIII. 393. Apud Martial. II. 65 *spiras tenera malum mordente puella.* apud Iuuenalem Sa- II. 74 *Aemula Picenis et odoris mala recentis.* Putabam ndo *ridentia mala.* vt *ridentia lilia* Rutil. II Itiner. sub

Illuditque] *Eluditque* cum plerisque.

Ite simul. parent; *et dis praeuentibus ambo Membra lecalis*: *tardique senilibus aulis Nituntur longo vestigia poiae*] Versus medius in optimo Florentino S. Marci, Neap. et vno Mediceo, manu recentiori adscriptus est margi- puto tollendum. Primus sic in eodem S. Marci codice batur: *Ite simal. parent ambo, baculisque leuatis.* pro . quod disertim Spirensis agnoscit. atque ita in Neapol. videtur exaratum fuisse. erat enim erasa vetus lectio.

Digitized by Google

illud *tardique senibus annis*, nugatorii commentum est. senio confectos fuisse tam Baucida quam Philemonem iam non semel monuerat, iamque et *tardus aetate* vocarat. nec eo *dis praeuntibus*, cum et deos iuuisse vt se comitarentur illos paruisse praemiserit. Pro tribus itaque versibus duo, exhibuimus in contextu, sunt reponendi.

695 *Quantum semel ire fagitta*] Neapol. et sec. Medic. *fagitta*. sic *fuisse pacem intra moenia* auctor Elegiae in Nu Noster lib. II Fastor. 222 —— *riparum margine finit aquae* ibidem ad Terminum: *Te populos, vrbesque et regna tra finis*. Vulgatam tamen hoc loco agnoscit Gunther. Li libro VIII *Stabat ab obsessa non multo longius vrbe, Quam emittens arcu iacitque fagitta Ire potest*.

696 *Mersa videns, quaeruntque suae pia culmina villae*] denuo versum eiecimus, idque ex auctoritate vtriusque burg. Oxon. Arondel. Thuan. Neapol. prim. Palat. prim. cum octo aliis. nec agnoscunt a manu prima Florent. S. et primus Regius. quidam tam editi quam scripti hunc ve qui ferri non potest: *Sola loco stabat, dum desicus fusca* paulo post agnoscunt.

701 *Adopertaque marmore tellus*] Ex fide optimorum cum haec legenda sunt hoc ordine, quo a nobis exhib Mox codices denuo ex editis nonnulli et ex scriptis odio sum exhibent, qui iam supra occurrebat: *Concipiunt Ba preces timiduque Philemon*.

703 *Talia tum*] *Cum* ex scriptis. vt saepe alibi.

704 *Foemina coniuge iusto digna*] *Foemina coniuge digna* tres scripti. sic apud Val. Flaccum lib. VII. 290 — *tu la ua, tu supplice digne Dignior*. et in illo veteri carmine a cis cantato, apud Festum: *Digna dignis. sic Sarmentus crassas compedes*. Tibullus libro IIII Eleg. VII —— *cum digna fuisse ferar*.

706 *Iudicium superis etc.*] *Iudicium* pro sententia dixit *dictum* plurimi veteres. Excerpta Iureti et Calandrae cu scriptis *Consilium*. quod non est omnino negligendum.

712 *Annis aeuoque soluti*] Malim *annis seniosque soluti*.

714 *Narrarent casus*] *Inciperent* Neap. et sec. Medic Inuenuste.

724 *Cura deum di sint*] Nihili haec sunt, nec ad rem quam faciunt. *Cura dei dii sunt* in vno Mediceo. in vn *Cura deum sunt isti sint*. in vno Leidensi *Cura deum su sint isti* Spirensis. Castigatiores certe plerique *sunt*, non *f colantur*, non *colantur*. Noricus *Cura deum hi sunt*. *Cura pii dis sunt, et qui coluere colantur*. quod proxime dicei libri scripturam accedit. sic in Fastis lib. II. 117 *facta vident*. Apud Horatium libro I Od. XVII *Di mea curae est*. apud Maronem lib. I. 603 *Di tibi, si respectant numina, si quid Vsquam iustitiae est, et mens scia iusti*. Apollo apud Callimachum Hymno in Delum: *ὅς τις ἀνὴρ ἀνεγίνετο μενεμμεν.*

733

Digitized by Google

Quem tetigisse timerent] *Quam* prim. Medic. et Spirenſ. Notas lib. IIII. 495.

Aris adoleret honores] *Odores* vetuſtiores plerique. Virgilius tamen Aen. III. 547 *Iunoni Argiuae iuſſos adolemus honores.*

Potentis] Mallem *potentum*. id eſt qui voti compotes facti. Stat. VIIII. 551 *Sis ita et ſeſe voti facit ipſe potentem.* Faſt. III. 269 *Saepe potens voti frontem redimita coronis ſtetit.* ſup. v. 80 *Votique mei ſuctura potentem.*

Quantum fuit herba ſub omni] Locus male habitus. Pontinus S. Marci, Bernegger. prim. Hamburgenſis, Cant. et Gronouii, prim. tert. quart. Medic. Spirenſ. et alii multi *herbe*, et *quanto*. recte. Deinde *fuit herba ſub omni* in pleriſque editionibus. niſi quod in prim. Erfurt. prim. Gronou, et vno *iacet herba ſub omni*. Rottendorphianus *Silua quantum fuit herba ſub illa*. prim. Med. *quanto fuit herba ſub arbore*: Scribe: *nec non et caetera tanto Silua ſub hac, ſilua quanto iacet herba ſub omni*. libro XIII. 368 — *quanto dux miliſe maior, ſtatura ego te ſupero*. ita recte meliores codices. *iacet ſilua*, vt libro II. 179 — *terrae penitus penitusque iacentes*. Seneca Hercules Furente 720 — *Campus hanc circa iacet, In quo ſuperbo ſtetit vultu ſedens Animas recentes*. Solinus cap. XXX de Cimbris: *Plurima iacet campo*. Valer. Flaccus lib. I. 831 *Ingenti iacet ore chaos*. et ſic de inferis, ſaepe poetae. *Cubantem Vſticam* pro eodem modo pro depreſſa dixit Horatius libro I Od. XVII.

Famulosque iubet] *Famuliſque* cum vno malim.

Contremuit, gemitumque dedit decidua quercus] An quia Dodonaeum nemus quercu celeberrimum, propterea quercus omnes Dodonaeae ſunt dicendae, etiam Theſſalae? haud opinor. *Cecidere quercus* plurimi veteres. nonnulli *deciduae*. (quam ſcripturam Voſſius Art. Gram. II. 17 eſt amplexus, ſed repugnante metro). vel *iam decida*. vel *mox decida*. Ex vetuſtioribus Florent. S. Marci, Neapol. Bernegger. prim. Hamburgenſ. Pontin. Vatican. ſec. tert. Medic. prim. Gronou. Nericus et ſex alii *Deoïda*. *Dëida* prim. Palat. et prim. Moreti. *Theoïda*. Fragmentum Theat. et duo alii *Dodoyda*, *Dedoïda*, *Dedonida*, et ſimilia. Scribe *Deoïa quercus*, ἀπὸ τῆς Δωδώνης. *Cereale nemus* modo ante dixerat. *Deoïda* pro Proſerpina habes lib. VI. 114. et apud Auſonium Epiſt. V ad Theonem. Haec ſcripſeram, cum video veram lectionem ſubodoratum quoque eſſe Carolum Viuianum in ſuis caſtigationibus.

Et pariter frondes, pariter palleſcere glandes Coepere; longi pallorem ducere rami] *Sudore madeſcere* Cantabrig. vnus Mediceus et vnus Palat. cum margine Gryphiano. nil mutato. *Pallorem ducere* Barberin.

Haud aliter fluxit diſcuſſo cortice ſanguis] *Diſcuſſo ſanguine cortex* plerique vetuſtiores. Scribe *diſcuſſus ſanguine cortex*. atque ita quartus Mediceus. niſi malis cum vno Strozzae *diſcuſſa cortice ſanguis*. de quo vide Notas Metam. IIII. 375.

Digitized by Google

Mox etiam *cruor profusus*, pro *profundi*, bene prim Basil. Gronou. et quinque aut sex alii.

765 *Obstupuere omnes*] Puto *Obstupuere animis*, quia τῷ *bus* mox sequitur. Statius Theb. VI *Obstupuere animis, fo silentis terror.*

775 *Adductaque funibus arbor*] Nihil hoc loco mutand Lucanus libro IIII. 453 — *sed tertia puppis Haesit, et ad tes adducto fune secuta est.* Caesar lib. III Bell. Civ. *Quibus cognitis rebus Cn. Pompeius filius, qui classi Aeg praeerat ad Oricum venit, submersamque nauim remulco . que contendens funibus adduxit.* ita optime vetustus codex L nienſis, quo vſus ſum.

777 *Nemorumque suoque*] *Nemoriſque* rectius alii.

797 *Rigidique cacumina montis*] *Cacumine* ex primis quorum.

800 *Raris vellentem dentibus herbas*] *Raras* rectius Bonon. *raras herbas*, quia in agro lapidoſo. Lucanus de A libro VIIII. 438 *Hoc tam ſegne ſolum raras tamen exeris her Ac atris* vnus Voſſian. quidam *duris*.

802 *Scabri rubigine dentes*] De dentibus iam praeced quare aſſentior pleriſque antiquis, in quibus *ſcabrae fa* niſi quod in vno Langermanni *ſcabrae malae*. libro tamen II. de Inuidia: — *liuent rubigine dentes, Pectora felle virent. rubiginoſos dentes* dixit Mart. lib. V Epigr. XXVIIII. et apud dem praefatione lib. XII *municipalium rubigo dentium*. Petr quoque cap. CXXIIII *ſcabra rubigine dentes*. Habes et *ſca dentes* apud Suet. Aug. LXVIIII. et Marcianum Capellam lib. initio: *ſcabros dentes vitiliginesque linguarum et ſordes*. ex qui vulgatam lectione in hoc Naſonis loco tuebatur noſter Graeuiu

807 *Genuumque tumebat Orbis*] *Rigebat* Arondel. et duo Auctor Moreti: *Continuis rimis calcanea ſciſſa rigebant*. Sen carmine bucolico: *Tento crura rigent pede*. quanquam nec v gata ſcriptura inconcinna eſt. Sulpicius Lupercus de Cupidi in Catalectis Pith. p. 28 *Vacuo crure tumeus genua*. Mox *dico prodibant tubera talo*, non *tubere tali*, Florent. S. M et vnus Bonon. bene.

815 *Perque aëra vento*] *Vecta* Neapol. ſec. Medic. prim. B prim. Hamburgenſ. et pro diuerſa lectione Florent. S. Mar nil muto.

818 *Noctis enim tempus*] *Erat tempus* Bernegger. prim. Erf prim. Hambnrg. et decem alii.

818 *Geminis amplectitur vlnis*] Plurimi veteres *alis*. etia probe. ſic et alas dat Nocti Manil. lib. II. 94: Somno Claud. in Ruſin. 325 et Statius lib. VIIII. et *deus aliger* lib. X et Achill. Vid. et infr. XI. 63.

820 *Peragit ieiunia*] Prim. Baſil. tert. Medic. excerpta Iure prim. Vatic. et octo aut nouem alii *ſpargit*. quod omnino ser det. duo *ſparſit*.

822 *Aſſuetaque vertitur antra*] Scripti maxima ex pa *aſſusta reuertitur antra*. quidam etiam *arua*, quos inter prim

Medi

Digitized by Google

Medic. primi Moreti, vterque Hamburg. Bernegger. et prim. Reg. recte. nam *lapidosum agrum*, non *antrum*, Fami paulo ante assignarat. *domus inopes, antra* familiaris Nasoni appositio.

846 *Delusum guttur*] *Desuetum* S. Marci codex et vnus Med. vnusque Bonon.

834 *Plusque cupit*] *Sitit* prior Gronouii. venuste.

838 *Innumerasque faces cremat*] *Trabes* cum Florentino S. Marci, excerptis Iureti, Moreti et vno meo. Apud Senec. Nyp. 644 *Vt agilis altas flamma percurrit trabes.* Supra tamen 644 *multifidasque faces.*

839 *Plura cupit*] *Petit* cum melioribus. alterum iam praecessit. nisi *capit* reponis cum vno Vossiano et altero Erfurt. Adeantur Notae Art. Amat. III. 757. Sed forte paulo ante legendum: *Plusque capit, quo plura suam demittit in aluum.* nam ita Graeuianus aliique nonnulli.

844 *Inattenuata manebat*] *Manebas* ex Neapol. Vrbin. sec. Medic. et tribus aliis.

845 *Implacataeque*] Frustra quidam codices *impacatae*. Sen. Achill. II *Vt placata fames epulis bis terque repostis.* Theb. X *Rabies placata cruore.* Sic inf. XV. 94 *Placare voracis ieiunia ventris.*

854 *Et vultus pisces*] Imo *cultus* cum Naugerii et Calandrae codicibus et vno Mediceo. nam *vultus* iam praecesserat. Deinde *piscem* cum prim. et sec. Medic. Florent. S. Marci, Neapol. Bernegger. Thuan. prim. Hamburg. et sex aliis. *Captantibus* denique excerpta Iureti, secund. Palat. et duo Medicei ex melioribus.

862 *Bene cedere sensit*] *Sentit* sec. Palat. et duodecim alii. sic et infra 871 meliores: — *transformia corpora sensit.*

865 *Studioque oneratus inhaesi*] Scribe *operatus* cum tertio Mediceo et Thuaneo. lib. VII. 746 *Montibus errabat, studiis operata Diana.* Vide Notas Epist. VIIII. 35 et Amor. II Eleg. VII. 23. Apuleius Met. III *Conspicio istum destricto mucrone caedibus passim operantem.* et lib. VIIII *Ac dum Venereis collectationibus securius operantur.* minus bene *Veneris* nunc legitur.

872 *Tradit*] *Vendit* prim. Gronou. et sex alii.

876 *Pabula morbo*] *Monstro* alter Erfurtanus. quae vox Nasoni familiaris.

879 *Quid moror externis*] *Exemplis* prim. Gronou. et vnus Patau. vt Remed. 461 *Quid moror exemplis, quorum ne turba fatigat.*

881 *Nam modo qui nunc sum*] *Quod nunc sum* prim. Gronou. prim. Erfurt. et duo alii.

883 *Cornua dum sumsi*] *Dum potui* eleganter excerpta Iureti, Florent. S. Marci, Neapol. sec. Medic. et quatuor alii cum Arondeliano. vt τὸ *sumsi* subintelligatur. tertius Medic. et sec. Vatican. *dum gessi.* apud Maronem libro XI. 823 *Hactenus, Acca soror, potui. nunc vultus acerbum Conficit.* vbi Seruius *Absolutus*

Digitized by Google

vel pugnare vel viuere; necessaria enim eclipsis in defectione, quae ex arte non semel posita est. vbi *necessaria enim ellipsis* scribendum.

284 *Gemitus sunt verba secuti*] *Sua verba* scribendum. quod codex Zulichemianus confirmat. vnus Medic. *sibi verba.* Adeatur Notae ad Epist. XVII. 252.

BIBLIOTECA BOLETA

METAMORPHOSEON

LIBER NONVS

14 *Famamque laborum*] *Summamque* Graeuianus. eleganter. 16 *Cedere dixi*] *Duxi* cum vno Strozzae, vel *ducens.* Verius tamen est excidisse τὸ *ratus*, pro quo subrepserit τὸ *dens* ex interlineari interpretatione. vt Nasonem sit vero simile scripsisse: *Contra ego turpe ratus mortali cedere, dixi.*

17 *Dominum me*] Pro *dominum me cernis aquarum* multi veteres *numen.* Neapol. prim. sec. Medic. et duo alii cum Norico *regem.* quomodo Virgilio lib. X. 606 *fluuiorum rex Eridanus* et inf. X. 606 *Pronepos ego regis aquarum. fluentum* etiam vnus Thuani. *vagantem* prim. Gronou. et Zulichem. *meantem* vnus Ambros.

33 *Varas*] *Curuas* Viuianus. alii codices *versas, vanas.* nihil muto. Mart. VII Epigr. XXXI *Vara nec iniecto ceromate brachia tendis.* et Stat. Theb. VI. 848 loco plane gemino: *et brachia laxe Vara tenent.* vbi male codices *curua*, vel *vasta.* vide ad I Amor. III. 24.

36 *Tactu fluescit arenae*] Erudite multis tuetur hanc lectionem Iohannes Fridericus Gronouius III Obs. XVIII, cuius amicitia glorior, vt et Hermolaus ad Plinii lib. XXXVIII. 10. Barthius tamen Aduersar. lib. LVII. 16 (et ad Stat. VI Theb. 846.) *iactu* reponit. quomodo alter Hamburg. Rottendorph. et tres alii. Virgil. IIII Georg. 87 — *Atque haec certamina tanta Puleris exigui iactu composta quiescunt.* eius exemplo, vt solet, Solinus cap. XXI *Hoc ad incendium excitatum si obruere aquis gestias, ardet magis, nec alio sopitur, quam iactu pulueris.* apud eundem: *Iactus ex ea quocunque gentium puluis arcet angues, scorpiones superiactus illico perimit.* cap. XXVII *Cineris aspergine carnes pollutae iactaeque per compita leones necant.* sed illic *tactae* praestat reponi. Priscianus in Periegesi 320 *Puleris hunc iactus potis est exstinguere solus.* qui Solinum est aemulatus. aguntenim vterque de eadem re. Ammianus lib. XXIII *Nec remedio vllo, quam iactu pulueris consopitur.* idem libro XXXI *obiectum puluerisdixit.* quare apud Plinium libro XXXV. 11 *citra pulueris actum* non ausim mutare. Horat. lib. I Od. XXV *Parcius iunctas*

Digitized by Google

Eas quatiunt fenestras lactibus crebris inanes proterui. ita libri veteres. nisi *Tactibus* mauis, vt apud Claudianum lib. I in Eutrop. 93 —— *raro pulsatur ianua tactu. Pulueris hausium* dixit Statius in simili descriptione lib. V Silu. III. 223. et *Hausta arena vestiri* Theb. libro VI. 845. De hac pulueris palaestrica aspersione vid. Salmas. ad Pallium Tertullíani p. 217.

45 *Premebam*] *Premebat* tres scripti. forte *premebar*.

54 *Protinus auertit*] *Aduertit* prim. Gronou. sec. Palat. tert. Medic. prim. Basil. aliique plurimi. Lego *Pronus humum aduertit*. vel *humo*. sic et lib. XII. 39 coniecí: *Vi multa aduersis terraeque infixit Achilles*. lib. XIII. 831 ex veteri codice: —— *vestris perituram aduertite regnis*. lib. XV. 140 —— *monitis animos aduertere*. Valer. Flaccus libro III. 459 *Continuo puppes petere, et considere transtris Imperat Ampycides, nec visum aduertere terrae*. sic scribo. *visum vertere* nunc legitur. lib. IIII. 733 idem: *Iam Mariandinis aduerte puppis arenis*. *Pronus humo aduertit*, quomodo Noster lib. II. 477 *Straulo humi pronus*. libro VIII. 379 *Pronus ab arborea cecidit radice retentus*. Solinus cap. XXVIIII *Officium pronis directa in humum cornua*. de iisdem animalibus Mela dixerat *pronis directa in humum cornua officiunt*.

57 *Vix tamen inferui brachia*] *Exferuit* in tribus scriptis. Puto *Vix tandem exferui*. Stat. Theb. I. 412 *tum vero erectus vterque Exertare humeros*. vide lib. I Fast. 409 et II. 322. Et mox *a pectore*, pro *corpore*, cum melioribus. nisi mauis *asserui*. quod impense placet.

62 *Diuertor*] *Deuertor* vetustiores. dictum alibi.

64 *Qui postquam*] Mediceus *squamosum flexos*. forte *squamosum vt flexos sinuani corpus in orbes*.

70 *Nec vllum De centum numero caput eß impune recisum*] *De comitum numero* libri meliores, vt incertum numerum relinquat, de quo inter antiquos auctores non satis conuenit. tres codicum *De capitum numero*. Centum capita, vt in vulgatis Ouidii exemplaribus legitur, hydrae adsignant Diodorus Siculus Bibliothecae lib. IIII, Suidas, Simonides teste Seruio ad v. 658 lib. VII Aen., Vibius Sequester de Paludibus voce *Lerna*, Apostolius in paroemia ad Τὰς πεφυκὰς τέμνειν. etsi Palaephatus, quem Apostolius compilauit, quinquaginta tantum hydrae capita agnoscat, vt et Alcaeus. quibus ista Virgilii adde VI. 576 *Quinquaginta atris immanis hiatibus hydra*. Auctor Herculis Oetaei choro Actus quarti v. 1534 *Si qua sub Lerna numerosa pestis Sparget incentum rabiem dracones*. ita locus ille ex auctoritate optimi codicis Medicei est restituendus. in vulgatis insulse legitur: *Si qua sub terra numerosa pestis Sparget intentam rabiem draconis*. Virgilius lib. VII Aen. 658 de Auentino filio Herculis: —— *clypeoque insigne parentum Centum angues, cinctamque gerit serpentibus hydram*. Sic et Euripidi in Hercule ἑκατογυιφανὴς ὕδρα: Zenobius paroemia Τὰς τέμνεις capita octo, Tzetzes Chiliad. lib. II Hist. XXXVI, Anonymus de duodecim Herculis laboribus a Leone Allatio editus inter varia Rhetorum

Digitized by Google

excerpta, Hyginus Fab. XXX et Fabularum inisio, Apollodorus, Seruius Aen. VII, dant capita nouem. etsi Tzetzes a se ipso dissentiens paulo post de quinquaginta capitibus Palaephato videatur assentiri. Pausanias in Corinthiacis vnius tantum capitis meminit. Plura qui contendunt fuisse, vnum ex iis immortale statuunt. quos inter Apollodorus et Zenobius. Seruius lib. VI Aen. *Hydram alii tria volunt habuisse capita, alii nouem. Simonides quinquaginta.* Heraclitus de Incredibilibus ab Allatio editus numerum capitum non expressit, sed πολυκέφαλον ὑγρὸν hydram appellat. vt et Seuerus Sophista Alexandrinus ab eodem editus, qui πλανοῦναν ταῖς κεφαλαῖς dixit. Virgilius quoque lib. VIII. 300 *Lernaeus turba capitum circumstitit anguis.* Euripides μυριάκρανον κύνα Λέρνης in Hercule. Arnobius lib. I *multiplicium capitum nutricem.* Martial. VIIII Epigr. CIIII *Foecundam hydram*, vt Noster hoc loco lib. IIII Anthologiae πολυκάρηνος ὕφις dicitur, et πολυκάρηνος ὕδρα. Hanc ex Typhone et Echidna prognatam fabulantur. sed quemadmodum poëtae in numero capitum hydrae non conueniunt, ita et de Cerberi capitibus inter se dissentiunt. qui quanquam triceps vulgo dicatur, Hesiodo tamen est πεντήκοντα κάρηνος. et Horatio lib. II Od. XIII *bellua centiceps.* idem lib. III Od. II *Cerberi quamuis furiale centum Muniant angues caput.*

72 *Gemino haerede*] *Gemina* Noricus liber et prima editio Aldina, vt ad ceruicem respiciat.

74 *Domitamque reduxi*] *Reuinxi* prim. Palat. et Louan. *subegi* quart. Medic. cum aliis nouem. quinque *reliqui.* vnus *recessi.* Arond. pro diuersa lectione *repressi.* duo mei *peremi.* quod placet. nisi quod *pressi* censeo reponendum. vel, quod praestat, *praeussi.* quod verbum Columellae, etiam ex optimis membranis reddendum libro de Arboribus cap. XI *Vuas, quae meridiem aut occidentem spectabunt, ne praeurantur, suo sibi pampino tege.* Flammis enim hydrae ceruix defecta est domita, ne repullularet. cuius rei ignorantia librarios fefellit, vt ex *pexui* conflarent *reduxi.* Euripides de Hercule in Hercul. Furent. 420 Τὸν δὲ μυριάκρανον Πολυφίτου κύνα Λέρνας ἔτειρον ἐξενίσμεναι. Nicander Theriacis de Iphiclo: Ἔνθα σὺν Ἡρακλῆϊ κακὸν ἔβροτόεσσαν ὕδρην. Seneca imitatus Hercule Furente v. 241 *Quid saeua Lernae monstra, numerosum malum Non igne demum vicit et docuit mori?* Auienus Arateis v. 381 *Lernaei gurgitis hydram Vereri Alcides cum flammiger.* Hinc intelligenda illa Sidonii Apollinaris de Hercule carm. XIII. 5 *Et quanquam ardenti gladio vix straueris hydram.* et Statii Theb. I. 384 — *Herculeo signata vapore Lernaei stagna atra vadi.* et lib. II. 376 *Qua Lernaea palus ambustaque fontibus vltro Intepet hydra vadis.*

75 *Quid fore te credis*] *Credas* ex Flor. S. Marci, vno Leid. et Graeuiano, prim. Palat. Oxon. duo alii *credes.*

78 *Pressus*] Duo veteres *prensus.*

81 *Rebello*] Puto *reuello.* vt supt. XI. 65 *Elaborque viro longum formatus in anguem.* Certe iam paulo ante se frustra tentasse

Digitized by Google

tasse uelli significauit. quid quod in Spirensi et tribus aliis *re-vello* exstat. in totidem *repello*.

83 *Depressaque cornua*] *Deprensaque* Cantabrig. prim. Moreti, Aroadel. et multi alii. bene.

95 *Totaeque resident aquae*] Malim *motaeque* cum vno Basil. ex Gryphii margine. vt apud Virgil. I Aen. 135 — *motos praestat componere fluctus*. Posset et *tutaeque* cum vno Mediceo.

99 *Caetera sospes habet*] *Abit* eleganti Graecismo vnus ex meis Mediolani etntus. nec male *erat* in altero Regio. Noster Pont. III Eleg. II, vt quidem legendum: *Caetera pars concors et sine lite fuit*. Virgil. Aen. VIIII. 656 *Caetera parce puer bello*. Silius libro XVII *Caetera parce, precor, pelago*. et lib. VIIII *Marte viri dextraque pares, sed caetera ductor Anteibat laetus*. Persius Sat. V *Cum sis caetera lassus*. Horatius lib. I Epist. X. 3 *Multum dissimiles, at caetera paene gemelli*. quae illic vera lectio. postea v. 50 pari modo: *Excepto, quod non simul esses, caetera laetus*. Ita passim optimi scriptores. Apuleius Metam. X *possumus omnia quidem caetera fratres manere*. Claudian. I in Rufin. 259 *caetera segnis, ad facinus velox*. Sic *omnia Mercurio similis* Maroni, de quo Salmasius ad Pallium Tertulliani. *Sospes abit*, vt XIII Met. 272 — *Hector abit violatus vulnere nullo*. et libro VIII. 873 *Nunc aequa, nunc ales, modo bos, modo ceruus abibat*. Lucanus lib. II. 714 *Caetera classis abit, summis spoliata carinis*. Frequentes hi Poëtis Graecismi. apud Rutilium Itinerario lib. I. 497 *alius Pectora*, pro quo nunc reposuerunt *alio pectore*: *Nec tantum duris nituit sapientia rebus, Pectora non alius prospexere sulci*. sic vetustae editiones. Ammian. lib. XXVIII. 4 *Post hanc vrbem vexit Ampelus, cupidus ipse quoque voluptatum, laetus alia, vt ad Populi fauorem adipiscendum optimus*. sic codex vetus. vulgo *laetus alias*.

101 *At te Nesse ferox*] De Nesso satis obuia est fabula. eum apud Locros Ozolas in monte Taphio fuisse sepultum, vnde mirus ea in regione foetor, et riuus purulentus e Taphio fluens, apud Antigonum Hist. Mirabil. e Myrsilo Lesbio proditur.

105 *Vberior soliso*] *Vberius* recte pro diuersa lectione Bernegger. prim. Gronou. et vnus Medicens. Mox *nimbis pluuialibus* alter Hamburgensis, et pro diuersa lectione Graeuianus.

111 *Pallentemque metu, fluuiumque ipsumque timentem*] Vetustiores plerique hunc versum praeponunt illi, cuius initium *Tradidit Aonius*. Ego cum aliis multis ab aliena manu prorsus censeo delendum esse.

119 *Parenti*] *Parente* meliores.

125 *Quamuis ope fidis equina*] *Fidus* sex scripti. Forte pro *fisus*.

127 *Re probat*] Multi ex vetustioribus *res*.

133 *Dat munus raptae velut irritamen amoris*] Forte *lenti irritamen amoris*, vel *veriti*, vel *tepidi*. sic libro XIII — *sceleris nisi praemia magnas Adiecisset opes, animi irritamen auari*.

Digitized by Google

139 *E minimo*] *E minima* duo veteres et prima Aldi editio. quod placet. Caeterum locus distinctione iuuandus, qui male habebat se antea.

143 *Mox deinde, Quid autem Flemus, ait?*] Puto distinguendum *mox, Deinde quid autem flemus?* Seneca Hercule Oetaeo v. 858 *Occupa ferrum ocyus. Cur deinde ferrum?* ita optimus Medic. non cum vulgatis *Quin deme ferrum.* Postea: *Cur deinde latebras, aut fugam vecors petam?*

145 *Quae quoniam aduenit, properandum*] *Aduenit* multi veteres. Lege *aduenat* cum Berneggeriano et aliis duobus. sic libro XII. 64 *Fecerat haec notum Graias cum milite fessi Aduentare rates.* Lucan. lib. VII. 242 *Discrimina postquam Aduentare ducum, supremaque praelia vidit.* Silius lib. XVI. 29 *Concitus Hanno Aduentabat, ingens crepitantibus agmina caeris.* idem et alibi non semel vsus eo verbo, vt et Apuleius. Statius VIIII Theb. 87 *Lecta manus iuuenum aduentat.* lib. XI. 201 *Illum Aduentare ferunt portis.*

148 *Excedam tectis? an sic nihil amplius obstem*] *Ac si* in multis. alii *vt sic, aut si, et sic.* et similia. primus Medic. et Spirensis cum tribus aliis *an si.* probe.

149 *Memorem esse sororem*] *Memor esse* cum Florentino S. Marci, Bernegger. vno Leid. vno Ambros. Excerpta Langermanni et vno meo. Trist. V Eleg. III ad Bacchum: *Huc ades, et casus releua pulcherrime nostros, Vnum de numero me memor esse tuo.*

152 *Omnibus illis*] *Illi* sec. Moreti. nempe *mittere.*

155 *Ignaroque Lychae*] *Lichae* passim scribendum tam hic quam apud auctorem Herculis Oetaei, quomodo illic optimae membranae Etruscae. neque aliter Hyginus Fab. XXXVI. et Servius Aen. VII. Apud Graecos Λίχας est. ita Sophocles in Trachiniis saepe. Aeschylus in Glauco Marino apud Strabonem, Apollodorus, Tzetzes in Chiliad. alii. hinc Λιχάδες insulae Straboni. Fuit et Lichas alius, cuius causa inter Lacedaemonios et Eleos bellum fuit exortum, quod flagris caesus esset. de quo Pausanias in Eliacis lib. VI. 2.

158 *Induiturque humeris*] *Humeros* tres antiqui. de quo dixi Trist. IIII Eleg. X. 29.

161 *Incaluit vis illa mali*] *Inualuit* malo. vt lib. VIII. 477 *postquam pestifer ignis Conualuit.* Postea pro *diffusa* multi ex melioribus *dilapsa.* In Ibide tamen v. 605 *Vt cruor Herculeos abiit diffusus in artus.*

165 *Impleuitque suis nemorosam vocibus Oeten*] *Nemorosum* Florentin. S. Marci et septem alii. sic idem Florentin. et alii quinque infra v. 204 *altum Oeten.* Seneca Hercule Furenti 132 *Tuan summum prospicis Oetan.* vbi tamen *summa Oeta* in nonnullis codicibus. *auratus Oeta* Virgilio in Culice. in Ciri *gelidus Oeta.* Lucan. lib. III. 177 *Maenala liquit Arcas, et Herculeum miles Trachinius Oeten.* ita optimus codex Vossianus. Idem lib. I. 384 *Quantus piniferi Boreas cum Thracius Ossae Rupibus incubuit.* quomodo optimae membranae Puteanorum

Fratrum

Digitized by Google

Fratrum, quod et alii in suis inuenerunt. Noster tamen infra: — *quas ardua gesseras Oete.* Sic apud Horat. lib. III Od. XXV. 11 Torrentius in optimo codice inuenit *lustratum Rhodopen.*

171 *Strides*] *Stridit* codex S. Marci, Neapol. tres alii, ἐχκαιδεκ. sic Noster et alii saepe. Vide Notas Trist. I Eleg. X. Virgil. lib. IIII. 686 — *infixum stridit sub pectore vulnus.* lib. XII. 691 — *stridunt que bastilibus aurae.* Georg. IIII. 262 *Vt mare sollicitum stridit.* ita iis locis codex Mediceus longe veterrimus. neque aliter Virgilius passim.

172 *Nec modus est: sorbent*] Malim: *Nec modus. exsorbent auidae praecordia flammae.* Fast. VI. 145 *Pectoraque exsorbent auidis infastia linguis.*

187 *Vestrum opus Elis habet*] *Elis est* vnus Vossian. Scribe: *Vestrum est Elis opus?* vel *Vestrum opus Elis erat?* Sic lib. III. 728 — *opus haec victoria nostrum est.* Horatius carmine saeculari: *Roma si vestrum est opus.*

190 *Pomaque ab insomni male custodita*] Hanc veram lectionem autumo. plurimi codices *concussodita.* quod degenerauit ex *non custodita. Insomnis*, quomodo nonnullis *insopitus serpens*, et *nunquam damnatus luminn somno* dicitur Lucan. lib. VIIII. 363.

191 *Nec mi Arcadiae vastator aper*] *Nec non*, vel *nec tu* nonnulli veteres. *nec trux* alter Erfurt. vt lib. X. 715 *Trux aper insequitur.*

194 *Quid? quod Thracis equos*] *Quid cum* prim. sec. Medic. Cantabrig. S. Marci, Neapol. Bernegger. et septem alii. *Thraces* Neapol. Bernegger. et vnus Vossian. Lege *Thracas equos.* quomodo Noricus a manu prima. Statius Theb. VI. 486 de iisdem: — *sed Thraces equi vt videre iacentem Hippodamon, redit illa fames.* Silius Italicus libro III. 38 *luxta Thraces equi, pestisque Erymanthea et altos Aeripedis ramus superantia cornua cervae.* Apollinar. Carm. VIIII. de Hercule: *Cui sus, cerua, leo, gigas, Amazon Thraces equi, boues Iberae, Portatusque polus polum dederunt.* Paulo post plurimi codices addunt: *His iacet horrendum Tiberino littore monstrum.* vel *Cacus et horrendum.* Sed cum in simili prorsus nostri huius querela apud Senecam Herculi Oetaeo et Ciceronem Tusculan. Quaest. nulla Caci mentio fiat, ne hic quidem est admittenda.

197 *Moles Nemeaea*] *Pestis* prim. Gronou. et prior Twisdenius. vt Epist. Deianirae VIIII. 61 *Nempe sub his animam pestis Nemeaea lacertis Edidit.* Auctor Herculis Oetaei 1192 *Vtinam quo cruore satiasset suos Nemaea victus pestis!* postea *malum Nemeaeum* non semel appellauit. sic et *pestis Lernaea* Lucretio. Sed hoc Nasonis loco, quia *pestis* mox sequitur, nil ausim mutare.

205 *Venabula taurus*] *Cervus* duo veteres. *tigris* Florent. S. Marci. alter Hamburg. *pardus.* Deinde *resideris auctor* vnus ex melioribus meis.

207 *Saepe trementem*] Dignius omnino Hercule sit, si reponas *frementem.* quod animum indignantem examussim refert. et

Digitized by Google

et sic codex, quo Carolus Sprotius me donauit. et ita apud Senec. Herc. Oet. 1679 *Et dirum fremens, Qualis per vrbes duxit Argolicas canem. Dementem* prim. Bonon. *gementem* Cantabrig. et prim. Gronou. In antiquis codicibus haec duo verba saepe confunduntur. vt Met. I. 244 *stimulosque frementi Adiiciunt.* vbi scripti plerique *trementi.* apud Statium quoque IIII Silu. VIII. 15 reponendum: *Dulci fremis ecce tumultu Tot dominis clamata domus.* vbi pro *strepit* et *personat* ponitur. neque enim fremitus semper est indignantium. Maro III Aen. 338 *Plausu fremituque secundo.* Apud eundem Stat. III. 606 *Ante fores vbi turba ducum vulgique frementis.* vbi male mutant MSS.

209 *Irascentemque videres Montibus*] Sic et codices veteres. Repone nihilominus *incursantemque.* libro XIIII. 188 de Polyphemo haec imitatus: *Ille quidem totam fremebundus obambulat Aetnam, Praetentatque manu siluas, et luminis orbus Rupibus incursat.* vbi etiam legebatur perperam *gemebundus.*

212 *Vtque dolor rabiem collegerat*] *Ingens* Cantabrig. sec. Pal. septem alii.

213 *Feralia dona dedisti*] Duo veteres *tulisti.* In Ibide 491 *Quam qui dona tulit Lernaeo tincta veneno, Euboicasque fuo sanguine tinxit aquas.*

221 *Nimbus quoque mole rotatis*] *Molle* scribendum, vt ad *corpus* referatur. id quod Berlmannus iam vidit.

223 *Iactum per inane*] Alter Regius *actum.* vt libro XIIII. 184 *Vidi iterum veluti tormenti viribus acta Vasta Gigantea iaculantem saxa lacerto.*

225 *In rigidos silices*] *Rigidas* vnus Mediceus et Rottendorph. est enim *silex* communis generis. infra hoc ipso libro v. 613 *rigidas silices* membranae etiam agnoscunt. et lib. XI. 225 et lib. X. 242. Sic *dura silex* Virgilio Aen. VI et Elegia ad Messallam. Vide Trist. III Eleg. VI. infra hoc libro v. 303 *moturaque duras verba querer silices.* ita primus Moreti.

226 *Nunc quoque in Euboïco scopulus brevis emicat alte*] *Alto* vetustiores plerique. Scribo *in Euboïci alto Gurgite.* vel *Euboïci alti. Euboïcum*, vt *Aegaeum*, *Icarium*, et similia. Prisc. Perieg. p. 387 *Fluctibus Aegaei primis quae tunditur alti.*

232 *Visuras*] An *Versuras?*

247 *Datis hoc*] *Datur hoc* Florentin. S. Marci, sec. Medic. et multi alii.

253 *Nullaque domabile flamma*] *Nullique* vnus meus. Lege *nullique flammae.* vt infra 262 — *quodcunque fuit populabile flammae.* ita enim vetustiores omnes. Pro *immune necis* Florentinus S. Marci *simul.* an *immune situs?*

257 *Praemia nollet*] Imo *nolet* cum castigatioribus.

280 *Generoso femine*] *Germine* vetustiores magna ex parte, nisi quod Cantabr. Arond. et tres alii *sanguine.* tertius etiam Medic. et quatuor alii *cui sic*, pro *cum.*

283 *Timidis parientibus*] *Tumidis* prim. Vatic. et decem aut duodecim alii. *Mox decimo promeruerat sidere signum*, non *decimum*,

Digitized by Google

cinum, Florent. S. Marci. prim. Palat. quart. Medic. et quindecim alii.

288 *Dicere tanti*] *Tecti* cum melioribus.

291 *Horror habet*] *Adit* Neap. sec. Medic. Vrbin. Forte *obit*. Vide Notas lib. I. 552.

294 *Ad nexos partus*.] Scripti vetustiores maxima ex parte *Lucinam nexusque pares*, vel *nixusque*. quod posterius a Turnebo in Aduersariis lib. VII. 8 probatur. Florent. S. Marci *nexusque* cum diuersa lectione *vel nixus vel noxas*. *Lucinam nexosque pares* prim. Medic. sec. Palat. et duo alii. vnus meus *nixosque pares*. quod verum est. vt *Nixos* deos intelligat puerperiis praesidentes. de quibus videatur Festus in *Nixi dei*. quanquam is tres fuisse contendit, vt forte sit legendum *Lucinam Nixosque pari clamore*. nam in vno nostro *nixusque parens*. Nonius in *Enixae*: *Enixae dicuntur Foeminae nitendi, id est cacandi et dolendi labore perfunctae, a Nixis, quae religionum genera parientibus praesunt*. In Spirensi *Nexasque pari*. in Mureti excerptis ac vno Basil. *rursus parient*. in Graeuiano *nixusque pares*, cum glossa *illos deos*. in priore Twisdenio *nexosque pares*. sed emendatum *nixosque*. addito scholio: *Nexi sunt dl, qui connectunt membra mulierum soluta ad partum, vnde dicantur nexi. Nixusque pares. duo sunt fratres, dii partus, sicut et Lucinae*. in altero Twisdenio *Nexasque deas* pro diuersa lectione notatur. Olim legebam *nixura pares*. vt Hypsipyle apud Stat. V Theb. *Enitor geminos*.

298 *Dextroque est poplite lacunam Pressa genu, digitisque inter se pectine iunctis sustinuit partus*] *A poplite* Priscianus lib. VIII p. 777 agnoscit et sex codices scripti e nostris. recte. Complutes *e poplite*. duo *in*. Tum *digitis*, non *digitisque*, idem Priscianus cum membranis haud paucis. *et digitis* in Mediceo secundo ac septem aliis. Denique *sustinuit nixus* quatuor apud me codices. nam *partus* subsequuntur statim. Forte et rectius sit *digitis inter se pectine vinctis*. certe in tribus scriptis *digitis nexis*. quod nec ipsum damnandum. Apposite Plinius Naturali Historia libro XXVIII. 6 *Assidere grauidis, vel, cum remedium alicui adhibeatur, digitis pectinatim inter se implexis, veneficium est: idque compertum tradunt Alcmena Herculem pariente. Peius, si circa vnum ambobus genua. Item poplites alternis genibus imponi. Ideo haec in conciliis ducum potestatumue fieri vetuere maiores, velut omnem actum impedientia. Vetuere et sacris votisue simili modo interesse*. Apuleius libro III Metamorph. *Complicitis denique pedibus ac palmulis in alternas digitorum vicissitudines super genua connexis*.

305 *Dolentem*] *Timentem* duo codices. vt inf. X. 466 *horretque timentem*. et Claud. II de Rapt. 323 *Teneroque leuant sermone timores*. vbi vulgo *dolores*.

314 *Exsiliit, iunctasque manus pauefacta remisit*] *Exsiluit* meliores. et *pauefacta* prim. Med. prim. Basil. et octo alii. Narrat fabulam Libanius in Diegematis a Leone Allatio editis

Fab.

Digitized by Google

Fab. II, vbi Acalanthis est; quae Nasoni Galanthis. Nicandro in ἑτεροιουμένοις apud Antoninum Liberalem cap. XXVIIII Galinthias est Proeti filia.

317 *Prensamque ipsis*] *Suis* vnus ex meis et Graeuianus. rectius. Putabam aliquando: — *prensamque solo dea saeua capillis Strauit.* lib. II. 476 — *arrepta prensis a fronte capillis Strauit humi pronam.* Pro *releuare volentem* quinque veteres *parantem.*

326 *Aliena a sanguine nostro*] *Alienae sanguine vestro* meliores.

334 *Est lacus accliuis*] *Accliui* vnus Mediceus, vt referatur ad τὸ *litoris.* vnus Voss. et Twisd. *accliuus.* sic *accliuus limes* initio libri II. Pari quoque modo *decliuus* et *decliuis* dicebant. Vide Notas Fast. III. 13.

336 *Hic*] *Huc* plerique. et recte.

347 *Lotos in hanc Nymphe*] *Lotis* cum Florent. S. Marci, Spirensi et vno Gronouiano. quomodo et Naugerius. neque aliter duo vetustissimi codices in argumento huius fabulae. Lotis etiam haec Nympha in Fastis lib, I. 416 dicitur. Seruio lib. II Georg. 84 in hac fabula *Lotos* est. mendose.

350 *Iret et oratis*] *Iret adoratis* Florent. S. Marci, Spirens. et quatuor alii. Lege *Ire et adoratis.* quomodo Vrbinas, Langerm. vnus Vossii cum Calandrae excerptis. *Ire et oratis* vnus Mediceus.

355 *Frondes caput omne tegebant*] *Tenebant* vetustiores magno numero. Adi Notas Fast. III. 219.

356 *At puer Amphisus*] *Amphisos* plerique veteres. neque aliter in argumento veteri huius fabulae. male alii *Amphysos*, vel *Amphrysos.* Scribe *Amphissos.* Ἀμφισσεύς Antonino Liberali bis dicitur, qui fuse fabulam ex Nicandri ἑτεροιουμένοις narrat Metam. XXII. Mox *fensit* pro *fensit* meliores.

365 *Tepido ligno*] *Trepido* Cantabrig. prim. Basil. et decem alii. vt libro I. 554 *Sentis adhuc trepidare nouo sub cortice pectus.*

368 *Cara soror*] *Tota soror* Sixii. forte *Lati soror.* Pro *misero de corpore* scribendum *verso de corpore*, vel contra membranarum veterum auctoritatem. nam *miseris* mox sequitur. *At dum licet* in plerisque scriptis.

379 *Latet hoc in stipite*] *Sub stipite* rectius octo veteres.

383 *Qui si qua est pietas*] *Quis* Vrbin. et sex alii.

385 *Et quoniam mihi fas ad vos incumbere non est*] Editiones nonnullae et sex scripti *non est incumbere vobis.* atque ita sec. Pal. nisi quod in illo *non fas est.* vnus Medic. *vobis incumbere non est.* Thysii *Et quoniam nymphas.* τὸ *ad vos* a manu secunda in Vrbinati, erasa veteri lectione. *vobis occurrere non est* vnus Vossianus. Puto latere Graecismum. Scribe: *Et quoniam non est ad vos incumbere nobis*, vel *Et quoniam fato non est incumbere vobis.* Adeantur quae notauimus supra lib. II. 189 et II Art. 28.

387 *Dum tangi possum*] *Possunt* vetustiores. oscula videlicet. sed alterum praestat.

388 *Nam*

Digitized by Google

388 *Nam iam*] Puto *iam iam*. lib. VIII. 136 *Iam iam Paſiphaën non eſt mirabile taurum Praepoſuiſſe tibi.* Virgil. IIII Aen. 371 *Iam iam nec maxima Iuno.*

391 *Contegit*] *Contegat* ex ſcriptis.

392 *Deſierat ſimul ore loqui*] *Deſierant ora* ex ſcriptis.

394 *Factum miſerabile*] *Mirabile* veteres maiori ex parte. Lege *fatum mirabile*. et ſic vnus Mediceus. ſupra dixerat 327 — *quid ſi tibi mira ſororis Fata meae referam?* Vide Notas lib. VIII. 612. Poteſt et *fatum miſerabile* legi. vt lib. VI. 90 — *Pygmaeae fatum miſerabile matris.*

402 *Poſt hunc*] Neapol. ſec. Medic. et vnus Leid. *poſt hac.* alii nonnulli *poſt haec.*

404 *Bella mouent*] *Manent* vnus Voſſ. Forte — *Nam iam diſcordia Thebas Bella manent, dixit.*

405 *Fientque pares in vulnera fratres*] *Flebuntque* Florentinus S. Marci. reliqui *deflentque*, vel *fientque, in vulnere.* Scribe — *ibuntque pares in vulnera fratres.* Hinc *Thebanorum par* Minucii Octauio. Statius Theb. VIII. 69 *Atque adeo fratres* (*haec noſtris omina ſunto Prima odiis*) *fratres alterna in vulnera laeto Marte ruent.* idem Theb. XI. 306 de iiſdem: *Coëant in praelia fratres.* Manil. lib. IIII. 173 *Mutuaque armati coëunt in vulnera fratres. Ire in vulnera*, vt *ire in arma, in bella, ire in fata.* nec caeſura obſtat, cuius exempla apud Noſtrum non deſunt. lib. VII. 61 *Et dis cara ferar, et vertice ſidera tangam.* lib. VII. 643 — — *querorque In ſuperis opis eſſe nihil. at in aedibus ingens Murmur erat.* lib. X. 98 *Et bicolor myrtus! et baccis caerula tinus.* Ibidem 459 — — *fugitque Et color et ſanguis? animuſque relinquit euntem.* libro IIII. 250 *Ire negabamus, et tecta ignota ſubire.* ita enim vetuſtiores plerique. lib. XV. 634 *Et locus, et laurus, et, quas habet illa, pharetrae.* Virgilius X. 394 *Nam tibi, Thymbre, caput Euandrius abſtulit enſis.* Florentinus tamen S. Marci *poterunt*, pro *poterit*, et *Bella mouens.*

412 *Phlegeius*] Imo *Phegeius* cum melioribus ex fide hiſtoriae.

413 *Petit hoc Acheloïa ſupplex*] *Hos* S. Marci et Vrbin. et tres alii. nonnulli *haec* cum Cantabrigienſi. quidam omittunt eam vocem. Pro *petet* etiam prim. Medic. Arond. prim. Hamburg. aliique complures *petit.*

414 *Neue necem ſinat eſſe vltoris inultam*] *Neue necem ſinat eſſe diu victoris inultam* Florentinus S. Marci, Vrbin. ſec. Pal. alii nonnulli *genitoris*, vel *vltoris.* Neapol. *Neu genitorque necem ſinat eſſe parentis inultam.* alii aliter. Ego verſum eſſe ſpurium contendo. nihil enim ad rem facit. certe in primo Vaticano non comparebat. in vno meo margini adſcriptum offendi hunc ipſum verſum.

415 *Priuigni dona nurusque*] *Priuignae* ex ſcriptis. Hebe priuigna Iouis, quod ex Iunone nata ſit: nurus, quod vxor Herculis.

Digitized by Google

417 *Haec vbi faticano*] Alii *fatidico*. quatuor codices *vaticino*. lib. II. 640 *Ergo vbi vaticinos concepit mente furores*. lib. XV. 436 —— *sic dicere vates Vaticinasque ferunt sortes*.

421 *Caneſcere mitem Iaſona Ceres*] *Mitis Ceres* in pleriſque veterum. recte. libro V. 497 Arethuſa ad Cererem: *Hanc habeo ſedem, quam tu mitiſſima ſeruq.* et lib. VI. 118 *frugum mitiſſima mater*. ſic et *fruges mites* Noſter paſſim vocat.

425 *Cui ſtudeat*] Vnus Leidenſis *ſtudeant*. Puto *Cui ſtudeant deus omnis habent*. In Faſtis quoque libro IIII. 270 fortaſſis ſcribendum: *Dignus Roma locus, quo deus omnis eant*. ſic lib. XII. 42 ex optimo codice: —— *Penetrantque cauas vox omnis ad aures*. Apud Virgilium lib. I Georg. 372 —— *atque omnis nauita ponto Humida vela legunt*. ita enim in vetuſtis aliquot exemplaribus ſe teſtatur inueniſſe Pierius Valerianus. Aen. II. 477 *Omnis Scyria pubes Succedunt tecto, et flammas ad culmina iactant*. Statius Theb. XII. 471 *Omnis Erechtheis effuſa penatibus aetas Tecta viaſque replent*. quomodo caſtigandum ex optimis membranis. vulgo *Omnis et Actaeis*. Liuius lib. XXVIII. 51 *Tum enimuero omnis aetas currere obuii*. Lucanus lib. VII. 641 *Vincimur his gladiis omnis, queis ſeruiet aetas*. ita duo vetuſti codices, Thuaneus alter, alter Hamburgenſis. *vincitur* in vulgatis perperam. neque aliter Graeci. vetus interpres Euangelii Lucae cap. VIII. 37 *Et rogauerunt illum omnis multitudo regionis Geraſenorum vt cederet ab ipſis, quia magno timore tenebantur*, καὶ ἠρώτησαν αὐτὸν ἅπαν τὸ πλῆθος τοῦ περιχώρου τῶν Γαδαρηνῶν, ἀπελθεῖν ἀπ' αὐτῶν, ὅτι φόβῳ μεγάλῳ συνείχοντο. Valer. Flaccus libro IIII. 64 *Te cuncta precantur Gens hominum*. ſic Carrionis liber. venuſte. quod ille tamen non percepit. eodem libro 456 — *ſpreuere quod omnis Polluerunt que manus, quodque vnguibus excidit atris, Has mihi fert in luce moras*. quomodo caſtigandum. nam Carrionis liber *manus*. vulgati *ſpreuere quod omnes manu*. ſic paulo ante 324 —— *at manus omnis Heroum denſis certatim amplexibus vrgent*. Mox lege apud eundem Valerium *ſed vos o ſeruate precor*, pro *obſeruate*. Silius libro XIII. 308 *Stabant innixi pilis exercitus omnis*. ita ſcribe. libro XVI. 307 —— *Omnis Latio ſub nomine miles Dona ferunt, tumulosque ſuper flagrantibus addunt*. Statius lib. III Silu. I. 85 — *Hac omnis turba coimus*. M. Cato apud Gellium lib. III. 7 *Omnis Graecia decorauere*. libro IIII. 1 *in veſtibulo aedium Palatinarum omnis ferme multitudo ordinum opperientes ſalutationem Caeſaris conſtiterant*. Guntherus Ligurini lib. VII *Totaque Romani nunc maxima curia cleri Te velut eximium regem dominumque ſalutant*. ſic et infr. lib. XIIII. 137 ex MSS. *Quot haberent corpora pulues*. Silius libro XVIII. 514 — *Hannibal vnus Dum reſtet, non ſi muris Carthaginis ignis Subdatur, caeſique cadant exercitus omnis, Profectum eſt Latio*. ita ſcribe. apud Horatium lib. I Epiſt. XVI *Iactamus iampridem omnis te Roma beatum*. in Odis IIII. 2. 49 *Io triumphe, Non ſemel dicemus, Io triumphe, Ciuitas omnis*. et Epod. XVI — *eamus omnis ciuitas*. Epicedio Druſi: *Funeris exequiis adſumus omnis eques*.

428 *Tan-*

Digitized by Google

428 *Tantumne aliquis sibi posse videtur*] *Tantum ne sibi quis posse* vnus Moreti. venuste.

430 *Iuuenescere*] *Reuirescere* alter Hamburg. et vnus Medic. lib. VII. 306 *Arte suum parili reuirescere posse parentem.* vbi tamen vetustiores multi *iuuenescere.*

439 *Annos*] Scribendum *annis*, vt libri nonnulli veteres, et distinctione suecurrendum. Nullus sustinet queri, cum Aeacon et Rhadamanthon annis fessos videat. *videant* etiam Cantabrig. et octo alii.

443 *Miletum*] *Mileton* vnus meus.

450 *Redeuntis eodem*] *In orbem* duo veteres.

451 *Cyanee*] *Cognita Cyane* multi veteres. vnus Basil. *Callirhoë.* prim. Palat. pro diuersa lectione *Crineo.* secundus *Procisae. Cretei* Vrbin. *Creneis* Spirensis et optimus Thuaneus. ἀπὸ τῆς Κρηνῖς. quod nomen Nymphae conueniens. talis apud Statium Theb. VIIII *Crenaeus* Ismeni fluminis filius. Ex Eidothea Carum regis filia Caunum et Byblida fuisse Mileto natos ait Antoninus Liberalis: Parthenius in Eroticis, ex Tragasia. Conon Diegesi II apud Photium in Bibliotheca matrem non expressit, de patre cum aliis consentit. Caeterum Βίβλις ne an Βύβλις sit scribendum, vix liquet. Apud Liberalem enim vtraque occurrit lectio, qui ciuitatem Cariae Byblidem facit. Malim tamen Βίβλις, quomodo Hesychius et Suidas. Apud Theocritum quoque Idyll. VII Βύβλις scribitur, et fons est. neque aliter eius Scholiastes, qui Mileti et Ariae filiam facit. Meminit et montis Cariae Byblidis. Ibidem Δαῦνος pro Καῦνος perperam bis scribitur. Stephanus Byzantius in Βύβλος, Βύβλην, non Βύβλιδα, Mileti hanc filiam appellat. Eidem in Καύνῳ est Βίβλις. quomodo et Parthenio in Eroticis. ex quo liquet copiose hanc fabulam ab Aristocrito ex Apollonio Rhodio Poëmate quod Καύνου κτίσιν appellauit, fuisse descriptam. Hinc et paroemia apud Graecos Καύνιος ἔρως, cuius Hesychius, Suidas, Diogenianus, Apostolius et alii meminerunt. Conon apud Photium ait Byblidem a Canno fuisse perdite amatam. in quo a caeteris auctoribus discedit. Nam quod e nuce arbore se suspendisse Byblis ab illo traditur, id ipsum Ouidius quoque I Art. 383 testatum reliquit hisce verbis: *Byblida quid referam, ueriso quae fratris amore Arsit, et eſt laqueo fortiter vlta nefas?* Meminit eius quoque carmine in Ibin. Hyginus Fab. CCXXXXIII de morte violenta quidem meminit, sed genus mortis non expressit. *Byblis*, inquit, *Mileti filia propter amorem Cauni fratris seipsam interfecit.* Porro pro *praestanti corpore nympha* in eodem Spirensi, Florent. S. Marci, Thuan. Neap. Vrbin. Bernegger. prim. Erfurt. prim. Moreti, prim. Palat. sec. Medic. aliisque nonnullis *praestantia corpora forma. praestanti corpore nympha* prim. Vatican. et Sixianus. *formae* vnus Medic. Lege *praestanti corpore forma*, vt pro diuersa lectione Berneggerianus. vel *praestantis formae.* vel *praestantia corpora formae.* vt *praestans animi* apud Virgil.

Digitized by Google

460 *Paulatim declinat amor*] *Succreſcit* Politianus ex veteri codice. et ſic primus Gronouii et tres alii. ſed male. Horatius I Od. XXXIII — *Lydus in aſperam Declinat Pholoën.* pro amat Pholoën. Spartianus initio vitae Hadriani: *Imbutus impenſius Graecis ſtudiis, ingenio eius ſic ad ea declinante, vt a nonnullis Graeculus diceretur.*

467 *Dimittere*] *Demittere* veteres plerique.

470 *Iaceret*] Vetuſtiores *iacebat.*

476 *Et poſſim*] *Poſſum* cum ſcriptis, vt ſuperioribus haec reſpondeant. niſi mauis *vt poſſim.*

477 *Nocet eſſe ſororem*] *Sorori* forte ſcribendum eſſe ad Elegiam de Nuce monui.

487 *Quam bene, Caune, meo*] *Quam bene tu noſtro* multi ex vetuſtioribus. quidam hunc verſum omittunt.

492 *Et mihi*] *At mihi* ex ſcriptis.

493 *Quod obeſt id habebimus vnum*] Haec mendoſa ſunt, aut adulterina. Poteſt tamen reponi *id habebimus vna.*

494 *Quid mihi ſignificant ergo*] *Quid mihi ſignificant aegrae* putabam. niſi *miſerae* mauis cum primo Gronouiano. ſed *aegra* pro amante. Cicero pro Coelio: *Medea animo aegra, amore ſaeuo ſaucia.*

499 *Sunt ſuperis ſua iura*] Malim *ſint.* vt infra *Iura ſenes norint.*

502 *Peream precor ipſa*] *Precor ante* meliores.

504 *Et tamen*] lidem *Attamen.* Lege *Sed tamen.* nam *At* ſequitur.

506 *Thalamos timuere ſororum*] Vetuſtum apud Caeſenates fragmentum, cuius excerpta V. Cl. Lucas Langermannus mecum communicauit, *tenuere*, et quinque praeterea ex noſtris. Scribendum *thalamos renuere.* lib. XV. 648 — *parsque negandum Non putat auxilium*; *multi renuere*: *ſuamque Non amittere opem.* ita et illic pro *retinere* codices nonnulli. bene. cum quarto caſu etiam iunxit Gratius 467, vbi de forma canum: — *tum ſortis cura ſecundae Ne renuat ſpecies, aut ne detrectet honorem.* ſic ſcribo. cura, inquit, ſecunda eſto, ne ipſa canum deformis ſpecies reiiciat et detrectet honorem, hoc eſt, ne parum liberalis et honeſta canibus ſit forma. Paulo poſt 285 *Si renuit iunctos, et mater adultera non eſt.* ita et illic ſcribo, non *cunctos. iunctos* honeſto vocabulo dixit, qui ad coitum admittuntur. *In Venerem iungere* paulo ante dixerat. et *iunge pares.* Silius libro IIII. 125 — *renuit tibi Daunia regna Armiger ecce Iouis.* idem lib. X. 481 *Quae Libycos renuit frenos, ſub regibus olim Roma fuit.* Apud Valerium quoque Flaccum libro I. 529 ſcribendum videtur: — *Laetataque contra Pallas, et amborum renuit Saturnia queſtus.* vbi *genuit* nunc circumfertur. dixi aliquid lib. VII. 606. Contra apud eundem lib. V. 259 *Annuitur thalamis Albani virgo tyranni.*

509 *Nec niſi*] Puto *Ne, niſi qua fas eſt, ametur.*

512 *Quae fueram non reiectura*] Melius nonnulli *quem fueram, reiectura* etiam non mouendum, licet et mei magno numero *negle-*

Digitized by Google

neglectura habeant. Mox v. 606 *Et si reiicerer potui moritura videri.* Cicero Philipp. II. 24 *Reiecta mater amicam impuri filii, tanquam nurum sequebatur.*

516 *Hoc placet*] *Haec* multi veteres. et recte. libro IIII. 53 *Haec placet, hanc quoniam communis fabula non est, Talibus orsa modis. Vincit* etiam castigatiores.

522 *Damnatque tabellas*] Forte *mandatque tabellis*, similem aestuantis animi descriptionem habes apud Apuleium Metam. V de Psyche: *Festinat, differt, audet, trepidat, diffidit, irascitur, et quod est vltimum in eodem corpore, odit bestiam, diligit maritum.*

528 *Correptis ceris*] Imo *correctis* cum prim. Palat. prim. Gronou. Oxon. Arondel. prim. Erfurt. vtroque Hamburg. aliisque multis. *deletis describere ceris* dixit lib. III Art. 495.

535 *Humida lumina*] *Inuida* quartus Mediceus. forte *vuida.* Paulo ante *esse poterant index*, non *poterat*, novem codices.

539 *Animi graue vulnus*] *Animo* rectius quidam.

556 *Impediet*] *Impedient* vnus Gronou. Pro *Tantum absit* multi ex vetustioribus *tantum sit.* Τὸ *tantum* abest a primo Vatican. *tantum si* prim. Moreti. nonnulli *tantum adsit*, vel *assit.* Puto — *nam quae sit causa timendi?*

560 *Quantum est quod desit*] *Quod desit* puto.

562 *Neue merere meo*] Hic versus non vno mihi nomine suspectus est, nec Ouidianum esse persuadeor vt credam.

563 *Talia nequicquam perarantem*] *Properantem* sec. Medic. et alii duo *parantem.* sic infra praecipitantiam suam deplorat, quod *tam cito commisit properatis verba tabellis.* et pro *summo margine* Florentin. S. Marci, Neapol. prim. Palat. sec. Medic. et tres alii *summusque in margine versus adhaesit.* bene. Pro *crimina* mox nonnulli *carmina.* Pro *tinxit* Rottendorph. et vnus meus *tingit.*

568 *Et paullum blandita*] *Pauidum blandita* plurimi veteres. optime. est enim timentium blandiri.

Feras] Iidem codices *fer bas.* et illud recte.

577 *Quod si*] *Qui si* meliores. τὸ *qui* refer ad *poenas dedisset.* Pro *traherent secum* iidem *secum.* bene. sic lib. II Fastor. 848 *Et secum lacrymas inuidiamque trahit.*

581 *Corpus*] *Pectus* nonnulli ex castigatioribus.

585 *Quid quae*] *Quod quae* prim. Vatican. sec. Palat. duo alii. Puto *quo, quae, quo commisi*, cur commisi.

592 *Nunc feror in scopulos*] *Auferor* plerique. recte. et pro *subuersaque, submersaque.* Amor. II Eleg. IIII. 8 *Auferor, vt rapida concita puppis aqua.*

602 *Vultus vidisset amantis*] Malo *amantes*, vel *vultum amantem.* nam *vultum* plurimi veteres. Adi Notas ad Epist. II. 93.

608 *Potuissent omnia*] Concinne vnus meus et vnus Ambros. cum codice Bersmanni *poterant tamen omnia.*

610 *Nec legit*] *Non legit* meliores. quod efficacius. et mox *non petiit* duo, pro *nec.* Malim etiam *horamque animumque vacantes*, quam *vacantem.*

Digitized by Google

613 *Nec rigidos silices*] Duodecim praestantiores *rigidas*. Spirensis *rigida silice*. Vide quae noto libro hoc v. 225.

617 *Facta revocare*] *Fata* in plurimis veterum.

623 *Qui plurimus vrget, et vrit Pectora nostra*] *Vrit et vssit* plerique veteres. vel *vssit et vrit*. tres *vrit et vrget*. duo *vrget et vssit*. Puto Nasonem scripsisse: —— *qui plurimus vrit, et vrat Pectora nostra*. Epistola Sapphus XV. 107 *Per, tibi qui numquam longe discedat, Amorem*. Sic *abest, absitque, ferque, feratque*. de quibus ad Epist. IIII et Trist. I Eleg. VI. Mox malo *nil commisisse nefandi*, quam *nefandum*. quod confirmat codex Spirensis.

629 *Discordia mentis*] Rectius legas *menti*.

635 *A pectore vestem Diripuit*] *Deripuit* ex scriptis. dixi lib. VI. 566.

638 *Si quidem patriam etc.*] *Sine qua* veteres plerique. nisi quod duo Medicei *pro qua*.

646 *Mediis in partibus bircum*] Nos *ignem* retinuimus. hinc Horat. lib. II Od. XVII *Chimaerae spiritus igneae*. et IIII Od. II *Flamma chimaerae*. Apuleio VIII Metam. *Ignifera Chimaera*. et Pindaro Olymp. XIII. 128 πῦρ πνέουσα. Ignem enim vomebat media parte corporis ex ore expressum.

649 *Concidis*] *Procidis* Oxon. bene. sic apud Horatium Epod. XVII —— *rex procidit Heu peruicacis ad pedes Achillei*. Apud Senecam: *Ruinarum subito lapsu procidentium pondera*. Vsus est et hoc verbo vetus interpres Matthaei cap. XVIII. 26. 29 et cap. XXVI. 39 *Procidit in faciem suam*. quomodo et Lucae cap. V. 8. 13 *Quod cum videret Simon Petrus procidit ad genua Iesu*. quo verbo ille passim delectatur. Gellius libro X. I *Nam cum multis annis postea scena, quae prociderat, refecta esset. Incidis* prim. Gronou. Pro *Bybli iaces* vnus Medic. *taces*. nam mox sequitur *Muta iacet*.

651 *Saepe illam*] *Etiam* S. Marci, Neapol. secund. Medic. Cantabrig. et septem alii cum Spirensi.

652 *Vt medeatur amori*] *Mederetur* multi veteres contra metrum. sed *moderetur* bene prim. Palat. prim. Vatican. Cantabrig. tert. Medic. Oxon. prim. Hamburg. et alii complures.

654 *Tenet vuguibus herbas*] *Terit* quatuor veteres. bene.

663 *Vallibus illis*] *Imis* prim. Ambros. duo Moreti, Arondel. alter Hamburg. et vnus meus. lib. VI. 343 *Forte lacum melioris aquae prospexit in imis Vallibus*.

667 *Iphide mutato*] *Mutata* meliores.

669 *Ligdum*] Possit et *Lygdum* legi. nam et Λύγδος et Λύγδος Graeca sunt. prim. Ald. *Lyctum*. et sic in argumento. cuius nominis in Creta ciuitas. Spirensis liber *Lugdus*. Malim etiam cum vno meo *ignoto nomine*, quam *ignotum*. neque aliter prim. Gronou. et vnus Leid. pro diuersa lectione.

673 *Vocibus his monuit*] *Monit* ex quinque scriptis. lib. IIII. 271 —— *factum mirabile mouerat aures*. ita veteres nonnulli, non *ceperat*.

674 *Rele-*

Digitized by Google

674 *Reteuere dolore*] *Labore* Vrbin. prim. Erfurt. et quatuor alii. hinc *laborantes puerperae* apud Virg. Georg. *primos Lucinae experta labores.* sic Noster et alii passim.

677 *Edita*] *Prodita* vnus Mediceus.

684 *Iamque ferendo Vexerat illa ventrem*] Insignis barbarismus *vehere ventrem*, pro ferre. *Vinxerat* S. Marci et Vrbin. cum Iureti excerptis. *Duxerat* Neapol. sec. Medic. prim. Gron. tres alii. duo *Gesserat.* vnus Medic. *Auxerat. Vixerat* prim. Palat. prim. Vatican. prim. Basileensis, prim. Erfurt. Spirensis, Arondel. et sex alii. Scribe — *iamque ferendo Vix erat illa grauem maturo pondere ventrem.* de quo loquendi modo complura a nobis dicentur Fast. III. 241. Libro X. 481 de Myrrha: *Vixque vteri portabat onus. Ventrem ferre* et *perferre*; *ferre* etiam simpliciter hac significatione apud Columellam non semel occurrit. non dissimilis locutio illa Plinii libro XV. 18 *nam Alexandrinae vix vescendo sunt.*

686 *Pompa comitata sacrorum*] *Suorum* prim. Medic. sec. Palat. prim. Moret. aliique plurimi. probe. pompam describit postea, Anubin, Bubastin, Apin, Osirin, et Harpocraten. lib. VI. 594 *Concita per siluas turba comitante suarum Terribilis Procne. Suarum* Bernegger. et octo. alii non pauci *sororum.* male. Paulo post: *Pars o Telethusa mearum.* et ipsa Telethusa ad Isin: *miserere tuarum.* ita enim libri veteres.

690 *Variisque coloribus Apis*] *Variusque* meliores. hoc est versicolor. sic libro XIIII. 267 — *variasque coloribus herbas.* quomodo et ibi codices scripti. *Est enim* (vt Ammiani Marcellini lib. XXII. 14 verbis vtar), *Apis bos diuersis genitalium notarum figuris expressis, maximaque omnium coruiculantis lunae specie dextro latere insignis.* plura Herodotus, Plutarchus, Plinius, Solinus, Suetonius.

693 *Serpens peregrina*] Aspidem innuit, quae Isiaci sacri pars habebatur, et hoc ex parte vidit Farnabius. *Peregrina* dicitur, non quod Agypto peculiaris, vt Salmasius ad Solinum p. 243 interpretatur, sed quod Creta serpentes non alit, aut saltem non venenatos. Est enim Naso nunc in narratione rei apud Cretenses gestae. Oblitus erat et Solini et sui ipsius Salmasius, cum id effutiebat. Solinus quippe cap. XI de Creta: *Serpens nulla, larga vitis, mira soli indulgentia.* id ipsum de Creta etiam alii scriptores testantur, quos inter Aelianus et Strabo. P. Bellonius ne nunc quidem serpentem venenatam in Creta inueniri testatur. Additur *plena somniferi veneni* (ita enim Thuan. et Iunian. et Noster alibi), quod hoc proprium aspidi. vnde Lucanus VIIII. 701 *Aspida somniferam* dixit. et Ginna in fragmento apud Priscian. *Somniculosam vt Poenus aspidem Psyllus.* Aspidis morsu in somnum solutam Cleopatram exspirasse Historici omnes testantur. In Isiaca tabula Bembina, quam Pignorius edidit, frequenter aspis haec occurrit. *Argenteam serpentem* Iuuenal. Sat. VI. 38 dixit. Valer. Flacc. de Iside lib. IIII. 418 *Aspide cincta comas et ouanti persona sistro.* Apu-

Digitized by Google

leius in descriptione Isidis: *Laeua cymbium dependebat aureum cuius ansulae, qua parte conspicua est, insurgebat aspis, caput attollens arduum.*

701 *Duraſque ad ſidera palmas Creſſa*] *Purasque* plurimi e antiquis. nihil verius. P. Syrus: *Puras deus, non plenas, aſpicit manus.* Tibullus lib. II. Eleg. 1 *Et manibus puris ſumite, fontis aquam.* vbi *puram aquam* nequicquam reponebat ad Perſium Theodorus Marcilius. Vide Notas Faſt. V. 435. Seneca Mede Actu V *Vindicta leuis eſt, quam ferunt puras manus.* ita vetu codex.

706 *Facti niſi conſcia nutrix*] *Ficti* ex antiquioribus mult Cenſeo ſcribendum *furti.* quicquid enim occulte agebatur *fu tum* vocabant. ſic et infra v. 768 — *ſed iam conſumſerat omne Materiam furti.* nam in aliis libris eſt *ficti*, quod praeceſſer paulo ante in aliis *tecti*, vel *facti.*

710 *Impercepta mendacia*] *Indecepta* plurimi veteres. *Ind prenſa* Calaudrae excerpta, ſec. Palat. prim. Baſil. prim. Re alter Hamburg. et quinque alii. quomodo apud Statium lib. V 564 — *veſtigia cunctis Indeprenſa procis. Imperfecta* prim Gronou. *Intercepta* vnus meus cum excerptis Iureti. nihil mut Hinc *imperceptiora* apud Gellium lib. XIIII. 1 *An videlic magna ſciunt, minora neſciunt, et minora maioribus interceptio ſunt.* Sic *interſtinctus* pro *irreſtinctus* perperam legitur apu Marcianum Capellam libro VIIII *Nantes fluctigenas chorumq Phorci Flagraus cura trahit, nualibusque Irreſtinctus aqu triumphat ardor.*

719 *Hinc amor amborum*] *Ambarum* recte Neapol. ſec. Me prim. Vatican. prim. Gronou. et ſex alii melioris notae. Mo *Coningii* meliores, non *Coningium.* et *expectat* optimus Thuan.

722 *Quamque virum pudet eſſe, virum fore credit*] *V rum putat eſſe virum* plerique veteres. *putat eſſe ſuum.* prim Vatican. Arondel. multique alii. vnus meus *Quamque virum putat eſſe virum.* Scribe *Quamque virum putat eſſe, ſuum fo credit Iantbe.* ſuum nempe virum.

723 *Quo poſſe frui deſperat*] *Qua* cum melioribus.

728 *Perdere debuerant*] Alii *Parcere debuerant.* neutru bene. Eſt enim verſus adulterinus.

742 *Dictis artibus*] *Doctis artibus* vetuſtiores plerique. rect quanquam pro vulgata pugnat amicus noſter curis ad Gratiu ſecundis. nullas Daedali artes recenſuit Naſo, praeter volatum qui hic locum non habet. Mox *animum firmas* dixit, pro *o firmas.* atque ita fortaſſis ſcribendum.

746 *Quid ſis nata vides*] *Vide* multi ex caſtigatioribus. ſequentia *pete et ama* confirmant. niſi mauis mox *I pete.* nam ſex ſcripti *Id pete.*

748 *Paſcat amorem*] Piget diuerſas lectiones adſcribere, quae ſunt plurimae. Nimirum ſententias hic eſt locutus aliquis cornifex. Caue enim credas hunc verſum Naſonis eſſe. ſed pro eo quod ſequitur, *Hanc tibi res adimit*, arbitror *ſpes* reponendum eſſe.

750 *Cauti*

Digitized by Google

750 *Cauti cura mariti*] *Magistri* in nonnullis. Viderant nimirum eosdem vtrisque magistros fuisse. Caue quicquam mutes. vnus Vossian. *ministri*.

754 *Pars nulla est vana*] *Nulla est pars vna* pleriqne. aliter. *nulla est pars tuta* quatuor. vnus meus *vosorum est pars nulla vita*. vnde legebam aliquando *pars irrita nulla*. Nunc persuasum habeo hunc cum sequenti versu esse tollendos. Vix enim intelligas, quid sibi velint.

756 *Quod volo, vult genitor*] Multi veteres *Quodque ego, vult genitor, socer et vult ipse futurus*. Meliores tamen *Quodque ego, vult genitor, vult ipsa socerque futurus*. nisi quod in Neapolitano rò *vult* a manu erat secunda, erasa veteri lectione. Forte *Quodque ego, quod genitor, vult ipsa socerque socrusque*. vel *socerque futurus*.

759 *Et iam mea fiet Iaushe*] *Vt iam mea fias* rectius tert. Medic. et quatuor alii.

763 *Nec lenius*] Puto *nec secius*. Vide quae notamus lib. II. 809.

770 *Crinalem capiti vittam*] Scribe *capitis*, vel contra libros veteres. nisi pro *sibique* legas *suoque*.

776 *Sonitum comitesque facesque*] *Sonitum comitantiaque aera* Thuan. primus, Moret. prim. Erfurt. prim. et tert. Palatin. Neapol. Spirens. et a manu secunda Florent. S. Marci cum aliis multis. Puto *crepitantia aera*. et sic vnus meus. nisi mauis *resonantiaque aera* cum vno Moreti. infra *crepuitque sonabile fistrum*. sic et Propertio lib. III. 9. 43 *crepitans fistrum*. S. Marci codex a manu prima et vnus Bonon. *sonitum comitesque facetas*. Forte etiam scribendum: *vidi Visaque cognoui*, vt supra 196 *Praesepia vidi, Visaque deieci*.

776 *Quod non ego punior ipsa*] Locus mendosus. *punior ecce* Florent. S. Marci et vnus Bonon. cum primo Hamburg. et vno Vossian. *Ponor in ignem*, vel *igne*, Thuan. Bernegger. prim. Vatic. sec. Palat. Spirens. et octo alii. *punior hoc est* Arondel. et Zulich. *punior hocque* Neapol. et vnus meus. *thalamo quod non ego ponor* prim. Medic. cum glossa, *id est deponor*. Diuinent acutiores. mihi hoc hemistichium valde suspectum. Gronouius ex codice Ciofani probabat *quod nunc ego punior ipsa*. quod nunc ego post factum amplector. quod in graui angore sum ob conseruatam filiam, id patior, quia tibi secundum quietem parui. videndus ille ad Truculentum Plauti Act. II Sc. IIII. vbi pluribus exemplis hunc loquendi modum adstruxit.

779 *Consilium monitumque tuum est, miserere duarum*] Tres libri *monitusque*. vnus *monitusque tuus*. Forte *Consilii monitusque tui est*. nam *monitus* proprie, quos dabant dii in somnis. vid. ad lib. XIII. 216. Deinde *tuarum* recte sec. Palat. et octo alii. dictum supra.

780 *Lacrymae sunt verba secutae*] Scribe vel inuitis membranis *sua verba*. et vide quae notamus ad Epist. XVII. 252.

783 *Crepuitque sonabile fistrum*] *Sonatile* iisdem codicibus invitis repono. *Tibiae multiforatiles* Apuleio Metam. X, (quas

Digitized by Google

Noſter *multiforas* dixit lib. XII) vbi male *multiforabilis* ante Colvium legebatur. Graecis διπλαὶ πολύτρητοι. *tibias multiforatiles* idem dixit in Floridis et Sidonius Apollinaris lib. VIII. Epiſt. *auratilis puluiſculus* Solinus cap. XV. *vertile lignum* Sidonius Panegyrico Maiorani. ſic *volatilis aetas* lib. X. et *volatile ferrum* Virgilio. *telum volatile* Lucretio lib. I. *volatiles ſagittae* Gunth. Ligur. VII. Varro apud Non. in Sparum: *Aut illa Cervum qui volatili ſparo Currens ſecutus tragulaue traiicit.* ſic ſcribendi illi verſus. et *verſatile templum* Lucretius lib. V. *opus verſatile* pro mola auctor Moreti. *intactile* apud Lucretium lib. I. *rotatiles trochaei* Prudentio. et *Iupiter conflatilis* eidem Paſſione Romani. et *flatile virus* Hamartig. et Noſtro in Triſtib. *tinctile virus. Solubile fiſtrum* in Spirenſi. an *volubile? ſpongia deletilis* Varro apud Non. *pator aedium perflatilis* Apuleio Metam. III. et *locus aedium perflatilis* lib. IIII. Vſus etiam Ammian. Marcell. illo verbo.

794 *Totum*] *Latum* ſcripti noſtri. lib. V. 481 *Fertilitas terrae latum vulgata per orbem.* Mox *ſociosque Hymenaeus ad ignes* prim. Gronou. et alii quatuor, non *ſociisque.* bene.

METAMORPHOSEON

LIBER DECIMVS

7 *Vſque fuit nulloſque*] Numeri paulo duriores. In vno Voſſian. et vno Leidenſi: *Vtque fuit, nullos inuenit motibus ignes.* recte, ſi quid video. Faſtor. lib. V. 456 *Vtque erat, in duro procubuere ſolo.* et VI. 493 *Haec quoque funeſtos, vt erat, laniata capillos.* et I. 503 *Vtque erat, immiſſis puppim ſtetit ante capillis.* atque ita paſſim tam Noſter quam alii. ſimiliter *ſicut erat* III. 178 et alibi frequenter occurrit. de quo Geuartius Lection. Papin. lib. II cap. VII. vid. et ad Epiſt. XX. 19.

9 *Naiadum turba*] *Maenalidum* ſecund. Palat. alter Twiſdenius et vnus Baſil. Latet aliquid. apud Virgilium Dryades Eurydicen comitantur.

18 *Decidimus*] *Recidimus* meliores magno numero. dictum alibi de hoc loco. Iulius Firmicus contra gentes: *Quia haec eſt natura terrae, vt in eam recidant omnia.*

22 *Terna guttura*] *Tetra* Oxon. *Torua* prim. Baſil. et ſex alii. *Trina* duo. *Cerua* vnus Medic. quod non capio.

23 *Venenum*] In Oxonienſi erat *veneno.* et in quatuor *creſcentes abſtulit.* vnde forte legendum: — *in quam, calcata, veneno, Vipera, diffuſo creſcentes abſtulit annos.*

31 *Retexite fata*] *Fila* quinque veteres. quod elegantius. ſic *retexere telam* de Parcis Statius lib. III Silu. ad vxorem.

32 *Omnia*

Digitized by Google

32 *Omnia debentur vobis*] *Debemur* optime prim. Mediceus. quo alludunt Florent. S. Marci, prim. Vatic. sec. Palat. Neapol. tert. Medic. prim. Erfurt. Spirensis et sex alii, in quibus *debemus*. Censeo etiam scribendum *paulumque morata*, pro *morati*. Horatius Art. Poët. 63 *Debemur morti nos nostraque*. Paulo ante Noster v. 18 *In quem recidimus, quicquid mortale creamur*. Lucanus libro VII. 363 *Quicquid significri comprensum limite caeli Sub Noton et Boream, hominum sumus, arma movemus*. Vide plura huius generis Notis ad lib. V. 343.

33 *Eadem prop. ad vnam*] Non sunt audiendi codices, qui *sedem ad imam* pro *vnam* exhibent. Horatius lib. II Od. III *Omnes eodem cogimur*. vbi plura ad rem. Epicedio Drusi 159 *Tendimus huc omnes: metam properamus ad vnam: Omnia sub leges mors vocat atra suas*. Virgil. Aen. II. 716 *Hanc ex diuerso sede venientes ad vnam*.

50 *Rhodopeius Orpheus*] Rectius *heros* prim. Palat. prim. Basil. prim. Vatican. prim. Moret. aliique complures.

53 *Accliuis trames*] Puto *acclivus*. quomodo Zulichemianus. sic Noster solet. vide Notas libro VIIII. 334 et Fast. III. 13.

55 *Nec procul abfuerant*] *Abfuerunt* S. Marci.

58 *Certans*] Omnes nostri *captans* praeter Florentinum S. Marci, Bernegger. excerpta Iureti ac Calandrae et vnum Bononiensem. sic *captans prensare* Auson. Mosella v. 275. Phaedrus lib. IIII Fab. VII *Quid me, inquit, fulta dente captas laedere*. et lib. V Fab. III *Calui momordit muscа nudatum caput; Quam opprimere captans*. Stat. Achill. I. 278 *Si quis equum primis submittere captet habenis*. ita vetustus codex, non *tentet*. Nil muto tamen. Fastor. I. 213 *Quaerere vt absumant, absumta requirere certant*. Sil. XIII. 653 *Fumoque volucri Et nebulis similes animas apprendere certat*.

61 *Quid enim nisi se quereretur amatam?*] *Nisi subsequeretur amantem*, vel *amatam*, multi veteres. *si subsequeretur* Florent. S. Marci et alter Twisdenius. *nisi se sequeretur* prim. ac sec. Medic. et septem alii cum Spirensi. Scribe — *quid enim sese quereretur amatam? Quid enim nisi sequeretur* Noricus.

63 *Reuocataque rursus eodem est*] *Reuolutaque* veteres magno numero. Virgil. VI. 449 *Rursus et in veterem fato reuoluta figuram*. Apud Valer. Flaccum libro III. 42 — *reuolutaque puppis Turbine flectit iter*. vbi *resolutaque* nunc legitur perperam. Cic. I Tusc. Quaest. 6 *reuolueris eodem: sint enim oportet, si miseri sunt*.

65 *Timidus*] *Timidas* alter Hamburg. *tumidus* Langerman. et vnus Voss. *tumidi* prim. Reg. *timidi* Medic. chartaceus. Puto *Stygii canis*. illud *midi* in *timidi* ex *medio* repetitum est. *Stygius canis* passim poëtis Cerberus dicitur. *Stygius ianitor* Silio lib. III.

69 *Olenus*] *Olenos* veteres maiori ex parte.

Tuque o confisa figura] *Confisa figurae tuae*, non *figura tua*, vt apud Lucanum libro X. 82 *Quem formae confisa suae Cleopatra*

Digitized by Google

patrias fine vllis Triſtis adit lacrymis. Pro *Lethaea* vnus Medic. *Letheti. Lethaee* prim. Strozzae et ſec. Med. et Florent. S. Marci a manu ſecunda. Neapol. *Letbie.* Lege *Lethei.*

73 *Argueras*] *Arcueras* tres ſcripti praeter Bernegger. et Thuaneum. vere.

78 *Aequoreis piſcibus*] Ita et veteres. Scribe nihilominus *aetbereis piſcibus.* de ſigno enim caeleſti hic agitur. Paulo ante *Haemon*, pro *Haemum*, tres ſcripti. ſic et alibi non ſemel.

83 *Amorem in teneros transferre mares*] Phanocles poëma elegiacum luſerat, Ἔρωτας, ἢ καλοὺς inſcriptum, cuius argumentum τὰ παιδικὰ, ſiue amores et raptus puerorum. hinc illa ἐρωτικὸς ἀνὴρ Plutarcho in Sympoſiis dictus. Huius poëmatis partem non exiguam occupábat fabula Orphei paederaſtae a Bacchis Thraciis diſcerpti, cuius narrationis fragmentum exſtat apud Stobaeum. Ex illo Phanoclis poëmate nonnulla mutuatum eſſe e ſequentibus Noſtrum fit veriſimile. niſi quod ille Ganymeden a Tantalo, non ab Ioue, raptum deſcripſerat, eamque ob rem Ilo Ganymedis fratri bellum cum Tantalo fuiſſe. vti teſtantur Euſebius in Chroniço et Oroſius auctoritatem Phanocleam ſecuti. Caeterum τὰ Ὀρφικὰ peculiari poëmate ſcripſerat Onomacritus.

91 *Frontibus eſculus altis*] Noſtri omnes *frondibus.* quomodo etiam Scholiaſtes Statii agnoſcit Theb. VI. 99. ſic libro XI — *non alta fronde virentem Ilice detraxit virgam.* Paulo ante *arbos* duo veteres.

98 *Baccis caerula ficus*] *Pinus* Florent. S. Marci, Spirenſis, prim. Medic. et tres alii. neque aliter Scholiaſtes Statii. quod tamen ferri non poteſt, cum *pinus* poſtea ſequatur. *cinus* Langermanni codex. quod ex ſuo etiam notauit Conſtantius Fanenſis. Scribendum *tinus*, vt iam monuimus ad lib. III Art. Amat. 692. vbi vide quae noto. Pro *buxus* paulo ante *buxum* idem S. Marci codex. vt Art. lib. III. 691 *Nec denſum foliis buxum, fragilesque myricae.*

100 *Et vna Pampineae vites, et amictae vitibus vlmi*] Ita conſtanter libri veteres. Repono nihilominus *et vua amictae vites.* Scholiaſtes Statii et quatuor ſcripti *amicae.* perperam. quod Conſtantio tamen Fanenſi arridebat ex illis Plinii lib. XVI *vitiumque amicitia accipitur vlmus.* Vide quae notamus ad lib. I Faſtor. 153. Alter Erfurtanus *et amatae.*

115 *Parilesque aetate nitebant, Auribus e geminis*] *Parilique* et *in geminis* plerique meliores. Pro *aetate*, quod mendoſum eſt, vnus Gronouii *ex arte.* vnus Medic. *in core.* vnus meus *a mane.* multi *parilique nitore.* Scribe cum ſec. Vatic. quarto Mediceo et tribus aliis *parilique ex aere.*

122 *Vndas*] *Vndam* ſcripti plerique.

123 *Tu modo texebas*] Primus et ſec. Medic. Neapol. Spirenſ. prim. Hamburg. et quatuor alii *tendebas.* tres *flernebas* cum fragmento Caeſenati, S. Marci veterrimo libro et ſec. Palat. *ſibi texebas* Cantabr. *ſpargebas* vnus Leid. *terrebas* vnus Voſſ.

124 *Hic*

Digitized by Google

124 *Huc laetus et illuc*] Scribe *lasus*, a ferendo. et sic vnus Mediceus. Posset et *vectus*.

[illegible] *Sua corpora*] *Tergora* vnus Gronou. alii *brachia*, vel *pectora*.

144 *Turba volucrumque*] *Turbae* prim. Reg. prim. Basileensis, sec. Vatican. quart. Medic. et tres alii. lib. V. 301 monui videri scribendum *turbae volucrisque*.

150 *Gigantes*] *Gigantas* S. Marci, Bernegger. prim. Palat. prim. Medic. prim. Vatic. Cantabrig. prim. Erfurt. Spirens. et duo alii. quomodo et alibi saepe.

151 *Fulmina campis*] *Carmina* octo ex melioribus. quod non intelligo quid sibi velit.

155 *Phrygii Ganymedis*] Alii Ilum fratrem Ganymedis faciunt. quos inter Scholiastes Lycophronis, qui et Ganymedem a Tantalo raptum adfirmat. atque hinc exorta bella inter hunc et Ilum. quomodo de Tantalo etiam Orosius videantur Cedrenus et Suidas de hac re. Eustathius addit ab Minoë quoque raptum Ganymedem nonnullis describi.

158 *Nisi quae posset*] *Portet*, vel *portat, terrae*, aut *terris*, plerique veteres. *quo portat terrae* vnus. alius *qua portet terrae*. duo *quae portet terra. portat terra* prim. Hamburg. Arondel. *quae possit ferre*. Scribe *quae possit sua fulmina ferre*. vel — *nulla tamen alite verti Dignatus, nisi cui possint sua fulmina ferri*. quod malo. infr. lib. XII. 56 *Quae fulmina curuis Ferre solet pedibus*. Silius de Aquila libro XII. 58 *Illa hostem rostro atque assuetis fulmina ferre Vnguibus incessens*. Hinc *Iouis armiger* aquila dicitur Virgilio lib. V. 256, Nostro lib. XIIII. 386, Germanico Phaen. 320 et Auieno in Arateis, et Apuleio Met. lib. III. *Tonantis Armiger* Claudiano. *minister fulminis ales* Horatio. *flammiger ales* Statio lib. VIII. 675. et *vector fulminis* VIIII. 858. Vide et Manilium lib. I. 344 et V. 484 et 496. Alluxit autem hoc loco Noster ad signum Aquilae caelestе fulmen vnguibus tenentis.

160 *Arripit Iliadem*] *Abripit* Florent. Marci, Vrbin. Spirens. et duo alii. bene. vide libro VII. 731.

166 *Viridique in cespite flores*] Boschii liber, quo Gruterus vsus, *viroque*. Horat. I Od. XVIIII *Hic viuum mihi cespitem, hic Verbenas pueri ponite thuraque*. et III. 8 *positusque carbo in cespite viuo*. Ausonius Ephemerid. *foculum viui cespitis* dixit. Calpurnius Eclog V — *tum cespite viuo Pone focum*. Valer. Flaccus lib. V. 61 — *tum viuo frondens e cespite tellus Aggeritur, cineremque Lyco commendat Iason*. sic scribe. perperam legebatur *frondes et cespite tellus*. sic et *viuax cespes* Fast. IIII. 397. *Viridem* tamen Noster dixit lib. XV. 57. et Statius I Theb. 587 et VIIII. 234, et Silius VII. 747.

167 *Et orbe In media*] *Orbis in medio*, non *orbe*, vnus Thuani. *ante alios*, non *omnes*, meliores.

173 *Ire comes*] *Isse* prior Erfurt. et alii quinque. idem Erfurt. *longa trahit assuetudine flammas*, pro *longaque astit*.

176 *Pin-*

Digitized by Google

176 *Pinguis olivae*] *Olivi* meliores. vt apud Statium T
VI. 576 — *pinguique cutem fuscatur oliuo.* Sammonicus c
Succos inspergere pinguis olivi. Auctor Moreti: — *Pallad
tas instillat oliui.* Horat. I Od. VIII — *oliuum sanguine
cautius vitae.*

180 *Decidit*] Etiam hoc loco *Recidit* vetustiores ple
dictum sup. v. 18.

182 *Protinus imprudens actusque cupidine lusus*] *Ludi* in
tis antiquis. *actusque cupidine inssus* Florent. S. Marci. *ar
cupidine lusus* prim. Gronou. sec. Palat. sec. et tert. Med.
Bernegger. Thuan. prim. Erfurt. Hamb. Spirensis aliique
pauci. sed *artem* praecessisse vidimus. alii aliter. *Incu
etiam pro *imprudens* prior Erfurt. et vnus Leidens. *artisque
dine ductus* Menagianus. vide quae notamus lib. VIII. 123.

184 *Repercusso subiecit in aëre*] *Repercussum in aëra*
Medic. Thuan. Spirens. et quatuor alii. tum lege *Et vultus,
cinthe, tuos.* vnus Argent. *repercusso ab aëre.* non male. P
XXVII. 5 de Smaragdis: *inficientes circa se repercussum aëra.*
modo et Solinus: *proxima sibi inficiunt aëre repercusso.*
VIII. 20 *sonat orbe repercusso Discus.*

186 *Quam puer*] *Ac puer* prim. Bononienses. probe.

190 *Riguoque papauera in horto*] *Riguoue papauer* Neap. A
del. et sex alii.

191 *Fuluis haerentia linguis*] *Lignis* Florent. S. Marci, Th
Spirens. vterque Erfurt. aliique complures. *truncis* prim.
nou. et vnus Mediceus. quod ipsi Gronouio arridebat Di
Stat. cap. XVI. *Signis* duo alii. *virgis* prim. Moreti, Are
prim. Reg. sec. Palat. Neapol. sec. Medic. Oxon. Excerpta Ma
et praeterea non pauci. quod sequor. *culmos* dixit Statius
III Silu. III. 128 *Qualia pallentes declinant lilia culmos.* S
Theb. VII. 226 de rosis: *informes ornat sua gloria virgas.*
rem Plinius lib. XXI. 5 de liliis: *Nec vlli florum excelsitas
ior, interdum cubitorum trium, languido semper collo et
sufficiente capitis oneri.* virgae liliorum recte *fuluae* dicu
cum infractae fuluescant, virides caeteroquin. Posset tam
legi *virgis haerentia longis.* De liliis pari modo Gunth
Ligurin. libro VII *Vt si forte rosas et candida lilia nimbus
tudis, et nitidum virgis decussit honorem.*

194 *Sic vultus moriens iacet etc.*] *Vultum* vnus meus.
vultu. Scribe et redde Nasoni suos numeros: *Sic vultu mo
te iacet. defecta vigore* etc. nisi altius mendum putas subes
scribendum *Sic vultus moriens flaccet.* quod proprium hui
verbum. vel *marcet.* et tum supra pro *Marcida* sit reponen
Flaccida. Vide Nonium in *Flacceo*, pro quo *Flaccescere* m
in vsu. Et Apuleius Met. VIII *Dum percitae mentis refu
furor, et sensim nimietatis senio flaccescerent luctus.* sic scri
dum monui Met. XVI. 208. *sinus flaccidi* apud eundem
VII. *arbor flaccescens* apud Plinium lib. XVI. 22. Vide Sal
sii Exerc. p. 461. Sic *aegrere, pigrere, senere* veteres dicebe
dulcere, lentere et similia. de quibus Nonius copiose.

203

Digitized by Google

203 *Vetamur*] *Tenemur* pletique vetustiores. at Bernegger. excerpta Iureti, duo Leidens. et alii quindecim *sed quoniam fatali lege tenemur. teneri legibus* formula Iuris. vt in illo *patriae teneor nec legibus ullis*, apud Maronem lib. II. 159. et lib. XII. 819 *Illud te, nulla fati quod lege tenetur. Pro Lasio obtestor.* neque aliter Cicero passim, et Liuius, et caeteri ex optimis scriptores. etiam Lucretius lib. II *Sed ne forte putes animalia sola teneri Legibus his. Sed tenetur* Arondel. *quod tenetur* prim. Hamburg. et duo alii.

213 *His*] *Huic*, nempe flori, cum vno meo et vno Voss. Vide ad lib. II. 205.

215 *Et ai ai*] Monstra lectionum sunt in antiquis libris, *et ya, et ae, et ay. et ia, et aia. et e e. et eae, et ae ae.* pluraque huius notae. vulgata scriptura sincera est. quod satis confirmant, quae praecedunt. *Ipse suos gemitus foliis inscribit.* et in Fastis libro V. 223 *Prima Therapnaeo feci de sanguine florem, Et manet in folio scripta querela suo.* nec abludunt illa Columellae lib. X *Et male damnasi moesto de sanguine furgunt Aeacidae flores.* ita scribo. *Aeacii flores* nunc perperam circumfertur. Moschus Epicedio Bionis: Νῦν ὑάκινθε, λάλει τὰ σὰ γράμματα, καὶ πλέον αἰ αἰ Ἀμύκλαις τοῖς πατάλοις. Pro vulgata etiam stat illud Nostri: — *cum se fortissimus Aiax Addat in hunc florem, foliisque legatur eodem.* hinc Virgilio Ecl. II *inscripti nomina regum flores* hyacinthi dicuntur. vbi Seruius cum Probo insigniter negatur, cum negat Aiacis nomen hyacinthis esse inscriptum, sed *Hya*, primas Hyacinthi literas. Plinius lib. XII cap. II de hoc flore: *Ita discurrentibus venis, vt Graecarum literarum figura Ai legatur inscripta.* Nonnus Dionys. lib. III Γράμματα δενδρήεντα φιλοκλαύτων ὑακίνθων. et mox: Αἰάζειον αὐτοέλιγμα ἐπιγράψας ὑακίνθῳ. Hinc ἔγραπτα ὑάκινθος. Theocriti enim Idyllio X habes: Καὶ τὸ ἴον ἐντὶ, καὶ ἄγραπτὸ ὑάκινθος. vbi Scholiastes: Τὸν ὑάκινθον φασὶν, ἀπὸ τοῦ αἵματος τοῦ Αἴαντος ἀναδοθῆναι, τοῦ ἐν Τροίᾳ μανέντος. διά τοι τοῦτο ἔχειν ἐγγεγραμμένον αἰ αἰ, τὴν ἀρχὴν τοῦ ὀνόματος τοῦ Αἴαντος. διὰ τοῦτο ἓν καὶ γραπτὸν νῦν αὐτὸν εἶπον. ἢ γραπτὸ ὑάκινθος, ἡ ἔχουσα ἐν ἑαυτῇ γεγραμμένα γράμματα δηνούδη, δηλονότι τὰ, αἰ, αἰ. et plura, quae illic sequuntur ex aliis Scholiis depromta. Euphorion Παρφυρίη ὑάκινθε, σὲ μὲν μία φάτις ἀοιδῶν Ποιητοῖς ἀμάθοισι δεδευκότος Αἰακίδαο Εἶμεν ἀντέλλειν γεγραμμένα κωκύουσαν. quomodo illos Euphorionis versus castigauit vir summus Isaacus Casaubonus, qui apud Theocriti Scholiasten mendosi circumferuntur. aliter eos castigauit ad Solinum Salmasius p. 1042. Idem p. 1223 monet hunc hyacinthum notis inscriptum esse Iridem, non hyacinthum vulgarem. Noster libro XIII. 397 de Morte Aiacis: *Littera communis mediis pueroque viroque Inscripta est foliis, haec nominis, illa querelae.* quibus verbis manifeste denotat, τὰ αἰ αἰ bis hyacinthi foliis inscriptum esse, et quidem sic, vt alterum *ai* designare contendat Aiacis nomen, alterum querelae esse a Phoebo in Hyacinthi exequiis effusae. Ausonius Cupidine crucifixo: *Et crocus auricomans, et*

nitrice

Digitized by Google

murice pictus Adonis, Et tragico scriptus gemitu Salaminius Aiax. Tragico gemitu τὸ αἰ αἰ designatur. Denique Plinius Naturali Historia libro XXI cap. II *Hyacinthum comitatur fabula duplex, vel luctum praeferens eius, quem Apollo dilexerat, vt ex Aiacis cruore editi: ita discurrentibus venis, vt Graecarum litterarum figura AI legatur inscripta.* quae vulgatam in Nasone lectionem egregie confirmant, quam et Vossius tuetur operis Grammatici libro primo cap. XXXII. Sed scribendum in Plinio cum optimo codice Thuaneo: *aut ex Aiacis cruore editis ita discurrentibus notis*, mutata distinctione. perperam Salmasius pro *editi* corrigebat *edens* ad Solinum p. 1042. Caeterum quod hyacinthum cum eo flore confundit Naso tam hoc loco, quam libro Metamorphoseon XIII, vbi mortem Aiacis commemorat, in eo adsentientes sibi habet scriptores plurimos, vt iam vidimus. Pausanias tamen libro primo testatur, Salaminios asseuerare, florem Aiace iam mortuo apud se enatum esse subcandidum et modice rubentem, lilio minorem, qui easdem, quas hyacinthus litteras inscriptas referret. quo ipso hunc florem diversum ab hyacintho facit.

217 *Nec gemuisse pudet*] *Genuisse* vetustiores. sequentia id requirunt.

220 *Foecundam Amathunta metallis*] *Metalli* malim cum vno Gronouiano. sic infra 531 vetus codex *grauidamque Amathunta metalli.* quomodo et apud Silium libro II. 219 *Mellis apes grauidae.* apud Claudianum *foetae Martis nouales* Bello Getico v. 25. et in Apono: *ardentis foecundus aquae.* et Sidonius Apollinaris carmine XV de Palla Iouis: *Ebria non solum spiras conchylia fandix. Infertum nam fulmen habet, filoque rigenti Ardebat grauidum de flamine fulguris ostrum.* ita existimo versus illos esse scribendos. nam quid sibi velit *de fragmine fulguris*, non assequor.

221 *Annuat aeque*] Imo *abnuat.* certe *abnuit* in multis veterum. quatuor cum prim. Reg. *abnuet.*

225 *Lugubris sceleris*] Haec mendosa sunt. Florent. S. Marci *Inlugubris celeri.* Neapol. prim. Medic. et quatuor alii *Inlugubri sceleris. Inlugubris sceleri* prim. Vatican. tert. Medic. et duo alii. at Spirensis *Inlugubris sceleris.* Bernegger. sec. Palat. prim. Erfurt. et sex alii *Illugubris celeris.* vnus Medic. et Iureti excerpta *Illugubris sceleri. Lugubris celeris* Arond. et Geneu. *Lugubris celeri* vnus Leidens. *Lugubris sceleri* tres. alter Hamburg. *illugubris scelesi.* Forte *Ilicibus celebris.* vt III Amor. V. 3 *celeberrimus ilice lucus.* vel *In luco obscuro.* vel *Ilice sub veteri.* vt apud Virg. II Aen. 513 —— *iuxtaque veterrima laurus Incumbens arae.* Viderint acutiores.

227 *Amathusiacasue bidentes*] *Amathusiadesque* vnus Leidensis. Lege *Amathusiadasue.* sic *Amathusias renidens* in versibus Symmachi, quos emendabo infra hoc libro ad v. 558.

239 *Pro qua*] Prim. Vatic. et quinque alii *quo.* vt et a manu secunda Florent. S. Marci. idem a manu prima *pro quis.*

243 *Per*

Digitized by Google

243 *Per crimina agentes*] *Per crimen* meliores.

246 *Thalamique*] Vnus Basileensis *Thalamoque*. venuste. sic *consortia corpora* lib. XIII. 343.

250 *Virginis est vere facies*] *Verae*.

251 *Velle moueri*] *Posse* prim. Gronou. et alii duo.

252 *Ars adeo latet arte sua*] Ita distingue.

255 *Nec adhuc ebur esse fatetur*] *Nec ebur tamen* prim. Gronou. rectius.

262 *Lilia perpictasque pilas*] *Liliaque pictasque pilas* Cantabrig. Vrbin. Thuan. prim. Erfurt. prim. et sec. Palat. et alii multi. Nec pauciores *Liliaque et pictasque*. proxime verum. Zulichem. *Liliaque et pictas violas. tabulas* vnus Palat.

270 *Festa dies Veneris*] *Veneri* prim. Strozzae.

271 *Indutae*] *Inductae* plerique vetustiores. dixi lib. VII. 116. Deinde *pandis cornibus* iam puer olim legendum vidi. neque aliter in suis ad me literis Noster Gronouius. in vno meo et vno Basil. et prim. Erfurt. *auratis ornatae cornua vittis*, vel *fertis*. sed perperam. *blandus* etiam pro *pandus* perperam legitur apud Val. Flaccum lib. II. 451 *Alcides Telamonque comes dum littora pando Anfractu sinuosa legunt, vox attigit aures Flebile succedens, ceu fracta remurmurat vnda*. nam *blando anfractu* nihil est. male etiam illic *cum fracta remurmurat vnda* vulgati.

276 *Similis mea, dixit, eburnae*] *Eburneae* Oxon. prim. Erfurt. aliique multi. rectius. adeantur adnotata lib. VII. 224.

284 *Subfedit*] *Subsidit* bene vnus Medic. *Cedit*que etiam proprie. Catal. Pith. 40 *Vt laus est cerae, mollis cedensque sequatur Si doctos digitos, iussaque fiat opus*. vbi male Pithoeus *cessisse sequitur*, deceptus mala distinctione. *tractata* etiam proprie mox, vt Lucret. IIII. 231 *tractata manibus figura*.

285 *Multas Vertitur in facies*] *Flectitur* plerique meliores. sic apud Horatium Art. Poët. 163 *Cereus in vitium flecti*. Alcim. Auitus I. 76 *Cur artis in vsu est Flectere laxatus per cuncta sequacia ceras*. male plurimi veterum *multas quae pollice tractae*.

287 *Et dubio*] *Et medio* multi. Arondel. et tres alii *timidè*. placet. lib. VIIII. 791 *Nec timida gaudete fide*.

291 *Grates agit*] *Agat* ex castigatioribus.

293 *Ad lumina lumen Attollens*] *Ad limina* cum vno Moreti et vno Bonon. Val. Flacc. lib. VII. 21 *Iam iactata toro, nimiumque experta cubile, Ecce videt tenui candescere limen Eoo*. *Lumen* tamen pro fenestris possunt accipi. vt apud Ciceronem de Oratore: *Cum aedes venderet, in mancipio lumina, vti tum erant, recepit*.

297 *Illa Paphum*] *Paphon* vetustiores plerique.

298 *Editus hac ille est*] Opinor legendum *Editus hoc ille est*, non *hac*. vt Paphi filium fuisse designet Cinyran, Pygmalionis

Digitized by Google

nepotem. Certe Apollodorus, quanquam de Cinyra rem longe aliter narrat, tamen Pygmalionis generum facit, cuius filiam Metharmen duxerit vxorem.

308 *Suum*] *Suam* Vrbin. prim. Vatican. Oxon. et sex alii cum nonnullis editionibus. sic *Eoaque costus* Lucano VIIII. 919. *ficca costus* Claudiano ex antiquis libris Nuptiis Honorii 95. Sic *infusa Nardus* Prudent. Psychom. v. 359. et Apotheos. ex veteri codice Puteaneo *fentat rubus*.

309 *Panchaïca tellus*] *Panchaïa* meliores. bene. sic Virgil. II Georg. 139 *Turiferis Panchaïa pinguis arenis*. In Culice Virgiliano 86 *Panchaïa tura*, ex antiquis membranis.

318 *Elige Myrrha virum*] *Myrrha tibi* Neap. et sec. Med.

324 *Coëuntque animalia nullo Caetera delicto*] *Coëunt* ex vetustioribus quidam. *nullo delectu* fragm. Caesenas. optime. nisi *dilectu* malis cum Florentino S. Marci. quod verum est. *diligere*. enim idem, quod seligere. hinc militum *dilectus*. *deletu* fragmentum Boxhornii. vnus Palat. et vnus Voss. *dilecto*.

328 *Ex illo concipit*] *Ex illa* Neapol. prim. et tert. Medic. et tres alii.

333 *Vt pietas crescat*] *Et crescit* plurimi veteres.

339 *Nunc quia tam meus est*] Lege *Tam meus*. atque ita liber Langermannianus.

341 *Patriaeque relinquere fines*] Rectius codex Naugerii cum vno Bonon. *patrioque*. sic *patrii enses* libro X. 528 apud Lucanum: *Dum patrii veniant in viscera Caesaris enses*. hoc est Romani enses, non Aegyptii. Stat. Theb. XI. 759 *Haud, inquit, patriis prohibebere longe Finibus*. Virgil. Eclog. I. 68 *Patrios longo post tempore fines Mirabar*. Noster II Pont. VII. 65 *Est aliquid patriis vicinum finibus esse*.

342 *Malus ardor amantem*] *Error* prim. Moret. excerpta Iureti et alii viginti aut plures. *ardor euntem* prim. Gronou. Puto *error euntem*. vide Notas Trist. I Eleg. II. 99. *Error* pro amore Poëtis passim. quomodo apud Virgil. *Vt vidi, vt perii, vt me malus abstulit error*. Apulei. XI Met. *Cum me Fotis malis incapistrasset erroribus*. nam et furor et insania amor poëtis dictus, et amentes amantes et malesani. Plato in Phaedr. IIII species μανίας θείας statuit, fatidicam Apollinis inspirationem, Bacchi mysticam, Musarum afflatum. Τετάρτην δὲ Ἀφροδίτης καὶ Ἔρωτος ἐρωτικὴν μανίαν ἐφευρὼν γ' ἄριστον εἶναι. Noster Amor. I Eleg. X *Cum bene pertaesum est, animique refusit error*. et Eleg. II ad Cupidinem: *Blanditiae comites tibi erunt, Errorque, Furorque, Assidue partes turba secuta tuas*. ita illis locis scribendum. Propertius libro I Elegia XIII *Quae tibi sit felix, quoniam nouus incidit error*.

354 *Memorque est moris*] Prim. Gronou. excerpta Iureti et quinque alii *Iuris*. recte. Vide sup. 331 et VIIII. 530.

359 *Patrisque in vultibus*] *Patriisque* cum Arondel. et vno meo et altero Twisdenio.

364 *Optat habere*] *Optet* plerique meliores.

369 *Igne*

Digitized by Google

369 *Igne*] *Igni* secund. Palat. prim. Erfurt. Spirens. quatuor alii.

372 *Quid agat non inuenit*] *Quod agat* cum Iuniano.

383 *Limen seruantis alumnae*] Libro IIII. 421 monui videri scribendum *limen alumnum*. vt et paulo post *ante pedes supplex procumbit alumnos*, non *alumnae*.

387 *Vacauit*] Male in aliis *vetauit*, vel *parauit*. lib. VI. 585 — *nec flere vacat, sed fasque nefasque Confusura ruit*. Lucanus libro II. 119 — *cui funera vulgi Flere vacet?* Stat. II Achilleid. 261 *Quid precer heu, timeamque prius, quidue anxia mandem, Cui vix flere vacat?*

397 *Habeo quod carmine sanet*] *Quae sanet* pletique vetustiores.

399 *Sacris placabimus iram*] *Placabilis ira* in Florent. S. Marci. Ponticis I. 9. 23 — *placabilis ira deorum est*. Fast. II. 541 — *sed et his placabilis vmbra est*. Pont. III Eleg. III *Effice sit nobis non implacabilis ira*. Gratius 351 *Est aliud, quod praestet opis placabile numen*. quomodo ibi scribendum, non *opus*. Val. Flaccus lib. IIII. 471 — *namque en tibi nostra voluntas: Si non ira deum caelo implacabilis vrget*. sic versus mendosissimi restituantur. Vide Notas Trist. III Eleg. V. 31.

401 *Sospes ab incursu est*] *Sospes is* Florent. S. Marci et Neap. Lege *sospes et in cursu est*. quomodo Bernegger. Spirens. et a manu secunda Florentinus S. Marci. ita Noster saepe. vulgata scriptura patrum Latina est. lib. XIII. 508 *In cursuque meus dolor est*. Pont. IIII Eleg. XI *Dum dolor in cursu est, dum petis aeger opem*. Remed. Amor. 120 *Dum furor in cursu est, currenti cede furori*. Sic *furere in cursu* Epist. V. 121 *in cursu famulae rapuere furentem*. ita scribe, non *incursu*. Fast. IIII. 902 *In medio cursu tempora veris eunt*. lib. V. 245 *Vox erat in cursu*. lib. VI. 382 *Spes erat in cursu*.

405 *Quodcunque est*] *Quodcunque sit* prim. Gronou. prim. Ambros. et quatuor alii. bene.

407 *Complectens membra lacertis*] *Colla* sec. Palat. aliquanto rectius. at in vno Mediceo *nata*. venuste. Natae enim alumnae a nutricibus appellabantur, et illae vicissim ab alumnis matres. vide Nonium Marc. in *mater*. sic Nutrix Phaedrae apud Euripidem ipsam allocuta: — Μάτερ, τέκνον, καὶ μὴ χαλεπῶς Μητέβαλλε βέμας. atque ita passim Tragici. et Nonnus initio libri IIII Dionys. ter quaterue. apud Statium Theb. VII Antigone nutritorem Phorbantem *patrem* appellat. Medea ad nutricem apud Valerium Flaccum lib. V. 354 *Quae manus haec, certo ceu me petat agmine, mater, Aduenit, haud armis, haud vnquam cognita cultu?*

410 *Exsiliit*] *Exiluit* vetustiores.

428 *Potiatur amore*] *Amato* fragmentum Caesenas. prim. Gronou. et duodecim alii.

Digitized by Google

431 *Festa piae Cereris*] Ex sequentibus fit manifestum de Thesmophoriis, non de Eleusiniis, haec esse intelligenda, qui duo festa perperam vulgo confunduntur, etiam a scriptoribus antiquis. Thesmophoria moeroris plena a solis feminis, Eleusinia hilaritati data a viris celebrabantur: illa Pyanepsione, Septembris et Octobris partem occupabat, haec Boëdromione, qui Pyanepsionem proxime praecedebat. quanquam nonnu Maemacterionem inter duos illos menses medium constitutum Exstant etiamnum Θεσμοφοριάζουσαι Aristophanis comoedia.

434 *Tactusque virorum*] *Viriles* cum melioribus.

435 *Turba Cinyreis in illa Regis adest coniux*] *Cencreis*, *Cenchreis*, Florentinus S. Marci, Bernegger. Neapol. Cantabr. Oxon. prim. et sec. Palat. aliique complures. recte. quo ad dunt nonnulli, in quibus *Cenereis*. Auctor argumentorum Metamorphoses *Myrrham Cinyrae et Cenchreidis filiam* fac Hygin. Fab. LVIII *Smyrna Cinyrae Assyriorum regis et Cenchreis filia*. Apollodorus Metharmen Pygmalionis Cypriorum regis liam ei vxorem assignat, ex qua Adonin plurescque liberos nuerit. Feminas a maritis nomen mutuatas rari exempli liberos a parentibus, obuium. emenda in transcursu Festi Auien. Descr. Orbis IIII *Prorumpit lacrymoso stipite Myrrh Myrrha furor quondam Cinyreius*. Pro *adest* malim *abest* c primo Palatino et Rottendorphiano. prim. Gronou. prim. Reg. duo alii *abit*. sec. Pal. et Oxon. *turbam in illam abit*.

443 *Non toto pectore sentit*] *Corpore* Oxon. quart. Med et quatuor alii. bene. nam sequitur proxime *praesagaque f ctora*.

445 *Sed tamen et gaudet*] *Gaudent* sec. Medic. et alius. *tamen* alius Medic. Forte *Flens tamen et gaudet*. nisi ma *Sic tamen et gaudet*. Sed alterum praestat. Stat. Theb. X 426 *Flebile gauisus*. idem ibidem v. 793 *gaudent lamenta*. lib. Silu. V. 10 *Quanto manarent gaudia fletu*. sic *lacrymae gaud tes* eidem Theb. VII. 493. et *lacrymosa gaudia* Claudiano B Get. 407.

446 *Interque Triones*] *Trionem* Florent. S. Marci. Adam Notae lib. I. 64.

450 *Primus tegis, Icare, vultus*] *Primos vultus* meliores m gno numero.

454 *Et tenebrae minuunt*] Puto *vt tenebrae minuunt*.

459 *Animusque reliquit*] *Relinquit* cum melioribus. et *deducit* pro *deduxit*. Pro *Cunctantem* sec. Medic. *Luctantem*.

464 *Pectora*] *Corpora* veteres plerique.

467 *Filia dixit, dixit et illa Pater*] *Dicat* vtroque loco c castigatioribus.

475 *Vagina diripit ensem*] *Deripit* meliores. nisi quod in bus *liberat*, quomodo libro VII. 551 locutus, et lib. II Fast fabula Lucretiae v. 793. *Eripere ferrum vagina* Virgilio VI. 660.

476 *Tem*

Digitized by Google

476 *Tenebrisque et caecae munere noctis Intercepta neci est*] *Tenebris* prim. Vatic. prim. Gronou. Caesen. aliique satis multi. *rò est* etiam tollendum cum vno Moreti. Pro *vagata* alius Moreti *vulata*. *relinquit* etiam pro *reliquit* meliores. denique *radiantis Lunae*, pro *redeuntis* sec. Pal. et sex alii. nil muta. Noster Metam. XIIII. 423 *Sex illam noctes, totidem redeuntia Solis Lumina viderunt*. Statius lib. V Silu. IIII. 7 *Septima iam rediens Phoebe mihi respicit aegras Stare genas*.

483 *Est tales complexa preces*] *Exorsa* Arondel. et sex alii.

495 *Praecinxerat arbor*] *Perstrinxerat* S. Marci, tert. Medic. Oxon. Spirensis, Excerpta Iureti et alii octo. *constrinxerat* Neap. et secund. Medic. *praestrinxerat* Vrbin. et tres alii. duo *praestruxerat*.

496 *Pectoraque obruerat*] *Obrui telis, vnda, tecto labente* dicuntur bene et eleganter. *obrui cortice* durius paulo dictum. Quare persuadeor, vt credam scripsisse Nostrum *Pectora obsuerat*. id est, occluserat, operuerat. vide quae de hoc verbo annotaui lib. II Fastor. 578. Certe in altero Hamburgensi *borruerat*.

502 *Nulloque tacebitur*] *Nullique* alter Strozzae.

506 *Habent sua verba dolores*] *Labores* Arondel.

508 *Crebros dat gemitus*] *Spissos* Florentinus S. Marci pro diuersa lectione. sic *spissae nubes* libro V. 621 et Amor. Eleg. XIII. *spissa grando* lib. VIIII. 622. *spissus sanguis* libro XI. 361. *spissus tactis liquor* ex MSS. lib. XII. 438. *spissus aër* et *spissum lutus* libro XV. 718 et Arte Amatoria II. 132. *spissum caelum* Valerio Flacco libro I. 616 — *vasto pariter ruit igneus aether Cum tonitru; spissoque tegit mox omnia caelo*. vbi vulgatum *picea* non potest ferri, cum mox sequatur *picei fulsere poli*. Virgil. II. 621 — *spissis noctis se condidit umbris*. *spissus imber* Propert. libro III Eleg. IIII *Pleiadum spisso cur coit imbre chorus?* ita enim pro *igne* opinor legendum. quod Pleiades sint imbriferae, vt Lucano lib. VIII. 832 dicuntur. Statio *aquosae* et *nubilae*. *madidae* Claudiano. *Coire spisso imbre*, quomodo idem Valer. Flaccus lib. III. 578 — *ceu pectora nautis Congelat hiberni vultus Iouis agricolisue, Cum coit imbre minax*. perperam ibi *vmbra minax* nunc legitur. sic et *cogi in nubem aër* dicitur. et *spissari in imbrem* Lucano lib. IIII. 76 de Nubibus: *Iamque polo pressae largos densantur in imbres Spissataeque fluunt*. Coniecturam in Propertio nostram confirmat alter eiusdem Valerii Flacci libro V. 415, vbi de Pleiadibus similiter agitur: — *densaeque sequuntur Pleiades, et madidis rorant e crinibus imbres*. vulgati codices eodem illic modo peccant, quo apud Propertium, cum praeferant *rorantes crinibus ignes*.

512 *Fissa*] *Fisso* castigatiores plerique. nisi quod in Florent. S. Marci, Bernegger. Caesen. Oxon. prim. Basil. prim. Erfurt. Spir. *fissa*. recte. videantur quae notamus lib. IIII. 375

526 *Distrinxit arundine pectus*] *Destrinxit* meliores.

Digitized by Google

531 *Grauidamque Amathunta metallis*] *Metalli* Geneuensis. dictum supra v. 220.

536 *Nuda genu*] Sic venatrices aut ludentes virgines plerumque describuntur. apud Achillem Tatium Leucippes initio, de virginum Europam comitantium choro: Τὸ σκέλος ἕκαν γεγυμνωμένας. τὸ μὲν ἕνω τοῦ χιτῶνος, τὸ δὲ μέσον τοῦ μηδίλου. τὸ γὰρ ζῶσμα μέχρι γόνατος ἀνεῖλκε τὸν χιτῶνα. Sed variantes in Nasone scripturae locum mendosum esse satis euincunt. Florentinus S. Marci, secundus Palatinus, primus Mediceus et Berneggerianus, inter optimos haud dubie codices consendi, cum priore Twisdeniano, *Fine genu*. primus Palatinus *Fune genu*. Neapolitanus et secundus Mediceus *Inde Venus*. *Funiculo* Vrbinas. in quo tamen manu recentiore castigatum *Vsque genu*. quae scriptura etiam occupauit Vaticanum primum, Arondelianum, primum Gronouianum, Basileensem et Moretanum primos, Hamburgicum vtrumque, alios complures haud contemnendae vetustatis codices. In Norico *Viisque genu*. *Pene genu* in altero Erfurtano. Quare opinabar olim corrigendum *Crure tenus*. quomodo apud Iuuenalem Sat. VI. 445 *Nam, si docta nimis cupit, et facunda videri, Crure tenus medio tunicas succingere debet*, et apud Claudianum II Conf. Honor. 247 de Dianae comitatu: — *duo cingula vestem Crure tenus pendere vetant*. tum de ipsa Diana II Rapt. 33 *Crispatur gemino vestis Cortynia cinctu, Poplite fusa tenus*. Sed si veterrimorum codicum vestigiis fideliter insistendum, vti par est, scribi oportere contendo: *Fine genus vestem risu succincta Dianae*. quam coniecturam confirmat plane Spirense fragmentum optimae notae. a *genu* secundum casum *genus* deduci videas apud Seruium ad v. 22 libri tertii Aeneidos. quomodo *cornus* a *cornu*. vnde *cornum* pro *cornu* Nostrum II Met. 874 dixisse Priscianus obseruauit iampridem. et sane amat impense Noster eiuscemodi archaismos interdum. nec dubitauit Lucanus VII. 217 proferre: *cornus tibi cura finistri, Lenoule, gelus* pro *gelu* ex Afranio a Grammaticis profertur et ex Attio. Sed et *genus* pro *genu* in Ciceronis Arateis non vno loco occurrit. quale illud: *Quae genus ad laeuum Nixi delapsa resedit*. *Fine genus*, vel *genuum*, quomodo *fine manus* apud Auienum in Arateis: — *ipsius autem Fine manus parnas haedarum fuscipe flammas*. *Cestarum sub fine* apud Nemesianum in Cynegetico. Claudianus Gigantomachia 79 — — *tunc concitus ense Pelorum Transigit aduerso, femorum qua fine volutus Duplex semiferis connectitur illius anguis*. ita enim illic loci in praestantissimis membranis inueni exaratum. Apuleius libro secundo Metamorphoseos: *Sed protinus in eam, qua fine summum cacumen capillus ascendit, mellitissimum illud suauium impressit*. quod caue cum doctissimo Pricaeo immutes. praecesserat paullo ante de capillis: *ad finem conglobatas in summum verticem nodus adstrinxerat*. apud eundem paullo post: *fine inguinum sauios impatientiam Veneris Potidi meae monstrans*. quem locum Lipsius apud Colvium perperam tentauit, *sanie inguinum* reponendo. Arusianus Messius, qui ineditus apud me exstat,

Digitized by Google

erstat, profert ex Historiis Sallustii: *fine inguinum mare ingrediebatur*, vel *ingrediuntur mare*, vt Iunius Philargyrus exhibet ad librum tertium Georgicon v. 53. quem Sallustii locum Apuleius manifeste aemulatus est. Hyginus Fab. LXXXII *Stare in aqua medii fine corporis.* perperam illic *media fine* circumfertur. Vulgatam in Nasone lectionem qui concinnauit, illa Maronis lib. I. 319 haud dubie respiciebat: *Venatrix dederatque comam diffundere ventis, Nuda genu. Summo palla genu* venatricibus datur apud Valerium Flaccum libro III. 525. Et haec quidem hactenus.

543 *Posset*] *Possit* cum melioribus.

544 *In audaces non est audacia tuta*] *Tutum* opinor, ne nimis pedestre sit sermo. tale illud *Triste lupus stabulis.* et apud Nostrum: *Turpe senex miles*, atque id genus complura alia.

550 *In aduncis dentibus*] *Et aduncis* plerique vetustiores. Forte *praeduncis*, vt *praeacutae hastae* libro VII. 131.

553 *Mirabile culpae*] *Mirabere* Thuan. prim. Vatican. prim. Medic. prim. Moreti aliique complures. *dicta aie* Sixi codex. Forte *dixe ait*, *et v. m. mirabere.*

558 *Posita ceruice reclinis*] *Reclinis* plerique. nisi quod optimus S. Marci Florentinus *renidens*, venuste mehercules: cum glossa *ita est*, *ridens.* Hinc φιλομμειδὴς Ἀφροδίτη Homero, et Hesiodo ἰλαισβλέφαρος Ἀφροδίτη. Horatio I Od. II *Erycina ridens.* et III Od. XVII *perfidum ridens Venus.* Epistola Paridis Nostri 83 *Dulce Venus risit.* Neque aliter poëtae Graeci passim. *Amathusias renidens* Symmacho lib. I Epist. VIII, quo ordine in victima Casparis Schioppii editione legitur. Sed cum versus isti mendosissimi circumferantur, producam eos, vt legendos esse arbitror: *Vbi corniger Lyaeus Operit superna Gauri; Vulcanus aestuosis Media incoquit cauernis. Timet ima pisce multo Thetis et vagae sorores: Calet vnda, friget aethra. Simul innatat choreis Amathusias renidens, Salis arbitra et leporis, Flos siderum Dione.* secundo versu pro *Operit superna vite*, quae lureti consectura est, cum libri veteres haberent *superam gutturi*, vel *superna gutturi*, Lectius *superna gusti* concinnauit. nos *superna Gauri*, verissima coniectura. qui mons est in hoc ipso tractu, a vino, quod praestantissimum proferebat, multum antiquis laudatus. vnde Statio ad Claudiam vxorem: *Bacchei vineta madentia Gauri.* eidem Hercl. Surrentino: *Icario uemorosus palmite Gaurus.* Florus lib. I cap. XVI *Hic amicti vinibus montes, Gaurus, Falernus, Massicus.* sed hoc notum. versu quarto *media incoquis*, pro *medium cõquis.* ita praecedentia et quae sequuntur postulant. versu sexto pro *Baiae sorores* reposuimus *vagae*, consulentes metro. Alludit autem ad Lucrinum lacum pisce celeberrimum, qui ad radices Gauri. versu nono pro *Amathusium* reposuimus *Amathusias*, cum lureti notet *Amathusiam* ex veteri codice. ipse pessime *Amatorium renidens* contra metrum. denique versu decimo pro *vaporis* rescripsimus *leporis.* Intelligendi autem posteriores versus de templo Veneris,

Digitized by Google

quod ad Lacum Lucrinum colebatur. vnde *Lucrina Venus* Statio lib. III Silu. I. et haec de mendosissimo loco. De Gauro tamen, quod in secundo versu Symmachi corrigebam, iam occupasse iuuenilibus ad Florum notis Salmasium Gronouius me monuit, cum haec iam scripsissem. sed reuertamur ad Venerem ridentem. Silius libro VII. 466 — *postrema nitenti Affulsit vultu ridens Venus*, de iudicio Paridis. et libro XI. 392 de eadem: *Tum pueris dulce arridens.* Apuleius de Venere Met. VI *Maiora atque peiora flagitia comminans renidet exitiabile.* item de paeta Venere vide quae annotamus Artis Amatoriae lib. II. 659. Sed et Cupido ridens exprimebatur. Seneca Hippolyto 277 *Iste lasciuus puer et renidens, Tela quam certo moderatur arcu.* ita scribendus iste locus ex optimo codice Mediceo.

559 *Mediis interserit oscula verbis*] *Labris* Florent. S. Marci, Neapol. Bernegger. Caesen. prim. et sec. Medic. Vrbin. Spirens. et septem alii. similis error apud Propertium lib. I Eleg. XII *Et cupere optatis animam deponere verbis*, pro *labris* perperam legitur. quod Passeratio quoque deprehensum video. Notum illud ex Anthologia: Τὴν ψυχὴν Ἀγαθώνα φιλῶν ἐπὶ χείλεσιν ἔσχον. Vide quae ad Claudii Epithalamium Palladium notamus v. 132. In hoc tamen Nasonis loco vulgata scriptura non videtur mutanda.

561 *Non fabula rumor Ille fuit*] Ita distingue. rumor ille non fuit fictus. sic *fabulae manes* apud Horatium.

568 *Et instantem turbam.*] Ad Epist. Vlyssis Sabiniani scribendum monui; — *instantum turbam procerum.*

569 *Potienda*] *Potiunda* meliores. dictum lib. VIIII. 752.

582 *Concipit ignes*] *Ignem* iidem.

584 *Inuidiamque*] *Inuidiaque* margo Gryphianae editionis ex veteri libro et vnus meus. Scribe *Inuidiaque timens.* Pro *sed cui, sed quid* prim. Moreti et Bernegger. In Norico *Inuidaque timet*, Statius Theb. XI. 515 *Exultat, fratris credens hunc esse cruorem, Credit et ipse metu.*

588 *Non segnius ire fugitta*] *Non secius* Florentinus S. Marci, Neapol. et sec. Med. in tertio *segius.* hoc est *secius.* quomodo primus Mediceus et Spirensis, ac pro diuersa lectione primus Gronouianus. Diximus lib. II. 809.

590 *Decorem*] *Facit ipse decorem* multi veteres.

591 *Aura refert ablata citis talaria plantis*] *Oblata* prim. Palat. prim. Vatican. sec. tert. quart. Medic. Cantabrig. Arond. Bernegg. Vrbin. prim. Reg. vterque Hamburg. prim. Erfurt. Spir. aliique plurimi. bene. tunicam talarem intelligit. Apulei. eleganter de Statua Dianae lib. II *Miles signum perfecte luculentum veste reflatum, procursu vegetius introëuntibus obuium.*

596 *Similem dat et inficit vmbram*] *Simul edit et inficit* Bernegger. et quatuor alii. *simul addat* Arond. *simul edit* prim. et alius Medic. *similem datur* vnus Bonon. *simul et dat et inficit* prim. Moreti et septem alii. *similatas inficit vmbras* Florentinus S. Marci omnium optimus. quod sequor. nec abludit Spirensis, in quo *similis dat inficit.*

600 *In-*

Digitized by Google

600 *Iuuenis*] *Iuuenum deterritus horum* multi, non *iuuenis*.

603 *Mecum confer, ait*] Nil iuuant libri veteres. Putabam nihilominus *Te mihi, confer, ait.*

611 *Formosis, dixit, iniquus*] *Inquit* vetustiores. *formosum dixit* prim. Moret. et quatuor alii. in Neapol. erasa vetus lectio. Latet aliquid. *fortunis iniquis* prim. Ambros. an *formis tam, dixit, iniquus?*

612 *Perdere vult*] *Pendere* Cantabrig. et vnus Basil. Vide Notas ad lib. VIII. 75.

619 *Sors illi dura negarit*] *Fors* cum melioribus.

622 *Nollet*] *Nolet* prim. Palat. Bernegger. vterque Hamburg. Arondel. et sex alii.

626 *Voluit quia viuere mecum*] *Vouit* Vrbinas et Noricus. *quia vouit* alter Hamburg. et alter Erfurt. nil mutandum temere.

631 *Ab quam*] *At* Vrbin. Spir. et vnus Regius. Vide Notas ad Epist. XII. 1.

635 *Cubilia vellem*] *Possem* Cantabrig. prim. Palat. prim. Vatican. et decem alii.

637 *Quod facit ignorans*] *Quid facit* plerique meliores. Caesen. et tres alii *Quid faciat*. Scribe *Quidque agat ignorans.*

643 *Nec opis*] *Opi* malim.

644 *Damasenum*] *Amasenum* Bosch. et Thys. multi *Damasc. cum*, vel *Damacenum*. *Damseum* Arondel. Scribe *Tamaseum*. hoc est Ταμασεῖον. vid. Notas lib. I. 579. Ταμάσσος πόλις Κύπρου. τὸ ἐθνικὸν Ταμασίτης καὶ Ταμασσεῖος Stephano. quare dubito an non *Tamasiten nomine dicunt* hoc loco sit legendum. nam prim. Vaticanus *Damasitbona*. *Tamaseum* etiam vrbem hanc vocat Plinius. apud quem codices nonnulli antiqui *Tamasus*; ἡ Ταμασὸς quoque Strab. lib. VI. Ταμάσσος Ptolemaeo, sed mendose, vt puto. Ταμασία Polybio. Ταμασία Constantino Porphyrogenetae in Thematibus. nihil autem vsitatius in antiquis libris, quam *T* in *D* degenerare. sic superiori libro codices omnes vetusti *Driopeius* pro *Triopeius*. Auctor argumentorum *Damasum agrum* habet, sed codex veterrimus S. Marci illic *Amasenum* exhibet pro *Tamasum*.

645 *Quam mihi prisci Sacrauere senes*] *Quem* rectius sex scripti. de agro enim Tamaseo mentio est.

647 *Nitet arbor*] *Viret* Excerpta Mureti et duo ex nostris. Deinde *comam* pro *comas* meliores.

663 *Aridus e lasso*] *E lasso* castigatiores.

672 *Pars vltima*] *Pars optima* vnus Moreti.

675 *Liquidum*] Τὸ *liquidum* metuo ne ex *oblique* profluxerit.

679 *Cursu fit tardior ipso*] *Illo* quatuor scripti. *longior* etiam alter Hamburg. et alter Erfurt.

684 *Contemtuque dolens*] *Contemnique* rectius duo Medicei cum altero Hamburgensi. alter Erfurtanus *Contemtique*.

691 *Luminis exigui*] *Liminis* in plurimis.

693 *Multa sacerdos*] *Vota* Neapol. et sec. Medic. bene. Adi Notas lib. VII. 162 et VIII. 152. Apud Minucium Felicem

Digitized by Google

Octaulo *nulla simulacra nota*, pro *vota*, similiter perperam legitur. et apud Virgilium XII. 769 in nonnullis exemplaribus: — *vbi figere dona solebant Laurenti diuo et notas suspendere vestes*, pro *vatas*. At in Spirensi *vitta sacerdos*.

698 *Ergo modo*] Malim *Tergum, et modo fuluae Colla iubae velant*.

706 *Quod non terga fugae, sed pugnae pectora praebet*] *Quae praebent* ex melioribus.

715 *Totosque sub inguine dentes*] *Tortosque* quinque veteres. nil mutat. Pro *pando rostra* duo libri *patulo*. Vid. lib. XV. 513.

721 *Exanimem*] Si exanimis, quomodo iactabat corpus? Scribe vel inuitis membranis *Semanimem*. de Pocride moribunda lib. VII. 850 *Semanimem, et sparsas foedantem sanguine vestes, Inuenio*.

722 *Desiliit, pariterque sinum*] *Desiluit*, et *sinus*, meliores.

723 *Percussit pectora palmis*] *Pectus percussa lacertis* vnus Leidensis.

724 *Et non tamen*] *At non* Calandr. Arondel. et sex alii. bene. vide quae notamus initio Epist. Medeae et lib. XII. 367. Mox pro *dixit* idem Arondel. Zulich. et vnus Med. *inquit*.

726 *Repetitaque mortis imago*] *Recitataque* Spirensis. *redituque* sec. Medic. Scribe *recidiuaque*. de qua voce fusius egimus ad Phoenicem Claudiani. etsi minime ignoro vulgatam scripturam ex aliis Nasonis nostri locis defendi posse. Adi Notas Fastor. IIII. 45.

736 *Celant sub cortice granum*] *Grana* prim. Gronou. frag. Boxhornii et septem alii. *in cortice* idem Gronou. *quae cortice* prim. Moret. *sub vertice* prim. Palat. atque alii quatuor. Forte *Qualem, quae lento celantur cortice, grana Punica ferre solent*. vel *celant se cortice*. scriptum fuerat *celant vrtice*. mendose. hinc factum *celant sub vertice*, vel *cortice*. Videtur hunc locum respexisse Lactantius carmine de Phoenice foedissime deprauatus, quem sic castigamus: *Principio color est, qualis sub cortice leui Mitia quem croceum Punica grana legunt*. nullo sensu nunc circumfertur *qualis sub sidere caeli Mitia quem croceo Punica grana legunt*. Martial. II Epigr. XXXXIIII *Aut imitata breues Punica grana rosas*. ita optimus Thuaneus. nam *Punica mala* perperam nunc legitur. Possis et castigare *celantur tegmine*. Columella lib. X *Mox vbi sanguineis se floribus induit arbos Punica, quae rutili miteſcit tegmine grani*. In Catalectis Pithoei p. 186 exstat carmen Auieni, quo mala Punica eleganter describuntur. vbi et *granorum* bis terue fit mentio, et tegmen illud, cui grana sunt inuoluta, *vellus* appellatur. De granis Punicis corrige in transcursu locum eiusdem Columellae insigniter deprauatum libro VII. 5 *Subluuies et intertrigo pice per se* (lege *terſae*) *liquida, vel alumine et sulfure atque aceto mixtis rite* (bene vetus codex *litae*) *vel tenero* (vet. cod. *austero*) *punico malo, priusquam grana facias, cum alumine pinsito, superfusoque aceto vel aeris aerugine* (lego *rubigine* cum scriptis) *infricta vel combusta galla cum austero*

Digitized by Google

austero vino leuigata et superposita (vet. Cod. *inlita*) *tuberculum, cui subest vermiculus, ferro quam acutissime* (lege *cautissime*) *circumsecari oportet, ne dum amputatur, etiam quod infra est, animal vulneremus.*

739 *Qui perflant omnia venti*] Haec scriptura a scriptis nullis confirmatur. Plerique veteres *praestant omnia*, vel *praebent omnia*. at prim. et tertius Mediceï, Oxonien. prim. Hamburg. prim. Twisd. et duo alii *praestant nomina*. septem alii pro diversa lectione eandem scripturam quoque exhibent. vere. nec abludit Arondelianus, in quo *praebent nomina*. Adonidis enim cruor in anemonem florem mutatus est. qui flos ἀπὸ τοῦ ἀνέμου nomen deducit. quo alluſit Noster. Vera scriptura huius loci iam mihi puero olim deprehensa ex Leidensis bibliothecae codice. de qua me monuerunt postea Desiderius Heraldus et Iohannes Peyrarędus. de ea quoque iam Lectorem monuit Aegidius Menagius, magnum Galliae suae ornamentum, in erudito et ingenioso opere, quod Gallicas Origines inscripsit, et ad Poëmata Malherbae p. 394, vbi de Anemone agit. appositе Plinius lib. XXI. 23 de anemone: *Flos nunquam se aperit, nisi vento spirante, vnde et nomen accepit.* Sed et Fabricius Lutetia mihi scripsit ita hunc locum restitutum a Cl. Sarrauio, viro longe humanissimo.

METAMORPHOSEON

LIBER VNDECIMVS

2 *Ducit*] Haec vera scriptura, perperam alii codices *traxit*, vel *duxit*. Redde et Propertio hoc verbum lib. III Eleg. II *Orpheus, te duxisse feras, et concita dicunt Flumina Threïcia detinuisse lyra.* vulgati *Orpheu te tenuisse, Orphea detinuisse.* inconcinnę prorsus, cum idem verbum in pentametro proximo repetatur. Horatius de Orpheo lib. I Od. XII *Blandus auritas fidibus canoris Ducere quercus.* et lib. III Od. II *Tu potes tigres comitesque siluas Ducere.* Caeterum in optimo fragmento Spirensi *saxa sequacia duxit.* probe, quomodo et Sidonius Apollinaris de Orpheo carm. XVI.

6 *Leues auras*] *Leuem auram* meliores. et pro *En, ait, en hic est* Bernegger. Rottendorph. et vnus Mediceus cum vno Regio *hic, hic est.* vt in Amoribus III. 120 *Atque, ait, Hic, hic est, quem ferus vrit amor.* Claudian. Epith. Hon. 319 *Hic est, hic Stilico.*

17 *Tympanaque et plausus*] τὸ *et* abest ab Oxon. et vno Med. Lege *Tympanaque plaususque.* quomodo et ex suis scriptis Gebhardus.

Digitized by Google

18 *Obſtrepuere ſono*] *Sonum* Vrbin. Caeſen. prim. Moret. ſec. Palat. octo alii. *ſonos* vnus Moreti et Voſſii. quod tantundem eſt. alius Medic. *ſonis*. fragm. Boxhornii *ſoni*. *Obſtupuere ſonum* octo alii. prim. Reg. et Zulichem. *Obſtruxere ſonum*. Apud Claudianum libro III in Stilic. 36 pari modo in multis probae notae membranis: — *nulli pars aemula defuit vnquam, Quae grauis obſtreperet laudes*. non *laudi*, quod eſt in vulgatis. et ſane ſic locutus videtur Claudianus ad vitandam verborum obſcuritatem, quam praeuidebat, ſi τὸ *laudi* τῷ *nulli* conſtrueretur. Virgilius in Culice: *Et quanquam geminas auium vox obſtrepit aures*. Symmachus lib. II Epiſt. XXXXVIIII *Obſtrepentes imbecillitatem querelae*. ſic *oblatrare ſenatum* Varro apud Silium Italicum dicitur libro VIII. 251.

26 *Vt matutina*] Multi ex melioribus *Cum*. Scribe *Ceu*. vt bene prim. Vatican. et Calandrae excerpta.

27 *Fronde virentes*] *Virenti* Cantabrig. prim. Palat. Arond. excerpta Iureti et decem alii. de quo loquendi modo differunt inter alios copioſe A. Gellius lib. V. 8. Macrob. Saturn. VI. 8. Apud Perſium Sat. V. 116 *Fronte polita*, non *politus*, in multis antiquis codicibus.

29 *Direptos arbore ramos*] *Dereptos* malim. vide Amor. lib. I Eleg. V. 13 quae noto.

32 *Multo fructum ſudore*] *Merito ſudore* vnus Gronou. non ineleganter.

37 *Cornuque minati Diuellere boues*] Haec vera ſcriptura eſt, non *minaces*, aut *Diuulſere*. *Diuellere* recte prim. Palat. Cantabr. Oxon. Thuan. vterque Erfurt. et alii duodecim. Adi Notas ad Epiſt. VI. 104 et VIII Met. 583. Catullus de Bacchis LXIIII. 257 *Pars e diuulſo iactabant membra iuuenco*. Sic Canidiam et Saganam veneficas Horatius lib. I Sat. VIII inducit: — *Scalpere terram Vnguibus, et pullam diuellere mordicus agnam. Bacchatim diſcerpere* Apuleius dixit Mileſ. libro primo. Apud Prudent. lib. I contra Symmachum: *Virides chelydros ore diſcindunt bacchantes*. Sic teſte Firmico contra Gentes p. 9 *Laniabant in Bacchi ſacris taurum dentibus*. et Arnob. lib. V. *Bacchanalia praetermittemus* etc. *in quibus caprorum reclamantium viſcera cruciatis oribus diſſipatis*. vbi vid. interpretes, et Heſychium, et Suidam in ταυροφάγος, et hinc intellige Stat. Achill. I. 594 *Huius in vmbra Alternam reuocare piae trieterida matres Conſuerant ſciſſumque pecus terraque reuulſas Ferre trabes*. et lib. IIII Theb. 659 *Poſt exultantes ſpolia armentalia portant, Semineceſque lupos, ſciſſaſque mimallones vrſas*. et lib. II. 83 *Illis ſemianimum pecus, excuſſaeque Leonum Ore dapes, et lacte nouo domuiſſe cruorem Luxus, at Ogygii ſi quando afflauit Iacchi Saeuus odor, tunc ſaxa manu, tunc pocula pulcbrum Spargere, et immerito ſociorum ſanguine fuſo Inſtaurare diem feſtasque reponere menſas*. et v. 614 *Hunc vtero quondam Dryope Phoeniſſa grauato Rapta repente choris, onerisque oblita, ferebat. Dumque trahit prenſis taurum tibi cornibus Euan, Procidit impulſus nimiis conatibus infans*. Vid. Apoſtol. prouerb. p. 230.

Digitized by Google

45 *Te rigidi silices*] *Rigidae* prim. Ambros. et duo alii. iam monitum ad lib. VIIII. 225.

47 *Tonsa comas*] *Comam* quatuor veteres cum Berneggeriano. ex vetustioribus multi *coma*.

49 *Habuere*] *Habuisse* vnus Moretl. Scribe *Naïdas et Dryadas, passosque habuisse capillos*, et refer ad *τὸ dicunt*.

55 *Litore*] *Litora* Spirensis. adi Notas infra lib. XIII. 730. Pro *Methymnaeae* alii codices *Methymnaei*. de quo Vossius videndus Analogiae lib. I. 2. Apud Maronem *Ostriferi fauces Abydi*.

56 *Hic ferus exposito*] *Os petit* vera lectio. Caeterum versus proximus ex auctoritate optimorum codicum hinc ablegandus est: *Lambit et hymniferos inhiat diuellere vultus*. In codice Vossiano pro hoc versu erat: *Extemplo morsu cedit laniare ferino*, credo pro *cepit laniare*. Ioannes Gulielmus Capoferreus censet ex duobus versibus conficiendum vnum, hoc modo: *Os petit, et sacros inhiat diuellere vultus*. cum de *capillis* otiosam mentionem esse contendat. Pro *sparsos stillanti* in antiquis multis *sparso stillantes*.

63 *Vinis*] *Alis* alter Twisdenianus. vt *alas* pro brachiis ponat. adi Notas lib. VIII. 818.

70 *Quae videre nefas*] Rectius *fecere* prim. Reg. prim. Med. prim. Basil. excerpta Moreti cum sex aliis. Stat. XII Theb. 802 *Thyades amentes, magnum quas poscere credas, Aut fecisse nefas*.

75 *Trepidans adstringit vincula motu*] *Trepidus* Barberin. in Bernegg. *trepid*... additis postea manu recentiori tribus vltimis literis *ans*. supra lib. III. 125 monui scribendum: *Plangitur, ac trepido substringit vincula motu*. Sic *substricta ilia* dat canibus venaticis lib. III. 216. et lib. XI. 752 *substricta crura* mergo. Possis et *Trepidans adstringit vincula motus*. Senec. III de Ira c. XVI *Sic laqueos fera dum iactat adstringit, sic aues viscum, dum trepidantes excutiunt, plumis omnibus illinunt*.

76 *Sic quaecunque solo*] *Sic vt quaeque* prim. Vatican. vnus Patau. et vnus Voss. lib. VII. 339 *His vt quaeque pia est hortatibus, impia prima est*.

80 *Succedere suras*] *Succrescere* in multis veterum. etiam bene. vt lib. VIIII. 352 — — *succrescit ab imo Totaque paulatim lentus premit inguina cortex*.

83 *Porrectaque brachia veros Esse putes ramos*] Plurimi ex vetustioribus *longos quoque brachia veros*. vel *brachia tandem*. prim. Basil. et Bernegger. *veros quoque brachia longa*. tert. Med. *longos quoque brachia vera*. Puto *brachia vara*. vel *porrectaque brachia varos esse putes ramos*. Vide Notas lib. VI. 625.

86 *Timoli*] *Tymoli*. Graecis Τυμῶλος καὶ Τμῶλος.

92 *Midam*] Meliores *Midan*. *traxere* etiam pro *duxere* Arondel. vt apud Virg. II. 403 *Ecce trahebatur passis Priameia virgo Crinibus*.

98 *Laetus*] *Lentus* Argentinensis. quod verum puto. Calpurn. Eclog. VII *Lentus ab vrbe venis Corydon, vicesima certe Nox ruit*,

Digitized by Google

euit, *ut noſtrae cupiunt te cernere ſiluae*. ita lego, non *nox fuit* vt nunc circumfertur. Pro *vndecimus* vnus meus et Gronou vnus habent *vndenus*. Amor. I Eleg. I *Muſa per vndenos emi dulanda modos*.

100 *Huic deus optanti gratum*] *Optandi* cum ſcriptis melio ribus. muneris videlicet. Pro *altore* Vrbinas *alitore*.

106 *Gaudesque malo Brecyntbius heros*] *Dato* Cantabrig. e prim. Reg. *datis* alter Hamburg. vt lib. VIII. 363 *Myrrha dati mimium gaudet*.

107 *Pollicitisque fidem*] *Pollicitisque* excerpta Iureti et vn Medic. tertius *Pollicitoque*. vnus Baſil. et vnus Argent. *Pollic ſaque*. Lege *Pollicitamque*. quomodo poſtmodum in alter Twiſdenio exatatum offendi. lib. III Faſt. 366 *Pollicitam dili Iupiter adde fidem*. ſic et *pacta fides* paulo poſt.

108 *Fronde*] *Fronte* quatuor. vide notata lib. X. 91.

111 *Contigit et glebam*] Puto *ut glebam*. et mox *Aurea mel erant*; nempe *ariſtae*, pro *eraſe*.

114 *Heſperidas donaſſe putes*] Quatuor Heſperides memora tur. Earum nomina apud Apollodorum, Αἴγλη, Ἐρυθία, Ἑσπερ Ἀρετθοῦσα. Hygino Fabularum initio tres, Aegle, Heſperi Aerica. ſed legendum eſt *Erythia*. Seruius ad lib. III Aen. 48 ex Heſiodo tres itidem recenſet, Aeglen, Arethuſam, Heſper ſam. Fulgentius Planciades de Continentia Virgiliana quatue Eglen, Heſper, Meduſam, Eretuſam. Sed ſcribendum ex Seru *Aegle*, *Heſperuſa*, *Arethuſa*. Apud Scholiaſten Statii Theb. tres ſunt, Aegle, Arethuſa, Heſperie.

124 *Admoto dente nitebat*] *Nitebant* veteres multi. nem dapes. quod rectius *premebat* Florent. S. Marci, Neapol. Ba negger. ſec. Palat. prim. et tert. Medic. excerpta Iureti aliq complures. quod Naugerius in poſtrema editione expreſſit. eſſet ſimile illi *lentus premit inguina cortex*, pro *tegit*. *Prem bam* fragment. Theat. et duo Leidenſes. *carebant* alius Leiden *rigebant* codex Politiani et octo ex noſtris. *negabat* Aroudel. vnus ex Mureti libris. *negabant* ſec. Med. Forte *crepabant*.

128 *Quae modo voverat*] Puto *quas*, nimirum opes.

130 *Et inuiſo merito*] *Meritus* cum pleriſque ſcriptis.

133 *Speciſoque eripe damno*] *Pretioſo* tres libri. ſed fruſtra. Hyginus in hac Fabula cap. CXCI *Cum iam fame cruciaretur petit a Libero, vt ſibi ſpecioſum donum eriperet*. vbi *ſpecioſum damnum* teſcribi oportere exiſtimo, vt Ouidii verba expreſſe quod frequenter facit.

134 *Mite deum numen*] Pro mitiſſimum deorum numen. *magna deorum* et ſimilia. Vt tamen, quod res eſt, dica opinor Naſonem dediſſe: *Mite reum numen Bacchus peccaſſe fa tentem Reſtituit*. alluſum ad confitentes reos. Noſter in Pon cis II. 6. 8 *Aſpera confeſſo verba remitte reo*.

135 *Factique fide data munera ſoluit*] *Pactique* ſec. Medi et pro diuerſa lectione Neapolitanus. quomodo et in Berneg tiano videbatur a manu prima fuiſſe. In eodem Neapol. P

Digitized by Google

rò fide erasa erat vna litera. *fidem* fuisse primo opinor. quomodo Moreti primus, prim. Bonon. et vnus ex meis. *factaque fide* prim. Hamburg. fragmen. Theat. et duodecim alii. *fatique fide* tert. Medic. *factamque fide* prim. Gronou. Scribe — *pactamque fidem, | data munera soluit.* vel *pactique fidem.* elegans appositio. Epist. VI. 41 *Heu vbi pacta fides? vbi connubialia iura?* Fast. III. 485 *Heu vbi pacta fides? vbi quae iurare solebas?* Epist. XX. 70 *Coniugium pactamque fidem, non crimina posco.* Phaedrus lib. III Fab. III *Si pactam fuci non recusassent fidem.* Seneca Hippolyto 953 — *redde nunc pactam fidem Genitor. moraris?* Phoenissis tamen, v. 280. *Spernitur pacti fides.* Dictys Cretensis lib. II. 20 *His actis fidem pacti, quod cum Polymnestore interceserat, traditumque Polydorum refert.* et postea cap. XXXXVII *interposito sacrificio fidem pacti firma vere.* lib. V. 10 *veriti ne qua pacti fides apud Barbaros dissolueretur.* Posset et *rata munera* legi.

136 *Maneat circumlitus auro*] *Maneas* sec. Pal. Arondel. Florent. S. Marci, Neapol. aliique non pauci.

138 *Perque iugum ripae labentibus obuius vnis*] *Vitae* Florentinus S. Marci et Spirensis. in Neapol. erasa est vetus lectio in primo Regio, optimo Thuan. et aliis duobus est *montis.* Puto *Perque iugum Tmoli.* ἡ δ' Παντωλὶς ἀπὸ τοῦ Τμώλου Strabonis lib. XIII. quod ipsum alii etiam Geographi confirmant. nisi pro *ripae* mauis reponi *rupis.* vt Tmolus subintelligatur. Sic *praerupia*, vel *praeripia, fluminum* Apuleius in Apologia dixit, si sana est lectio. *iugum rupis,* vt *iugum montis* passim apud Scriptores.

147 *Montanis habitantem semper in antris*] *Aruis* Florent. S. Marci, Thuan. Neapol. Oxon. Arondel. sec. Palat. et alii complures. sed frustra. Val. Flaccus lib. III. 48 *Pan, nemorum belliqué potens, quem lucis ad ortum Antra tenent.*

151 *Tmolus in ascensu*] *In accessu* Frag. Theat. et duo alii.

158 *Aures liberat*] Ita Auctor Moreti: *Geminos tum veste lacertos Liberat.* ita *vagina liberare ensem.* vide ad lib. X. 475.

159 *Et pendent circum caua tempora glandes*] *Baccae* secundus Moreti, vt *baccas* quernas pro glandibus posuerit.

161 *Insonat ille*] *Intonat* prim. Medic. bene.

163 *Retorsit*] *Resoluit* perperam in antiquis plurimis.

167 *Distinctamque lyram gemmis*] *Instructamque lyram* Oxon. quart. Medic. et decem alii. *Distinctamque fidem* Bernegger. et vnus Medic. *Instructamque fidem* Florent. S. Marci, Spirensis et vnus Vatican. quod amplector. vide Notas Fast. II. 318. Pari modo Lyra Apollinis a Marsya describitur apud Apuleium Floridorum I. *Quid quod et Lyra eius auro fulgurat, ebore candicat, gemmis variegat.* vbi *variegatur* malim. quomodo non semel alibi Apuleius. *Gemmisque* etiam vnus Moreti.

176 *Villis albentibus*] *Ardentibus* S. Marci et Spirensis. in Neapol. et vno meo erasa vetus lectio. Forte *villis horrentibus.* vt lib. II. 478 *Brachia coeperunt nigris horrescere villis.* Apuleius de se in asinum mutato: *Aures immodicis horripilant auctibus.*

Digitized by Google

bus. libro quoque VIII apud eundem, in descriptione apri, [illegible] bendum puto: *toris callosa cutis obesus pilis inhorrentibus* (vel *ori*) *squallidus.* non *corio.* nam cum *cutem* modo de apro, *corium* odiose et patum propria locutione subiungat. V tamen *albentibus* apud Nasonem in *Horrentibus* nil necessari mutari. nam et Persius Satyra prima de auribus asininis: *Nec nus auriculas imitari mobilis albas.* ita scribe ex optimis m branis, non *imitata est.*

177 *Instabilesque illas facit*] *Imas* Florent. S. Marci, Nea Bernegger. prim. Ambros. *ime* prim. Palat. prim. Reg. et duo *imo* Thuan. opt. Spirens. sec. Palat. et alius. bene. consule N libro V. 588.

180 *Ille quidem celare cupit, turpique pudore*] Sec. Palat prim. Basil. *turpemque pudorem.* vt sit appositio. sed duo M codices, Arondel. Oxon. prim. Bonon. Zulich. et vnus Voss. *quidem celat, turpique onerata pudore Tempora purpureis te velare tiaris.* neque aliter scripserat Ouidius. auritum M caput eleganter dixit *turpi onerata pudore tempora.* sic lib. Fast. 219 Cybele dicitur *caput turrifera onerata corona,* vt dam codices.

202 *Cumque Tridentigero tumidi genitore*] MSS. quidam *flore.* alii *domitore.* vt Virgil. V. 799 *Tum Saturnius haec mitor maris edidit alti.* at apud Stat. Achil. I. 61 Thetis Ne no: *o magni rector genitorque profundi.* et Val. Flacc. IIII. *Pater maris. Tridentifero* etiam quidam codices. vt lib. V 595 *Regna vagae sortite tridentifer vndae.*

203 *Phrygiaeque tyranno Aedificat muros, pactus pro m bus aurum*] *Phrygioque* meliores, et *Aedificant pacti aurum, pacto auro.* quod posterius amplector, vt a pango, pepigi, d natur. quod pro paciscor subinde ponitur.

207 *Inquit*] *Infit* prior Twisdenius, vt alibi.

210 *Et fluctibus obruit agros*] *Arua* prim. Palat. Vatic. Gronou. Cantabrig. aliique complures. rectius. quia *agricolis* ante praecesserat.

213 *Dictos*] Male codices nonnulli *pactos,* vel *doctos. promisse* parum differunt. sic *dicere dotem,* de quo ad VI Fast. *legem dicere,* de quo ad Epist. XII. 39. *dona* et *praemia* de quo copiose ad Maronem lib. V et XI.

219 *Iouis esse nepotem contigit haud vni*] *Nepoti* Flore Marci et vnus Mediceus. vere et eleganter. quo et Neapoli alluditur, in quo *nepote.* Adi Notas ad v. 64 Epist. XIIII.

221 *Dea, dixerat, vndae*] *Vdae* in nonnullis.

222 *Qui fortibus armis Acta patris vincet*] *Fortibus actis* Basileensis, prim. Gronou. Oxon. Bernegger. et quinque alii. cte. vide Notas ad Epist. VIII. 44. Recte etiam *iuueni,* pro *nis,* excerpta Langermanni et prior Strozzae.

226 *Fugit*] *Vitat* multi ex melioribus.

227 *Inque sua*] *In suaque* iidem.

Digitized by Google

233 *Nec remoratur iter*] Prim. Palat. Vrbin. et duo Ambros. *aquis*. nec remoretur aquis vestigia. Pro. *Haemoniae* paulo ante Zulich. *Emathiae*. pro *ubi foret* puto scribendum *qui si foret*.

238 *Vt somno victa iacebas*] *Victa* Florent. S. Marci, Bernegger. prim. Med. prim. Basil. prim. Erfurt. et sex alii. ita passim poëtae. *Molli deuinctus lumina somno* apud Catullum. *Dulci deuinctus lumina somno* apud Virgilium in Ciri. Moschus Europa: Ὕπνος ὅτε γλυκίων μέλιτος βλεφάρεσσιν ἐφίζων, Αὐσιμελὴς, πεδάᾳ μαλακῷ κατὰ φάεα δεσμῷ. Lucret. libro IIII *Denique cum suaui deuinxit membra sopore Somnus*. apud Columellam libro X *Profugos uinctura papauera somnos*. in Catalectis Pithoei: *Nymphius aeterno deuinctus membra sopore Hic situs est*. apud Nostrum lib. I Fast. 422 ex antiquis codicibus: *corpora uincta sopore*. Ammianus lib. XXV *Quos securitas placido uinxerat somno*. sed modus exemplorum non esset. Hinc somnus δεσμὸς Graecis dictus. ita Aristoteles non semel in libro de Somno et Vigilia. Orpheus Hymno in somnum: Σώματα δεσμείων ἐν ἀγκαλιδώτοισι πέδῃσι. simile quid apud Homerum, etiam videor legisse. pari modo *alligare artus somnus* Senecae dictus Hercule Furenti: *Sopor indomitos alliget artus*. Valerio quoque Flacco et aliis. Apuleius Met. VII *Colligatos adhuc uino magis, quam uinculis deprehendimus. Mentem uincire Lyaeo* Propertius libro III Eleg. IIII. sic et *amore uinciri*, et *amoris uinculum*. de quibus dictum Fastor. IIII. 224.

243 *Sed modo tu uolucris*] *Si modo* vnus Gronou. *Nam* alter Hamburg. Puto: *Seu modo tu uolucris; uolucrem tamen ille tenebat, Seu grauis arbor eras; haerebat in arbore Paleus*.

250 *Aeacide*] *Aeacida* vnus Vossian. et prim. Twisden. at prim. Erfurt. *Aeacidae*. propius vero. dixi Epist. III. 87.

251 *Cum gelido sopita quiescit in antro*] *Rigido antro* Florent. S. Marci, vnus Medic. et vnus Bononiensis. *quieuerit antro* etiam primus Gronou. et vnus Basileensis cum Iureti excerptis. multi alii *quiescet*.

257 *Inclinatoque petebat etc.*] *Tenebat* meliores. vt in Fastis lib. II. 364. *Medias sole tenente uias*. lib. IIII. 686 — *hac Hyades Dorida nocte tenent*. Adi Notas lib. III Fast. 219.

259 *Cubilia fluctu*] *Ponto* cum melioribus. nam *fluctus* iam praecesserat. Florentinus tamen S. Marci, Neapol. et vnus Bonon. *saxo*. apud Virgilium IIII Georg. 429 de Proteo in simili narratione: — *Consueta petens e rupibus antra*.

262 *Sensit et in partes diuersas brachia tendit*] *Sentit* praestantiores. nonnulli *tendens*. vt libro V. 419 — *in partes diuersas brachia tendens Obstitit*. At in margine Gryphianae editionis *tendi*. quod placet. in partes diuersas tenduntur brachia, quando ligantur post tergum. Forte tamen *in partes auersas brachia tendi*.

267 *Crimina Phoci*] *Fratris* Arondelian. Langerm. et vnus Basil.

Digitized by Google

270 *Regnum regebat*] *Tenebat* cum meliotibus. paulo
285 — *nec inhospita regna tenemus.* Fasti III. 271 *Regn*
nent forteſque manu pedibuſque fugaces. ita paſſim Na
aliique.

278 *Adeundi tecta tyranni*] *Prima* prim. ſec. Palat. prim.
tican. Cantabr. Oxon. Calandr. Graeuianus et alii decem. ſeq
Stat. III Theb. 58 *Vt primum inuiſi cupido data copia regi*
Noſter VI. 447 *Vt primum ſoceri data copia.*

279 *Quis ſit*] *Qui* meliores. bene. et mox *Mentituſque* pr
Moreti aliique multi. probe.

285 *Adiicis huic animo monumenta potentia*] *Momenta* l
hendum, atque ita vnus Voſſii et vnus Gronouii pro diuerſa
ctione. eandem vocem repoſui Pont. IIII Eleg. XIII *Quanta*
es praebe noſtrae momenta ſaluti. Guntherus Ligur. II *Pi*
lies magnis momenta potentia coeptis Addidit. et ſic ille
quenter.

287 *Tuaque haec pro parte vocato*] *Videto* cum prim. Pa
prim. Vatican. Cantabrig. prim. Reg. Neapol. Vrbin. altero H
burgenſ. Norico et quatuor aliis.

293 *Vir fuit, et tanta eſt animi conſtantia, quantum*] *A*
quanta eſt animi conſtantia, tantum. ſed quoquo modo legas,
Latinus eſt verſus, quem ſi tollis omnia erunt plana. Praet
illos duos verſus, qui mox ſequuntur, quorum initium
virtus, auferendos cenſeo, cum Naſoniano nitori non re
deant et ſuperflui ſint. Pro *pacis tuendae* omnes noſtri, vno
roque exceptis, *tenendae.*

301 *Nata erat huic Chione*] Quae aliis Philonide dicta,
Hygino Fab. CC. et eidem Fab. CLXI Leuconoë Lu
filia.

302 *Mille procis placui*] *Procis placuit* duo veteres et ed
nes nonnullae. vt Epiſt. VII. 123 *Mille procis placui.*

310 *Praeceptaque gaudia*] *Praeceptaque* quatuor libri ver
vide Notas Epiſt. XVII. 107.

319 *Progenitore Tonante*] *Tonanti* meliores. Forte et
bendum *eſſe fatae prodeſt*, non *fatam.* Adi Notas in N
v. 107.

326 *Lingua iacet*] *Tacet* ſex ſcripti cum opt. Thuan.

328 *Quam miſer amplexatis ego tunc etc.*] *Quam miſere*
tas ſcripti plerique, et recte. niſi quod ſcribendum *Quem*,
in vno Palatino *Quem miſero o pietas.* Deinde pro *patrio*
nulli *patriumque.* Bernegger. et Rottendorph. pro diuerſa le
ne *patruique.* quomodo prim. Medic. et quatuor alii in ipſo
textu. at Arondel. prim. Baſil. Iunian. Medic. chartac. frag.
horn. prim. Bonon. ſec. Vatic. *Patruo.* nihil verius. *Corde pa*
eſt corde forti, vel duro. ſic apud Horatium II Sat. III
patruus mihi. Vide omnino quae notauimus Amor. libro
Eleg. VI. 49. Praeterea cum in multis veterum ſit *miſera*
tas, vel *miſero o pietas*, cenſeo ſcribendum *miſera o pietas*
parentheſin: *Quem* (*miſera o pietas!*) *ego tum patruoque*
lor

Digitized by Google

lorem Corde tuli, fratrique pio ſalatia dixi. ſic apud Senecam Oedip. v. 19 *Pro miſera pietas! eloqui fatum pudet.* Hercule Oetaeo 1027 *O miſera pietas! ſi mori matrem vetas, Patri et ſceleſtus.* et paulo poſt 1171 *O miſera virtus! ſummus Alcidae dies Nullum malum proſternit.* Hippolyto 903 *Pro ſancta pietas, pro gubernator poli.* Prudentius Hamartigen. de Abſolone: *Auſus in auctorem generis qui ſtringere ferrum (Ah pietas!) ſignis contraria ſigna paternis Egit, et vnius commiſit ſanguinis arma.* Quinctilianus Declamatione IIII. 2 pro filio: *Fidem veſtram, Patres Conſcripti, ne quid amplius de miſera pietate ſperetis.* Declam. V. 1 *Quicquid miſerae pietatis impatientia feci, querela malo defendere.* (Ibidem paulo poſt: *pro inconſulta pietas!*). mox cap. IIII *Tenuit inter illos inexplicabiles doloris aeſtus perquam longa pietas miſera conſilium.* et: *Tentata eſt miſera pietas, et placuit hoc quoque addi calamitatibus noſtris.* Declam. X. 12. *Aliquis (o pietas!) ſepultus et conditus.* Euſthenius in Ciceronis mortem: *Hunc tamen (o pietas!) tres occidere tyranni.* Vetus Epigramma: *Luderes in viridi dum ceſpite, Lycius infans Propter aquam (ah pietas!) ictus ab angue cadit.* Pro *ſolatia* opt. Thuan. et duo alii *ſolamina*, vt ſaepe alibi Noſter.

335 *Preſſa cervice gerenti*] *Laeſa* prim. Baſil. quart. Medic. Arondel. Oxon. et octo alii. *Laeua* ſec. Palat. *paſſa* Iunian. nimirum *ſpicula crabronum.* ſic libro VII. 274 *Ora caputque novem cornicis ſaecula paſſae.* libro XIII. 117 — *tam raro praelia paſſus Integer eſt clypeus.* Senec. Epiſt. LXI *Vticenſium quoque fides malis paſſa et fracta deficit.* quomodo in antiquis membranis Gronouius exſtare monet Diatribes Statianae cap. XXXXV. Apud Tertullianum de Pallio: *iubae pectinem paſſae.* in libro quoque IIII Pont. X. Eleg. Farneſianus codex habet: *Et teritur paſſa vomer aduncus humo*, pro *preſſa*. inf. XIIII. 274 *lacte coagula paſſo.* Pro *repulſus* paulo ante Boxhornii fragmentum *reuulſus.*

338 *Effugit ergo omnes*] Hunc quoque verſum eſſe adulterinum vix dubito.

341 *Saſtulit alis*] *Suſtinet* prim. Gronou. prim. Hamburg. excerpta Iureti et decem alii. lib. IIII. 411 *Sſtinuere tamen ſe perlucentibus alis.*

349 *Et Peleu, Peleu*] *O Peleu* tres. vnus Voſſii *En.* Arondel. et quatuor alii *Heu.* placet. niſi mauis *Et Peleu, heu Peleu.*

351 *Pendet, et ipſe metu trepidi Trachinius oris*] *Trepidat Trachinius heros* vetuſtiores. aliquanto rectius, ſed et hunc verſum cum aliis ſpuriis ex hac purpura cenſeo ablegandum. Niſi mauis *trepidus Trachinius haeres*, de vſu τοῦ *pendere* hac ſignificatione, videantur quae doctiſſimus Pricaeus notat ad Euangelium Lucae cap. XII. 19.

356 *Campos ſpectabat*] *Campum* Neapol. tert. Medic. et quatuor alii. vt lib. I. 41 — *campoque recepta Liberioris aquae.* Deinde *illuc et iſtuc* nonnulli.

Digitized by Google

363 *Denſis obſeſſa ſulcibus*] *Raris* plurimi ex vetuſtioribus. vt apud Virgil. Eclog. V —— —— *Aſpice vt antrum Silueſtris raris ſparſit labruſca racemis.* et Eclog. VII *En quae vos rara viridis tegit arbutus vmbra.* Noſter ipſe Epiſtola X. 25 *Mons fuit, apparent frutices in vertice rari.* Cornelius Nepos Vita Alcibiadis: *Namque arbores multis locis erant rarae, hoc conſilio vt et montium tegerentur altitudine, et arborum tractu equitatus hoſtilis impediretur.* Florus lib. IIII. 12 de Sarmatis: *Nihil praeter niues raraſque ſiluas habent.* Videtur tamen ſcribendum *veris*, vel *canis, ſalictis*, vt lib. V. 596 *Cana ſalicta dabant nutriſque populus vnda Sponte ſua natas ripis decliuibus vmbras.* Lucanus libro IIII. 131 *Primum cana ſalix madefacto vimine parvam Texitur in puppem.*

365 *Inde fragore graui ſtrepitus*] Alii *grauis*, vel *graui ſtrepitu.* excerpta Calandrae *grauis crepitans.* Lege *graui ſtrepitans* cum Langermanniano et nonnullis editionibus. Spirenſis *ſtrepita.*

367 *Oblitus eſt ſpumis*] *Et ſpumis* bene meliores. *ſpiſſo* etiam *ſanguine* Oxon. ſec. Palat. et alii quatuor. de quo lib. X. 508. Denique *rictus fulmineos* Calandr. Bernegger. prim. Gronou. et octo alii cum editione Gryphiana. probe. vt *os fulmineum* IIFaſtor. 232. *Obſitus* quoque Ciofanus in ſuis inuenit, quod nolo reiicere. Stat. IIII Theb. 616 *Obſitus exhauſtos pedore et ſanguine vultus.* ita cum MSS. lege. et lib. VII. 474 *Ecce truces ocitos ſordentibus obſita vanis.* libro tamen V. 310 idem: *Oblita craſſo Cuncta rubent tabo.*

371 *Diramque famem finire*] *Lenire* prim. Reg. *ſentire* Cantabrig. at ſec. Palat. Iuret. Oxon. et multi alii *ſedare.* vt lib. XV. 83 *Carne ferae ſedant ieiunia. Sedare ſitim* Solinus c. XXXII. Macrobius VII Sat. 4 *Socrates ſundere ſolitus erat illos cibos potuſue vitandos, qui vltrà ſitim famemue ſedandam producunt appetentiam.* ſic et *placare ieiunia* et *famem* alibi dixit. prim. Gronou. prim. Vaticam. et ſex alii *ſatiare.* Cantabrig. pro diuerſa lectione *ſaturare.* vt libro X. 541 —— *armenti ſaturatos caede leones.* Statius Achilleid. II. 385 *Vberibus ſaeuiſſe famem.* Claudian. III Laud. Stil. 121 *Manantes ſanguine rictus Non ſatiauit aquis.* Inde tracti loquendi modi: *Saturanter euarrare* apud Fulgentium, et *ſatiate dicere* apud Tertullian. de quibus Salmaſ. ad Solinum p. 416. *Finire* tamen *ſitim* Horat. dicit lib. II Ep. II *Si tibi nulla ſitim finiret copia lymphae.*

372 *Sternitque haſtiliter annes*] *Omne* cum Florentino S. Marci et vno meo.

374 *Sanguine tirus, Vndaque prima rubet*] *Rubent* cum Rottendorphiano. et ſic Naugerius in poſtrema editione expreſſit.

377 *Cuncti cohimus ad arma*] *Et arma* plerique veteres. vt iam alii monuerunt. Virgil. Aen. VII. 460 *Arma amens fremit, arma toro tectiſque requirit.* libro XI. 453 *Arma manu trepidi poſcunt, fremit arma iuuentus.* Statius III Theb. 348 *Improuiſus adeſt Tydeus, et poſtibus aulae Vociferans, Arma, arma, viri.* Theb. XI. 309 *Nec mihi difficilis praeſens vindicta, ſed*

Digitized by Google

sed arma, Arma prius famuli. Seneca Hercule Furente 1241 *Arma, arma, Theseu, flagito propere mihi Subtracta reddi.* Sidonius Panegyrico Auiti 260 —— *tandem prorumpit: et arma, Arma fremit.* Silius lib. XI. 153 —— *furiata iuuentus Arma, arma, Hannibalemque volunt.* ita habent optimae membranae. idem libro XII. 168 —— *arma, cruentus Hostis adest, capite arma viri.* Noster ipse lib. XII. 241 ex antiquis membranis: *Certatimque omnes vno ore, Arma, arma, loquuntur.* Plura Zinzerlingus Promulsidis Criticae cap. LI.

381 *Damna fuo*] *Sua* vetustiores, vel *fui.* posterius amplector. *Damna fui* pro sua damna. lib. VIIII *captus amore mei.* pro meo.

385 *Totos*] *Tortos* multi veteres. sed nihil muta. nondum plene ornata. quanquam de *tortis capillis* probe memini, qui passim apud scriptores occurrant.

386 *Dificit hos ipfos*] Libri veteres magna ex parte *Difficit.* quod applausores suos inuenit. vetustissimi tamen *Dificit.* nil muto. Silius lib. II. 558 *Cui vultus induta pares, difectaque crinem Eumenis, in medios corrupit turbida voctus.* et lib. V. 203 *Difectaque crinem Illacrymat Venus.*

388 *Ve finues in vna*] *Conseruet* opt. Thuan. et vnus Vossian.

393 *Arce locus fumma, feffis lcos grata carinis*] Quam inconcinnum *locus* et *loca* in vno eodemque versu! Scribo igitur *Arce focus fumma.* Pharon designat, seu turrem, ex qua nocturni ignes in vsum nauium lucebant. Hanc coniecturam postea primus Vatic. confirmauit, ita tamen vt erasa quodammodo esset vetus et genuina scriptura. in altero etiam Twisdenio a manu prima *phocus.* an *pharus* scripserat Naso? vt apud Val. Flaccum VII. 83 *Non ita Tyrrhenus ſtupet Ioniuſque magiſter, Qui portus, Tyberine, tuos, claramque ſerena Arce Pharon praeceps ſubiit.* et Statium libro III Silu. V. 105 *Thelebounique domos, trepidis vbi dulcia nautis Lumina nocturnae tollit Pharus aemula Lunae.* Iuuenal. Sat. XII. 75 *Tandem intrat poſitas incluſa per aequora moles, Tyrrhenamque Pharon.* Rutil. I. 404 *Lumine nocturno conſpicienda Pharos.* Sed *focus* praestat. nisi *faces* manis. Potest et *foci.* nam sec. Palat. et Vrbin. *loci.* quod in suis Constantius etiam Fanensis inuenerat.

401 *Sed enim irreuocatus*] *Reuocatus* plerique vetustiores. et recte, aut per Thetidem reuocatus, aut per Peleum eiusque comites.

412 *Hominum oblectamina*] *Homini lactamina* Sixianus. venuste. nam spe vana homines lactabant et ludebant. apud Apuleium Met. VIII *Cunctis tamen mentitae pietatis officiis ſtudium contrectandae mulieris adbibere, adioſumque amorem ſuum lactando nutrire.* sic lego, *non delectando.* quae sequuntur aeque mendosa sunt: *ſed officiis inferialibus ſtatim factis, puella protinus feſtinat ad maritum.*

414 *Faciebat Delphica Phorbas*] *Faciebant* vnus Vossian. et vnus Basil. eleganter.

Digitized by Google

422 *Vertit? vbi est*] In Neapolitano vetus lectio erasa. *Est vbi nam* Florentinus S. Marci. et superiori versu *vertit*, pro *dixit*. Forte *Quae mea culpa tuam vertit, carissime, mentem? Eia vbi iam, quae cura mei prius esse solebat?* τὸ *eia* saepe corruptum esse in aliam vocem iam supra non semel monuimus.

429 *Et saepe in tumulis*] *In titulis* prim. Medic. optime. titulos tumulorum intelligit. nihil frequentius occurrit in monumentis veterum sepulcralibus. libro XIII Met. 424 ex veteri codice: *Prensantem titulos, atque ossibus ossula dantem Dulichias traxere manus.* Iuuenalis Satyra VI. 230 — *titulo res digna sepulchri est.* Auctor Herculis Oetaei 1826 ex vetusto libro: *Quae tibi sepulcra, nate, quis tumulus sat est? Hic totus orbis fama erit titulus tibi.* Sed forte scribendum: *vix tumulo sat est Hic totus orbis. vis* pro *vix* erat exaratum. inde *quis* factum. sic pro *quam vix* saepe in veterrimis codicibus *quamuis* offendi. Silius lib. XV. 44 *Dum cineri titulum memorandaque nomina bustis Praesendit.* et v. 397 *Viri titulis decorare sepulchrum Ingentis bello liceat.* Auctori Queroli, quae sub Plauti nomine circumfertur, non semel *titulus funeris* dicitur. Idem in praefatione de Vrna: *Odoribus superinfusis, titulisque extra additis.* atque ita is passim. Posset etiam legi: *Et saepe in titulis sine nomine corpora legi.* vt intelligatur de naufragio post in litus eiectis ac terrae mandatis. Plin. lib. X Epist. VI. *Subit indignatio cum miseratione, post decimum mortis annum reliquias neglectumque cinerem sine titulo, sine nomine iacere, cuius memoria orbem terrarum gloria peruagetur.*

433 *Tenuerunt aequora venti*] *Aequora* et *venti* iam praecesserant. Timide dico, sed dico tamen, videri scriptum ab Nasone *tenuerunt caerula fratres*, vel *aëra*. vt alterum ex glossa natum sit. sic libro I. 77 *His quaque non passim mundi fabricator habendum Aëra permisit. vix nunc obsistitur illis, Cum sua quisque regant diuerso flamina tractu, Quin lanient mundum. tanta est discordia fratrum.* libro XIIII. 344 *Aeraque et tumidum subitis concursibus aequor Astraei turbant, et eunt in praelia, fratres. Aeolii* quoque *fratres* nonnunquam dicuntur.

444 *Aeolidis*] *Aeolidos* duo veteres. In Epist. XI. 5 *Haec est Aeolidos fratri scribentis imago.*

452 *Remittant*] *Remittent* meliores.

462 *Ordinibus geminis*] Caute et erudite hoc Naso. biremem enim describit, cum nullae eo tempore essent triremes, quod Corinthiorum sub primam Olympiadem inuentum fuit, fabricatore triremium Aminocle Corinthio, vt Thucydides testatur lib. I et Plin. VII. 57.

464 *In puppe recurua*] *Relicta* Florent. S. Marci, Cantabrig. prim. Medic. Spirensis et sex alii. vnus Medic. *redicta*. Forte *reducta*, vel *reduncta*. vt lib. XII. 526 — *rostroque reducto Hamatisque viri laniauerint vnguibus ora.* Sic *repandus* libro III. 680. et *refimus* lib. XIIII. 45.

469 *Spatio submota*] *Semota* nonnulli.

473 *Hal-*

Digitized by Google

473 *Halcyones*] *Halcyonae* S. Marci veterrimus et vnus Mediceus cum vno Vossiano. Pro *abſit* prim. Vatican. prim. et tert. Medic. Calandr. et duodecim alii *abſtit*, mendose et inepte. quod cum Priscianus lib. VIII. p. 862 in suo etiam codice inueniſſet, non dubitauit amplecti et interpretari pro *abſtiterit*: ridicule. quis enim veterum sic locutus? Tamen Prisciano subscripserunt Giphanius in Indice Lucretiano in *moenia Theatri*, Viuianus, Ciofanus, Constantius Fanensis, ad Asinariam Plauti Meursius, in Exercit. Critic. Part. I cap. I. et in doctissimo opere Grammatico Vossius de Analogia cap. XX et XXXI. In aliis codicibus *obſtat*, *abſtat*, *obſtet*, *abſtet*, *obſit*. omnia frustra.

477 *Excipit auras*] *Accipit* omnes meliores.

490 *Omnique a parte*] *E parte* vetustiores.

492 *Quis ſit ſtatus*] *Qui ſit ſtatus* iidem. otiosa praeter hoc repetitio τοῦ *ipſe*. Censeo scribendum: *Ecce pauet, nec ſe, quis ſit ſtatus, ipſe fatetur Scire ratis rectae, nec quid iubeatue vetetue*, ita enim *iubeatue velitue* optimus Thuan. prim. Bonon. prim. Erfurt. alii septem.

494 *Tantaque potentior arte*] *Totaque* multi veteres. probe. at Berneg. sec. Palat. pr. Hamburgensis. aliique complures *tantaque*. Forte *cautaque arte*.

499 *Ex imo uentis arenas*] *Verris* sec. Palat. prim. Basil. et septem alii. quod placet. Aulenus Orb. defer. 815 ex veteri libro Mediolanensi: *Quantus arenarum numerus verrutur ab Euro*. non *verſetur* cum vulgatis. Marcian. Capell. lib. VIIII *Et licet indomiti dira procellis Noti Spumea Scyllaei verreret ima maris, Delphinas totis ſollicitauit aquis*. Ennodius in Hymnis: *Quem nec procella, turbidis Si verrat ima motibus, Poteſt fugare a pectore*. Drepanius Florus de cereo Paschali: *Te nimbi et nebulae verreteſque aequora venti, Te lucis noctisque vices, te quattuor anni Tempora, tranſcurſis in ſe redeuntia riuis, Pro ſe quiſque timent*. vbi scribendum censeo *in ſe redeuntia gyris*. Prudent. Cathemer. Hym. VIII. *Increpas ventum furentem, Quod procellis triſtibus Verras a quor fundo ab imo, Vexet et vagam ratem*. ita et ibi scripti nonnulli. Praeterea pro *fulua* vnus meus habebat *vulſas*. vt lib. XIIII. 448 *in mare conuulſa Thybris prorumpit arena*, in vno Basileensi.

511 *Protentaque tela*] *Praetentaque* plurimi. dictum lib. VIII. 341. lib. XII. 376 — *Praetentaque ſuſtinet arma*, libro III. 83 *Cuſpide praetenta*.

512 *Commiſerat undas*] *Admiſerat* eleganter optimus Thuan. prim. Moreti, prim. Bonon. Spirens. prim. Regius et quatuor alii. Florentinus S. Marci *amiſerat*. in Neapolitano emsa vetus lectio. Marc. Capella lib. VI. *Diuulſo confinio corporum, deuexis lacunisque terrarum improuiſum pelagus in vſum impigrae mortalitatis admiſit* sic ex vestigiis antiquorum corrigendum. vulgo *in vſum immortalitatis*.

Digitized by Google

517 *Totum descendere caelum*] *Discedere* duo veteres. Forte *desidere*. Virgil. lib. III. 564 *Tollimur in caelum curuato gurgite, et idem Subducta ad manes imos desidimus vnda.* ita scribo. nam longe vetustissimus Mediceus *desedimus*. Vulgati *descendimus*.

522 *Micantia fulmina*] Multi *minantia* prim. Palat. secund. Medic. Vrbin. Bernegger. Spirensis duo alii *minacia*. an *micacia*? Certe amare Nostrum huiusmodi verba ad Amores lib. II El. VI iam monui. Apuleius Met. X *Haec inquieto capite et oculis in aspectum micacibus, citato et intorto genere gesticulationis alacris demonstrabat Paridi*. ita locus vexatissimus ex veterum codicum vestigiis est constituendus. Certe *micacibus* distertim illi, et *genere gesticulationis*. facessant igitur hominum eruditorum coniecturae, *femore* vel similia substituentes.

523 *Ardescunt ignibus*] *Candescunt* prim. Erfurt. quod impensius arridet.

526 *Adsiliit*] *Adsiluit* vetustiores.

529 *Celsi latera ardua fluctus*] *Acres fluctus* Thuan. prim. Bonon. prim. Moreti, vterque Erfurtan. et octo alii. nec dubito sic fuisse in Florentino S. Marci et Neapolitano, in quibus erasa erat vetus scriptura. quatuor ex vetustioribus *caeli*. an *caeci*? duo *puppis*. quinque alii *nauis*. Mox *decumae vndae* prim. Mediceus ἀχρεῖως.

533 *Tentabat adhuc inuadere*] *Tendebat* duo veteres. apud Virgilium lib. II Aen. *Tendit diuellere nodos*. et lib. X *Locum tendunt superare priorem*. Adeantur quae noto ad Claudianum I in Eutrop. 15, vbi plura congessimus.

534 *Trepidant haud segnius omnes*] Ad lib. II. 809 monui videri *secius* scribendum.

536 *Murum tenentibus*] *Tuentibus* quatuor libri. frustra. agit de hostili milite, qui iam murum obsessum occupauit.

537 *Animique caduntur*] *Labant* vnus Strozzae.

538 *Quot veniunt*] *Veniant* S. Marci, Neapol. Arondel. prim. Basil. et quinque alii.

Atque irrumpere mortes] Pro *mortes* in multis veterum *montes*. vt apud Virgilium I Aen. 105 *praeruptus aquae mons*. et IIII Georg. 361 *Curuata in montis faciem circumflexit vnda*. Silius lib. XVII. 258 in descriptione tempestatis: — *stridorque immixte rudentum Sibilat, ac similem monti, nigrante profundo, Ductoris frangit super ora trementia fluctum*. Apoll. Rhod. Argon. II. 169 Ἔνθα μὲν Ἠλιβάτῳ ἐναλίγκιον οὔρεϊ κῦμα Ἀμφέρεται πρυμνάρσιον ἐκτοσθεν ἰοῦσι. Apud Achillem Tatium in Descriptione raptus Europae: Ὡς ὄρους ἀναβαίνοντος τοῦ κύματος. Paulinus nono natali Felicis: *Et tremula compage minax pendebat aquae mons*. Sed quia iam supra monti vndam comparatur, hic nihil censeo mutandum.

542 *Subeunt illi maseraque parensque*] *Fratresque* in melioribus.

546 *Patriae oras*] Malim *patrias*.

552 *Spoliisque animosa superbit*] *Animosa superstes* S. Marci, Vrbin. Neapol. Bernegger. Cantabrig. prim. Palat. pr. tert. quart. Medic.

Digitized by Google

Medic. prim. Basil. prim. Reg. prim. Erfurt. vterque Hamburg. aliique plurimi. *superstat* prim. Reg. Calandr. Barberin. et codices Constantii Fanensis. *superstans* quatuor. recte. *sinuatas* etiam pr. Erfurt. et Strozzae cum Twisdeniano altero. vnus meus *sinuata*. Scribe. — *spoliisque animosa superstans Vnda velut victrix, sinuatas despicit undas.*

554 *Pindumque*] *Pindumue* meliores. sed non placet illud *reuulsos totos*. vnus meus *reuulsum*. Neapol. et vnus Gronouii *reuolsos*. Pro *totos* Twisdenianus alter *tortos*. Forte *Nec leuius, quàm si quis Athon Pindumue, vel Ossan, Sede sua motos in apertum euerterit aequor*. nam *euerterit* pro *euerteret* meliores.

556 *Praecipitata cadit*] *Ruit* bene libri quatuor.

571 *Excedere caelo*] *Olympo* alter Regius.

572 *Texit sua nubibus ora*] *Sua texit* plurimi veteres. prim. Gronou. *subtexit*.

578 *Ante ramen cunctos Iunonis templa colebas*] *Iunonis* puto. vt iam monui lib. I. Fast. 55.

588 *Veros nauranria casus*] *Imitantia* prior Basileensis et octo alii. vt infra 613. et ex Ponto l. 2. 45 *Somnia me terrent veros imitantia casus*.

590 *Et arcuato caelum curuamine signans*] *Arcato* veteres multi. prim. Palat. et vnus Mediceus *arquato*. quod sequor. Certe Nonius inter *arcum* et *arquum* distinguit, quod alter fornicem designet, alter itidem. vnde et *arquatos* dici contendit. quae vox occurrit apud Lucretium. Atque hanc distinctionem Apuleius in Apologia secutus est: *arquus in nubibus*. ita apud Arnob. lib. I p. 59 *Arquato sella*. vbi vid. Heraldum. *Arcuato* defendit Gifan. Indic. Lucret. in *Cretico* p. 459.

591 *Sub nube latentia*] De nube nugae sunt. Scribe *sub rupe* cum primo Gronouii, quarto Mediceo, Rottendorph. Graeviano et aliis duobus. sec. Palat. et duo alii *sub nocte*. frustra. Audi Statium lib. X Theb. 85, vbi Somni domum describit ad Nostri imitationem: *Stat super occiduae nebulosa cubilia noctis, Aethiopasque alios, nulli penetrabilis astro. Lucus iners, subterque cauis graue rupibus antrum It vacuum in montem: quae desidis atria Somni*. Caeterum similis quoque error apud Val. Flaccum lib. VIII sub finem operis est commissus, vbi *nubes* pro *rupibus* irrepserunt: *Si Pagasas vel Peliacas hinc denique rupes Cerneret, et Tempe viridi ridentia luco*. At nunc ibi non tantum *nubes* perperam legitur, sed *viridi* quoque *lucentia fumo* etiam in scriptis exemplaribus. perperam. Sequenti versu vnus Gronouii *longi spelunca recessus*. rectius, quam vulgati *longo recessu*. Sic apud Senec. Herc. Fur. 679 ex MSS. *Intus immensi sinus Placido quieta labor Lethe vado*.

599 *Sollicitique canes*] *Sollicitaeque* duo Bononienses. et prim. Hamburgensis. de quo libro III. 140.

600 *Non fera, non pecudes, non mouit flamine ramos*] Multi codices subiungunt ipsum versum: *Garrula nec Procne pectora mulcet*. vel, vt alii, *fridentia*, vel *errantia*. *Philome-*

qui. prorsus aduersatur menti Nasonis nostri. nam si mulcet Pro[s]
sterentia pectora, nihil causae est, cur hinc ablegetur.

608 *Iouua ne verso*] *Quae reddat* octo scripti. quod rectiu[s]

610 *At medio torus est ebeno sublimis in antro*] Aut *ebeni*
gendum, aut *ebeno sublimis in atra* cum primo Mediceo. [E]
vnicolor, quod quid sibi velit nescio, S. Marci Florentinus *at*
color. Spirensis *vtue color*. Scribe *atricolor*. quanquam et *v*
color occurrit apud Paulinum septimo Natali Felicis: *Vnic*
plumis ales sed picta laquelis. Sic *concolor*, *decolor*, *disc*
versicolor, *bicolor* et similia passim. sic literas Ausonius Epist.
ad Theonem *Cadmi filiolas atricolores* dixit. apud eundem *a*
color Styx, et *Iricolor spuma*. *crimine nocticolores* apud Paulin
decimo natali Felicis. apud Solinum cap. II. *Cui nigricolor fo*
propria, castigante Salmasio. *albicolor* apud Corippum Afr
num, poëtam non malum, vt illa ferebant tempora. et *lact*
lorem spumigam, ibid. *multicolor a prata* apud Prudentium Cath
Hymno III. et *multicolores notae* apud Marcian. Capellam lib.
Multicolor vestis Apuleio. *multicolor lapis* Plinio. *multicolor f*
aus Prud. παρὰ Στεφάν. Hymno Hippolyti. et *vnicolor pict*
eidem Hymno SS. Petri et Pauli. quomodo et Lucilio *vnic*
fomentum, apud Nonium in *colustra*. et *animae vnicolores*
martig. eidem Prudentio. in Catalectis Pithoei: *multicolor*
et *floricolor*. *nocticolor* etiam occurrit apud Gellium ex Na
lib. XVIIII. 12. et *pudoricolor Aurora*. *Fluctuicolor hyacinthi*
funditas Marciano Capellae libro primo. *Ostricolor pepli te*
Sidonio Apollinari Panegyrico Maioriani. Virgilius in dec
tione Aeneidos: *Marmoreumque tibi, dea, versicoloribus alis*
morem picta stabit Amor pharetra, quomodo scribendum. Am
alas purpureas adscribi a poëtis quis nescit? Scaliger: *diuers*
loribus alis. quod Latinum non est. scio occurrere apud Marcian
lib. I. *diuersicolorem fluentorum discretionem*. sed de scripti
sinceritate dubito. nec felicius Pithoeus: *aut ignicoloribus*.
cum nullius dubitem eam Pithoeanae editionis lectionem ex
tusto aliquo codice depromtam esse, parum abest, quin pet
dear, vt credam reponendum esse *dea*, *cygnicoloribus alis*.
candidis, siue purpureis intelligas. nam et purpureae alae An
a poëtis passim assignantur, et *ulores* Horatio *purpurei* sunt.
ad rem. *atricolor* etiam in Neapolitano videbatur scripti
erasa quidem lectione veteri, sed restante interlineari glos
est, *niger*. sec. Palat. *inlcolor*. Cogitabam aliquando *aequi*
insistens vestigiis optimi Florentini codicis: hoc est, aequi
ebeno atra coloris, ebeno concolor. vt locutus Silius lib.
682. *Terrificus nigris prorumpit Maurus in armis; Nigra*
membra, et furui iuga celsa trahebant Cornipedes, totu
nouae formidinis arte Concolor aequabat luentis currus equ
Tergo. Apud Ausonium pari modo *aequimanus* occurrit: *Q*
Myrmilloni componitur aequimanus? Thrax. Aequimanus S
macho in Epistolis est quod Homero ἀρηΐφιλος. *officula aeq*
ora etiam Ausonio in praefatione Centonis Nuptialis, quae
habent latera aequalia. apud eundem alibi *aequanimus*, et

Digitized by Google

aequiparare, occurrunt. *aequipari facundia* Apuleio quoque Flor. I Florid. de Apolline: *Corpus totum gratissimum, membra valida, lingua fatidica, seu tuba oratione, seu versibus malis, ubique facundia aequipari.* vbi scribendum *seu soluta oratione, seu versibus malis.* quod miror eruditos interpretes fugisse. *utriusque* tamen non damno, qua voce etiam Plinium in Naturali Historia vsum memini. sed locus non succurrit.

615 *Eiectáï hiis arenas*] *Eiectas* cum melioribus.

618 *Sacra*] Puto *atra.*

624 *Qui corpora duris Fessa ministeriis*] *Qui corda diurnis* Iun. Basil. recte. nisi mauis cum aliis quatuor *membra diurnis.* Giro IIII. 214 — *ea fessa diurnis Membra ministeriis nutrit quaratque labori.* libro VIII. 83 *Prima quies aderat, qua curis fessa diurnis Pectora somnus habet.* Similiter *currus* solis *diurnos* lib. III, et *diurnos igues* lib. VII, dixit.

626 *Somnia, quae veras aequant*] *Aequent* sec. Palat. Arondel. et alii complures. bene.

627 *Herculeam Trachina iubet*] *Herculea Trachine* cum meliboribus.

630 *Tolerare soporis Vim poterat*] Spirensis et Florent. S. Marci *vaporem vi poterat.* Forte *vaporam vim.* vt *vaporus* apud Prudentium, a *vapora*, *vaporus* et *vaporatus.* quomodo a *sopora*, *soporis* et *soporatus.* Nec male certius Bononiensis ex veterrimo, quod passim apparebat, codice, descriptus *vaporis vim.* Statius Theb. X. 205, vbi Somni regiam describit: — — *corpore pigro Strata calent, supraque torum niger effluat anhelo Orvapor.* ita scribe, non *efflat.*

636 *Exprimit*] Malo *Exprimat.* mox sec. Palat. et vnus meus *modumque loquendi*, non *sonumque.*

643 *Fallaciter omnia transit*] *Feliciter* bene vnus Palat. et meus chartaceus cum vno Moreti. III Amor. Eleg. V *Feliciter ille maritus.* Pro *Quaeque vacant animo* Spirensis *animi.* vt secundum casum hoc verbum regat. Codex S. Marci *animo.*

648 *Languore solutus*] *Solutum* rectius duo veteres.

653 *Sumtaque figura*] *Formaque sub illa* cum prim. Basil. Arondel. prim. Moreti et decem aliis.

656 *Madidisque grauis*] *Madidisque viri* Florent. S. Marci, Neapol. et tert. Bonon.

658 *Haec, ait*] Malim *Hunccine, ait, agnoscis Ceyca?* sic libro VI. 273. *Heu quantum haec Niobe, Niobe distabat ab illa!* Paulo ante pro *profuso fletu* prim. Erfurt. Thuan. Bernegger. Cantabrig. et quatuor alii *refuso.*

662 *Falso tibi me promittere noli*] *Falsa* prim. Gronou. lege *falsae.* Mox *nauim* pro *nauem* meliores.

673 *Gestumque manus*] Frustra cum Planude quidam codices *Gestumque.* dixi lib. VI. 308.

674 *Ingemis Halcyone, lacrymas mouet*] *Lacrymans* cum prim. Erfurt. altero Hamburg. et aliis nonnullis. Recte itaque Gronovius: *Ingemis Alcyone lacrymans, motaque lacertos.* Sed vt dicam

Digitized by Google

cam quod res est, habeo persuasum, cum sequentibus duobus hunc versum ab aliena manu hic inculcatum esse. Auget suspicionem, quod paulo post sex scripti agnoscant *Voce sui specieque viri*, non *voce sua*. quomodo omnino legendum, si hi tres versus tollantur.

681 *Percutit ora manu*] *Perculit* vnus meus. de quo alibi. Mox *crinem* pro *crines* nonnulli.

688 *Vmbra fuit*] *Fugit* prim. Erfurt. Bernegger. prim. Vat. fragm. Theat. et viginti alii, recte.

690 *Assuetos vultus*] Puto *cultus*. ne bis idem dicat. atque ita haec respondebunt sequentibus *Pallentem nudumque*.

697 *Fuit, ah fuit vtile tecum*] *Fuit o* decem scripti. *multum fuit* Florent. S. Marci et duo alii. *quoniam* Bernegger. at Neapol. prim. Medic. prim. Hamburg. et praeterea sex probe: — *tecum fuit vtile, tecum*.

700 *Nunc absens perii; iactor quoque fluctibus absens*] *Pereo* Vrbin. Thuan. prim. Gronou. prim. Moret. vterque Erfurt. aliique complures. *iactor nunc* quoque recte vnus meus.

701 *Et sine me pontus habet*] Redde Nasoni suum acumen, et scribe *sine me me pontus habet*. quomodo in Barberiniano postea inueni et in vno Mediceo a manu prima: nihil verius. superiora confirmant. Nisi mauis: *Nec sine me te pontus habet*. sed alterum praestat. Ludunt frequenter scriptores in his argutiis. vide Epigr. CIII Ausonii, cuius initium: *Vado: sed sine me, quia te sine*.

709 *Gemitus a corde*] *E corde* Bernegger. alii nonnulli *de corde*.

712 *Dumque moratur ibi*.] Puto *Dumque, Moratus ibi est*. vt Halcyones sint verba. Mox *dicit* pro *dixit* meliores.

714 *Dumque notata oculis reminiscitur acta freturque*] *Quae dum tota locis* S. Marci et duo alii. *Dumque notata oculis* prim. Basil. *Dumque notat littus* sec. Palat. versus est adulterinus. Proximo opinor legendum *Prospicit, en liquida*.

717 *Postquam paulum appulit vndae*] *Vnda* ex scriptis. *paulo* etiam multi veteres. bene.

719 *Quis fores*] *Quis* vel *Qui* meliores. et mox *lacrymam* pro *lacrymas*.

723 *Hoc minus et minus est mentis, iam iamque propinquae*] S. Marci, Neapol. Vrbin. prim. et sec. Palat. prim. Vatican. aliique complures *mentis sua. iamque propinquae*. septem cum Spirensi *mentis suae*. vnus Med. *menti sua*. Oxon. *iam mens sua*. Scribe minima mutatione: *Hoc minus et minus est amens sua*. Adeantur quae notauimus lib. III. 687. Cicero tertio Tusc. Quaest. cap. V *Nec minus illud acute, quod animi affectionem lumine mentis carentem nominauerunt amentiam, eandemque dementiam*. Apulei. lib. VIII *Quasi deum praesentia soleant homines non sui haud fieri meliores, sed debiles effici vel aegroti*. sic illa scribenda sunt, vbi perperam τὸ *haud* erat omissum. nisi Graecismus subest *sui meliores*. ἐαυτῶν βελτίονες. quod probo. Arnobius libro primo: *Superstitiosa nimium res est, cum ipse sis non tuus, potestio-*

Digitized by Google

ioribus dare velle conditionem.] Apulei. lib. II Met. *Adhaec Babanes ille Chaldaeus, egregius monte viduus, necdum suus spes, inquit, nostri tam diram peregrinationem invidant.* vbi vereri codice *nec adhuc suus.* Apud Pomp. Melam de Nilo: *in dia simplex suusque descendit.*

729 *Primas aequoris undas Frangit*] Iam dixerat *adiacet vn-*. optime igitur praestantissimus Thuaneae bibliothecae liber, art. Medic. prim. Bonon. prim. Moret. *iras*, ne bis eadem ce vtatur. Pari modo Valer. Flaccus lib. VII. 583 — *aequora sic In scopulos irata ruunt, eademque recedunt Fracta retro.* scribe, non *Facta.* Silius libro III. 55 *Mox remeat gurges flectoque relabitur aestu.* vbi *tractoque* perperam nunc legitur. maris eidem Valerio libro I. 37 *Ira maris, vastique placent crimina ponti.* Tibullus libro II Eleg. IIII. 10 *Stare vel in-gis cautes obnoxia ventis, Naufraga quam vasti tunderet ira maris.* sic codex Thuaneus. nihil vsitatius Nasoni nostro. Epist. Leandri: *Si cadat ira maris.* vb male in multis *vnda.* lib. XII. 36 — *pariter maris ira recessit.*

731 *Insilit huc*] *Huic* nonnulli. duo Leidenses *hunc.* Puto nec. vide notas lib. VIII. 142.

736 *Vt vero tetigit*] Hos quoque tres versus non esse Nasonis censeo. medius certe, *Dilectos artus amplexa recentibus* is, omnino otiosus est. nam quid opus *recentibus alis*, cum paulo ante *modo natis pennis* dixerit? Certe in vno Gronouiano sic ipse, ut et tertius, margini erat adscriptus.

743 *Coniugale solutum*] *Coniugiale* ex scriptis. dixi. lib. V initio.

746 *Tunc via tuta maris*] *Mari est* malim. at S. Marci cum nonnullis aliis: *Tunc iacet vnda maris.*

753 *Spatiosum. in guttura mergunt*] *In gutture*, vel *gurgite*, plerique veteres. *Spatiosum gutture* prim. Medic. prior Twisd. et vnus Moreti. Lege *spatiosum guttura.* vt sit Graecismus.

759 *Qui nisi fensissent*] *Cui nisi cessisset* S. Marci. Forte *Cui nisi cessissent prima noua fata iuuenca.* hoc est, obtigissent. sic *male, bene, vtiliter cedere.*

763 *Alyxorboë*] *Alixoë* vetustiores, vel *Alixithoë.* Scribe *Alexirboën*, cuius nominis nympha quoque a Baccho amata occurrit apud Plutarchum περὶ ποταμῶν in Pactolo. alia item in Sagari. Posset etiam reponi *Alirrhotie*, vel *Alexiare.*

Gracili conata bicorni] Pro *gracili conata bicorni*; quod nihili, tert. Medic. *gratali.* vnus meus *gratili.* duo alii *gratiali.* Scribe *Granico nata bicorni.* nam in nonnullis codicibus *gracilico nata.* Granicum fluuium esse Phrygiae quis nescit? quis ignorat fluuios bicornes dici? Appositе Q. Smyrnaeus libro II Παραλειπομένων de Atymnio, quem ab Vlysse occisum narrat: — Ἦν ποτε νύμφῃ Πυγασίῃ ἐμίσγετο δινηέντι Ἡμαθίων ἐρατεινὸν ποταμοῦ παρὰ βόον Sic et Hesiodus Granicum inter praecipua orbis flumina numerat in Theogonia.

769 *Aspi-*

Digitized by Google

769 *Aſpicit Heſperien*] *Eperien* plurimi veteres. alii *Epirien, Epireen, Epiren, Epiriben, Hyperien, Heperien, Heperiben, Aſpenis Perien* Florent. S. Marci.

776 *Strinxit et liquit*] *Stringit* multi, et *linquit*.

781 *Ego ſum ſceleratior illo Qui tibi*] *Ni tibi* prim. Baſil. pro diuerſa lectione. Scribe — *ego ſim ſceleratior illo, Ni tibi morte mea mortis ſolatia mittam*. ſic ſupra 702 — *crudelior ipſo Sit mihi mens pelago, ſi vitam ducere nitar Longius*.

784 *Decidit in pontum*] *Deſilit* prim. Moreti, quart. Medic. et decem alii; *Se dedit* Neapol. et Vrbin. bene. Lucretius libro VI. 1170 *In fluuios partim gelidos ardentia morbo Membra dabant*. Virgilius libro Georg. IIII. 528 *Haec Proteus, et ſe ictu dedit aequor in altum*; *Quaque dedit, ſpumantem vndam ſub pectore torſit*. idem Aeneid. XI. 564 *At Metabus magno propius iam vrgente caterua Dat ſeſe fluuio*. Valer. Flacc. lib. VII. 18 *Felices mediis qui ſe dare fluctibus auſi*. tres alii *Deiicit*.

786 *Et optatae*] Scribo *vt optatae non eſt data copia mortis, Indignatur amans. morti* etiam Florent. S. Marci et vnus Bonon. cum Spirenſi. Superiori verſu puto ſcribendum: — *inuitus viuere cogi*. lib. XIII. 141 — *quia rettulit Aiax Eſſe Ioui pronepos*. pro ſe eſſe pronepotem.

791 *Furit Aeſacus*] *Aeſucon* Neapol. et ſex praeterea. at prim. Palat. prim. Medic. et duo alii *Aeſacos*.

794 *Caput eſt a corpore longe*] *A pectore* alter Hamburg. et quatuor alii. *longo* ſec. Palat. *longum* Thyſii. Puto — *caput exſtat pectore longum*. vt lib. II *Colla toris exſtant*.

795 *Quia mergitur illo*] Alii *illic*. *Illi* legendum cum prim. Palat. prim. Vatican. prim. tert. quart. Med. prim. Erfurt. aliis Erfurt. aliisque plurimis. nomen manet illi, quia mergitur.

METAMORPHOSEON

LIBER DVODECIMVS

1 *Neſcias aſſumtis alis*] Opinabar aliquando *at ſumtis*. Adi notas noſtras libro IIII. 562. ſed et vulgata ſcriptura ferri poteſt. ſic paulo ante v. 789 — *vtque nouas humeris aſſumſerat alas*.

3 *Inferias inanes*] *Inani* Florent. S. Marci et vnus Medic. Lego *inane*. ſcil. nomen. In Amoribus I. 864 *Deſpice gypſati nomen inane pedis*. Art. Amat. I. 740 *Nomen amicitiae eſt, nomen inane fides*. ita paſſim ſcripores Romani.

5 *Rapta longum*] *Durum* Baſil. forte *dirum*.

7 Gen-

Digitized by Google

7 *Gentisque simul commune Pelasgae*] Expresse Graecorum τὸ κοινόν. sic Herodoto in Graeo: τὸ κοινὸν τῶν Σαμίων. apud Dionysium Halicarnassensem libro V ἀφὸς τὸ κοινὸν τῶν Λατίνων. idque in numismatibus vetustis frequenter occurrit modo eodem. vt κοινὸν Βυζαντίων. apud Ciceronem III Verrin. *commune Mysiae dum*. et IIII *commune Siciliae*. quod Asconius Pedianus *communem* interpretatur *rempublicam*. In veteri inscriptione: *commune Lyciae*. *Commune Asiae* Dig. de excus. tut. lib. VI §. II. *communis Graecia* Noster lib. XIII. 199. *Commune Siciliae* apud Symmachum libro primo epistola XVII. Sed et τὸ κοινὸν ad collegia referebatur. vt apud Pollucem libro VIII. 13 Ἔρανος, ἐρανισταὶ, κοινὸν ἐρανιστῶν. in antiquis saxis: Τὸ κοινὸν τῶν ἀπελευθερωμένων, et τὸ κοινὸν τοῦ ἀνδρείου τῶν συγγενῶν. Latini id posterius per *corpus* frequentius extulerunt. In inscriptionibus Gruteri: *corpus Dendrophororum*, *corpus fuariorum*, *fabrum lignariorum*, et mille his similia. *Commune* igitur τὸ κοινόν. quomodo *communitas*, κοινωνία Graecis. Nec abludunt illa Thucydidae, qui τὸ Ἑλληνικὸν, et πᾶν τὸ Ἑλληνικὸν, καὶ τὸ ἄλλο Ἑλληνικὸν, pro Graecis omnibus aut aliis Graecis frequenter ponit. nec Aeliani, apud quem πᾶν ἔθνος τὸ Μεγαρικὸν, πᾶν ἔθνος Ἐρετρικὸν, pro οἱ Μεγαρεῖς, οἱ Ἐρετριεῖς. Hinc *in commune consulere*.

25 *Bellaque non transfert*] Ita libri omnes. Malim nihilominus *Velaque*. simile mendum insedit Statii codices Theb. V. 347 —— *uos Thracia visu Vela ratae*, *vario tecta incurrere tumultu*. vbi *Bella* nunc legitur. Mox pro *moenia fecerat urbi*, *urbi* decem ex melioribus. *fecerit* quoque cum vno Medic. et vno Ambros.

33 *Turbamque sacri*] *Coeptumque sacri* cod. Menard. forte pro *coetumque*.

34 *Supposita cerua*] Haec recepta opinio. Hygin. Fab. XCVIII de Iphigenia: *Quam cum parens immolare vellet*, *Diana virginem miserata est*, *et caliginem eis obiecit*, *ceruamque pro ea supposuit*. et Fab. CCLXI *Ergo cum ab Vlysse per nuptiarum simulationem adducta Iphigenia in eo esset vt immolaretur*, *numinis miseratione sublata est*, *et cerua supposita*. quae fere totidem verbis habes, vt et reliqua huius fabulae, apud Seruium in lib. II Aeneid. 118. Ceruam quoque fuisse Arnobius lib. V asseuerat. Horatius lib. III Sat. II vitulam. Nicander in Ἑτεροιουμένοις taurum suppositum narrarat, vt pater ex Antonino Liberali: atque inde *Tauros* locum in Scythia nominatum. Phanodaemus in Vrsam fuisse mutatam memoriae prodidit. atque alia. Plura de Iphigenia Antoninus Liberalis Metamorphosi XXVII.

35 *Ergo vbi qua decuit*] Alii *licuit*. τὸ *vbi* abest a Zulichemiano. τὸ *est* a fragmento Boxhornii. vnus Leidens. *lenitaque*. Existimo scribendum: *Ergo*, *qua decuit*, *lenita caede Diana*, *Vt pariter Phoebes*, *pariter maris ira recessit*.

42 *Inspicitur*] *Aspicitur* Vossian. forte pro *accipitur*.

Penetrauit cauas vox omnis ad aures] *Penetrantque* prim. Medic. Vide notas lib. VIIII. 425.

43 *Sum-*

Digitized by Google

43 *Summaque domum sibi legit in arce*] Multi veteres *locum*. vt libro I. 27 *Emicuit, summaque locum sibi legit in arce.*

46 *Ex aere sonanti*] *Ex ore* duo Palatini. *ex aure* Florent. S. Marci, prim. Medic. Spirensis, Bernegger. prim. Gronou. vtrumque recte. Virgilius de Fama IIII Aen. 183 *Tot linguae, totidem ora sonant, tot subrigit aures.* Val. Flaccus lib. II. 122 de eadem: — *iamque adsolat vltro Impatiens, iamque ora parat, iam fuscitat aures. Patent* etiam pro *patet* quart. Med. et duo alii.

53 *Atria turba tenet*] *Tenent* quinque scripti.

56 *Vacuas aures*] Quidam *auras*. sed nil muto. Consule Notas lib. III Amor. Eleg. I. 62.

60 *Vanaque laetitia*] Statius III Theb. 426 *Fama sono vanos rerum succincta tumultu.* sic MSS. vulgo *varios*.

61 *Seditioque recens*] *Repens* scribendum vel inuitis libris. sic *repens discordia* Virgilio XII Aen. 313 *Quo ruitis? quoue ista repens discordia surgit?* Liuius libro primo: *Repens ex agris tumultus in vrbem allatus.* Tacitus Hist. II *Atque illum iam supremas curas agentem repens tumultus auertit.* Noster superius initio libri quinti: *Itaque repentinos conuiuia versa tumultus.* Saepe in hac voce peccatum. vt in illo Petronii: *Sanguineoque repens descendit Iupiter imbre.* vbi *recens* nunc legitur. libro I Fast. 96 *Bina repens oculis obtulit ora meis.* vbi *repente* frustra in plurimis veterum. sic *repens fulminis ictus* Lucretio lib. V. *vox repens* Val. Flacco II. 91. et *vocis repens singultus* Statio. *cura repens* Ciceroni in Tusculanis. *repens castra quatit clamor* Silio lib. III. *Flamma repens.* Stat. Achill. II. 113 ex optimis membranis: *Sic variis manifesta notis, palletque, rubetque Flamma repens. Repens fragor* Claudiano Rapt. II.

66 *Prohibentque aditus*] *Prohibent* libri veteres. Praeterea *aditu* scribendum, quicquid in contraria eunt antiquae membranae. Caesar I Bell. Ciu. XXXI *Tuberonem portu atque epido prohibet.* Stat. Achill. *Littore praecipue portuque arcere memento.* Apposite Dict. Creten. lib. II. 34 *Deinde venientes ad se duces aditu prohibere.* et lib. I. 18 *Quia per omnem Graeciam multo maiore egestate pabuli equitatus vsu prohibebatur.* sic scribo, non *vsus prohibebatur*, quod est in vulgatis. lib. III. 4 *Ita Graeci prohibiti caede reliquorum.* lib. V. 17 *Quae postquam Antenori cognita sunt, regredien ad Troiam imperfecto negotio aditu prohibetur.* lib. VI. 2 *Itaque Aegiale Diomedem aduenientem per cines aditu prohibet.* et mox: *Teucer Salamine prohibitus a Telamone.* deinde cap. XV *Ibi per custodes agri primo aditu prohibito.* vbi vetustus codex *patrio aditu.* recte. adi notas lib. II Art. 335.

69 *Fortesque animae*] *Fortesque animae, neque cognitus Hector* libri constanter. nec tamen sensus horum poetae menti respondet. Censebam olim refingendum *neque inagnitus Hector. inagnitus* pro incognitus: etsi minus obuia voce. sequentia id confirmant. sic paulo ante: — *neque inexpectatus in armis Hostis adest.* Certe in meo chartaceo, qui ad fidem libri vetustioris erat descriptus, *neque incognitus* legebatur. Nunc omnino ample-

Digitized by Google

amplector conjecturam Christiani Hugenii Zulichemii, viri ad summa quaeuis nati, qui monebat nuper, reponendum sibi videri: — *fortisque animae nece cognitus Hector*. vt Protesilaus subintelligatur. de quo paulo ante egerat. De cuius coniecturae veritate vix dubito. Posset etiam legi *fortisque manu bene cognitus Hector*. vt apud Silium lib. XVII de Annibale: *Laetoque micas bene cognitus ensis*.

70 *Achaïca dextera*] *Achaïa* ex melioribus. sic *Troïa* passim pro *Troïca*. libro X *Panchaïa tellus*, cum *Panchaïca* male legeretur. libro II Aeneid. *Achaïa castra*. et libro V *manus Achaïa* in multis antiquis exemplaribus. *Achaïcus* tamen *ignis* apud Horatium.

74 *Tutaque Peliacae sternebat cuspidis ictu Agmina*] Mediceus chartaceus, ex veterrimo codice descriptus, *Troaque*. probe. nam Τρὼς et Τρωὸς et Τρώϊος et Τρωϊκὸς dicitur. Vide Notas ad Epist. I. 28. *Troïa agmina* dixerat Virgilius V. 804 — *cum Troïa Achilles Exanimata sequens impingeret agmina muris*. Noster infra hoc ipso libro: — *ostendens sternentem Troïa ferox Corpora Peliden*. Catullus de Achille Carm. LXIIII. 351 *Troiugenum infesto prosternet corpora ferro*.

77 *Collo canentia*] *Candentia* rectius legas ex decem scriptis. candidus enim color, non canus, in equis commendatur. ita Stat. IIII. 130 *Ter niuea candente iuba*. ita lego. vulgo *scandente*. sic lib. VIII. 373 in fabula Meleagri de Castore et Polluce: *Niue candidioribus alba Vectabantur equis*. sic Palladius Martio Mense tit. XIII colorem *candidum* in equo commendat. Silius IIII. 219 *Candenti sublimis equo*.

79 *Vibrantia tela*] Vnus Vossianus *Vulcania*. vt ad arma eius a Vulcano fabricata alludat.

80 *Dixit solamen habeto Mortis*] *Solatia mortis habeto, Dixit* tres antiqui. aliquanto rotundius.

81 *Quod sis iugulatus*] *Qui sis* Arg. et Thys. Lege *qui sis iugulandus*.

94 *Temperat aequor*] *Temperet* rectius Neapol. duo Medicei et vnus Strozzae.

97 *Orbe morātum*] *Aere* Cantabr. et vnus meus. *orbe restitit* Voss. et Menard. Imitatio Homerica Iliad. H, 245 seqq. Stat. IIII Theb. 104 *Intorquet iaculum, duro quod in aere moratum, Transmissumque tameu clypei stetit orbe secundo*.

98 *Excipit hoc heros*] *Excutit* plerique castigatiores. *Decutere* dixit Virgilius X. 718 in re simili. Mariangelus in Diatribis etiam monet, *excutit* in peruetustis libris legi, atque illud etiam Planudem agnoscere, qui ἀνέσεισε verterit. supra lib. X. 713 *Protinus excussit pando venabula rostro*.

101 *Distringere Cygnum*] *Destringere* vetustiores. Paulo ante etiam *indestrictus* reponendum.

104 *Phoeniceas vestes*] *Puniceas* nonnulli. Lege tam hic, quam aliis locis, *Poeniceas*. nam *Poenicus* pro *Punicus*, et *Poenicius* pro *Punicius*, dicebant. quomodo in veterrima columna rostrata

Digitized by Google

Duilii, quae in Capitolio etiam exstat, GLASEIS POENICAS habes, non *Punicas*. et apud Gellium lib. XVII. 9 *Legebamus id quoque in vetere historia rerum Poenicarum*. atque ita ille passim locis plurimis. Naeuii poëma *de bello Poenico* in optimis Nonii Marcelli exemplaribus passim inscribitur. *Poenicius* tamen seu *punicius* a Graeco φοινικιος rectius deducas. apud Solinum cap. XXX cum in nonnullis codicibus legatur *Carthedam dixit, quod Phoenicio more exprimis cinitatem nouam*; puto scribendum *Poenicio ore*. in vulgatis *Phoenicum ore*. in *Phoeniceus* secunda producitur. vt in *Phoenices*. sic Amor. lib. II Eleg. VII. vbi plura ad rem, pro *Phoenicea cera* reponendum est *Poenicea*. et *Poeniceam chlamydem* Met. XIIII. Apud Lucretium lib. II *Purpura Poeniceusque color*. et lib. V *Arbusta Poenico colore*. Varro de L. L. lib. IIII *Purpura a purpurae marinae colore. Poenicum, quod a Poenis primo dicitur allatum*. sic *Poenicus ignis*, pro *Punicus*, apud Silium Italicum lib. I. 590 ex optimo codice. Virgilio semper *Puniceus*. sic *Punicei cothurni* Ecloga VII. Ecloga V *Punicea rosea*. Georg. III et Aen. XII *Puniceae pennae*. Aen. V *Taeniae puniceae*. lib. XII *Puniceas Aurorae vetas*. Horat. *Color Puniceae flore prior rosae*.

108 *Lyrnesia primus Moenia deieci*] *Disiecit* libri veteres quique. vt Epist. I. 47 — *nostris disiecta lacertis Ilion*. Seneca Theb. 343, vt legit optimus codex: *Dificite passim moenia, et planum date*. Virgilius lib. VIII. 290 *Vt bello egregias idem disiecerit orbes, Troiamque Gechaliamque*. et mox 355 *Haec dum praecerea disiectis oppida muris*. et libro XII. 333 *Fulminis Aeneas armis, summasque minatur Disiectarum arces*. ita codex Leidensis Bibliothecae. Apud Statium tamen Theb. VI. 657 — *Tyrias deiectum vaditis arces*. *Primus* etiam in Florentino S. Marci.

116 *Lycia de plebe Nemeten*] *Menoeten* duo Regii, bene. eius nominis rector nauis apud Virgilium occurrit non semel lib. V. et apud Statium alius in Thebaide saepe. infra Noster: *Sanguis fuit ille Menoetae*. sic iidem Regii et prim. Med.

121 *Vtar in hac Idem*] *In hunc* nonnulli ex melioribus. recte. Deinde pro *fatur* Florent. S. Marci et tres alii *futus*.

132 *Gladioque aduersa reducto*] Multi veteres *clypeoque*. quod verum est. de gladio paulo ante habuimus. Innuit os Cygni aversum clypeo impacto identidem ab Achille fuisse pulsatum. *Reducto* quidam ex vetustioribus *retecto, reiecto, relicto, retorto*. Florentinus S. Marci *recepto*. frustra. vide Notas libro VI. 187. Sic *reducta hasta* apud Virgil. libro X Aen. 552. Posset tamen et legi: *Gladiique aduersa retecti Ter quater ora viri capulo cauа tempora pulsat*. sic *detegere* et *retegere ferrum* aut *ensem* saepe apud Poëtas occurrit. Lucan. lib. VIIII. 830 *Inuadit dextram, quam protinus ille retecto Ense ferit*. Sed *reducti* pulsat. Stat. Theb. V. 664 *Acerque reducto Adfuit Hippomedon, reductoque Erymanthius ense*.

134 *Cedentemque sequens instat*] *Cedentique* Florentinus S. Marci, Neapol. Spirensis, prim. Moreti et septem alii.

137 *Me*

Digitized by Google

137 *Medio lapis obſtitit aruo*] *Armo* Meurſius ad Lycoph. 233. Nolim factum, etſi ab vno meo codice confirmetur coniectura. alius *aluo*. Ouidius enim nunquam de homine vtitur voce *armi*. licet infra 302 et 377 Centauris, qui ſemiferi erant, tribuat.

139 *Terraeque afflixit*] *Adfixit* Neapol. prim. Medic. prim. Gronou. et decem alii. duo *adfigit*. Florentinus S. Marci, Spirenſis, prim. Moreti et duo alii *affixit*. ſic apud Silium libro I. 674 *Adfligunt proni ſqualentia corpora terrae*. idem libro VII. 610 *Namque ſuper tepido lapſantem ſanguine et aegra Lubrica nitentem nequicquam euadere planta Impacto proſternit equo, trepideque leuantem Membra afflicta ſolo preſſa violentius haſta Implicuit terrae*. libro VIIII. 631 *Et ſuperas alte miſerum iaculata per auras Tellure elisis affixit flebile membris*. ita enim in veterrimo codice Colonienſi legitur. Stat. II Theb. 518 *Scopulis affligeret aluum*. Quidam *infixit Achilles*. quo alludunt prim. Vatican. fragm. Theat. et duo alii. in quibus *infixit*. Virgil. I Aen. 44 *Illum exſpirantem transfixo pectore flammas Turbine corripuit, ſcopuloque infixit acuto*. vbi Seruius notat, Cornutum *inflixit* maluiſſe. Horatius II Sat. II *Atque affigit humo diuinae particulam aurae*. Pro *vertit* duo *inuertit*. vnus Leidenſ. *auertit*. Puto *aduertit terraeque inflixit Achilles*. vt lib. VIIII. 54. quae videantur. *infligere humo* etiam Valer. Maximus dixit lib. VIIII. 2. 4. Vide Nonium in *Infligere*.

142 *Elidunt fauces*] Scribe *elidant*. et mox *eripiant*, etſi libris antiquis nihil annuentibus.

144 *Arma relicta videt*] *Relicta loco* Langermannus. vt lib. XIII. 946 *Nec potui reſtare loco*.

151 *Pallada mactatae placabat ſanguine vaccae*] *Vittatae vaccae* fragmentum Theatin. et Barberinianus. optime. victimae paſſim vittatae. nihil notius. Statius Achilleide II. 301 *Vittata genitrix placata iuuenca eſt*. et apud Auienum Fabula vltima, vbi Lupus ad hoedum: *Hei mihi! vittata tu quoque fronte cades*. Apud Maronem libro V. 366 habes *Velatum auro vittisque iuuenum*. quomodo *bos auratus* Macrobio Saturnalium primo cap. XVII *Decemuiris praeceptum eſt, vt Graeco ritu biſce boſtiis ſacrum facerent; Apollini bouc aurato et capris duobus albis auratis, Latonae bouc foemina aurata. Cretatus bos* Iuuenalis Sat. X. 65 *Duc ad Capitolia magnum cretatumque bouem*.

158 *Longaque multiſoni*] Prim. Vatic. fragment. Theat. Oxon. ſex alii *delectant. multifidi* Neapol. Vrbin. prim. Gronou. male. *multifora tibia buxo* Senec. in Agamemnone 348. *Multifori tibia buxi*, vt πολύτρητος κάλαμος in Anthologia Graecorum Epigrammatum lib. I cap. II Epigr. I et Epigr. III. *Multiforatilem tibiam* Apuleius in Floridis vocat. et Met. X *multiforabilem*. vbi legendum *multiforatilem*. et ita loquitur Sidonius lib. VIII Ep. VIII. Rudi adhuc ſaeculo Horatius Art. Poët. 203 *Tibiam pauco foramine* monet fuiſſe. vid. VI Faſt. 697. Ex buxo tibias quoque fieri ſolitas, praeſertim a Tuſcis docet Plinius, quandoque ex loto, argento et oſſibus aſininis. recte etiam Noſter *longam*

Digitized by Google

ribiam, vtpote Graecanicam induxit, cum Phrygia esset incuria, de qua Metam. III. 533. Mox *pugnum referunt hostisque suamque* S. Marci, prim. Vatican. sec. Palat. prim. tert. quart. Medic. aliique multi. non *pugnas* et *suasque*.

161 *Exhausta pericula*] *Exacta pericula* prim. Gronou. et duo alii. nil muto.

166 *Quod inuenis corpus*] *Iuueni* Florent. S. Marci, prim. Vatic. sec. Palat. tert. Bonon. et Spirensis. *Nulli* quoque Med. vt Stat. Theb. II. 653 *Sic irrita nobis Tela cadunt, nullique tuum penetrabile telo Pectus.*

167 *Inuictumque a vulnere*] *Ad vulnera* Vrbin. Thuan. prim. et tert. Medic. prim. Hamburg. tresque alii. tres itidem *ad vulnus*. Sed *inuictus a labore* dixit Cicero lib. I Officiorum. Potest tamen et alterum admitti. Sic apud Macrobium lib. II Saturn. cap. I *Emuentiores estis ad studia virtutum, quam vt Alcibiadi, qui tantum fortis fuit ad crimina, vos quisquam aestimet comparandos.* Apud Propertium: *Fortes ad praelia turmae.* et *venales ad munus amici.* et *ad eloquium rudes.* et *fobrius ad lites.*

168 *Hoc ipse Aeacides*] *Hoc ipsum* tert. Medic. et quinque alii.

177 *Audire voluntas*] *Voluptas* prim. Vatican. aliique septem cum Arondeliano.

182 *Tarda vetustas*] *Longa* meliores.

185 *Bellique domusque*] *Bellique domique* scripti quinque aut sex ex nostris. atque ita in suis inuenerat Constantius Fanensis. recte. Horat. I Ep. XX. 23 *Me primis Vrbis belli placuisse domique.* et II Epist. I. 230 *Aedituos habeat belli spectata domique.* Silius lib. IIII. 498 — *Multusque in imagine clauis Praefulgebat auus titulis bellique domique.* Aemilius Probus vita Alcibiadis cap. VII *Nam cum ei essent omnes honores decreti, totaque respublica domi bellique tradita.* Cicero in Bruto: *Omissis illis diuinis consiliis, quibus saepe constituta est Imperatorum sapientia, salus ciuitatis aut belli aut domi.* Officiorum lib. II cap. V, vt quidem in vetusto codice legitur: *Longiores hoc loco sumus, quam necesse est. quis enim est, cui non perspicua sint illa, quae pluribus verbis a Panaetio commemorantur, neminem neque ducem belli, nec principem domi magnas res et salutares sine hominum studiis gerere potuisse.* et eodem libro cap. XXIIII *Praeterea quibuscunque rebus vel belli vel domi potuerunt, remp. auxerunt.* Idem in Fragmentis lib. IIII de Rep. *Pericles, cum iam ciuitati maxima auctoritate plurimos annos domi et belli praefuisset.* Plautus Captiuis Prologo: *Domi bellique duellatores optumi.* Asinaria III. 2 *Edepol, virtutes tuas qui nunc possit collaudare, sicut ego possim, quae domi duellique male fecisti.* Nec aliter Sallustium locutum scio. sic *domi militiaeque* apud Ciceronem, Terentium, frequenter. quomodo et *domi foriique* dicebant. Ennius Iphigenia: *Neque domi nunc nos, nec militiae sumus.* Scholiastes Vetus Horatii Od. VII lib. I *Fulgentia, splendentia, aut luce coruscantia. ac si diceret, seu militiae fuerit, seu domi.* apud Dictyn quoque Cretensem lib. II cap. XXVI ex veteri codice rescri-

Digitized by Google

scribendum *Vir domi bellique prudentissimus.* atque ita corrige lib. V cap. XV *Palamedem virum domi bellique prudentissimum.* libro VI, 15 etiam scribendum: *Qui se domi bellique inclytum Vlyssem interficere ausus esset.* Pro *primis sub annis* paulo ante Oxoniens. et duo alii *sub armis.* de quo dictum lib. VIII. 313. Deinde pro *haereat vlla* meus chartaceus *illa*, vt alter Hamburgensis.

188–*Nunc tertia viuitur aetas*] Cic. Catone maiore cap. X *Videris ne, vt apud Homerum saepissime Nestor de virtutibus suis praedicet? tertiam enim iam aetatem hominum videbat,* vbi male Gruterus ex MSS. suis *videbat* legendum contendit. Vererrimus noster codex a manu secunda exacte *viuebat* habet, Iuuenalis hinc *viuere Nestora totum*, pro totam Nestoris aetatem, Sat. XII. 128. Eleg. in obitum Maecenatis: *Nestoris annosi vixisses secula.*

189 *Proles Elateia*] Elati filiam quoque faciunt Lucianus in Gallo, Hyginus Fab. XIIII et CCXXXXII. et Phleg. Trallian. de Reb. Mirab. cap. V. At Araeis filius est Antonino Liberali Metam. XVII. Κυδάπειρ ὅτε Κυκνὶς μὲν, Ἄρεως δὲ ἐγένετο, βουλῇ Ποσειδῶνος ἐγένετο Κυκνεὺς ὁ Λαπίθης. Sed opinor excidisse vocem et scribi debere Κυκνὶς μὲν Ἐλάτου Ἄρεως δὲ ἐγένετο. Sic *Atracides* Caeneus Nostro infra dicitur.

192 *Multorum frustra votis optata procorum*] Codex S. Marci, Neapol. Thuan. prim. Moret. et vnus Vossianus cum altero Hamburg. et Iureti *Multorumque fuit spes inuidiosa procorum.* qui versus initio libri noni occurrit. sic Propertius II, 1. 83 *Maecenas nostrae spes inuidiosa iuuentae.*

195 *In vllos denupsit thalamos*] Caue immutes. sic *denuberet in castellum* Apuleio Metam. VIIII *Die sequenti filia eius occurrit e proximo castello, in quod pridem denupserat.* ita optimae membranae, non *in quo. denubendi* verbum apud Dictyn Cretensem occurrit frequenter.

200 *Eadem quoque fama ferebat*] *Eadem hoc quoque* meliores.

202 *Tale pati iam posse nihil*] *Da posse* Vrbin. et vnus Reg. at Florent. S. Marci *nil posse.* Scribe *nil posse mihi* cum sec. Palat. prim. Gronou. quart. Med. et aliis duodecim.

216 *Matrumque nurumque caterua*] *Matrum nurumque* rectius sec. Palat. et decem alii.

217 *Praesignis facie*] *Faciem* eleganter vnus Mediceus. sic lib. VI Fast. ex optimo codice v. 628 *Praesignis faciem Corniculana fuit.*

219 *Nam tibi fauerunt*] *Semiuirum* Mediceus chartaceus, Putabam aliquando *semihominum.* vt infra: *Haec inter Lapithas et semihominos Centauros Praelia.*

223 *Per vim*] *Per humum* vnus meus.

224 *Probabat aut poterat*] *Probabant aut poterant* multi veteres. Arondel. *probarat*, vt et vnus Patau. Lege *probarant.*

229 *Violas*]. *Violesque* ex scriptis praecedentia requirunt.

235 *Signis exstantibus asper*] Sic et apud Maronem habemus lib. V. 267 *Cymbiaque argento perfecta atque aspera signis.* Apud

Digitized by Google

Iuuenalem Sat. XIIII. 62 *Hic laeue argentum, vasa aspera, tergeat alter.* vbi *laeue argentum* et *asperum* vides opponi. apud Claudianum III Conf. Honor. 193 *Brontes innumeris exasperat aegida signis.* Globsae veteres Ἀγυάριον λευκὸν interpretantur *asperum.* quod numismata recentia et asperitudinem prae se ferant, necdum manibus ac multo vsu attrita, eademque albicent. Habes et *nummum asperum* in tertia Persii Satyra. Vide quae dicuntur a nobis ad lib. XIII. 700.

236 *Vastior ipso*] *Ipse* meliores. et recte.

239 *Madida arena Calcitrat*] *Madidam arenam* Neap. Aroud. prim. Gronou. et decem alii. Mox pro *germani caede* vnus meus *germana.* bene. alter Thuan. *germania.* sic *caedes maritis* Epist. Hypermnestrae ex antiquis libris.

241 *Certatimque omnes simul vno ore Arma loquuntur*] Scribendum ex fide castigatiorum: *Certatimque omnes vno ore, Arma, arma, loquuntur.* dictum superiori libro v. 378.

242 *Et prima*] Malim *en prima.* Mox pro *fragilesque cadi* prim. Vatic. *scyphi.* et postea *Nunc bello aptae*, pro *tum*, meliores.

243 *Curuique lebetes*] *Turbique* Medic. vnus. forte *curtique.* vide ad lib. I Trist. I. Vel *fuluique.* vt Epist. III. 31. *Fuluus operoso ex aere lebetas.*

250 *Ossa confusa*] Puto *contusa.* sic lib. V. 58 *Perculit, et fractis contundit in ossibus ora.* ita ex scriptis quidam, non *confudit.* libro XIIII. 95 — *naresque a fronte refimas Contudit.* certe in duobus scriptis *concussa.* alter Erfurtanus *confracta. dispergere* dixit Virgil. X. 416 *Ossaque dispergit cerebro permixta cruento.*

252 *Exsiliere*] Meliores *Exsiluere.*

253 *Medioque est fixa palato*] *Infixa palato est* septem veteres. prim. Gronou. *affixa.*

256 *Cumque atro mistos spumantem sanguine dentes*] Ita et scripti. Mihi tamen dubium non est, *sputantem* debere reponi. quo verbo Plautus etiam non semel vtitur. vt Mercatore I. 2. *Tui causa rupi ramices, atrum dum sputo sanguinem.* Aldhelmus de Laude Virginitatis: *Cruorem ritu riui roranti desputare.* vbi *deputare* perperam legitur. Apud Martialem lib. I Epigr. XX *expuere dentes*: *Si memini, fuerant tibi quattuor, Aelia, dentes. Expuit vna duos tussis, et vna dues.* Virgilium imitatus est, qui Daretem describit libro V. 469 — *crassumque cruorem Ore reiectantem mistosque in sanguine dentes.* Stat. Theb. VIIII. 132 — *Pariterque et murmure plenus Sanguis, et expulsi saliunt cuspide dentes.* Varro apud Nonium: *Andromeda vincta ita proposita ceto, non debuit patri suo in os spuere vitam.* Apud Val. Flaccum lib. III. 107 — *purpureum singultibus expuit aurum.* quomodo illic Aldinus codex. vulgati *expulit hastam.* Senec. Thyeste 245 *Ferro peremtus spiritum inimicum expuat.* Pro *mistos* postea meliores *mittit.*

262 *Oppressitque duos*] *Depressitque* S. Marci, Neap. Vrbin. tres Moreti, Arondel. et quinque alii. *Oppressit* mox sequitur

v. 284

Digitized by Google

v. 284. Pro *Orion* malim *Oreon* cum meo chartaceo. Ὀρεῖος ab ὄρος. sic infra *Orneus* et *Areus*. ἄρευτος καὶ ἀρεῖος, ab ἀρὴς et ἄρης. vide Notas lib. I. 579 Sic *Alexandrea*, *Dareus*, *Sperchius*. cum tamen *Alexandria*, *Darius*, *Sperchius* quoque dicatur. sed alterum, cum penultima producitur, praestat, vt *Elius* et *Elus*, *Epius* et *Epeus*: sed *Epeos* scribunt constanter optimae Maronis membranae: *Scylaceum* et *Scylacium*.

264 *Reluctantis Lunae*] *Reluctatae* plurimi veteres. ita Claudian. I Rapt. 42 *Pene reluctatis iterum pugnantia rebus Rupissent elementa fidem*. quem locum perperam sollicitat Barthius. quatuor *reluctante*. Scribe *reluctanti* cum optimo S. Marci libro et vtroque Caroli Strozzae.

268 *Gryneus in lumina*] *Grynaeus lumina* plurimi veteres. sed supra etiam id nomen fuerat dissyllabum. *per lumina* septem codices. totidem *sua lumina*. nil muta. Statius Theb. VIIII. 284 *Figitur et validos sonipes Aetolus in armos*. Si quid mutandum sit, legam: *Figitur hinc duplici Gryneus duo lumina rama*. Cicero in Arateis: *E trucibusque oculis duo feruida lumina flagrant*. Pro *hinc* tamen octo *huic*. probe.

272 *Primitium zorcem*] *Prunicoum* Mediceus chartaceus. *Prunicium* fragm. Boxhorn. alter Hamburg. *Prunitium* a prunо. quod in suis etiam Constantius Fanensis inuenerat.

273 *Perfringit*] *Perstrinxit* Leidensis. *perfregit* plurimi, et Policianum ita legere, vel *perstringit*, vel *perrupit*, testatus Viuianus. nihil muto. Stat. II. 636 *Pone grauis curuos perfringit lancea cestas*. sic duo MSS. Tiliobr. et Behotii, et noster Anglicanus. vulgo *perstringit*. idem lib. VI. 162 *perfringunt*, vbi MS. *perstringunt*. sed *perstringere* est leuiter tantum sauciare. vt Stat. VIIII. 108. X. 396. vt et *stringere* lib. I Sil. II. 81 et VIII Theb. 108.

279 *In tepida submersum febribus vnda*] *Trepida vnda* Vrbin. prim. Palat. sec. Palat. Cantabr. Oxon. vterque Hamburgensis, prim. Moret. Thuan. et multi alii. vere. Apud Virgilium lib. I Georg. 296 similiter refinge: *Aut foliis undam trepidi despumat aheni*. nam ita vetustissimi codices. neque aliter agnoscebat Seruius, qui *trepidi* interpretatur, *bullentis, quia quod bullit, tremere videtur*. recte. quanquam in vulgatis Seruii exemplaribus *tepidi* perperam circumfertur. atque ita capienda illa Valerii Flacci lib. V. 430 *Aser et Eridani trepidum globus ibat in omnem*. nec audiendi, qui *tepidum* reponunt. Similis aquae trementis descriptio apud eundem Virgilium lib. VII. 463 — *vndantis aheni Exultans aestu latices, furit intus aquai Fumidus atque alte spumis exuberat amnis*. ita scribendum ex Mediceo libro longe vetertimo. nam Pierius Valerianus in suis omnibus *furit intus aquae vis* exstare asseuerat. Caeterum Lucretii illa Noster ex lib. VI. 147 manifeste imitatus est: *Vt calidis candens ferrum e fornacibus olim Sentit, vbi in gelidum propere demersimus imbrem*. Imitatus etiam est ex Homero Iliad. Φ. 361 ὡς πυρὶ καιόμενος δὺς ὄφρα κλιδὴν ἐλάσῃσι· τὸς δὲ λέβης ζεῖ ὕδατι δῖον ἀλεύμενος

Digitized by Google

γύμνος πυρὶ πολλῷ. Elegantissime Naso noster τὸ φλέγειν expressit verbo *Stridere*, sic *Stridere rota Phoebi* dicitur, cum occidit sol.

285 *Gaudia nec retinet*] Aut *retinens* legendum, aut *precor*, sic *comprecor*, *ficque e precor*. Thuan. tamen prim. Bonon. prim. Basil. et duo alii *sic sic precor*. vt apud Virgil. II Aen. 660 *Sic fic iuuat ire sub umbras*. et pro *fortis* prim. Ambros. et duo alii *sospes*. vt Pont. lib. I Eleg. VIII *Caetera sit sospes cultorum turba tuorum*.

293 *Euagrus*] Vnus meus *Euagros*. alius *Euandros*.

309 *Seruaberis arcus*] *Ictus* in multis veterum.

313 *Vulnus, Caenee, tulisti*] Cornee S. Marci et Vrbin. vnus meus *Gornee*. Scribe *Crenaee* cum Thuaneo optimae notae, prim. Moreti, Oxon. et tribus aliis. ἀ κρήνη, κρηναῖος.

316 *Cunctis sine fine iacebat Sopitus venis*] Quid sibi vult *sopitus cunctis venis*? non intelligo. *Cunctis curis* primus Basileensis, sed nec id verum. Reliqui codices scripti cum vulgatis sciunt. Scribe —— *ductis sine fine iacebat Sopitus vinis*. hoc est fine fine hausiis, non aliter optimi scriptores loquuntur. Seneca Thyeste 912 *Satur est. capaci ducit argento merum. Ducere pocula* apud Horatium libro I Od. XVII et Propert. lib. II Eleg. VIIII. *Ducere Liberum* eidem Horatio lib. IIII Od. XII. et *Ducere* Cicero *Pisonem* lib. III Od. III. sic et *educere vini* Plauto Amphitr. et Apuleio libro X Metam. *Repertum vini poculum continuo perduxit hausiu*. hinc apud Plautum Curculione. *Immergere in se liquores ductim. ducere ebera* lib. II Fast. 418. vbi perperam *fugere* multi veteres. lib. VIII Metam. —— *sequitur ducentem lacteus humor*. Pro *vinis* etiam *venis* plerique codices antiqui agnoscunt illo versu Artis Amatoriae I. 244. *Et Venus in vinis, ignis in igne fuit. Vino sepulti*, et *solutus* passim occurrunt apud poëtas. Gronouio nostro *iunctis vinis* scribendum videbatur, vt *iungi vina* dicantur, quae hauriuntur sine intermissione, quomodo Statius I Silu. V. 10 *Iunge pocula Cyathos*. Ita ille II Obs. III.

319 *Offaeae*] *Obscenae* Oxon. et quinque alii. *Ostenae* pr. Palat. et sec. Vatic. sic Lucan. VII. 828 *Tum vrsae latebras abeuntes, scaenae, tecta domosque Desbruxere canes*. ita enim MSS. Stat. VII Theb. 865 *turpes vrsas* dixit. et Noster lib. III Trist. V. 35 *At lupus et turpes instant morientibus vrsae*. Sed et vulgata retineri potest. sic *Offaeos Lyncas* dixit Stat. V Achil. 121. et *Saeuam vrsam* Silu. III. 560.

322 *Cum Styge vina bibes*] Lege *bibas*; est enim imprecantis confirmat secundus Moreti et Mediceus chartaceus. sic lib. V. vs. *Stygiis cane caetera, dixit, Manibus*. Pro *plura locutus* S. Marci codex, prim. Moret. sec. Palat. et nouem alii *moratus*. sex cum Arondel. et prim. Basil. *minatus*. vtrumque praestat vulgatae lectioni.

329 *Iactat*] *Pulsat* plurimi veterum.

330 *Cossis immissa Petraei*] Puto *cossis Petraeis*, vt apud Virgilium *Cineri Sicheo*, et *Lenaeus honor*, nam ingratus et Nasonis insolens

Digitized by Google

insolens concursus ille *Pirithoi*, *Petraei*. *Pheraei* S. Marci codex et vnus Regius.

333 *Pirithoi*] *virtute Chromin*] *Cecidisse* prim. Gronou. et prim. Moreti cum aliis quatuor. Meliores etiam superiori versu vocibus inuersis: *Pirithoi virtute Lycum cecidisse ferebant.*

335 *Fixus Helops iaculo est*] Meliores tollunt *τὸ est*. Pro *ad aurem* Cantabr. Oxon. multique alii *in aurem*.

337 *Ancipiti acumine*] *Ancipitis acumine montis* Thuan. Neap. Bernegger. prim. Gronou. terr. Medic. Oxon. et octo alii. Vide ad Claud. III Conf. Honor. 293.

341 *Victor adest Phereus*] *Phereus* etiam quatuor libri. *Victor adest* Oxon. et duo alii. vid. lib. XI. 194. Pro *Phareus* S. Marci Neapol. Vrbin. probe *Apharei*. quo alludunt nonnulli, in quibus *Ipharei*. prim. Erfurt. *Apherei*. alter *Amphareus*. sic lib. VIII. 304 — *proles Apharëia Lynceus.*

342 *Mitentem stipite querno*] *Conantem* vnus Voss. vnus Basil. et Geneu. recte. Silius libro II. 126 *Illa volans humerum rapido transuerberat ictu Conantis Dorylae*. lib. V. 256 — *subsidensque ibis missi Conantis suspensa fodit*. Plenus est hasum repetitionum Noster, si attendas. Cantabr. et tres alii *nitentem*. etiam non male. Stat. II Theb. 628 *Orat et e iugulo nitentem sustinet hastam*. et Herc. Surrent. 21 *Atque oblucfantia sanu Summonit nitens*. Sil. I. 498 *Fidum sibi corripit ingens Aggere conuulso saxum, et nitentis in ora Deuoluit*. et V. 66 *Signa etiam effusa cernant dum vellere mole, Teter humo lacera nitentum erupit in ora Exsultans cruor. Nixantem* vnus Basil. Leidensis vnus *mutantem*.

343 *Cubitisque ingentia fregit*] *Frangit* mult. rectius. *cubitoque* etiam Florent. S. Marci et vnus Mediceus ex melioribus.

350 *Iaculatoremque Lycetum*] *Lichepen*, vel *Licepen*, vetustiores plerique. *Lycotan* Calandrae codex. quod arridet.

362 *Pectus humerumque finistrum*] *Pectusque* scripti meliores. Pro *Cranoris* omnes nostri *Grantoris*.

365 *Fidemque*] *Fideque* duo libri. *pignus pacisque fidesque* Thysianus. Lege *pignus pacisque fidesque*. VI. 506 *Vique fide pignus dextras vtriusque popposcit*.

367 *Viderat, Inferias*] *Vidit*, *At inferias* recte potior scriptorum pars. iam monui ad Epistolam Medeae, nisi fallor, ipso statim initio.

369 *Mentis quoque viribus*] *Mentis cum* vnus meus et Neapolitanus, sed ita vt *magnis* a manu prima videretur fuisse, nonnulli *magnis quoque*. sex *iunctis quoque*. totidem *totis*. prim. Hamburg. prim. Gronou. et vnus Medic. *meritis*. alii *tantis, cunctis*. Puto scriptum fuisse *cum mentis* pro *contentis viribus*. apud Apuleium Met. III *Contentissima voce clamitans*. Germanicus Aratei: *Hunc sequitur rapido contenta canicula cursu*. *contenta* tela opponit languidis Lucan. lib. VII. 562 — *Quis languida tela, Quis contenta ferat?* Val. Flacc. III. 135 *Pectus arundo Per medium contenta fugit*. sic *contendere nerues, vires, curas,*

Digitized by Google

curas, pro omnes simul intendere. certe vnus Basil. *intensis viribus*. quomodo apud Valer. Flaccum libro III. 103 *At Tydeus En intentis quem viribus, inquit, Experior.* apud Virgilium lib. VIIII. 744 *Interquet summis adnixus viribus hastam.* lib. X. 47 *At Pallas magnis emittit viribus hastam.* Valer. Flaccus lib. II 139 *Torserat hic totis connixus viribus hastam.* Silius lib. II. 12 — *totisque adnixa doloxis. Viribus interquet lethalem in moen cornum.* et 627 *Ille iacit totis connixus viribus aegrum In flam mas; corpus.* Stat. Theb. VIII. 586 *Missile ceu totis intortu viribus haesit.* quare et hoc loco admitto *magnis cum viribu* dum meliora suggerant membranae.

370 *Perrupit*] *Perrumpit* cum melioribus.

375 *Clypeoque sonanti*] *Sonantes* iidem.

379 *Glaniumque*] *Claninque* cum Florentino S. Marci. Vale Flaccus I. 146 in hac pugna: *Ardenti peragit Clanis Aetru quercu.*

382 *Cornua dura boum*] Inepta lectio. *curua* prim. More Thuan. quart. Medic. aliique multi. rectius omnino. At Flo rentinus S. Marci et vnus Argent. *rara*. Geneu. *cana*. Scrib *Cornua vana*. et vide Notas Amor. II. 2. 24.

387 *Affixa est cum fronte manus*] Rectius, ni fallor: *Affix cum fronte manu fit clamor.*

390 *Prosiliit*] *Prosiluit* meliores.

395 *Aurea*] *Aureaque* prim. Palat. prim. Vatican. prim. Ba tert. Medic. Thuan. prior Erfurt. vterque Hamburg. et alii pl rimi. idque recte, cum vocalis proxime sequatur. sic libro VI 508 — *natamque nepotemque Absentes pro se memori rogas ar salutent.* libro IIII. 780 — *hominum simulacra ferarumque F filicem ex ipsis visa conuersa Medusa.* libro XV. 147 ex vet giis optimi codicis: *Quaeque diu latuere canam, iuuat ire p ardua Astra.*

399 *Et quacunque vir est*] Multi *Ex qua parte.* nec pauciore *Et qua parte.* sed vera scriptura *Ex qua parte viri est*, cu priore Strozzae et fragmento Boxhornii. *viri est*, nempe facie Deinde pro *sub illo* scribe *illa*, parte videlicet. atque ita vn Mediceus ex melioribus et alter Regius.

401 *Castore dignus erit*] *Erat* Neapol. Vrbin. prim. Re Arond. tert. Medic. prim. Basil. et multi alii. scribe *eat*. P *sunt* etiam prim. Vatican. *stant*. vt II. 854 *Colla toris exstant.*

407 *Haec et blanditiis et amando*] Multi *et amans.* Pu *Haec et blanditias adhibendo.* lib. X. 259 *Et modo blanditia adhibet, modo grata puellis Munera fert illi.* lib. III. 376 *quoties voluit blandis accedere dictis, Et molles adhibere preces* Paulo ante *inter Semiferos* libri meliores, non *Semiferas.*

411 *Caeruula lilia*] *Caudentia* cum melioribus. et mox *P gasaeae*, pro *Pegasaeae.*

420 *Qua collo pectora subsunt*] *Quam* repone cum Aronde Zulich. Iunian. et altero Thuan.

424 *Iu*

Digitized by Google

424 *Impositaque manu*] *Suppositaque* vnus meus. vt Epist. XI. 39 *Quae non medicamina nutrix Attulit, audaci suppositique manu?*

429 *Saeua*] *Sena* meliores magno numero. quod admittendum.

430 *Connexis vellera nodis*] *Collectis* S. Marci, ptim. Gronou. et quatuor alii. *coniectis* prim. Erfurt. et alii nonnulli. *loris* etiam multi veteres. vnus Basil. *contusis loris.* an *confutis?* Pro *nodis* forte *codis*, hoc est, *caudis* reponendum. sic Apuleius in vetustis Apologiae codicibus: *ilices bicodulae. Canis sine coda* Varroni apud Nonium in *coda. Olus Posthumius Tiburtus*, pro *Aulus*, apud A. Gellium. et *Sergius Orata*, pro *Aurata*, apud Macrobium. apud Seruium ad v. 295 libri VI in versibus Virgilio adscriptis: *Serpentum extremis nodantur vincula caudis.* sic pro *Codice* paulo post Florent. S. Masci, Vrbin. vterque Erfurt. aliique multi *Caudice. A lauro, Loretum* locus Romae in Auentino. ab *aure, oricella.* a *caulibus, coliculi. Claudius, Clodius, cores* et *cautes. plostrum* pro *plaustro* et *plostellum* Horatio. et similia. Hic scribendi vsus occasionem dedit loco apud Phaedrum corrumpendo ipso operis initio: *Duplex libelli dos est, quod risum mouet, Et quod prudenti vitam consilio monet.* ita enim Rhemensis liber. ac Pithoei codex *libellis os.* alii *mos.* Puto *libello los*, pro *laus*, exaratum fuisse. quanquam et *τὸ dos* commode omnino se habet. huc refer illud Horatianum Artis Poët. 343 *Omne tulit punctum, qui miscuit vtile dulci.* apud Horatium lib. II Sat. XIIII veterrimus codex bibliothecae Leidensis: *Cole sub vrbano.* vbi Scholiastes: *cole pro caule. sic coda pro cauda.* ita *aure* et *orē* frequenter confunduntur in scriptis exemplaribus, vt iam vidimus hoc ipso libro v. 46. Propertius libro I Eleg. I *Vos remanete, quibus facili deus annuit ore.* vbi perperam *aure* legitur. Martialis lib. II Ep. XXIIII — *quod si deus ore seueno Annueris? felix Candide, solus eris.* sic apud eundem Propertium Eleg. III libri I *Nec mihi consuetos amplexu nutrit amantes Cynthia, nec nostro dulcis in orē sonat.* non *nostra aure*, quod nunc legitur. Idem libro III Eleg. VIIII *Dulciaque ingratos admant conuiuia somnos. Publica victus perstrepat ora vias.* vbi circumfertur nunc *aura* perperam. Sed vt ad Nasonem reuertar, placet impense prae caeteris Florentini codicis scriptura, quam designaui, *Collectis nodis.* sic *colligere in nodum crines* similiaque. Claudian. II in Ruf. 108 *Illinc Armeniae vibratis crinibus alae, Herbida collectae facili volamina nodo.* De *colligendi* verbo plura ad Maronem congessi Aen. XII.

433 *Functa Phanoleniden*] Motuo, ne haec mendosa sint. nam in membranis vetustioribus mera lectionum monstra apparent. S. Marci *Tecta Phonolen idemque. Phololeniden* Neapol. at Bernegger. et Thuan. *Te Phonolenides. Tectum Pholoniden.* prim. Erfurt. *Thephonoleniden.* alii alitur. Viderint acutiores. Proximi quinque versus a multis vetustiorum absunt.

436 *Vimine querno*] Vrbin. *testo*, pro *texo*. Vide Notas Fast. IIII. 435.

438 *Expri-*

Digitized by Google

428 *Exprimitur per denſa foramina ſuccus*] *Spiſſus* prim. Vatic. Bernegger. Arond. prim. Hamburg. aliique plurimi, recte. Serverus Aetna: *Nunc ſpiſſus crebro praebetur vimine ſuccus.* Pr. *manat* vnus Baſil. *ſtillat.* ſed Lucretius in re ſimili *permanare* dixit lib. II. Pro *rari cribri* paulo ante Vrbin. prim. Baſil. et alii Thuan. *vini praeli.* tres alii *coli.* cuius alterum illud *vini praeli* eſt gloſſema et interpretatio. vt apud Virg. Georg. II. 242 *Colique praelorum fumoſis deripe teſtis.* vbi Scholiaſtes MS. *Cola, instrumentum, quo vinum premitur.* Lucretius lib. II. 361 *Et quam vis ſubito per colum vina videmus Perfluere, at contra tardum cunctatur oliuum.* Ergo et cola oliuarum, vt et piſcatorium vas Auſonio Epiſt. ad Theonem: *Nodoſas veſtes animantum Nerinarum, Et iacula, et fundas et nomina villica lini, Colaque, et in ſutos terreuis vermibus hamos.* Per *Nodoſas veſtes* retia intelligit, quae Noſter *nodoſas plagas* alibi vocat. apud Plinium lib. XIIII. 1 male legitur: *Vua non alibi gratior collo, vt inde poſt inueniſſe nomen duracina.* cum ſcribendum ſit *craſſior colo.* Tum nebus *craſſiore calle.* Apulei. lib. III Met. *Vaſculo quondam, in vicem coli gracilitер fiſtulato, ac per hoc guttatim defluo; infuſa aqua.* appoſite.

439 *Armis nudare*] *Spoliare* ſec. Palat. Iuret, alter Hamburg. et alii quatuor. placet, quia *ſpoliantis* mox ſequitur. *Arma etiam ſpoliare cupit* Statio Theb. XI. 562. Noſter ſupra 143 de Achille — *victum ſpoliare parabat. Paras hunc* etiam tres ſcripti.

441 *Ilia demiſi*] *Dimiſi* meliores. Pro *Thelobaſque* reponi ex ſcriptis *Teleboas.* Τηλεβοάς. Pro *ramum bifurcum* in Boxhornii fragmento *cornum.*

444 *Apparet adhuc vetus inde cicatrix*] *Vetus ecce* prim. Guelf. nou. et quatuor alii,

450 *Oecli*] S. Marci *Eebecli.* Neapol. *Echeli.* Vrbin. *Oeli,* Thuan. *Ethedi* prim. Erfurt. *Abecli.* alter *Eecli.* alii aliter.

452 *Pelethronius*] Malo *Pelethronium* cum Boxhornii fragmento.

454 *Inguine Neſſei manibus coniecta Cymeli*] Lege *Neſſeis manibus.* Zulichemianus *Inguine Neſſeo.* Iunianus *Inguine, Neſſe tuo.* Cymelum in inguine vulnerabat Neſſus, non Neſſum Cymelus,

460 *Helinumque*] *Helimumque* ex ſcriptis.

462 *Alaeſi*] *Haleſi* ex iisdem. cuius nominis etiam Paliſcorum conditor Argiuus.

466 *Macedoniaque ſariſſa*] Fuit, cum locum hunc de mendo ſuſpectum haberem, ac caſtigari debere opinarer: *Qui clypeum galeae, Lacedaemoniaque ſariſſa Conſpicuus.* quod perſuaſus eſſem ſyllabam in *Macedonia* ſecundam vix produci, cum Graecis Μακεδονία: *ſariſſas* autem proprie quidem ad Macedonas pertinere, verum aliis etiam gentibus in vſu fuiſſe. hinc et *Biſtonias ſariſſas* Noſtro lib. I ex Pont. III. 59 dici. Tum recordabar, antro haſtarum vſu, Sariſſas apud Lacedaemonios a Cleomene introductas eſſe, idque Plutarchum in eius vita teſtari: Διδάξαι τοὺς ἀντὶ δόρατος χρῆσθαι σαρίσσῃ δι' ἀμφοτέρων. quin et perſtitit

eius vsum ad tempora vsque Machanidae tyranni, cuius rei fidem a Polybio fieri libro XI οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι, χωρὶς παραγγέλματος, ἐπαρθέντες ταῖς διανοίαις ἐπὶ τῶν ἀγζύνων πρστερήματι, καταβαλόντες τὰς σαρίσσας, ὥρμησαν ἐπὶ τοὺς ἐπεναντίους. haec, inquam, olim. At vero postmodum comperi, poëtas etiam Graecos Μακηδονία enunciasse producta secunda syllaba, quod antea ignorabam, vt loco huic Nasoniano controuersia haud sit inquenda. Mimnermus apud Athenaeum libro XIII Ἀλλὰ Μακηδονίης πέσας κατενίσατο λαίφας. Sed et apud Dionysium Periegeten occurrit Θεσσαλίη δ' ἐπὶ τοῖσι Μακηδονίης τε πόλυες. *Macedoniae* igitur *Sarissae* hoc Nasonis loco minime sunt amoliendae.

469 *Vacuas in auras*] *In auras* puto scribendum, etsi codices nil iuuant. Dixi Amor. II Eleg. I. 62.

472 *Commonuit*] *Commouit* multi veteres. *Comminuit* prim. Palat. Cantabrig. Bernegger. et decem alii. Epist. III. 134 *Vt taceam, lacrymis comminuere meis.* Pont. III El. III. 33 — *ignis et arcus Ingenii vires comminuere mei. Animam alicuius comminuere* Val. Maximus lib. II. 10. Nonnulli codices *Continuit.* tres *Admonuit.* vt Epist. Sapphus: — *nec te Admouit, quod tu pignus amantis habes.*

474 *Quid fis nata vide*] *Vel quid nata vide* ex melioribus.

477 *Latus eruit hasta*] *Haurjit* S. Marci. *hauserat* pro diuersa lectione prim. Vatic.

479 *Nudaque Pellaei iuuenis ferit ossa sarissa*] *Pillei* Florent. S. Marci. Scribe *Phyllei.* Φυλλεῦς πόλις ἐν Θετταλίᾳ. quanquam Hyginus Fab. XIIII montem in Thessalia contendit esse. dixi ad Epist. XIII. 35.

487 *In corpore marmoris ictli*] *Vt corpore* plurimi veteres. et recte. nisi quod malo cum Arondeliano et septem aliis *ceu corpore.* vid. III Trist. X. 47. Versu proximo *dissiluit*, pro *dissiliit*, cum melioribus.

492 *In viscera mouit*] Malim *in viscere.* quanquam aliter scripti. vnus tamen Vatic. et vnus Basil. *condit.* vt lib. XV. 88 *Heu quantum scelus est in viscera viscera condi.* Paulo ante *demisit*, non *demisit*, praestantiores.

494 *Rapidi clamore bimembres*] In multis *trepidi.* prim. Vatic. *rapidi de more.* prim. Hamburg. *rabidi de more.* quod placet.

499 *Superamur*] *Superemur* Langermann, et tres alii, per interrogationem.

502 *Et quod fortissima rerum*] *Quid quod* Calaudrae codex et quatuor ex nostris. Mox *Natura duplex* cum prim. Reg. et aliis tribus.

510 *Insanis deiectam viribus Austri*] *Insani* Neap. Arondel. prim. sec. Pal. et multi alii. *dissectam* prim. Pal. et Medic. chartaceus cum aliis duobus. *defectam* quinque ex vetustioribus. *direptam* prim. Basil. Arondel. tres alii.

513 *Pelion*

Digitized by Google

513 *Pelion vmbras*] *Pelios* S. Marci, Thuan. prim. Gronou. prim. Moreti, Iureti et septem alii. sed *Pelion* tam apud Graecos, quam Latinos, est in vsu.

514 *Obrutus immani cumulo*] *Tumulo* plurimi veterum. *cumuli arborei pondere* vnus Medic.

517 *Quas ducat spiritus auras*] Malim *qua ducat*. vt lib. V. 467 — *nec quo loqueretur habebat*.

523 *Tartara detrusum*] *Retrusum* Florent. S. Marci.

526 *Quae mihi tunc primum, tunc est conspecta volucris*] *Tunc est mihi visa supremum* vnus Ambros. non male.

528 *Clamore sonantem*] *Clangore* meliores magno numero. et recte. nam *clangor* sonus est auium. Vid. XIII. 611.

529 *Animo est oculisque*] *Oculis animoque* multi veteres. tres *animis oculisque* cum Florentino S. Marci.

531 *Maxime vir quondam*] Malim *gloria gentis Maxima, vir quondam*. prim. Vatic. prim. Gronou. et tres alii *sed nunc aut vnica*.

534 *Ferro exercere dolorem*] *Ferrum exercere cruore* vnus Mediceus. *ferro cruorem* Rottendorp. sed alterum verius. *dolorem* paulo sequitur. *Ferrum exercere dolore* Noricus.

535 *Noxque remouit*] *Redemit* sex scripti. Gronou. *diremit*. quomodo passim historici *Nox pugnam diremit*, aut *praelium*, aut *certamen*. apud Virgilium Aen. *Praelia voce diremit*. et Nostro *dirimatur sanguine bellum*. nihil vsitatius vetustis scriptoribus. Guntherus tamen Ligurini libro IIII vulgatam lectionem in hoc Nasonis loco, quam manifeste aemulatus est, videtur agnouisse: *Vix tandem miseros sera iam vespere ciues Afflictosque din bello fuga noxque remouit*. Dictys Cretensis libro I *Atque ita eo die consilium dirimitur*. ita vetustus codex, non *dimittitur*.

541 *A se pater esse solebat*] *Ipse solebat* meliores.

543 *Obductos annis restringere luctus*] Locus pessime habitus. Caue accedas plerisque veterum, qui τὸ *rescindere* mutant in *rescisсere*, *restringere*, *retexere*. male etiam S. Marci et Neapol. *restringuere*. Cantabr. *rescinguere*. Pro *annis* Thuan. prim. Moret. quart. Medic. Iuret. et duo alii *leuiter*. quod locum mihi dedit coniecturae, vt puto, indubitatae. nam S. Marci *oculis*, vt et tertius Bonon. *armis* Geneu. manifeste mendosa sunt. Scribe — *obductum leuiter rescindere vulnus*. et vide quae notauimus Trist. lib. III El. XI. 63. Florus lib. IIII. 2 de Catone: *Ille passus dum recederent, rescidit plagas. rescindere iussa* lib. II Met. *rescindere acta* lib. XIIII. Decepit hic locus Giphanium Indice Lucretiano, qui videndus voce *Rescindere*. *rescindere vias nostris sensibus* Lucretius lib. I. 406. hoc est, perstringere. vbi nihil est mutandum. *aeui leges rescindere* eidem lib. IIII. *Obducere* vulnus, vt *ducere* et *conducere* aliis. hinc et *ducere cicatricem* apud medicos. qui loquendi modus apud Nostrum non semel occurrit. Stat. Achilleid. II sub finem: *Quid faciat somnos, quid biantia vulnera ducas*. ita scribi oportere arbitror. vid. nos ad Val. Flacc. I. 480. Sic *Iungere vulnera* dixit Statius Theb. X *Vulnera iungere doctus Aethion*.

545 *Ille*

Digitized by Google

545 *Ille quidem maiora fide quoque gessit*] *Maiora fide degessit* Iuret. et vnus meus. in Neapol. et Vrbin. erasa vetus lectio, in altero *quae gessit* videbatur fuisse. in altero sepositum *bona gessit. cum gessit* sec. Palat. at optimus S. Marci Florent. quart. Medic. tertius Bonon. et Barberin. *digessit*. Lege *Ille quidem maiora fide* (*dl!*) *gessit*. quod est cum admiratione laudantis. Pari modo *dl magni, dl boni,* admirantium sunt. Adeantur quae notamus ad Epist. XVIII. 102.

546 *Posse negare*] *Negari* prim. Bas. prim. Reg. prim. Hamb. et vnus Voss. recte.

547 *Polydamanta*] *Polydamanta*. Πουλυδάμας pro Πολυδάμας poëtice. sic Homerus et alii. Silius libro XII. 212 *Polydamanteis iuuenis Pedianus in armis Bella agitabat atrox*. sic et illic scribendum. et Epistola quoque Oenones Nasonianae reponendum. sic *curallum* in antiquis codicibus lib. VIIII. 748. κουράλιον vel κορράλιον. Ὄλυμπον pro Ὄλυμπον et similia Homerus dixit. quae Graecorum licentia Latinos non raro imitatores habuit. certe in Propertii codicibus nonnullis scriptis libro III El. I *Pulydamantas in armis* legitur. atque ita quoque in Persio scribendum.

550 *Elinque Polynque*] Nugae. *Pylumque* veteres plerique. *Polonque* vnus Moreti et Mediceus chartaceus. probe. *Pylon antiqui Neleia Nestoris arua* habuimus epistola Penelopes. Pro *flammaque* ex melioribus nonnulli *flammamque*.

553 *Neleidae*] S. Marci *Pelidae*. Lege *Nelidae*. sic et *Pelides*, non *Peleides*, a Peleo. a Theseo *Thesides*. ab Oeneo *Oenides*. ab Aegeo *Aegides*. a Neleo *Nelides*.

555 *Ferendum est*] Tolle τὸ *est* vel inuitis libris. quod odiose nox repetitur.

564 *Tendit in hanc*] *In hunc* malo cum multis veterum.

566 *Pendentemque ferit*] *Rapit* scripti quatuor cum Graeuiano. sic *deripere volucrem caelo volantem* videor legisse apud nescio quem ex Poëtis.

570 *Quae leuis haesêrat alae*] *Qua* ex scriptis plerisque.

581 *Sthenelëia versum*] *In volucrem Phaëthontida* veteres plerique. quidam *Cygnëida*. in nonnullis erasa vetus lectio. *Sthenelëida* editiones nonnullae vetustae cum Gryphiana, vt a cognato Phaëthontis Cycno, Sthenelei filio, deducatur. is nimirum iam ante in hanc volucrem mutatus, de quo Noster: *Adfuit huic monstro proles Sthenelëia Cygnus*. sed nihil horum satis ad rem facit. quanquam Marcianus Capella vulgatam quoque lectionem in Nasone videtur agnouisse lib. VIIII, vbi agit de Ledae Cygno: *Teneros ciere cantus, Phaëthontiadesque musas Coepit repente, ficta Fraudem parans senecta*. Statius lib. II Silu. II. 9 *Cedat Phaëthontia vulgi Fabula, non soli celebrant sua funera Cygni*. Scribendum enim opinor *volucrem Ledëida*. Martialis lib. I Ep. LIIII *Inter Ledaeos videtur coruus olores*.

588 *Ecquid vbi Aiacus cassurus est.*] *Ecquid vt has* Iureti et tres alii.

Digitized by Google

596 *Necopinum perde fugitsa*] *Prode* Cantabrig. elegantèr. apud Dictyn Cretensem lib. IIII. 11 Aiax de Achille mortuo: *Tua te incensuså temeritas prodidit.* vid. lib. I. 229 et IIII Fast. 715.

597 *Animo pariter patruique suoque*] *Patruoque* opt. Thuan. et quatuor alii. recte. Videantur notata nostra lib. III Eleg. VI Amor. 49.

600 *Rara per ignotos*] Praestantissimus Florentinus *gnara.* quod non est de nihilo, vt idem sit quod scita, docta, bene ac perite torta. Putabam aliquando *gnaua.* vt apud Val. Flaccum III. 145 — *mihi dextra ferro Gnaues opus.*

604 *Troica ferro*] *Troïa* Calandr. et alter Hamburg. bene. dictum ad Epist. primam.

609 *Victus es*] *Vinceris* Bernegger. prim. Erfurt. et sex alii. in nonnullis *Vincitur.*

611 *Thermodoontiaca*] *Thermodontiaca.* dictum alibi.

615 *Achille*] Vel *Achilli* Neapol.

618 *Haec illi mensura viro*] *Mansura* in nonnullis. Pro *haec est par tibi Pelide*, *Pelides* multi ex vetustioribus. alter Erfurt. et quart. Medic. *Pars tibi Pelides.* Florent. S. Marci *Par sibi Pelides.* Scribe *es hac est par sibi Pelides.* Vide Notas ad Epist. XX. 62.

620 *Cognoscere posses*] *Possis* meliores. Mox *proque armis*, non *deque*, prim. Reg. prim. Vatican. prim. Medic. prim. Basil. et tres alii.

622 *Oileus Aiax*] Aut *Oilius* est scribendum, aut *Oileos.* vt habent excerpta Calandrae. nam *Oileus* facit *Oïlei* et *Oileos*, vt *Orpheus, Orphei* et *Orpheos.* de quo ad Ibin. Vir summus Gerard. Ioh. Vossius Operis Grammatici de Analogia lib. II. 9 putat per diaeresin *Oileus* dici. sed Aiax non *Oileus* est dictus, sed Oïleus Aiacis pater.

625 *Laërtaeque fuit*] *Laërteque* nonnulli. rectius: plurimi veteres *Laërtiadaeque, Lertiadaeque, Lartiadaeque.* vt apud Ausonium in Epitaphiis Heroum: *Captus pellacis Lartiadae insidiis.* Sed dubito an Noster id putatit sibi licuisse. Florent. S. Marci *Leraoque.* Neap. pro diuersa lectione *Et Laërta.* Scribe — *sed Telamone creatis Laërtàque fuit.* et adi Notas ad Epist. III. 29.

META

Digitized by Google

METAMORPHOSEON

LIBER TERTIVSDECIMVS.

3 *Impatiens irae*] Ita Liu. V. 38 *Galli flagrantes ira, cuius impatiens est gens.* sic MSS. et veteres editiones. at Rhenanus emendauit *cuius impotens.* sic *impatiens linguae* Seruius Fuldensis ad Virgil. I Aen. 518. *Impatiens hominum* Lucan. VII. 866. *aequi* Stat. III. 603. *dei vates* Theb. X. 159.

Sigeia torua Litora prospexit] Prim. Basil. prim. Moret. fragm. Boxhorn. Noricus et sex alii *prospexit.* Paulo ante, pro *Surgis ad hos,* forte *ab his* scribendum.

10 *Quam pugnare*] *Bellare* vnus Leidensis.

12 *Inque acie valeo*] *Quamque* quinque veteres. *Quantum* Neap. quod placet.

19 *Ipse tulit*] *Ille* ex melioribus scriptis. vt supra et infra passim, vtebantur ea voce, quoties cum contemtu de aliquo loquerentur.

20 *Quod cum victus*] *Qui* in multis. *Quo* Florent. S. Marci, Bernegger. et fragm. Boxhorn. nimirum certamine.

21 *Atque ego*] *Ast* quatuor. *Atqui* fragm. Boxhorn. infra 859 *Atque ego contentus essem patientior essem.* nisi et illic *Atqui* reponendum. quod non puto.

27 *Aeacon agnouit*] *Agnoscit* cum plerisque. Paulo ante pro *silentibus illis* luret. prim. Moret. prim. Basil. Oxon. aliique multi *silentibus umbris.*

28 *A Ioue*] *Ab Ioue* cum prim. Vatican. prim. Bas. et sec. Palar.

29 *In causam profis*] *In causa* vetustiores plerique. et deinde *non est communis,* pro *sis.*

33 *Inseris Aeacidis alienae nomina gentis*] *Inserit* vterque Erfurt. excerpta Langermanni, vnus Voss. et vnus meus. quod sequentia confirmant. Plinius libro XXXV. 2 *Exstat Messallae Oratoris indignatio, qua prohibuit inferi genti suae Leuinorum alienam imaginem.*

35 *Potiorque videbitur illis*] *Ille* Oxon. tert. Medic. et viginti alii. rectius. duo *iste.* quod sequitur postea.

38 *Et sibi inutilior*] *Sed* cum vno Leidensi. nisi mauis *At.* Mox *in arma,* non *ad,* luret. et sex alii. monui ad Ep. III. 136.

40 *Nunc sumas*] *Num* Florent. S. Marci, per interrogationem. Pro *quia nos* tres *qui nos.* bene.

49 *Quae* (*si dii sunt*) *non vana precaris*] *Di sint* nonnulli. *di sunt* prim. Palat. Bernegg. quart. Medic. prim. Gronou. prim. Mamburg. et octo aut nouem alii. Praeterea *preceris* prim. Pal. prim. Moret. prim. Bon. et prim. Patau. et luret. Scribe *Quae mea ruit;*

Digitized by Google

ruit; *quae, dl dent, o non vana precaris.* nihil de meo addidi praeter vnam literam τὸ *o*. vide Notas ad Epist. VI. 156. nisi τὸ *dl* legendum consemus hoc modo: — *quae dl, dl dent, non vana precaris.* quae indignantis animi adfectum elegantes exprimunt.

53 *Velaturque*] *Venaturque* S. Marci liber, Thuan. Vrbin. prim. Vatic. tert. Medic. aliique nonulli. Sed Cicero lib. V de Finibus docet ex Attio: *Philoctetam pennarum contextu corpori tegumentum feciſſe.* ipſe Philocteta apud Attium: *Configo tardus celeres, ſtans volatiles: Pro veſte pennis membra textis contegens.* nam quod eiuſdem Attii illuc quoque trahunt viri in re literaria ſummates *Ingeniſcimus, Quod hanc pennigero, non armigero in corpore Exércearitur tela,* in eo aberrarunt a vero ſcopo. exercentur enim illic Philoctetae tela in auium corpore pennigero, non in armigeris hoſtibus. Q. Smyrnaeus Paralip. lib. VIIII. 350 de eodem Philoctete: — ἀμφὶ δ' ἑῷ ἄντῃ Οἰωνῶν πτερὰ πολλὰ περὶ λαχέεσσι κέχυντο, Ἀλλὰ δέ οἱ συνέφαπτο περὶ χρόϊ, χείρατος ἀλκὰς Λευγαλέου.

55 *Comitatur Vlyſſem*] *Comitauit Vlyſſem* Florent. S. Marci et vnus Gronouii bene. Adi Notas Triſt. I. Eleg. VIII. 31. Multi *comitatus.* Mox pro *vellet* idem Florentinus *mallet*.

72 *Legem ſibi dixerat ipſe*] *Iſtam* Bernegg. prim. Erfurt. et decem alii. *ipſam* duo. forte *ſibi ipſi.*

76 *Minimum eſt hoc laudis*] *Hic* plerique veteres. Legebam olim *minimae eſt hoc laudis.*

77 *Redeamus ad illum*] *In illum* plerique meliores, et pro *hoſtes* nunc *hoſtem.*

86 *Eminus*] *Cominus* Oxon. et recte. Plus enim laudis Aiaci, quod cominus cum Hectore erat congreſſus, quam ſi eminus congreſſus fuiſſet.

91 *Igneſque*] *Ignemque* multi veteres. Deinde *vbi nunc*, pro *tunc*, caſtigatiores.

110 *Caelatus imagine mundi*] *Conoretus* in Florentino S. Marci cum gloſſa *id eſt, pictus,* atque ita vnus quoque Mediceus.

117 *Praelia paſſus*] *Vulnera* Bernegg. prim. Gronou. et alter Hamburg. cum tribus aliis. Ita lib. XII. 171 *At ipſe olim patientem vulnera mille Vidi.* et inf. 391 *Pectus tum denique vulnera paſſum.*

130 *Potiremur*] *Poterentur* ex multis veterum ἀρχαιοῦς. ſic et lib. XIIII. 641 *vt potegentur ea* reponendum. Catullus LXIIII. 398 *Liber, vt innuptae poteretur flore iuuentae.* Propert. lib. II Eleg. VII. 64 *Cum capite hoc Stygios iam poterentur aquae.* ita vetuſtus codex Neapolitanus. Auſon. Epitaph. Heroum: *Patris praegreſſis vt poteretis equis.* Val. Flaccus lib. VII. 54 *Stillicie Aeoliae pecudis potiretur vt auro.* ſic et ibi ſcribendum. apud Columellam lib. I. 3 ex optimis membranis: *Vt emiſſe videamur, quo poteremur, pioli quo onerauremur.* Pari modo *oreretur* apud Paullinum quarto Natali Felicis: *Chriſtus vt adfectus noſtros oreretur*

Digitized by Google

everetur, in oris. vbi *everetur* pessime nunc legitur. sic a *fodio*, *foderetur.*

132 *Lacrymantia terris*] *Tergis* tres antiqui. Mox *succedat* pro *succedet* prim. Reg. Oxon. alter Hamburg. et quatuor. vetustiores magna ex parte *succedit.*

135 *Hebes esse videtur*] *Fatetur* vnus Bas. vt sit Graecismus. vt mox v. 142 *Quis, retulit Aiax esse Ioui prognatus.* Lucan. VIII. 637 *Tutumque putauit Iam bonus esse socer.* ad rem autem huc facit illud Martialis VIII. 19. *Pauper videri Cinna vult, et est pauper.* Pro *facundia* prim. Gronou. *sollertia.*

149 *Nec mihi quod pater*] Criticus aliquis sciolus censere posset, minus haec apposite dici de fraterna caedis inuidia. cum et in Diomedem, cuius beneuolentiam vbique captat Vlysses, haec caderet exprobratio, cuius pater Tydeus Menalippum fratrem interfecit.

153 *Virtutis honor*] *Honos* cum melioribus.

156 *Phthiam haec Scyronque*] *Phthiam Scyronue* plerique vetustiores. *Phthiam* sec. Moret. Paulo ante pro *Est genitor* Oxon. non male *En genitor.* et tum etiam foret scribendum *en Pyrrhus.*

157 *Nec minus est ista Teucer patruelis Achilli*] *Est isti* prim. Erfurt. et quinque alii. Puto *est ipse.* Bernegg. prim. Moreti et plurimi alii *est illi. est illic* Florent. S. Marci. *istic est* prim. Reg. prim. Cantabr. prim. Vatic. et alter Hamburg. *isti est* Noricus. *est istic* Neap. Thuan. in vno Mediceo *in isto est.* Forte *en ipsi*, vel *extructo Achilli.*

158 *Non petit ille tamen, num si petat auferat illa?*] *Auferat arma* plurimi veteres. et *Num petit* Florent. S. Marci: *Num petit ille tamen, num sperat vt auferat illa?* excerpta Calandrae, quart. Medic. et Iunian. — *num speras, vt auferat arma?* quod sequor. alii aliter.

163 *Et decepérat omnes*] Non agnoscunt vt *et* septem veteres.

169 *Euertere Troiam*] *Vertere* prim. Strozzae et alii quinque aut sex. Virgil. lib. V. 810 *Cuperem cum vertere ab imo, Structa meis manibus periurae moenia Troiae.*

177 *Vtque alios*] *Alias* Florent. S. Marci et vnus Mediceus. vt ad ciuitates expugnatas referatur. Deinde pro *qui vincere posset* Thuan. opt. *posses.* quod placet.

183 *Exspectata diu*] *Exspectanda* prim. Basil. Pro *Flamina erant* veteres plerique *sunt.* recte.

189 *Nunc equidem fateor*] *Hanc* prim. Pal. Cantabr. prim. Vatic. prim. Basil. et multi alii. tres *Hoc.* Puto *Nunc (equidem fateor etc.) difficilem tenui causam.*

195 *Etiamnunc*] *Etiamnum* S. Marci, Thuan. Oxon. Pro *linteo* fragm. Caesen. et Gronou. vnus et Medic. *carbaso.*

203 *Scis haec Menelae*] *Hoc* plerique. *Scis o* Cantabr. tert. Medic. et duo alii. probe.

216 *Ecce Iouis monitu deceptus imagine somni*] Tot vocabula substantiua sine adiectiuo aut epitheto vllo non recordor vno

versu coniuncta alibi apud Nasonem occurrere. vnde fit, vt erigendam orationem nonnihil censeam, ac scribendum proinde: *Ecce Iouis monitos deceptus imagine somnos Rex iubet.* cum nihil sit familiarius aut maiore in vsu Nasoni nostro huiusce modi Graecismis, vt vbertim alibi locorum demonstrauimus. *Moniti somni* dicebantur, in quibus dii, nunc hoc, nunc illud suggerentes ac monentes apparebant. nota haec etiam indoctis veterum superstitio. Claudianus apposite de diis ipsis I Stil. 206 — *Aut alite monstrant, Aut monitos certa dignantur imagine somnos.* quod egregie coniecturae nostrae suffragatur. Valerius Maximus libro primo capite VII. 8 *Propioribus tamen, vt ita dicam, lineis Asterii Ruffi equitis Romani somnium certo euentu admonitum est.* quo loco cum vir summus, et rei Romanae ac Latinae orationis peritissimus, Iustus Lipsius, grauiter sit lapsus, tepónendo *admotum est*, impositam quodammodo necessitatem mihi video hunc loquendi modum, etsi satis obuium, pluribus illustrate. Ausonius Odyssea XV *Telemachus a Minerua per somnium commonetur.* Florus libro IIII. 7 *Caesaris medicus somnio admonitus est, vt Caesar castris excederet.* Petronius in Satyrico cap. CVI de diis quoque: *Et quid fecissent admonuerunt pari somniorum consensu.* apud Scholiastem antiquum Iuuenalis Satyra VIII. 253 *Decii pater et filius somno moniti.* mox *Cumque essent somnio admoniti.* Solinus cap. VIIII *Aesculapii sacello incubantes aegritudinis remedia tapessunt de monitis somniorum.* Silius X. 373, postquam Hannibalem in somnis narrauit ab occupanda Roma deterritum: *Hos inter monitus somni, vanosque tumultus Dedita per noctem reliquo cum milite castra Nunciat, et praedam pleno trahit agmine Mago.* ita malo quam *motus.* nam subiungit *celatis superum monitis.* apud Virgilium etiam Aeneidos septimo v. 102 habes *Responsa Patris Faunimonitusque silenti Nocte datos.* Noster de Iside in somnis Telethusam compellante, lib. VIII Met. 708 *Monuit thalamoque recessit.* mox 779 Telethusa ad Isidem: *Consilium monitumque tuum est.* Iuuenalis Satyra VI. 528 de hac superstitione: *A Merde portabit aquas, vt spargas in aedem Isidis, antiquo quae proxima surgit iuli; Credit enim ipsius dominae se voce moneri. En animam vt mentem, cum qua dil nocte loquantur.* Eadem Isis apud Apuleium sic fatur: *Nam meo monitu sacerdos roseam manu gestabit corbulam.* et mox: *Sed sacerdos vtcunque diuino monitu cognitis ab origine cunctis cladibus meis.* Nec aliter capiendum marmor vetustum in opere Inscriptionum Gruterianarum p. LXXXII ISIDI. SACRVM EX. MONIT. EIVS. D. D. L. VALERIVS. MEMOR. Sed de inscriptionibus mox videbitur. Noster denuo Epist. VIII. 39 *Me pecudum fibrae, simulacraque inania somni, Ominaque arcana nocte petita monent.* ita enim codices nonnulli manu exarati, cum in vulgatis *mouent* circumferatur, etiam non male. Apud Claudianum quoque libro III Raptus Proserpinae 125 pro scripturae diuersitas: *Somnia quin etiam variis infausta figuris Saepe monent.* De *monendi* verbo nonnihil iam praefatus est ad Statianas Siluas Gronouius Diatribes capite XXVI. Apud Apuleium

Digitized by Google

lium libro II Metamorph. *Noctis imperiis monere.* et *per quietem moneri* apud Solinum. Plinius in epistolis lib. III. 5. vbi agit de patruo suo: *Quae cum Germanis gessimus bella collegit. Inchoans, cum in Germania militaret, somnio monitus. adstitit enim ei quiescenti Neronis. Drusi effigies.* Suetonius vita Caesaris Octauiani cap. XCI. *Quamuis statuisset tabernaculo non egredi, egressus est semel amici somnio monitus.* Solinus cap. I *Liber pater ducem monuit per quietem, sepelirí defixias suas iuuet.* Aeneas apud Maronem IIII. 351 *Me patris Anchisae, quoties umbrantia terris Nox operit, monuere in somnis et turbida terret Imago.* Hinc *monitara somnis* apud Statium lib. III Silu. III. 203 *Inde vias morum longaeque monimenta vitae, Affatusque pios monitumque somnia poscam.* Recte igitur ac proprie interpres antiquus Diui Matthaei cap. II. 22 χρηματισθεὶς δὲ κατ' ὄναρ, vertebat *et admonitus in somnis.* Inscriptio antiqua apud Gruterum in magno Opere p. LXXX. NEMESI. SANCTAE. CAMPESTRI. P. AEL F. FABIA. PACATVS. SCRIPS. SOMNIO. ADMONITVS. POSVIT. p. LXII. SILVANO. SACR. ET. NYMPHIS. LOCI. ARETE. DRVIS. ANTISTITA. SOMNO MONITA. D. p. CII M. AVR. PACORVS. SPEI. ARAM CVM. PAIMENTO. SOMNIO. MONITVS. SVMPTV SVO. D. p. LXX. *visu monitus* pari significatione: ASCLE PIO. P. AELIVS. POLIO. VISV. MONITVS. POSVIT. p. LXXX. L. VICTVLISENVS. VICTORINVS VISV. MONITVS. nec aliter intelligenda, quae in eadem Opere Inscriptionum frequenter occurrunt: *Imperio dei posuit. ex iussu*, vel *iussu, ipsius dei posuit*; *ex religione et iussu numinis posuit*, *ex visu deae Valentiae posuit aut dedicauit. visu iussus posuit. ex visu*, vel *ex viso, posuit*; *imperio dei fecit. iussus* vel *iussu fecit. ex praecepto deorum posuit*; *ex imperio deorum dedicauit.* Vt igitur ad Naſonem reuertar, cur *monitos somnos* huc loci reuocarem etiam praeter rationes iam prolatas codices vetuſtiſſimi compulerunt. Certe pro *monitu* Mediceus ſecundus et vnus ex meis *monitus. monito* Arundelianus. ex Mediceis alius quidam *monitor. monitis* vnus ex Gronouianis. *nitu* fragmentum Boxhornianum, truncato vocabulo. Hos deos, qui ſomnantibus apparebant frequenter, maxime propitios et ἀληξιάνειρα credebant. Graecis ὀνειροπόμποι, Latinis *Somniales* dicebantur. Hercules ὀνειρόπομπος apud Graecos ſcripeores paſſim occurrit, qui HERCVLES SOMNIALIS in veteri inſcriptione, a Salmaſio Solinianis Exercitationibus in medium prolata, nuncupatur: CVLTORES HERCVLIS SOMNIALIS.

218 *Suam defendere vocem*] *Suam cauſam* rectius Bernegger. prim. Moreti aliique complures. nonnulli *culpam.* minus bene.

221 *Det quod vaga turba ſequatur*] *Das* cum tribus ſcriptis. quod praecedentia requirunt.

223 *Quid? quod et ipſe fugis*] *Fugis* malo cum vno Palatino, Zulich. et tribus aliis.

Digitized by Google

228 *In quae dolor ipsi*] *In quasi dolor* ire *dissertum.* Arond. vt apud Virgil. IIII Aen. 413 *Ire in lacrimas.*

229 *Aduersos profugae de ciuile reduxi*] *Auersis* cum melioribus scriptis reponendum.

232 *Audet et ausus erat*] *Audens* prim. Palat. prim. Vatic. Cantabr. Flor. S. Marci, Vrbin. prim. Erfurt. et sex alii. *Audet* in Bernegger. Thuan. sec. Palat. Iuret. et quindecim alii. *Audet, at ausus* Arondel. alter Hamburg. et alii decem. *Ausus at ausus* vnus Ambros. *Audit et ausus* vnus meus. alius *Ausus et ausus.* Oxon. *Ausit et ausus.* Lege *Ausit. at ausus erat.* Pro *prior ens* repone mox *priorbis.* dictis videlicet ita prior Erfurt. tertius Medicens et alii circites viginti. Pro *Telamoniades* fragmentum Caesen. *Telamonides.*

235 *Reposco*] *Refundo* Iunct. prim. Moret. Bozhorn. Bernegger. multique alii. Idem Bernegger. vt ex Arondel. pro diuersa locatione *repono.* quomodo et prim. Basil. et ad Horatii IIII Od. V. Theodorus Marcilius. sic et apud Stat. Theb. VI. 991 *Ignea tolluntur Crura, breuemque fugam nec opina fine reponunt.* vnus Mediol. *refirmo.* vnus Voss. *reformo.* vnus meus *rependo.* Putem *reprendo.* eleganter, vt ad fugientes socios respiciat. quomodo apud Liuium lib. XXXIII. 14 *Adeo turbati erant dextrae dextris equites peditesque, vt quosdam Consul Cato manu ipse reprenderit conuersique in hostem.* Lucretius lib. VI. 567 *— nulla refrenet Res, neque ab exitio posse reprendere.* apud Propertium III. 17. 9 *Quam posset tarde quisquam nostros reprendere cursus.* pro ex fuga retrahere. Epist. XI. 53 *Continuo genitus etiamque verba reprendo.* vbi multi codices etiam *rependo.* Met. XV. 526 de Hippolyto direpto: *Membra rapi passim, partim reprensa relinqui,* hoc est, tanquam ex fuga retracta vepribus adhaerere. Plura ad Iustini lib. XXXVIII Graeuius et ad Velleii II. 130 Acidalius.

237 *Qui dantem tergа retraxi*] *Quem dantem* meliores.

240 *Confidit Vlysse*] *Vlixi* Florentinus S. Marci.

243 *Sed tamen*] *Sic tamen* S. Marci, prim. Reg. alter Hamburg. Vrbin. Cantabr. sec. Pal. et alii quinque.

244 *Ausum eadem quae nos*] *Ausum etiam* S. Marci, Vrbin. Neapol. prim. Erfurt. et multi alii. vnus *qui nos.* Forte *Ausum eadem nobis.* vide Notas ad lib. I. Amor. El. III. Noster supra: *Et nunc ille eadem nobis iuratus in arma.*

247 *Nec quid speculare*] *Nec quod* cum optimo Florent. prim. Erfurt. prim. Moret. prim. Twisden. et vnoneo.

248 *Promissa cum laude*] *Praemissa* prim. Erfurt. prim. Moret. tert. quart. Medic. et multi alii. recte. forte et *promeritis* legi posset. Mox *Haud contentus ea* rescribo, *laude* nimirum, non *ea,* cum Langerm. et vno Mediceo.

254 *Fueritque benignior Aiax*] *Fuerit quod dignior* vnus Basil. *fuerit quia dignior* Excerpta Calandrae. *fuerit quoque dignior* sec. Ambros. *fueratque* Arondel. Puto *fuleritque ea dignior Aiax.* vel *fueritque his dignior.* Sed nil fortasse mutandum, vt *benignior*

passive

Digitized by Google

assiue sumatur, pro eo qui benigne habetur. cuius tamen significationis aliud exemplum quaero. Ita sit *benignior*, gratior.

257 *Iphitidenque*] *Iphitiden et Alastoraque* veteres plerique.

258 *Pritanimque*] Scribe *Prytaninque*, ex Homero Iliad. E. 677. vel *Cherſidamanta*. *Chersidamante* nonnulli. Bernegger. Thuan. Palat. Oxon. multique alii. *Pheridamante*.

262 *Vulnera, ciues*] *Vulnera teſſes* Sixi et vnus Medic. Forte *aut ea mihi vulnera teſtes*. vide Notas Fast. IIII. 885.

264 *Veſtemque manu diduxit*] *Deduxit* cum melioribus scribendum. vt iam alibi monitum est. nisi mauis *deducis* cum prim. Humburg. et quinque aliis.

271 *Modo ne*] *Sed ne* plerique veteres. *Sed nec* quinque. quod placet. Mox pro —— *eaque aliquem nobis quoque reddat honorem, vobis* legendum, vt vetustiores exhibent. conatur enim omni arte odiosum Graecis facere Aiacem. *aut aliquem* Florent. S. Marci, Neapol. et multi alii. *redat honorem* vnus meus ex meliorib.

273 *Reppulit*] *Rettulit* S. Marci et alii duo. forte *Rettudit*.

275 *Hectoreis telis*] *Hectoreo Marti* plurimi veteres. optime.

276 *Ducisque. meique*] *Meique, ducisque* multi ex vetustioribus. Scribo *ducumque*. Nouem enim sortiti erant, vt ex Homero discimus. Rex erat solus Agamemnon, reliqui duces. notus Senecae versus in Agamemnone: *Rex ille regum, ductor Agamemnon ducum*. Ouid. Epist. VIII. 46 *Dux erat ille ducum*. Liu. XXXXV. 27 *Rex ille regum*. vnico verbo Homero I. 69 βασιλεύτατος dicitur.

288 *Pro nato*] *Gnato* alter Strozzae.

289 *Caeleſtia dona*] *Vulcania dona* Graeuianus pro diuersa lectione.

291 *Caelamina nouit*] *Norit* Bernegg. et octo aut decem alii bene.

294 *Diuerſaſque orbes*] *Diuerſoſque orbes* prim. Bonon. vt stella innuat. Ita Claud. II de Rapt. 283. —— *Sicut altera nobis Sidera, sunt orbes alii.*

295 *Quae non intelligit*] *Intelligat* quatuor. Pro *munera bel.* li Bernegger. Iuuer. et alii quinque *munia*. nil mutem temere. apud Lucretium *fera moenera militiai* et *moenera belli* non vno loco.

299 *Vocas crimen*.] *Vocat* Caesen. vnus Regius et vnus meus. vt ad duces orationem conuertat.

303 *Haud timeam, ſi iam nequeam*] *Haud timeo* meliores plerique. nonnulli etiam *ſi iam nequeo*. Forte *Haud timeo, ne grande queam defendere crimen*. vt ἀμφιτυπῶς haec dicantur.

304 *Vlyſſis*] *Vlyſſes* Caesen. Puto *Vlyſſei*, vel *Vlyſſi*. sic et infra: —— *regnum fallacis Vlyſſi*. et lib. XIIII. 159 —— *comes experientis Vlyſſi*. et 671 —— *et coniux timidis audacis Vlyſſi*. Vide Notas ad Artem Amatoriam lib. I. 743.

308 *Palamedem*] *Palamedeu* Bernegger. sec. Pal. vterque Erfurt. et alii decem.

Digitized by Google

313 *Vulcania Lemnos*] *Tellus* duo Medicei.

314 *Crimen defendite vestrum*] Pro *crimen vestrum* praet tertium Mediceum nostri omnes *factum*. et recte. quomodo emi crimen vocare potest, quod iam negauit crimen esse?

317 *Lenire dolores*] *Finire* multi veteres.

319 *Fida, sed et felix, cum sit, facit esse fidelem*] *Cum sit fi tis* omnino rescribendum cum plurimis membranis. nisi mal *cum sit satis esse fideli*. Silius XVI. 493 — *Satis est huic es priori Huic sperare sat est, fieri se posse priorem*.

322 *Morbisque iraque furentem*] *Morbis* plerique castigatiore *frementem* vnus meus.

323 *Aut aliqua perducet callidus arte*] *Producet* prim. More prim. Erfurt. Cantabrig. Oxon. tert. Medic. prim. Gronou. et al duodecim. *Producet* e latebris suis. Praeterea scribendum *al arte*. nam et eloquium ars est.

332 *Veque tui mihi, sic fiat*] *Sit fiat* multi veteres. *mihi fi sic sit* vnus Basil. *mihi fit, fiat*. Aut valde deprauatus est hic ve sus, aut adulterinus.

333 *Te tamen aggrediar, mecumque reducere nitar*] *Nec ina tus spero relinquar* multi. nonnulli *longe formidine pulsa*. s *sollerti pectore fidus*. alii aliter. At Sec. Palat. prim. Vatic. ter et quart. Medic. prim. Hamburg. prim. Erfurt. et sex alii ne agnoscunt hunc versum. In primo Palat. inter lineas erat scr ptum *Te tamen aggrediar*, reliquis omissis. optime. Non en dubito hunc et plures ab Ouidio versus relictos imperfectos, qu scioli postea supplenerint. vt et apud Virgilium frequenter factum. quid enim aliud sibi vult immensa lectionum discrep tia in posteriori hemistichio?

338 *Et se mihi comparat Aiax*] *Comparet* duo. Tert. Medi prim. Hamburg. Caesen. et quinque alii *Conferat*. vt reponant haec iis — *et mecum confertur Vlysses?*

341 *Cur hic metuit*] *Metuis* rectius plurimi veteres.

343 *Moenia Troiae*] *Moenia Troum*, non *Troiae*, iidem. vt i ita 375 *casaraque moenia Troum*.

345 *Afferre per hostes*] *Efferre* multi. *eferre* prim. Vat sex *auferre*.

351 *In illo*] *In illis* vnus Moret. Lege *pars et sua laudis illis*. vel *pars est sua laudis et illi*.

359 *Peteres*] *Peterent* Florent. S. Marci. et mox *manus* eundae. Forte *Quippe animae fortes, tibi nec Manorte secunda*

362 *Quod eget moderamine nostro*] *Nostri* prim. Palat. neu ingenii. quod placet.

368 *Tantum ego*] *Tanto* multi veteres. Sed apud Marone lib. XII. 19 *O praestans animi iuuenis, quantum ipse feroci Vi tute exsuperas, tanto me impensius aequum est Consulere*.

371 *Proque tot annorum curis quas anxius egi*] Alii *quibu* Scribe *quos egi*, vipelicet tot annos. atque ita tres scripti. Pra terea in optimo Florent. *cura*.

375 *Per spes hunc socias*] *Per spes vos socias* vnus More eleganter.

379

Digitized by Google

379 *Si Troiae fatis aliquid restare putasis*] Agnosco alienam denuo manum in hoc versu. Posset tamen *putatur* legi. Praecedens etiam versus est suspectus.

383 *Tum patuit*] *Re patuit* multi ex melioribus. libro III. 368 — *Reque minas firmas.* libro VIIII. 228 — *ultima dicta Re probat.* Fast. IIII. 322 — *tu nostrae pignora vitae Re iubis.* quod male mutarunt. lib. XIII. Met. 385 *Laesaque quid faciat, quid amans, quid foemina, discres Rebus, ait.*

384 *Qui ferrum, igneisque*] *Igneique* meliores. et pro *victi* mox *vincit.*

387 *Poscit Vlysses*] *Poscet* multi veteres. *poscat* Neapolit. et tres alii.

391 *Tum demum*] *Tum denique* prim. Moreti et alii quatuor. quomodo et alibi Noster locutus.

401 *Transieras, tandem portu votaque potitus*] Perperam quidam interserunt: *Transieras tandem portis votoque potitus.*

403 *Impositaque fero est*] Alii *impositaque estque fero. Impositaque est fero* scribendum cum Caesen. prim. Vatic. quart. Medic. et aliis non paucis.

406 *Terruit auras*] Multi *aures.* nil muto. sic lib. I Fastor. 567 — *fragor aethera terruit ipsum.*

410 *Tractisque comis Antistita Phoebi*] Alii *tractaque.* Thuan. prim. Moret. Cantabrig. Oxon. et duo alii *tractata.* bene. Pacuuius apud Marium Victorinum lib. II *Agite, ite, volvite, rapite, coma tractate per Aspera saxa et humum: scindite vestem eorum.* id ipsum ex suis codicibus etiam notauit ad Lucretium Giphanius. Ennius Annal. II *Tractatus per aequora campi. Morsu ferarum tractari* apud Lucretium lib. III. 902. Legebam olim *raptata comis.* vt lib. XII. 223 *Raptaturque comis per vim nova nupta prehensis.*

410 *Antistita*] *Antistitae* verbo et Ciceronem vsum monet A. Gellius Noct. Attic. XIII. 19 *Sacerdotes Cereris atque illius sunt antistitae.* Plaut. Rudent. II. 2. 10 *Veneria antistita.* vbi vid. Taubm. Virg. Ciri 166 *Cybeles antistita.*

419 *Carbasa mota*] *Tensa* vnus meus. Ep. X. 30 *Vidi praecipiti carbasa tenta noto.* Val. Flaccus lib. IIII. 422 — *placidi tendebant carbasa venti.* Virgil. Aen. III. 268 *Tendunt vela Noti.* et libro V. 32 — *vela secundi Intendunt Zephyri.*

420 *Dant oscula*] *Dantque* ex scriptis.

430 *Polymnestoris*] *Polymestoris* hic et infra vetustiores. recte. Πολυμήστωρ est etiam apud Euripidem initio Hecubae, secunda syllaba correpta. atque ita scribe apud Propertium libro III Eleg. XIII — *accepto Thracis Polymestoris auro.* nam libri veteres *Polymestoris.* Tzetzae quoque in Chiliadibus ter quaterue Πολυμήστωρ. vt et in Excerptis Rhetorum ab Allatio editis, et Seruio lib. I Aen. 666. lib. III. 6 et 49. et Dictys Cretensi in scriptis editisque exemplaribus. sic *Clytemestra* apud Ausonium pro *Clytemnestra*, in Epitaphiis Heroum I *Vindicem adulterii cum Clytemestra necat.* ita enim disserte codex Vossianus veterrimus. Liuius Andronicus in Aegistho apud Nonium

Digitized by Google

nium voce *iuxtim*: —— *in sedes collocat se regias Clytemestra iuxtim. tertias natae occupans*, nisi Κλυταιμνήστρα pro Κλυταιμνέστρα sit dictum. secundam in *Thesapnaeus* apud Silium Italicum libro VIII. 414. et XIII. 43 correptam inuenies. de quibus vide Vossium artis Grammaticae lib. II. 12 et Salmas. Exercit. Plinian. p. 33.

436 *Demisit alumni*] In aliis *dimisit*, sed malo cum vetustiorum plerisque *desigit*.

438 *Exactumem scopulo*] *E scopulo* cum melioribus.

440 *Dum ventus mitior esset*] Ex melioribus *amicior*. Trist. lib. I. Eleg. III. 17 *Si tamen haec nauis vento ferretur amico*. Silius lib. XVII. 210 *Interea voto non auras poscit amicas Constratus, cruuisse Noto*.

442 *Similisque minanti*] *Minuci* vnus Leid. et Zulich.

458 *Vique suo vidit*] Meliores *Inque suo*.

458 *Aut tu iugulo vel pectore telum*] *At tu iugulo* rectius tres scripti cum vno Moreti.

460 *Scilicet haud vlli seruire Polyxena vellem*] *Seruire ferrem*, pro paterer, Vrbin. prim. Reg. vterque Hamburg. Arondel. prim. Palat. prim. Vatican. Cantabrig. tert. Medic. aliique plurimi. bene. Praeterea *aut ferrem, aut placabilis* scribendum cum multis, non *haud ferrem seruire*. vt Val. Flacco lib. II. 156 *Scis simile vt flammis simus genus. adde, cruentis Quod patimur seruire Dabis*. ita ex vestigiis vetusti apud Carrionem libri videtur corrigendum. Paulo ante 151 apud eundem repone: *Attemen, hos aliis forsan solabere casus Tu thalamis*, cum *hos talis* insulse legatur. Ibidem 148 scribendum: *Non forma, non arte colus, non laude pudoris Par tibi*. nam *fama* idem est quod *laus pudoris*. Caeterum quod *patrium* pro *patimur* irrepserat literis transpositis, idem error non semel alibi mihi deprensus apud eundem Valerium. vt libro IIII. 320 *Tenditur ille ingens in humum pauor, arinaque late Occupat*. frigide hactenus legebatur *hominum pauor*. *Tenditur* pro extenditur. sic nostro Met. IIII. 576 —— *serpens in longam tenditur aluum*. Apud eundem Valerium libro V. 463 locus est insignis, sed pessime habitus vulgo: *Posse alii, quos praecipuo Titanius aulae Legit honores patres, motique ad praelia reges*. vel *Titanias aula*. nunc *Titania tellus*. Sed finis exemplorum non esset. haec interim in transcursu.

466 *Esse procul*] *Ite* S. Marci, Neapol. Bernegger. et sex alii.

470 *Verba mouent*] *Vota* tres nostri. idque in suo codice ex antiquis libris notarat Politianus.

471 *Nunc captiua*] *Non captiua* longe elegantius cum Neapol. Vrbin. Cantabrig. prim. Palat. prim. Gronou. Arondel. et sex aliis. *Nec captiua* fragment. Boxhornii. Moueant vos preces meae, non tanquam a captiua, sed a regis filia, profectae.

487 *Ediderat*] Scribe *Edideras*. aliter libri.

491 *Osculaque ore tegit*] *Legit* sec. Palat. Oxon. quart. Medic. et quinque alii, cum Naugerii codicibus. *egit* duo. an *legere oscula*?

Digitized by Google

oscula? vt apud Virgil. IIII. 684. —— *extremo, si quis super haustus errat, ore legam.* et *legere ore spiritum* Senecae Hercule Oetaeo. quomodo *frigentia lambere oscula*, apud Statium Epicedio Glauciae. Posset et *teris* rescribi, sed vulgatum defendi potest, tanquam os opponat animae fugienti. sic lib. XII. 424 —— *oraque ad ora Admouet; atque animae fugienti obsistere tentat. ore petit* Thuan. non male. duo alii *dedit.* vnus Regius *regit.*

494 *Vltime matris*] *Matri* Ambros. et vnus Patauinus. sed Gronou. et octo alii *vltima.* prior Gronou. *quis enim.* Quare posset et legi: *Nata tuae, (quis enim superest dolor) vltima matri.*

495 *Videoque meum tua vulnera pectus*] *Tuum mea vulnera vultus* Bernegger. Polit. et octo alii. quod placet. quidam *meum tua vulnera vultus.* alii *tuum mea vulnera pectus.* vel *meum tua pectora vultus.* sed quia mox sequitur *Tu quoque vultus habes*: puto scribendum hoc loco —— *videoque tuum mea funera funus.*

496 *Et ne*] *En ne* Bernegg. et placet.

504 *Tumulo quoque sensimus hostem*] Vrbin. *tumultum.* et multi mox *cinis ipse sepultus*, pro *sepulti.* sic infra 615 *Inferiaeque cadunt cineri cognata sepulto Corpora.* et Virgil. Ceiri loco corruptissimo: *Vti cineres gaudete sepulti.* Virgil. IIII Aen. 34 *Id cinerem aut manes credis curare sepultos.* sed aliter Seneca haec producit.

507 *Sed finita tamen*] *Nec finita* Calandrae excerpta, Constantii Fanensis codices, et ex nostris vnus Leidensis. Malo tamen cum prim. Reg. et vno Medic. *Si finita tamen.* vt lib. X Met. 323 *Si tamen hoc scelus est.*

517 *Quo me seruas, annosa senectus?*] *Damnosa* reponendum ex antiquis editionibus. sic in Trist. III. 7. 35 *Formae damnosa senectus.* Pro *quo ferrea, quid ferrea resto* quatuor libri. sed sec. Vatican. *quid abenea.* Statius Theb. III. 280 —— *scopulus et abena precando Flectere corda, pavo.*

518 *Quo dî crudeles nisi vti*] *Nisi quo* S. Marci, Neapol. Bernegger. Polit. multique alii. Multi etiam ex melioribus *Quid dî.* Scribendum forte cum primo Vatican. priore Twisdenio et duobus Medic. *Quid, dî crudeles, nisi quo noua funera cernam?*

523 *Dotabere regia virgo*] *Donabere* Medic. Flor. et Neapol. Manil. IIII. 140 *Taurus simplicibus dotabit rura colonis.* sic Gembl. editio Scal. *donabit.* lib. V. 710 *Tertia Pleiades dotabit forma sorores.* si *donabere* leges, erit vt illud Senec. II de Clem. 6 *Donabit lacrimis maternis filiam.*

532 *Sparsos imagini sanguine vultus*] *Insonti sanguine* vnus meus. et mox 503 *sanguine sonti.* alius *stillanti.* vt lib. XI. 57 *Sparsos stillanti rore capillos.* Pro *procedit* mox vetustiores plerique *processit.* et *laniata*, pro *lacerata*, *comas* prim. Basil. atque alii quatuor.

Digitized by Google

541 *Aduersa terra*] *Aduersa terrae* S. Marci, vnus Thuan. et vnus meus. Mox pro *sustollit* Oxon. *intendit*.

554 *Praedaeque assuetus amore*] *Amori* scribendum. vel, quod nihilo sit deterius, *allectus amore*.

560 *Atque ita correpto captiuarum agmina matrum Inuocat*] *Correptum* Bernegger. a manu prima, et pro diuersa lectione prim. Gronou. *correpta* Neapol. Arondel. et tert. Medic. Pro *agmina* prim. sec. Vatican. et septem alii *agmine*. *Inuolat* prim. Vatican. Galandr. Thuan. et alii sex. Scribe cum primo Moreti: *Atque ita correptum captiuarum agmine matrum Inuolat*. Auctor belli Alexandrini: *At ipsum Longinum L. Licinius Squillus inuolat, iacentemque leuibus sauciat plagis*. perperam illic editur *ad ipsum Longinum*. si *correpto agmine* mauis, *rò inuolat* referendum erit ad subsequens *in lumina*. vt apud Terentium Eun. IIII. 36 *Vt ego vnguibus facile illi in oculos inuolem*. Lucilius apud Nonium: *Inde canino rictu oculisque inuolans*. sic *irruere* supra lib. XII cum quarto casu habuimus. Guntherus Ligurino II de Leone: *Miserum violento pectoris ictu Inuolat*. Solinus cap. XI *Cornibus aras flammas impune inuolant*. et cap. XXVI *Vt eadem Apellis insignem alites non inuolarent*. et cap. XXXIII *Aegyptum inuolat Phoenix*. Apuleius lib. II Met. sub finem: *Nec cunctamur medios latrones inuolo*. sic enim codices nonnulli, cum in vulgatis sit *inuado*. lib. VI *His editis inuolat eam*. lib. V *Nec deus amator humi iacentem deserens inuolauit proximam cupressum*, lib. VIII. *Philebum caeteroque eius comites inuolant auide*. sic et *Aduolare* cum quarto casu scriptores iungunt. et Apuleius lib. V *Peruolare scopulum* dixit. Lucanus libro VI. 588 —— *quos Caesaris inuolet artus*. *Correptam*, vt in Phaedro lib. I Fab. I *Atque ita correptum laceras iniusta nece*.

562 *Expellitque genis oculos*] Ita et Florent. S. Marci. vt *expellere crines cerebro* Plaut. Trucul. II. 2. 35. *Expilasque* prim. sec. Palat. prim. Vatican. Oxon. Cantabrig. tert. quart. Medic. vterque Erfurt. vterque Hamburg. prim. Moret. aliique plurimi. sic *Expilare pharetram* dixit Apulei. lib. V. et *Expilata cubilia ferarum* Senec. ad Marc. cap. VII. *Extraxitque* prim. Gronou. prim. Thuan. et decem alii. *Exspoliatque* quatuor cum Bernegger. vnus Reg. *Expilatque genas oculis*. Scribe *Exspoliatque genas oculis*. quomodo excerpta Iureti, et pro diuersa lectione Arondelianus. supra lib. XII. 438 —— *armis spoliare iacentem*. *Exspoliare* veteres dixisse liquet ex Quadrigario, qui *agrum Campanum exspoliabatur* dixit. Vide Nonium in *Spolio*. Sic in veteri epigrammate de monstibus inter Cataleda Pithoei: *Maius Atlantiades gnatae dignatus honore Exspoliat pulchris florea serta rosis*. ita enim vetustus codex Vossianus, non *florea serta*. *serta* pro *sertis* videtur posuisse. in Actis passionis S. Cypriani: *In agrum Scyri peruectus est, et illic se lucernu birra exspolianit*. in eiusdem vita: *Cum se Dalmatica exspoliasset*.

Digitized by Google

562 *Facit ira valentem*] *Nocentem* plurimi veteres. at bert. Medic. et multi alii *potentem*. recte. Adeantur Notae Amor. II El. II.

589 *Diua tamen veni, non vt delubra dieſque*] *Venio* meliores. Pro *dieſque* prim. Moret. *decuſque*. Prim. Erfurt. prim. Gronou. tert. Medic. et quatuor alii *boueſque*. Forte *papaſque ſacrificos*. quae vox etiam Auieno Fab. XXXVI reddatur: *Mox vitulum ſacris innoxium reſpicit aris Admoto et cultro coninus ire popam*. qui locus vulgo eſt inquinatiſſimus, etiam in ſcriptis, quotquot vidi, codicibus. Propertius libro IIII Eleg. III *Succinctique calent ad noua ſacra popae. Deiſque ſacrificis* Florent. S. Marci.

597 *Sic al voluiſtis*] *Sic vos* S. Marci, Neap. ſec. Pal. Oxon. et decem alii ex melioribus.

605 *Denſatur*] *Denſetur* S. Marci, Neapol. prim. Palat. et tres alii. bene. de eo verbo ad Claudiani IIII Conſ. Honor. 325. et III Faſt. 820. Mox pro *animum* rectius *animam* multi vetereſ. et *calorem* pro *colorem* ſec. Palat. Oxon. et quinque alii.

611 *Ter plangor*] *Clangor* prim. Moret. ſec. Palat. quart. Med. Oxon. et alii quindecim. rectius. vid. lib. XII. 528.

Quarto ſeducunt] Prim. Palat. prim. Vatican. Cantabrig. prim. Baſil. et ſeptem alii cum Arondel. *ſuccedunt aſtra*. etiam bene. Pari modo *ſubire tectis* et *ſubire tecta* dicebant. ſic apud Val. Flaccum lib. II. 283 ſcribendum: *Non ſimiles iam ferre choros* (*ſemel orgia fallunt*) *Audet, non patrios furtim ſuccedere ſaltus*. perperam *furtis accedere* nunc circumfertur, nec melius Carrionis liber *buſtis accendere*. poſtea dicturus eſt *vox accidit aures Flebile ſuccedens*. Virgilius lib. III. 541 *Sed tamen iiidem olim currum ſuccedere ſueti Quadrupedes*. ſic vetuſtus codex Bibliothecae Leidenſis. Apud eundem libro VII. 161 cum *murmure ſubibant* nunc legatur, exemplaria non pauca vetuſta *muros* agnoſcunt. Silius libro X. 596 — *properemus, vt hoſtis Nequicquam armatos anſit ſuccedere muros*. Apuleius Met. V *Larem noſtrum laetae ſuccedite*. Feſtus Auienus Deſcript. Orb. 916 *Maſſagetae glauci ſuccedunt flumen Araxis*. et 1211 *Horum qui gelidi ſuccedunt plauſtra Bootae, Pinguia rura tenent*. tres cum primo Reg. *ſecernunt caſtra*.

618 *Memnonides dictae*] Sic et Plinio dicuntur. quomodo *Meleagrides* a Meleagro. *Memnoniae* ſunt Solino. quod de parentali earum conflictu addit, id de Diomede quoque ac Meleagridibus veteres produnt. Noſter, cum et Meleagri mortem lib. VIII deſcribat, et luctum publicum ex hoc caſu a Calydoniis tam foeminis quam viris conceptum, lugentes tamen in aues Meleagridas concerſos fuiſſe, quod Apollodorus tradit, non addit. ex Aethiopia illas caterratim ad buſtum Memnonis comolare, quod eſt prope Ilium, Solinus affirmat, plura ſubiungens ex Cremutio.

619 *Parentali morte rebellant*] *Perſtrepunt* tres ſcripti. *more* in plurimis. Sed ſcribe *parentali Marte*. alludit ad gladiatores in funeribus patriciis exhiberi ſolitos.

623 *Non*

Digitized by Google

623 *Non tamen*] *Nec* meliores.

626 *Eligit illam*] *Vxam* Thuan. prim. Moret. Neapol. Gronou. prim. Basil. et duo alii.

628 *Sceleratasque litora*] Vetustiores *limina*. mox *sociis comitatibus* Oxon. et duo alii, non *comitantibus*.

633 *Rite colebatur*] *Colebantur* cum sec. Vatic. et aliis quatuor.

634 *Delubraque nota*] *Vota* cum prim. Bonon. et quatuor aliis. de quo dictum lib. VII. 162. *Aedem votivam* dixit Horat. lib. II Od. XVII.

637 *Caesaeumque boum*] *Caesorumque* meliores.

638 *Positisque tapetibus altis*] *Positique* cum Barberin. et vno meo. vt Ep. XVIIII. 158 *Ponuntur medio cur mea membra toro?*

647 *Quod enim est mihi filius absens Auxilium?*] *Quid enim* nonnulli. Lege cum Oxonienſ. *quid enim auxilii.*

649 *Pro patre locumque et regna tenentem*] Numeri satis euincunt nihil hic Nasonianum esse. Scribe *locos et regna tenentem*. vt apud Val. Flaccum libro V. 685 *Victorque domos et regna tenebit*. exaratum erat *loquos*. hinc natus est error. eius scripturae vestigia in membranis nonnullis etiamnum exstant. Posset et legi *loci iam regna tenentem*. vel *sceptra*. vt supra libro VI. 677 *Sceptra loci rerumque capis moderamen Erechtheus*. nam *locum quo regna* prim. Gronou. *locumque in regna* alius. *locum et regna* duo. frag. Boxhornii *qui parte locum qui regna tenetque*. vel *pro parte locus me regna tenente*. multi *pro parte*. Florent. S. Marci *quod parte locum quod regna teneres*. Bernegger. *locus quo regna tenente*. quomodo et Arondel. pro diuersa lectione. tres *tenenti*.

651 *Femineae stirpis*] *Sorti* prim. Basil. Arondel. et duo alii pro diuersa lectione. bene. libro VI. 680 *Quattuor ille quidem iuuenes, totidemque crearat Femineae sortis*. libro VIIII de feminis 676 — *ouerofior altera sors est, Et vires Natura negat*.

659 *Munere gentem*] *Classem* meliores.

661 *Et totidem natis*] Ita et scripti. Puto *Natabusque Andros totidem fraterna petisse est*. etsi aliter Priscianus. sed et ille *deabus* et *potita* mendose citat.

664 *Consortia corpora poenae Dedidit et timido posses*] *Pectore* ex melioribus. *Dedit et timido* Neapol. et duo alii. Scribe *Dedit, et vt timido possis*, cum altero Exsurt. vno meo et Graeuiano. *possis* etiam multi veteres. *Dedit* a dedo. Apuleius Met. VII *Ad casas interim suas vinctum perducunt, quoad remissioni die sequenti, deductus ad magistratum, (vt fiebant) poenae daretur*. perperam *redderetur* nunc legitur. hoc quoque Nasonis loco in plurimis membranis. sic *Deditus noxae*. de quo Fast. I. 359. et *Dedi supplicio*, de quo ad Claudian. in Europ. lib. I. 68.

672 *Di-*

Digitized by Google

672 *Dicere possum*] *Possim* vnus Vossii et Sixii.

674 *In volucres alueas etc.*] *Volucrem* cum sec. Palat. Oxon. quart. Medic. et tribus aliis.

681 *Craterem Aeneae*] *Crateram* multi. quod arripere Gifanius in Indice Lucretiano in *comites* non debuit. *Cratera* probe Neap. Vrbin. et quinque alii. Ex Virgilii V. 535 haec et sequentia est mutuatus: *Ipsius Anchisae longaeui hoc munus habeto Cratera impressum signis: quem Thracius olim Anchisae genitori in magno munere Cisseus Ferre sibi dederat monimentum et pignus amoris.* vt in Fast. III. 518 *Cratera Iliacis turaque pone focis.* Idem Virgilius lib. VIIII. 266 *Craterā antiquum* dixit. Forte tamen *Creterram* corrigendum: nam Non. Marcellus videtur velle, sic vbique scribendum esse, quoties latina enuntiatione *cratera* pro *crater* effertur. vt in illo Ciceronis, quod ex Aratéis eius profert idem Nonius: *In medioque sinu fulgens creterra fulget.*

682 *Ab Haemoniis*] *Eoniis*, *Hispanis*, *Eoneis etc.* codices. *Haemoniis* nonnulli. *Oniis* fragment. Boxhorn. *Ooniis* tert. Med. *Adoniis* quartus. *Iouiis* S. Marci, Neapol. Vrbin. Bernegger. prim. Vatican. et tres alii. alii aliter. Pro *Ismenius* vnus meus *Imeneius*. *Imenēius* in Graeuiano, forte *Mimyeius*. Mox pro *Myleus* scripti propemodum omnes *Nileus*. Puto *Nileos*. nempe filius.

690 *Arbor*] *Arbos* Thuan. et multi alii. Mox pro *lambant saxa* S. Marci, Neapol. Thuan. Bernegger. Oxon. prim. Gronou. secund. Palat. tert. Medic. aliique complures *rodunt*. sic in Fastis I. 357 *Rode caper vitem.* Festus Auienus Descript. Orb. 1143 *Iniectique artus erepunt ardua semper Culmina saxorum. non illis pabula in vsum Terra parit, glebas arrodant more ferarum Ieiunas herbae, nec amicas frugibus vlis.* ita scriptus liber, non *obrodunt*. sic et apud Lucanum corrigatur. *Derodere* dixit Plinius XII. 17 *Hircorum barbis inhaerens bedoraē flore deroso.*

692 *Ecce facit mediis natas ab Echione*] Tolle τὸ *ab* cum vno Gronouii. multi *ab origine.*

694 *Demisso*] *Dimisso*, non *demisso*, nonnulli.

699 *Nominat*] Malim *nominet.*

700 *Hactenus antiquo signis fulgentibus aere*] *Signis exstantibus* duo Basileenses et vnus Moreti, quomodo supra libro XII. 235 *Forte fuit iuxta signis exstantibus asper Antiquus crater.* vbi aliquid diximus, *asper*, videlicet propter signa exstantia. sic *asper nummus* Persio Sat. III. 70 recenter cusus, nondum attritus: *Quid asper, vtile nummus habet?* Paulinus de Vita B. Martini libro III. vbi conuiuium describit Maximi tyranni: *Ars superat pretium, pretio pretiosior ars est. Haec radiant gemmis, haec exstant, vascula signis Aspera sunt quaedam visu, sed laeuia tactu*, ita scri-

Digitized by Google

bendus is. locus. nam in vetusto codice legebatur *Ars erat in pretio, pretium pretiosior arte est.* vnde Iuretus: *Ars erat in pretio: pretium pretiosius arte est.* non male. sed perperam idem pro *haec exstant vascula signis* coniiciebat *haec certans.*

706 *Cretam tenuere*] *Creten* vnus Bonon. vnus Voss. *Cretem.*

707 *Ferre diu nequiere Iuem*] Ita Florent. S. Marci. In reliquis omnibus *Iouem. Iouem* pro aëre passim a poëtis dici quis nescit? vide Barth. ad Claud. Conf. Olybr. 37. Hic autem argute Noster, cum Creta sit natale solum Iouis. apud Virgil. lib. III. 227. Aeneas de aduentu suo in Cretam: *Irruimus ferro, et diuos, ipsumque vocamus In praedam partemque Iouem.* Silius lib. II. 115 de Mopso Cretensi, qui procul a patria occidebatur: *Desertum per vota Iouem non grata vocabat.* nihil illic Dausqueius vidit. Cretenses etiam τὸν Δία ἴμεγον appellabant Δία, teste Macrobio in Saturnalib. lib. I. 16. quomodo Romani *Lucetium Iouem*, et *Diespitrem*, vt diei patrem dicebant. Ita contra, pro *Iouis, Iues* legendum apud Val. Flacc. III. 246. vbi vide quae notauimus.

708 *Optant contingere portus*] Sex *aptant. Properant* puto.

711 *Samumque*] *Samonque* veteres plerique. sed *Samenque* vetus est. dixi Remed. Amor. 68. *Ithacanque* vnus Medic.

713 *Praetereant vecti*] *Praeter erant vecti* meliores magna ex parte. at Mediceus chartaceus *Propter erant vecti.*

713 *Certatam lite deorum*] Apollinis nempe, Dianae, et Herculis. fabulam ex Nicandri Ἑτεροιουμένοις et Ambracicis Athanadae seruauit nobis Antoninus Liberalis, docetque Iudicem a dis hac in lite lectum Cragaleum Herculi Ambraciam adseruisse, ac proinde ab indignato Apolline in saxum fuisse conuersum. Videatur is Metamorphos. IIII. Interpretes ad hunc Ouidii locum nil, quod sciam, contulerunt.

714 *Ambraciam*] *Ambracian* prim. Vatic.

718 *Impia subiectis fugere incendia pennis*] *Inita* S. Marci et tert. Bonon. Lege *irrita*, vt lib. XIIII. 539 *Irrita sacrilega iactas incendia dextra.* Malo etiam *subuectis pennis.* quanquam aliter libri.

721 *Tenetur*] *Tenentur* vnus Medic.

723 *Intrant Sicaniam. tribus haec excurrit in aequora linguis*] *Pronis* S. Marci, Neapol. et tert. Bonon. prim. Bonon. *pinnis.* male. Lucan. de Brundusio libro II. 613 *Hic latus angustum iam se cogentis in arctum Hesperiae tenuem producit in aequora linguam.* Plura videantur apud Gronouium Diatribes Statianae cap. XXVII. vbi Liuium bis, semel Ammianum Marcellinum, pari modo locutos esse demonstrat. adde Caesarem lib. III belli Gallici: *Erant eiusmodi fere situs oppidorum, vt postea in extremis linguis promontoriisque aditum pedibus non haberent.* Pecuuius Anchisae: *Id promontorium, cuius linguam in altum proiecit*, apud Gellium lib. IIII Noct. Attic. cap. XVII. Priscianus Periege-

Digitized by Google

priegeâ: *Finibus est Asiae latus auctum, lingua Sepernis.* Solinus cap. II de Italia: *Linguis proiectis saepius ac procurrentibus finitum promontoriis pelagus accipit.* qui Pacuuium respexit, quod non aduertit Salmasius, cum Solino genuinam ex vetustis codicibus assereret scripturam. Lege in hac Nasonis loco: *trifidis exurrit | in aequora linguis.* vt *haec* inepti glossatoris est commentum. vide quae obseruaui ad lib. III Fast 387. lib. IIII Fast. 480 de Sicilia: *Lustrarat terrae cornua trina suae.* ita et ibi scribendum, vt suo loco monebitur. Festus Auienus Orbis descriptione de Sicilia: *Haec autem triuio laterum procursibus adsurgit, Ternaque coeruleis lunge iuga porrigit undis.* idem de Europa: *Haec tanquam speculis adsurgens plurima trimis.* Atque hinc facilis est, quod *Siculas bilingues* dixit Apuleius XI Met. quamquam non ignoro, quid homines eruditi ad illum locum congesserint.

725 *Est versa Pachinos ad austros*] *Obuersa* repone ex duobus Thuan. et aliis quinque. quod verbum Nasoni familiare. vt ad V Fastor. 381 *Haemoniae mons est obuersus in Austros. Est versa* in nonnullis. Florent. S. Marci aliique septem *euersa.*

726 *Ad Arctos spectat*] *Et Arctos* fragment. Mureti. Puto *Arctos.* atque ita prim. Erfurt. Pro *Boreamque* meliores *Beamque. Arcton expertem* Oxon. et quinque alii. etiam bene.

728 *Hanc subeunt Teucri*] *Hac* S. Marci, Neapol. prim. Erfurt. et quidam alii. *Huc* Bernegger. Thuan. sec. Palat. Oxon. prim. Basil. aliique decem. *Hunc* septem, quatuor *Hic.* tres *Haec.* Pro *et remis, remis* plerique. duo Mureti *remisque.* mox post pro *Zanclaea poritur arua* liber S. Marci *Zancleaeque potitur arenam.* an *potitur arenam?* vt Fastor. III. 411 *potiturque petitam.* ita enim Nasonem scripsisse contendit Priscianus. libro etiam XL 55, vt Spirensis codex: *Et Methymnaea potiuntur iura Lesbi.*

730 *Irrequieta*] *Implacata* Medic. vnus. forte pro *impia.*

731 *Infestat*] *Infestant* ex castigationibus multi. Pro *rapias trinas* vnus Basil. *sorpas.*

738 *Cui, dum petendos praebet Galatea capillos, Talibus alloquitur, referens suspiria, dictis*] Plerique vetustiores; excepto Erfurtino S. Marci, *Quam dum* et mox *referens suspiria,* non *ferens. Spectandos* Barber. vnus Basil. et Fragm. Boxh. et marg. Voss. Forte *pectendos.* vid. ad lib. IIII. 453.

741 *Posses his impune negare*] *Negari* in nonnullis.

744 *Non nisi per luctus*] Scribe *fluctus.* atque ita pro diuersa lectione prim. Basil.

748 *Nene tui causam*] Florent. S. Marci et tert. Bononiensis *nec tuae causam tege, si sum fida, sorori.*

749 *Crateide*] *Crathide* vetustiores. *Lege Crataeide.* Virgilius in Circ. de Scylla 66 — *sive Crataeis; Sive illam mon-* genuis. *Persaea biformi.* Homerus quoque Odyss. M Κράταιιν τὴν Φόρκου λάσσαο dixit, alii Hecaten eius matrem volunt. Ceterum Crateide confundit Apollonius lib. IIII Argon. de

Scylla? — τὴν θεὸν Θόωσαν Νυκτιπολοῦσ? Ἡιόνη, τὴν τε κλειτὴν Κράναην. Hesychio Κράναης, ὄνομα τῆς μητρὸς τῆς Σκύλλης. Plinio lib. III. 5 *Crataeis fluuius, mater* (*vt dixere*) *Scyllae*, quae pene totidem verbis apud Solinum et Martianum Capellam lib. VI. p. 205 habes, nisi quod apud hunc *patris Scyllae* mendose legitur, apud illum male *Crateis*. apud Hyginum Fab. CXCVIII. mendose etiam *Scylla Cretheis filia* dicitur, pro *Cratacidis*. male etiam apud Seruium ad Eclog. VI. *Cretheidos filia*. et Aen. III. 420 *Cretidis filia*. alii alia de matre Scyllae prodiderunt. quae fere omnia in Cretida congessit Virgilius.

750 *Nymphaque Simoëtide*] Scribe *Symaethide*. ita apud Virgilium in longe vetustissimo codice lib. VIII. 584 *Symaethia circum Flumina* scribebatur. neque aliter legendum Fastor. IIII. 472 *Quique Symaethias accipit aequor aquas*. et hoc libro infra *Symaethius heros*. apud Silium lib. VIIII. 410 in optimis membranis *Armis fuere Deûs dictori bina Symaetho*. Σύμαιθος Graecis est. ita Thucydides, Scylax, Strabo, Athenaeus, alii. apud quosdam tamen Σιμαιθις. Mox *nulla cum fine* S. Marci, pro *nullo*.

757 *Fuerit praestantior*] *Praesentior* Neapol. bene. Florent. S. Marci *praesentius*. prorsus verum. libri IIII. 612 — *tanta est praesentia veri*. Epist. XVI. 271 *O decies, o praesens generorum gloria fratrum*. Cicero Orat. post Redit. ad Quirites cap. VI. *Exhaibus excellenti animo, virtute, meritorum, praesidio, copiis, T. Annius et P. Sextius praesenti in me benevolentia et diuino studio exstiterunt*. ita illic meliores membranae, non *praestanti*. ita apud Iuuenal. quoque Satyr. III. 18 scribendum videtur. — *quanto praesentius esset, Numen aquae, viridi si margine cluderet undas Herba, nec ingenuum violarent marmora tophum*.

758 *Par vtrumque*] *Vtrimque* prim. Bonon. et vnus meus. Stat. Theb. X. *Par vtrimque dolor*.

767 *In aqua*] *In aquam* vetustiores plerique.

770 *Siculum in aquor*] *Siculum ad Aetnam* decem. *Siculum ad Aetnen* S. Marci. vid. ad lib. II. 220.

771 *Velamus Eumenidas*] *Eurymedas*. Homero Odyss. VIIII. Εὐρυμέδης; atque ita in Ibide 270 Nostr. vbi pari modo peccabatur. Hygino Fab. CXXV. et CXXVIII. *Telemus Eurymi filius*.

780 *Mediusque refedit*] *Mediosque per aestus* Florent. S. Marci. non male. *mediosque refedit* Bernegger. quart. Medic. Arondel. et multi alii. at Virgil. Georg. IIII. *Confedit scopulo medius*. Calpurn. Ecl. VI. 33 *En aspicis illum, Candida qui medius cubat inter agmina, nereum. Hunc aspicis*, pro *Huc*, Neapol. Vrbin. et alii decem.

785 *Pastoria fibula*] Solinus cap. XVIII. *Miratur fibulam fistulatam*. idem cap. LII. de mantichora. *Voce eam fibula, vt imitatur, modulos fistulatos*. Statius Theb. VI. 341 — *Caelatus stupuit qui fibula cruentae, Laertae, et audire consensit Apollinis plectra*. Sed hic *pastoria fibula*, pro bucolicis. de multo diuersa

Neme-

Digitized by Google

Nemesiano Ecl. III — *sed nec resonare canorem Fistula, quem fecit, nec vult contexere carmen, Sed pro carminibus male dissona fibula reddit. Tum Pan accusso, sonitu stridentis auenae.*

788 *Auditaque verba notavi*] *Mente notavi* Thuan. sec. Palat. quart. Medic. Oxon. prim. Gronou. et complures alii. Fast. V. 10 — *silent aliae, dictaque mente notant.* et III. 187 — *memori pectore dicta nota.*

793 *Aestiua gratior umbra*] *Aura* Acondel. et quinque alii. sed sequitur — *volucrique fugacior aura.*

800 *Viribus albis*] *Altis* Oxon. et alii. male. *vitium albarum* meminit Seruius ad Virg. I Georg. 165 et Pallad. lib. I. 35 initio.

805 *Si possem demere vellem*] *Vellem tibi demere possem* S. Marci, prim. Gronou. aliique deni. recte. quo alludunt non pauciores, in quibus *posse*. nonnulli *vellem si demere possem.*

823 *Possem tibi dicere*] *Possim* ex melioribus.

826 *Circumeant*] *Sustineant* quinque scripti et nonnullae editiones. quod placet. duo *contineant*. Posset tamen et *circuagant* legi, quo verbo Horatius est vsus.

832 *Capraeque*] *Caperque* veteres plerique.

835 *Vix vt dignoscere possis*] *Possint* praecesserat. *vt vix* quinque. Forte *et vix dignoscere quos sit*. de quo Graecismo in scriptis Nasonianis pluribus alibi actum.

838 *Caeruleo caput exere ponto.*] *Exime* S. Marci.

847 *Turpis sine frondibus arbor*] *Arbos* meliores. *turpe sine* Geneu. Puto. — *turpe est sine frondibus arbos, Turpe et equus.* notum illud ex Amoribus: *Turpe senex miles, turpe senilis amor.* ita passim tersissimi scriptores.

853 *Solis tamen vnicus*] *Soli* Neapol. Thuan. et multi alii. rectius.

858 *Te veneror*] Malim *vereor* cum prim. et sec. Palat. Oxon. quart. Medic. vtroque Erfurt. Arondel. et multis aliis. hoc est, metuo. sic Noster saepe. Paulo ante *caelos sperno*, pro *caelum*, Cantabrigiensis.

863 *Quod nollem*] Vnus meus *nolem*. Lege *nolim*.

866 *Si se tibi misceat*] Imo *sic se tibi misceat*, per parenthesin. quod cum Florentino S. Marci, prim. Vatican. Cantabrig. alii multi agnoscunt.

868 *Cum suis viribus*] Ita et veteres. nisi quod vnus Barberin. *ignibus*. Scribe *rupibus*. lib. XIIII. 160 *Desertum quondam mediis qui rupibus Aetnae Nescit Achaemeniden*. Claudian. Gigant. 66 ex MSS. Buslid. *Hic rotat Aemonium praeduris rupibus Oetem*. vbi alii *viribus*.

875 *Vltima fui faciam*] *Fatiam* prim. Palat. Bernegger. et prim. Strozzae. at Florent. S. Marci *fatta*. Scribe *fuxo*. quod minantis est passim apud optimos quosque scriptores. Noster ipse lib. III. Met. 271 *Fallat eam fuxo*. lib. XII. 594 *Det mihi se fuxo*. In libde 63, vt quidem ex vestigiis scriptorum codicum conicio, esse reponendum: *Haec tibi natali fuxo Ianique Kalendis*

Digitized by Google

lenuis Non mentituro quilibet ore legat. Plurima ex aliis auctoribus exempla sunt in promtu. Petron. cap. XCV *Iam faxo sciatis non viduae hanc insulam esse.* diximus nonnihil ad Sil. Ital. XVII. 236. Mox *Veneri concordia.* pro *Veneris*, sec. Palat. Paulo ante, vt et infra, *Acin*, pro *Acim*, vetustiores. et paulo post *Aetne*, pro *Aetna*.

880 *Et fer opem, Galatea, precor*] *Galatea mihi* venuste Rotzendorph. Mox *aduertite regnis* prim. Ambros. pro *admittite*. dictum lib. VIII. 54.

890 *Cum moles tacta debiscit*] *Fracta* Thuan. prim. Vatican. prim. Moret. et quindecim alii. in Arondel. et tribus praeteres *iacta*. vtrumque bene. sic *iactis in altum molibus*, quod saepe apud scriptores Romanos occurrit. *iactas silvas* lib. XII dixit. in nonnullis *tracta, facta, tausa, tecta, cuncta, certa, acta*.

894 *Incinctus iuuenis flexis*] *Fluxa canna* Arondel. *nexis* vnus Medic. alius *fexis. fictis* Cantabrig. Lege *plexis cannis.* sic *plectere coronam.* Apulei. Met. VI *Videt spicas frumentarias in aceruo, et alias plexiles in corona.* vel *plectiles.* sic scribo. nam in scriptis est *flexiles.* apud Plaut. Bach. I. 1. 137 *corona plectilis.* et *corona e lauro plexa* apud A. Gell. lib. XVIII. 8. Naeuius in Io: *Cupiti meo trepidans, lubens Insolita plectit munera. Implexa ferta* Apulei. in Epigram. in Catalect. Scal. p. 213. Vid. Turneb. XVIII Adu. 29. et nos ad I Fast. 345.

896 *Acis erat, et sic quoque erat tamen Acis*] *Acis erat, quod sic quoque erat* S. Marcilet Thuan. *sic quicquid erat* Cantabr. Giron. prim. Moret. aliique multi. *sed quicquid erat* nonnulli. *sic et quoque erat* quart. Medic. et sex alii. *sed sic quoque erat* septem. quod sequor. Locus tamen de medio suspectus.

902 *Inclusa suo membra refrigerat vnda*] *Inclusa vnda*, vt in lacubus domesticis et piscinis. Emenda locum Festi Auieni Descriptione Orbis v. 1166, qui vulgo mendosissimus circumfertur. nos vestigia vetusti codicis secuti sumus: *Quin et vasta palus medio distenditur agro. Maximus hanc fluctu Tigris infecat, intras apersi Terga lacus. stupet vnda silens, tacitaeque residunt Aequora Thospites. solidarum denique more Riparum stagni facies inclusa quiescit. Inuectumque sinu cohibens abrinsecus amnem.* Secundo versu *rò infecat* excideras, quod nos ex vetusto codice restituimus. tertio versu *residunt* emendauimus, cum liber antiquus *recedunt* exhiberet. quamuis et vulgatum *recumbunt* potest admitti. Pro *facies insita* correximus *inclusa*, cum codex manu exaratus Ambrosianae bibliothecae *incisa* exhiberet. quod nec omnino damnandum. Vltimo versu pro *sibi* ex eodem codice *sinu* depromsimus. *amnem* pro *annes* nostrae est coniecturae. Idem Auienus Ora Maritima 542 *Quieseit aequor, pelagus inclusum stupet.* Rutilius Itinerar. libro primo 380 *Egressi villam petimus, lutoque vagamur, Stagna placent septo deliciosa vado. Ludere luscinios inter viuaria pisces Gurgisis inclusi laxior vnda finit.* vbi versu primo scribendum *lateque vagamur. lateque* exaratum erat ratione Longobardicae scripturae, quae *a* et *u* literas confundit. Iuuenalis Satyra XII. 76 *Tandem intrat positas*

Digitized by Google

feras inclusa per aequora moles, Tyrrhenamque Eburon. huc trahe illud Columellae de marinis piscinis libro VIII. 16. *Mox istam curam sequens aetas aboleuit, et lautitiae locupletum maria ipsa Neptunumque clauserant.* Martialis libro XII Epigr. XXXI *Quaeque natat clusis anguilla domestica lymphis. Secretus concluſus vligius humor* Ausonius in Epistolis.

904 *Fretum scindens*] Malo *findens* ex duobus. in Florent. S. Marci et vett. Bonon. *freto scindens.* vnus Medic. et vnus Reg. *fretum stridens.* an *fretum stringens?* vt libro XI. 733 *Stringebat summas alius miserabilis undas.* libro IIII. 562 *Aequoris ast stringens sumtis Ismenides alis.* Claudian. lib. II in Scilin 273 *Transuehitur Thuscos, Appenninusque voluitu Stringitur.* Possis etiam *fretum radens.*

906 *Visaque cupidine virginis ardet*] *Haeret* S. Marci, Neap. Vrbin. sec. Palat. Oxon. et sex alii ex melioribus. prim. Vaticani. prim. Palat. Cantabrig. prim. Erfurt. et alii decem *ardens.* et versu proximo *Haec quaecunque.* sed tum *Vt quaecunque videt* sic scribendum. Vrbin. *Hic*, cum decem aliis. prim. Reg. *His.*

910 *Collectus in vnum*] S. Marci aliique ex melioribus complures *coniectus. Coniunctus.* Thuan. vnus meus *collatus.* an *cumulatus?* *Prominet in pontum cuneatus acumine longo. Collis* supra dixerat. sed *collectus* bene se habet. de quo ad Maronem Aen. XII. 862.

911 *Longa sub arboribus*] *Sine arboribus* Oxon. et tres alii. vt libro VIII. 789. — *sterilis sine fruge, sine arbore tellus.* vid. et lib. XV. 296. Deinde pro *connexus, conuersus in aequora* quidam codices. vt Epist. V. 61 *Aspicit immensum molas ea vina profundum.*

915 *Piscis*] Forte *Pistris.* vid. lib. II. 13.

917 *Sensit*] *Sensis* nonnulli. Pro *nec sint* meliores *non sunt* et deinde *Sum deus*, non *Sed.*

918 *In aequore*] *Aequora* cum tertio Mediceo et Rottendorpii Seneca Oedipo 447 *Ius habet in fluctus magni puer aduena Ponti, Cognatus Bacchi, numen non vile Palaemon.* dictum Amor. lib. I Eleg. I. *Aut. Triton* quatuor libri cum editionibus nonnullis. bene. vulgo *et Triton.* et tum lege *Athamantiadesque.*

921 *Tantum exercebar*] *Iam tum* ex castigatioribus magno numero.

922 *Ducebam ductilia retia pisces*] *Capientia retia* prim. Vatican. a manu secunda et duo Moreti. dubito. vtroque loco pro trahere sumitur. Martial. I Ep. LVI *Nunc piscem tremula salientem ducere seta.*

928 *Non apis inde tulit collectos sedula flores*] Multi ex praestantioribus *collectos semine flores.* sed perperam. Vulgatam scripturam agnoscit Priscianus lib. VI p. 703. Tibullus lib. II Eleg. I *Rure levis verno flores apis ingerit aluco, Compleat vt dulci sedula melle favos.*

930 *Ego primus in illo Caespite consedi*] Puto *ego pronus.* alites tamen libri.

Digitized by Google

937 *Et motare latus*] Tò *motare* non placet. est enim idem quod proxime praecedens *moueri*. Certe Florent. S. Marci, Neap. tert. et quart. Medic. Oxon. prim. Moren. Arondel. et duodecim alii *mutare*. nihil verius. Senec. lib. VI Nat. Quaest. XXI *Inclinatio, qua latera mutat, nauigii more.* Virgilius lib. III. 581 de Encelado: *Et quoties fessum mutet latus, intremere omnem Murmure Trinacrium.* nimirum fama est. ita longe optimus et vetustissimus Mediceus. quomodo etiam Donatus videtur legisse, etsi Seruius pro vulgata scriptura pugnet. neque aliter agnouit Statius lib. III Theb. 595, apud quem *aut vbi tentat Excelsum mutare latus.* Pari modo etiam locutus Seneca libro de Tranquillitate animi cap. II *Sunt quaedam, quae corpus quoque nostrum cum quodam dolore delectant, vt versare se, et mutare nondum fessum latus.* Silius de serpente lib. VI. 233 *Ardius ille super tumidis ceruicibus altum Mutat vtroque caput.* vbi quidam codices *motat*, et *nutat*. Lucret. lib. V. 588 non dissimili modo: — *mutare videtur Alterutram in partem solum.* Stat. Theb. VIIII. 848 *Ipsum autem et lassa fidis prosternere dextra Nec seruat vires, etenim huc iam fessus et illuc Mutabat turbas.* lib. X *Alternos vultus pallorque ruborque Mutat.* sic *mutare brachia* Propertio libro II Eleg. XV *Quam multo amplexu mutamus brachia?* Stat. VI. 545 de Leandri natantis imagine: *Iam latus ire manus, mutaturusque videtur Brachia.* sic *mutare videntes* idem XI. 581. Quod *mutare latus* Nostro, id Apuleio Met. X. *vtrinsecus iactatae crebritas lasorum mutuae vicissitudines.* Statius eleganter *mutare pectora* Theb. V. 719 *Irruerunt matresque amidis amplexibus ambo Diripiunt flentes, alternaque pectora mutant.* et Theb. VIIII. 774 *Modo dirigit ictus, Nunc latere alterno dubius cunctantia mutat.* Caeterum a mutando lasere illud quoque Maronis tractum videtur lib. V Aen. 701 *Nunc huc ingentes, nunc illuc pectore curas Mutabat versans, Siculisne resideret arvis, Oblitus fatorum, Italasne capesseret oras.*

940 *Obstupui dubitoque diu*] Tò *diu* non placet. *dubitoque*, et *cunctamque*, Neapol. et decem alii. duo *dubitoque prius*. vnus Moreti *simul*. Forte *Obstupui, subitaeque rei quae causa requiro.* vel — *dubiusque, fugae quae causa requiro.*

941 *Haec aliquis*] Castigationes *boc.*

942 *Quae tamen haec, inquam*] Primus Strozzae et quinque alii *Quas tamen haec, inquam.*

945 *Trepidare intus*] *Trepidare ratus* Basil. et alius. forte *metu.*

947 *Nec potui restare diu*] *Restare loco* tert. Medic. quod placet. Mox *sub aequora*, non *aequare*, castigationes. *Sub aequore* tamen dixit supr. 878.

954 *Diuersis lapsi de partibus amnes*] *De fontibus* tres scripti. probe. duo *montibus*. Pro *veruntur* vnus Leidensis *vergunturque*. Puto *Motaque vergunturque*, vel *Potaque*. De *vergendi* verbo dixi Pont. I Eleg. VIIII. 54.

956 *Hae-*

Digitized by Google

956 *Huicque adest vigor*] Tollendum esse opinor hunc et proxime sequentem versum, et pro *Quae postquam recidit* reponendum *Vtque animus rediit*. vide Notas ad Epist. VI. 31. Nili fortasse manus *Mox, vbi mens rediit*. vt lib. VI. 531 *Mox vbi mens redijt, postea lanista cupillas*. supra 72 *Vtque vbi* scriptum erit *postquam* pro interpretatione. hinc postea factum *Quae postquam*, insertis duobus versibus valde frigidis ac ieiunis, qui in plerisque vetustioribus non hic loco, sed paulo post, ante versum *Hunc ego tum primum*, leguntur, idem eodemque pacto *Quae postquam rediit* agnoscunt *Quae postquam redeunt*, vel *redeunti*, meudose, ad sequentes respexere. Scribe igitur: *Totaque mersantur fluvio capita aequora nostrum, Vtque animus rediit, alium me corpore toto, Ac fueram super, hoc eundem mente recepi*, omissis duobus versibus.

960 *Hunc ego tum primum viridi ferrugine*] *Viridem* plerique veteres. Lego *Hac viridem ferrugine barbam*.

METAMORPHOSEON

LIBER QVARTVSDECIMVS

1 *Aetnam*] Hic denuo *Aetnen* S. Marci, vt et Thuaneus, optime. *iniectam* pro *ingestam* quoque veteres plerique. Val. Flaccus lib. II. 32 de Typheo: — *omnis anhelat Tritonia, in hostem fesso dum pectore molem Commouet experiens*. Et hoc *hubus* pro *bobus* meliores. et *Naufragum frenum*.

7 *Tenet confinia terrae*] Ita libri omnes. Scribe nihilominus *terit confinia*. Noster ipse lib. XV. 291 de Italia et Sicilia: — *confinia pontus Abstulit, et medio tellurem reppulit vnda*. sic *radere confinia* Festus Auienus de freto Gaditano v. 94 *Nam vel caeruleo loca circumplectitur aestu, Vel celso dimisso lugo confinia radit*. idem de hoc ipso mari Siculo 639 — *vrgent angustiae marmora fauces, Arctaque praecipitant properum confinia pontum*. Ita ille locus castigandus. male *surgent* et *arctam*, pro *vrgent* et *arctaque*, hunc circumfertur. De Hellesponto idem 692 *Sestus vbi atque Abydus paruo sale discernuntur, Et vicina sibi lambit confinia pontus*. Pari modo *rumpere confinia* Priscianus in Periegesi: *Separat hic Libyen Asiae confinia rumpens*.

8 *Tyrrhena per aequora vectus*] *Lapsus* prim. Palat. prim. Vatican. prim. Basil. prim. Reg. prim. Erfurt. Arondel. Cantabrig. et multi alii. quod rectius.

15 *Qui sum mutatus*] *Qui sim* scribendum. ita Noster amat loqui. aliter vetusti libri.

20 *At tu, siue aliquid regnum est in carmine*] *Aliquid* Cantabrig. sec. Palat. et quinque alii. *aliquid regni* Florent. S. Marci, Zulich.

Digitized by Google

Zulich. pro diuersa lectione *aliquid regni*. Scribe *At tibi sine aliquid regni est in carmine*. vt V Fast. 261 *Parcitan in teneris tantum mea regna coronis Esse putes*.

21 *Expugnantior herbis est*] *Expugnatior* S. Marci, prim. Palat. Bernegger. aliique ex melioribus non pauci. Scribe *expugnacior*. dictum Amor. lib. II Eleg. VI. 23.

24 *Fineque nil opus*] *Fine opus est nulla* multi. S. Marci et vnus Bonon. *Et neque nil opus est*. multi etiam *Hoc mihi nil opus est*. duo *sic mihi*. alii *Fine nihil opus est*. *Finisque opus nullo*. Thuan. *Sine opus est nullo*. Forte *Hac opus nil opus est*.

30 *Vltro poteras, certeque rogari*] *Certoque* prim. Palat. Cantabrig. Vrbin. et sex alii. *certeque* fragment. Bothomii. *certoque rigori* prim. Palat. a manu prima. *poteras vltro* prim. Moret. *dignus eras vltro certe poterasque rogari* prim. Erfurt. et tres alii. quod prae vulgata placet. Conf. Fanensis in Collectaneis monet, *potius* pro *poteras* legi in vetustioribus libris. quod in nostris non comparet. *certeque potes* alter Moreti. *Dignus eras certe poteras vltroque* vnus Basil. Scripserat Naso, ni fallor: *Dignus eras, poterasque vltro (mihi crede) rogari: Et si spem dederis (mihi crede) rogaberis vltro*.

32 *Adsitque tuae fiducia formae*] *Nec dubites* meliores. recte. *abstque* etiam Thuan. prim. Erfurt. prim. Moret. et septem alii. nonnulli *assitque*. Lege *Nec dubites, abstque*.

34 *Carmine cum tantum, tantum quoque gramine possim*] Scribe *tantum cum gramine possim*. nam Sprotianus *quantum cum. quoque* omittitur etiam in tertio Mediceo et quinque aliis.

36 *Vnque duas vlciscere facto*] Putem *pacto*. pactum nuptiale intelligit. vide Notas libro VII. 701.

40 *Indignata dea est*] Ita ex Danielis codicibus apud Stat. V Theb. 59 *Indignata deo est, monet et coelestia quondam Corda dolor*.

43 *Pabula succis*] *Gramina* plerique. nonnulli tamen *pabula*. quod non ausim mutare, etsi minime ignoro, *gramina* et *carmina* passim apud poëtas coniungi, quoties de rebus magicis agitur. Noster tamen Rem. Am. 249 *Vidorit, Haemoniae si quis mala pabula terrae, Et magicas artes posse iuuare putat. Pabula campi* in Ibide 137 quoque dixit. Pro *gramina* Berneggerianus hoc loco *pocula*, vel *pabula*.

47 *Oppositumque*] *Oppositamque* duo Bonon. sic *Ilion* in foeminino genere passim.

48 *Feruentesque aestibus vndas*] *Feruentes* recte plerique vetustiores. cuiusmodi appositiones passim apud Nostrum occurrunt. Lucan. V. 720 *Nymphaeumque tenent, nudas Aquilonibus vndas*.

55 *Portentificisque venenis*] *Portentiferisque* malo cum sec. Palat. Oxon. et sex aliis. sic *monstriferum, horriferum*, et similia apud Nostrum.

56 *Hic pressos latices radice nocenti Spargit*] *Fusi latices* S. Marci. *fusos* tert. Bonon. alter Hamburg. et prim. Gronou. *sparsi venenis Gorgoneis thalami* apud Claudian. IIII Cons. Hon. 36. *lasti-*

ces

Digitized by Google

tot prosse vnus Basil. Pro *hic* vnus Gronou. et tres *hinc*. *hoc* prim. Moret. et prim. Bonon. *hoc* Tuyl. Puto *huic*.

57 *Et obscurum*] *Obscura* Vatin. et duo alii.

60 *Latrantibus inguina monstris*] Hoc hemistichium habes quoque in Ciri Virgiliana v. 59. In vno Basilecti etor *latrantis hus ing. raucis*. vt *latrantes* pro canibus lib. VIII. 344 et 412.

63 *Quos fugis*] *Quas* duo veteres. dictum lib. III. 140. Mox *Et partes quaerendis* non *Corpus*, vt Heipel.

66 *Stantque cluum rabies*] *Stantque* prim. Gronou. Latet mendum. Forte *Stratque canum rabie*. hoc est, inferiores partes, fus motu nempe, cruta et pedes in canum rabiem mutatum. Postea pro *coercet* Cantabr. et vnus Voss. *coercuit*. *cohaeret* vnus Patau. et Iunct. Scribe *cohaerent* atque ita liber Hamburg. Noster ipse Amor. lib. I Eleg. IIII *Nec mihi fibra domat: nec equo mea membra coherent*.

71 *Vlyssem*] *Vlyssen* meliores.

75 *Hunc vbi*] *Hanc* ex meliorib.

83 *Ad sedes Erycis*] *Sedesque* S. Marci et quatuor alii. vnus *sedesque*.

87 *Achelöiadumque reliquit*] Scribe *Achelöiadumque*, ne peccetur in legem metricam. ita *Achelöias* Sil. XII. 34.

89 *Inarimen*] *Inque* Arimon tert. Mediceus. sed *Inarimen* dici vsus obtinuit. quod nomen ex depravato aut male intellecto Homeri loco prominasse creditur. Manifeste vero Pithecusas ab Inarime sua Aenaria distinguit, quomodo et Pomponius Mela et Plinius cum Solino ac Martiano Capella. Caeteri fere Geographi, in primis Graeci, cum *Inarime* confundunt. Salmasius, qui ad Solinum non vno loco contendit Inarimen non esse distinguendam a Pithecusis, sententiam suam nobis non probat. quis enim credat Nasonem, Melam, Iuticarum regionum tam imperitos fuisse? etsi Plinius libro III. 6 Aenariam et Pithecusas confundit, easque non a Cercopithecis, sed a figlinis doliariorum dictas contendit. Aliter Suidas et Harpocration.

95 *Nuratque a frontis remissis*] *Consulit*] *Resimas* Salmasius ad Solinum p. 68. recte. nam prim. Basil. et sex alii *resultas*. alii quatuor *retusas*. *Resimus*, vt *vipsudit* et *vdumeus* alibi apud Nostrum. *resimus*, ἀνάπαλιν. quo voce Varro lib. II. 9 R. R. Columella lib. VI. 1, Plinius, Palladius lib. IIII. 11, Solinus, sunt vsi. etiam Arnobius lib. III. In altero Twisdeno interlinearis glosa exstabat *remissae*, *ut ipse vocabuas*. vnde apparet *resimas* olim fuisse lectum. Sic *pandas* et *repandas*. *Sine dominas fua prandia vultu* apud Auctorem Moreti, hoc est *fima et contorta nare*, quod fastidientes solent. Hesych. ἀνασιμῶν, ἀνασχάζοντα. sic et *simare naves* Lucilio apud Nonium: *Simauit taxim ac naves Delphinus vt olim*. vbi perperam *ad nares* nunc circumfertur in editionibus. hinc *simones* dicti Delphines apud Plinium et Solinum, Aeliano εἰσοί. *simare* autem *nares* idem quod Horatio I Ep. V *corrugare nares*, quod fastidium movere veteres Scholiast. interpretatur: — *ne turpe torat, ne sordida mappa, Corruget nares*. quo verba eleganter gestum fastidiosorum hominum

minum describit. Apulei. VII. Met. *Vise pavescens, et nuperrimi nare discessu* et postea: *Nare detorta, veris cavillans.* vide et Persio *rugosa fama* dicitur, quod nares in fama corrugentur et sinantur. atque hinc forte emendandus Hesychius: ὀυδὲ ῥυόμενος cum scribendum videatur ῥύσει. a gestu fastuoso superborum hominum. Martian. Capella sub finem libri V *Quod si grabatur, et naram sestidio, Nonnulla promet, quae novella texuit. Sin fauna Typhonis imum rescrsis, Pigebit ornus horruisse cubitos.* vbi forsitan reponendum: *Sin fauna typhum nare fima interserit.* Hieronymus in Psalmum II. *Subsannatis protervae rugosa fronte et contracto naso exprimitur, nasitas fugere sannas* Eugenius in opusculis. *Nasa subsannare adunco* Gunthertus dixit sub finem Ligurini. ῥύσει certe, Hesychio ἀπαξείπτως est. Suidae etiam, quod vidi. caeterum *fauna* in Marciani loco pro *fannione* positum videtur. Glossae veteres. *Fauna, Subsannatur, μῶκος. fimas nares* etiam dat huiusmodi fannionibus Arnobius lib. III *Hos displodat naribus, illos resnivis.* de Sannis plura ad Historiam Augustam et ad Pallium Tertulliani Salmasius.

100 *Reliquit*] Prim. Palat. et tres alii *relinquit.*

103 *Et loca foeta paludibus vndis*] *Vluis* prim. Gronou. Noricus et tres alii. quomodo et Bernegg. pro duplici lectione, et Bersmanni codex. In Ibide 485 *Protinus Eumenides lauere paludibus vluis.* vbi simili modo in vulgatis peccatur. libro VI Met. 346 *gressumque paludibus vltimum* dixit. libro VIII. 336 — *iuxtaque leues vluaque pelliues.* sic et ibi scribendum videtur, non *vlnaeque leues iunctaque.* Virgil. quoque libro III Georg. 175 *aduum paludrem* dixit. Vulturnus fluuius apud Statium Via Domitiana: *Frontem mollibus impeditus vluis.* vbi male *vlmis* legitur, quae parum mole *molles* dicantur. vti iam a viris eruditis est obseruatum. Apud Anienum Descriptione Orbis v. 345 *Nilus et immensos vluum dispergit in agros,* vbi pessime *vlmum* legitur. Caeterum τὸ *et* tollunt primus Palat. Graeuianus aliique quatuor. probe. vt Victorius Cumaea per appositionem sibi familiarem vocet loca vluis paludibus foeta. vide sup. v. 48.

105 *Et vt manes edeat*] *Venias* prim. Hamburg. et sex alii. Virgiliana locutio: *ad manes venias* Florent. S. Marci. Mox *vetus mortatos*, non *vultum mortuum*, Thuan. Oxon. sec. Palat. Medic. quart. et octo alii.

115 *Direllere trunco*] *Deuellere* meliores.

118 *Didicit quoque iura locorum*] *Didicit quae iura* Cantabrig. sec. Palat. prim. Moreti, septem alii. Forte — *didicitque et iura locorum.*

121 *Cum duce Cumaea fallit sermone laborem*] In multis veterum *mollit.*

122 *Opacae crepusculo*] *Silentia* ex Veter. Cod. Politianus, Medic. et vnus Basileensis. sic lib. IIII. 435 *Ducit ad infernas per muta silentia sedes.* et X. 53 *Carpitur accliuis per muta silentia trames.* Gratius v. 38 *Qua Latii cultor per opaca silentia Tiberis Labitur.* vbi *cultor* ferri non potest. nam praecessit v. 18 *Latii*

Digitized by Google

Latii cultor. V. C. *cultor*. forte *lotor*. *Carpunt* quidque duo libri.

124 *Meque fatebor Muneris esse sui*] Plurimi exscripti, etiam vetustioribus, *Munus habere suum*. sed pil. melio. vid. Gronou. IIII Obs. 9.

128 *Thuris honores*] *Honorem* Bernegger. sec. Palat. prim. Gronou. tert. quart. Medic. recte. nam equitat *thure honore*. Mox pro *Respicit* Bernegger. et prim. Gronou. *Increpas*.

131 *Ne nefcius*] *Neu* exscriptis.

137 *Quos haberes corpora pulvis*] *Haberent* vnus Mediceus ex melioribus.

139 *Excidit vt peterem*] *Excidit optarem* alter Hamburg. vnus meus et vnus Leidensis placet.

144 *Nam iam mihi faecula septem*] Haec Ouidius maximam partem ex ipsis oraculis Sibyllinis videtur hausisse. Certe Sibylla Erythraea apud Phlegontem Trallianum libello περὶ Μακροβίων vaticinatur paullo minus mille annos, siue decem, γενεὰς seu victuram esse. nam ipsi Sibyllae γενεὰ siue generationes decem facere decem saecula, seu annos mille, ex alio eiusdem Sibyllae oraculo idem Phlegon enunciat, quod de ludis Romanorum agit saecularibus, vnde est colligere Erythraeam fata Romanis cecinisse, atque huius oracula consuli ab illis fuisse solita. Apertius Aristoteles περὶ θαυμασίων Sibyllam nostram Cumaeam, siue Cumanam, Erythris oriundam facit, eandemque πολυχρονιωτάτην fuisse designat. nihil ergo differunt Cumana et Erythraea. Sed et Marcianus Capella duas tantum Sibyllas facit, aliam Erythraeam, quae et Cumana dicta sit, aliam Phrygiam. Strabo duas Erythraeas constituit, quarum altera fuerit antiquissima. vt per illam Cumanam intellexisse videatur. nam caeteri scriptores Cumanam ab Erythraea faciunt diuersam. sed haec fusius praeter institutum. Nunc de ipso apud Phlegontem oraculo videamus. Ex versibus Sibyllinis ab illo prolatis, quia copiosi sunt, pauca adscribam; Ἐν δεκάτῃ γενεῇ χαλκῆς κατὰ φῦλα ἔχουσα, Μακεμένη μὲν ἐνὶ Θυγατὴς ἄκτα λέγουσα, Πάντα δ' ὑπὲρ πρόϊδουσα βροτῶν διανάσσετα πᾶσιν, Καὶ τόδε μοι φθέγξατο Λητοῦς ἰερωνδὶς υἱὸς Μακροσύνης, παῖδων δὲ κατοπτεύσας λιθὸν ἄχθ, ψυχὴν ἐκλύσει δεσμευομένην ἐνὶ λυγρῷ Θώμασιν, εἰς ἑτέρην διοτείνουσ γεγαυῖαν. ita essim recte versus illi meandrissimi a viris eruditis emendantur, qui apud Phlegontem extant valde inquinati. Quod subdit Naso *vocem mihi fata relinquent*, ex eadem Sibylla est: Ἐνὸ' ἄρα μοι ψυχὴ μὲν ἐς ἥερα πτηνδεῖσα, Πταίμασι συγκραθεῖσα βροτῶν εἰς ὕστατα πάμφυσι Κλώθεσι ἐν πικροῖς αἰνίγμασι συμπλεχθείσης. ex quae sequuntur. Deinde subdit, corpus sibi insepultum fore, variasque e tabe cadaueris resoluti herbas oritursas, quibus pastae pecudes alitesque hac voce, illae fibris venturae populis designent. Miror hoc fragmentum in collectione Sibyllinorum carminum ab Obsopoeo digesta non comparere. nam alterum illud de ludis saecularibus ex Zosimi Historia, non ex Phlegonte, illic profertur.

146 *Videre*] *Videri* vnus Basil.

148 *Faci-*

Digitized by Google

148 *Faciet*] *Faciat*, et mox *redigantur*, pro *redigentur*, Neap. Vrbin. prim. Palat. prim. Vatican. Cantabrig. prim. Erfurt. tert. Medic. Aroníd. et multi alii. bene.

155 *Emerfit*] *Emergit* meliores. Mox *e mare*, pro *ex*, prim. Reg. et tres alii.

160 *Mediis in rapibus Aetnae*] *Mediis qui* prim. Erfurt. et alii duodecim. *E rupibus* S. Marci, Bernegg. prim. Hamburg. tres alii.

162 *Quis te*] *Qui te* S. Marci, Neapol. prim. Hamburg. tert. Medic. et sixti. Mox *vestrae carinae*, non *vestra carina*, Onon. sec. Palat. et alii quatuor.

165 *Hirsutus amicta*] *Amictus* tert. Medic. Puto *amictum*.

166 *Concreto tegmine*] *Consuto* Thuan. et vnus Moreti. *consuto* vnus meus, *consecto* alter Erfurt. *consreto*: vnus Moreti. *consperto* tert. Bonon. et emend. *confepto*. quomodo et vnus Argent. *confertus* Vrbin. et prim. Bonon. Sed *conferto* non mutandum. videndus ad Solinum Salmasius p. 187. Tacitus de Morib. Germ. *Tegumen amictus sagum, fibula, aut si deſit, spina consertum*. Virgil. III. 594 de eodem Achaemenide: *Confertum tegumen spinis: at cetera Graius*. ita veterrimus Florent. vulgati *segmen*. Emenda in transcursu Marcianum Capellam libri IIII initio: *Verum dumalibus hirta sentis vescio, quid vulgo inexplanabile loquebatur*. vbi *dumalibus setis* perperam nunc editur. ipse Marcianus libro VI *Hanc ego brediturim sentis spinescere membris*; *Neque hirta crura vellere*. apud B. Paulinum carmine de Ioh. Baptista 4 *Vestis erat curui setis conserta cameli*.

169 *Haec mihi ſi potior domus eſt*] *Haec milli ni* plurimi veteres. nonnulli etiam *Ithaci aeque*. prior Twisdenius *Ithaca aequa*. vnus Moreti *Ithacaque*. Scribe cum Naugerio et Gronouio: *Haec mihi ſi potior domus eſt Ithacaque carina*. ſi vel Ithace potior mihi domus eſt haec carina. Posset etiam legi, idque probabili coniectura: *Haec mihi ſi potior domus eſt Ithacaea carina*.

170 *Aeneam*] *Aenean* vetustiores.

171 *Et lumine ſolis Aſpicio*] *Et ſidera ſolis Reſpicio* S. Marci, Neapol. Bernegg. cum aliis nonnullis. sic et lib. VIIII. 256 *ſidus* pro Sole: —— *cum parcus adeſſet Herculis, et decimum promeretur ſidere ſignum*. *Lumen* paulo post denuo sequitur. iidem *poſſimne*, pro *poſſumne*. Propertius libro II Eleg. XX *Cum te tam multi peterent, tu me una petiſti. Poſſim ego naturae non meminiſſe tuae? Solemque et ſidera coeli* prim. Bonomiens.

176 *Vt tumulo*] *Aut tumulo* ex melioribus scribendum. nam *ut* alia significatione praecesserat. Poterat et reponi *Quod tumulo*.

181 *Vidi tum monte reuulſum Immanem ſcopulum*] *Reuulſo* S. Marci Neapol. et sec. Strozzae. Pro *conſpexi* paulo ante *proſpexi* prim. Hamburgensis, sec. Palat. et quinque alii.

185 *Ne deprimeret*] *Deprimerent* vnus Medic.

187 *Vt vero fuga vos ab acerba morte reduxit*] *Remouit* prim. Pal. prim. Vatic. Cantabr. prim. Gronou. Vrbin. Aroud. prim.

Digitized by Google

prim. Moret. aliique multi. *redemit* sec. Vatic. et duo alii an *diremit?* vt lib. XII. 535. vbi eadem diuersitas. *reuellit* tert. Medic. *reuulsit* vnus Bonon. Puto *fuga vos ab certa morte remouit.* vel *redemit.* in priore quidem Hamb. *a certa morte.* libro V. 28 — *cumque Non tibi, sed certa praelatum intellige morti. certa mors* frequenter occurrit in Ligurino Guntheri. apud Virg. Aen. II. 62 *Seu verſare dolos, ſeu certae occumbere morti.*

188 *Gemebundus obambulat*] Reclius in Sprotiano *frémebundus.* alter Hamburg. *tremebundus.* proxime verum. vide lib. VIIII. 208. lib. XII. 178 de Achille: — *curru fremebundus ab alto Deſilit.*

189 *Pertemptaque manu ſyluas*] *Praetentataque* ex melioribus. Mox etiam *praecedens* nonnulli cum S. Marci codice. Sed posterius illud non admitto.

192 *Vbyſſum*] *Vbyſſen*, et *e ſociis*, non *ex*, meliores.

194 *Viuentis dextra*] *Viuacis* prim. Gronou. et sec. Pal. hoc est lente morientis. vt lib. XII *Viuacemque animam miſſis elidite ſilvis.* lib. XIII *viuacem anum* dixit. *viuacem Sibyllam* hoc ipso libro. *viuax ſolum* lib. I. *viuax gramen* lib. VII. *viuacia ſulphura* et *viuacem cerum* lib. II et VII. et *viuacia aconita* ibid.

195 *Cuius mihi ſanguis inundet gutture*] *Sanguine* prim. Ambros. vt apud Virgilium lib. X. 24 *Et inundant ſanguine foſſae.*

202 *Minimum tamen ipſa doloris*] *Illa malorum* multi ex antiquis. quod magis arridet.

203 *Iam nunc mea viſcera rebar*] *Iam iam* castigatiores. Pro *merſurum* Graeuianus *verſurum.*

207 *Cum ſuper*] *Quae ſuper* iidem.

208 *Cumque albis oſſa medullis*] *Cumque oſis* sec. Palat. et meus chartaceus. *cumque ipſis* Cantabr. prim. Moret. et sex alii. placet *ſè oſis.* vt in illo Virgilii IIII Aen. 66 — *eſt mollis flamma medullas. Vorare* Caelius Firmianus dixit in Catalectis Pithoei de Liuore: *Intactis vorat oſſibus medullas.* Plaut. Stichо II. 2. 16 *peredere medullas* dixit, vt Iacius Pontanus ad Matrobium lib. VI. 1 legit: *At ego perii, cui medullam laſſitudo perbibit. P. Quid ego, cui miſero medullam vrutris peredit fames?* Apud Catullum Carm. XXXV. 15 *Ignes interiorem edunt medullam.* Horat. Epod. V *Exſa vti medulla et aridum iecur amoris eſſet poculum.* ita scribo. nam vulgati *exerta.* Lambinus, Faërnus, Cruquius, Torrentius, *Exſucta.* vt in illo Iuvenalis Sat. VIII. 90 *Oſſa vides Regum vacuis exſucta medullis,* sed ibi allegorice locutus est. scripti fere omnes *exſicta*, vel *execta.* Nisi *exoſta* dixerit Horatius, vt *comeſto patrimonio* Sallustius, quod ex illo a Grammaticis citatur. et apud Ciceron. pro Cluentio: *Celerius comeſtum quam epotum.* et sane archaismos huiusmodi multos in Epodis Horatius adhibuit. *eſtrices* etiam dixit in Catina Plautus III. 1. 20. et *vrſus hominum ambeſtrices* Ammianus Marcellinus libro XVIIII. *Siccam* dixit *medullam*

Digitized by Google

ullam Propertius lib. II El. XII, quae *exesta* est Horatio. *Exedit labor, et miseris festina senectus* Valerio Flacco lib. IIII. 570. Castigandus eiusdem locus libro V. 364 *Sic ait. at luno pulchrum longissima quando Robur cura ducis, magnique edere labores, Mole nova, et roseae perfudit luce iuuentae.* ineptissime et contra auctoris mentem *dedere* nunc legitur. Sed hoc doctissimo Gronouio iam monitum in Obseruationibus. serus deprehendo. apud eundem Valerium libro III. 693 — *multusque viri cunctantia corda est dolor.* vbi *Fert dolor* nunc legitur. minus bene. quomodo et apud Nostrum lib. I Pont. El. I illo versu: *Estur ut occulta vitiata teredine nauis*, multi codices *Fertur* agnoscunt. Stat. Theb. II *Exedere animum dolor iraque, Odiis vrbem exedere* apud Maronem Aeneid. V. 185. *Exedi curae, moerore, inedia, ira, dolore*, familiare est optimis auctoribus. *Exest angor* apud Lucretium III. 1006. Statius lib. II Silu. I. 156 *Gratum est, Fata, tamen quod non mors lenta incentis Exedit puerile decus. Exedere* apud Apuleium Met. VIII pro assiduo rei Venereae vsu exhaurire: *Et heus, aiunt, caue ne solus exedas tam bellum scilicet pullulum, sed nobis quoque tuis palumbulis nonnunquam impertias.* sic apud Comicum, quanquam alia significatione: *Quid tibi futurum censes, quem assidue exedunt?* quomodo *exesitare* idem Apuleius eiusdem libri initio: *Erat in proxima ciuitate iuuenis natalibus praenobilis, eoque clarus, pecuniae simul satis locuples*, ita ex optimis membranis Florentinis ista constituenda sunt. inepte vulgo *equo clarus et pecunia etc.* Subiungit Apuleius: *sed luxuriae popinalis, scortisque et diuinis potationibus exesitatus, atque ob id factionibus latronum male sociatus, nec non etiam manum infectus humano cruore, Thrasyllus nomine.* perperam nunc legitur *diurnis potationibus exercitatus.* et postea *manus infectas.* quod duriusculum. Vult autem Apuleius, eum assiduis pergraecationibus ad paupertatem atque ad inopiam redactum fuisse, ac proinde latrociniis sese addixisse. ita enim solent decoctores, qui tem scortando et lupanaribus incumbendo profligarunt. τὸ *exercitatus* causam non exprimebat, cur latrociniis sese addixisset Thrasyllus. Gerte cum *esitare* Noster non vno loco dixerit alibi, cur *exesitare* alienum sit ab eius genio non video. libro primo: *Eumque auide esitantem aspiciens.* libro VIIII *Canes assuetos abiecta per agros esitare cadauera.* nisi lib. II sit *exesitare* legendum. nam editio prima *exiccare.* in Palat. *efficare.* Flor. *exiccare.* libro X *nec tantillum commotus, securus esitabam.* et alibi, qui locus nunc non succurrit. Vsi sunt eodem verbo Cato libris de Re Rustica, Plinius, Gellius, alii. Quod sequitur *Idque sic erat, et fames dicebat*, aut tollendum est pro glossemate, aut scribendum *Isque hic erat, vt et fama dicebatur.* Sequentia apud eundem Apuleium pessime se habent. quae sic in integrum restituenda sunt ex membranis et primis editionibus. quod miror non obseruasse tam a tot viris eruditione conspicuis: *Hic, cum primum Charite nubendo maturuisset, inter praecipuos procos summo studio petitionis eius* (dele τὸ *eius*) *munus abiectus. et quanquam caeteris omnibus*

Digitized by Google

omnibus id genus viris (vulgo *in genere viris*) *antistuere. eximiisque muneribus parentum inuitaret iudicium, morum improbatus,* (vulgo *parentes inuitaret, iudicio morum improbatus*) *repulsae contumelia fuerat aspersus. id genus* elegantí Graecismo. sic initio libri VIII. *Nec pauca rerum apparatus cibarii, mensis et id genus, impetu meo collido usque destruebo.* ita enim vere in scriptis codicibus ac primis editionibus locus ille constituitur, cum *id et id genus* in vulgatis libris desiderentur. libro I Florid. *Riseret Musas, cum audirent hoc genus crimina.* Censorinus praefatione: *Munera ex auro vel argento, caeteraque hoc genus blandimenta fortunae inbiat is, qui vulgo dives vocatur.* cap. XII *Non Apollini citharae, non Musis tibiae, caeteraque id genus essent attributa. morum improbatus* plane Apuleianum est, quam elegantissimam locutionem fastidiose interpretes ad vnum omnes reiecerunt. Ne dubitari tamen possit, de Apuleiani ipsius libro: *Quod aetatis vobis sum approbatus, me vixisse gaudeo.* quanquam, ne quid dissimulem, illic rescribi malim: *Quod id aetatis vobis sum approbatus. morum improbatus* eleganter, et Apuleiano more; qui secundum casum in deliciis habet, vt alibi pluribus adstruemus. Posset et *petitoris munus obierat* legi. vt infra *Ad limam consilii petitoris distulit desiderium.* et mox *improuidae voluptatis detestabilis petitor.* Sed ad rem. quemadmodum *edere* et *exedere medullas* supra habuimus, sic *peredere medullas* dixit idem Apuleius Met. VIII. loco insigniter deprauato: *At ille parentum suorum alioquin reuerens, inuita quidem, verum religiosae necessitati succumbens, vultu non quidem hilaro, verum paulo seruiore obiens, vt videbatur* (lege *iubebatur* ex priori editione et scriptis) *iuuentutis munia, prorsus in pectore, imo vero penitus in medullis, luctu ac moerore carpebat animum, et dies totos insuper noctes insumebat tristitiae desiderio, vt virginem defunctam, quam ad habitum dei Liberi formauerat, affixo seruitio diuinis percolens honoribus, ipse sese solatio cruciabat.* Nemo, opinor, non videt, quam inconcinna sint illa, *prorsus in pectore carpebat animum.* Opinor itaque scribendum esse *peresa pectore, imo vero penitis medullis.* sic apud Maronem: *Quas maledictus amor crudeli tabe peredit.* quod paulo ante dixerat *Per ossa deloplum nutriens amorem.* vt et illic corrigo. *deorsus* frigent. Deinde scribendum *affixa sacrificia*, non *affixo seruitio.* Pro eo, quod proxime apud eundem Apuleium sequitur, *Thrasyllus vero praeceps et temerarius*, in optimis membranis et primis editionibus legitur hoc modo: *Sed Thrasyllus praeceps aliquin, qui et de ipso nomine temerarius.* Scribe *sed Thrasyllus praeceps aliquin, et re vt ipso nomine temerarius.* Eleganter alludit ad Thrasylli Graecum nomen, quarum allusionum pleni sunt scriptores optimi; inprimis noster Naso, qui passim hasce delicias profert. sic in Amoribus: *Est quaedam nomine Dypsas anus. Ex re nomen habet.* atque ita saepe alibi. Expunxerant pro glossemate venustatem Apuleiano loco vnico addentes voces tres quatuorue: *Sed Thrasyllus praeceps aliquin, et re ipso nomine temerarius, prius quam dolorem et lacrimae satiarent, et percitae*

mentis

Digitized by Google

meniis resistere furit, et sensim nimietatis sonio flaccescere lusus, perperam nunc legitur *et in sese nimietatis sonio facesseret luctus*. de quo iam dixi Met. X. 194. *Pectus* igitur *pectore*, quomodo idem eodem libro *adesa viscera*, dixit: *Partesque semoris cruciatum ita carnibus atque ipsis visceribus adesis omnino consumta membra nudarunt, ut ossa tantum viduata pulpis funestae arbori adhaererent*, sic et ibi scribendum. cum vulgo legatur *homine consumto*. *Persius* tabe libro VIIII *Quoad pestilentius lobalis pervicaci tabe possessus ne peresus absumeret*. ita enim malo, ad exemplum Maroniani versus paulo ante producti, quam quod nunc circumfertur *pernicaci rabie*. Non possum tamen dissimulare in Neapolitano veterrimo legi hic loci apud Nasonem, *oblisaque ossa medullis*. quod verum opinor. Sic *oblisae fauces* apud Tacitum. et *gulam digitis oblidere* apud Ciceronem pro Scauro. Prudentius Psychomach. *Ferratosque toros oblisa robore malcet*. et mox: *Infusum mercatus agrum de sanguine amici Numinis oblisa luturus iugera collo*. &c. —, *oblisa gutture frangit Exsanguem siccamque gulam*. Marcianus Capella lib. II *In ortu Herculis geminatae noctis obsequium, serpentesque idem parvus oblidens vim numinis approbavit*. Plin. lib. VI. ep. XX *Cinis rursum multus et gravis, hunc identidem abstergentes* (ita lego, non *assurgentes*) *excutiebamus, opersi alioqui et oblisi pondere essemus*. Apulei. Met. VI *Iamque protinus oblisis faucibus interstingere eam debuisse*. idem Florid. I *Quippe illis gressum expedire nequeuntibus, necesse sit* (lege *sit*) *ultionem a ruina molis suae petere, ac retentores suos toto corpore oblidere*. Columella lib. VII. 3 *Humilia facere fabula in longitudinem potius convenit exporrecta quam in latitudinem, ut simulent hyeme calidae sint, nec angustiae foetus obhidant*. *subhidere* habes apud Prudentium Apotheosi. in nonnullis haud dubie *collisisque* scriptum fuerat. hinc *cumque ipsis*, et *eumque eis*, promanavit.

211 *Eiectantemque cruentas Ore dapes*] Ita scripti. melius nihilominus *eructantemque*. Virgilius in hac ipsa narratione lib. III. 632 — *saniem eructans ac fluctus cruento Per somnum commista mero*. Silius quoque libro XV. 434, ubi hoc Polyphemi convivium describit: *Ipse manu exsecta Lucretia pocula pecis, Permiscetque mero ructatos ore cruores*. Seneca Thyeste 919 *Vino gravatum fulciens laeva caput Eructat*. *Ructari sublimius versus* Horatio Arte Poëtica 457. Iuvenalis Sat. VI. 16 *Et saepe horridior glandem ructante marito*. Prudentius quoque Hamartig. *Immedicae carnis spurco ructamine cruda* dixit. et Psychomach. — *pervigilem ructabat mane cicadam coenam*. Transtulit ad more Val. Flaccus lib. V. 345 — *Qua rigidos eructat Bosporos omnes*. vt *Cocytus eructat avernum* Maroni Aen. VI. 297.

215 *Mortemque timens*] *Mortisque* vnus Basil. sic Lucretio lib. VI *Virgo nimium cupidi, mortisque timentes*. Statius lib. XI. 325 — *trepidamque tubarum Prospiciebat equum*. Plura Met. lib. I. 322.

218 *Hanc*

Digitized by Google

218 *Hanc procul adſpexi*] *Nauim* duodecim. *Hanc tamen* prim. Vatic. et vnus Medic. *Haud procul* alii nonnulli.

221 *Comitum gratiſſime*] *Fidiſſime* prim. Baſil. Mox pro *turbae* vnus Mediceus ex optimo deſcriptus *turmae*.

227 *Terram adſpexiſſe petitam*] *Paternam* prim. Baſil. et duo Gronouiani.

229 *Praedaeque cupidine victos*] *Captos* multi veteres. *ductos* ſec. Medic. et vnus Voſſianus. bene. Adeantur notae lib. VIII. 123. Iuuenalis Satyra X. 351 — *caeca magnaque cupidine ducti Coniugium petimus*. vbi in codicibus nonnullis *capti*.

231 *Venerat vndas*] *Venerit* malim.

234 *Terra regnabat in illa*] *Turba* duo Gronou.

239 *Et ſaxa trabesque Coniiciunt*] *Continuant* alter Hamburg. et pro diuerſa lectione prim. Erfurt. quod impenſe placet. hoc eſt, ſine intermiſſione iactant. ſic *continuare dapes* apud Horatium libro II Sat. VI — *Succinctus curſitat hoſpes, Continuatque dapes*. Statius Theb. VIIII. 291 *Tbisbaeumque Lycan Anthedoniumque Lycetum Continuat ferro*. et Theb. XII. 745 de Thetide: *Alcidae fratres trinis tres eminus haſtis Continuat*. hinc *continuis telis* apud eundem Iſmenus Theb. VIIII. 429 *Adſpice quas ſtunio caedes, quae funera partem Continuis telis, altoque adopertus aceruo*. apud Lucanum lib. IIII. 158 — *tellus hinc ardua celſos Continuat colles*. *Continuari*, vel *continuare*, pro *comitari* etiam ſumitur. de quo Schoppius Suſpect. Lect. libro IIII. 16 et notis ad Apuleium p. 62. quod eidem Apuleio reddendum libro VII *Detractus ad terram, et pugnis pulſatus, et calcibus contuſus, inſtis deierans, nullum ſe vidiſſe ductorem, ſed plane continuatum, ſolutum et ſolitarium, ob indicinae praemium occupaſſe*. ita ſcribo, cum in optimis membranis ſit *continuatum*. vulgo *concinnatum*. *continuatum* continue ſecutum. *Concutiunt* Thuan. Deinde *coëunt in ſaxa* S. Marci, prim. Moret. et vnus Medic.

241 *Ipſumque vehebat Vlyſſem*] *Fidumque* prim. Moret. et prim. Bonon. *Vlyſſen* etiam meliores.

244 *Procul hinc mihi crede videndo*] *Tibi rede* quart. Medic. tertius *tibi credo*, prim. Gronou. et tres alii. *tibi certe* Iunian. Lege — *Procul hinc tibi* (*cerne*) *videndo eſt Inſula, viſa mihi. Tibi crede videndam* Neapol. *videnda eſt* prim. Vatic. ſec. Palat. Cantabr. quart. Medic. et multi alii.

247 *Fuge litora Circes*] Hanc Maricam Nympham eſſe monet Lactantius libro primo de Falſa Religione, quomodo ex Romulo Quirinus, ex Leda Nemeſis, ex Ino Leucothea et mater Matuta, ex Melicerta Palaemon, ſeu Portunus, ex Hippolyto Virbius, ſint facti. *Maricae Nymphae* meminit Virgilius Aeneidos VII. 47, quae Fauni vxor fuerit. ſed nihil illic Seruius de Circe noſtra.

250 *Ire negabamus, vel tecta ignota ſubire*] Sic S. Marci codex. *ſed tecta* Thuan. Bernegger. terr. Medic. et alii in ptem. *nec tecta* Oxon. ſec. Palat. et alii quatuor. tres *aut te-*

Digitized by Google

Ita. ignotaque tecta vnus. aliis *et tecta inimica.* reliqui *et tecta ignota.* quod mutatum nolim. Vide notas lib. VIIII. 405.

252 *Nimiique Elpenora*] *Nimiumque* Thyſii. nil muta. ſic *multi Damalis meri* apud Horatium libro I Od. XXXVI. Tumen idem libro II Ode XII *Nimium mero Hylaeum* dixit.

254 *Stetimusque in limine tecti*] *Primoque in limine* ſec. Pal. Oxon. prim. Moret. alii quatuor.

255 *Miſtique lupis vrſique*] *Miſtaeque lupis vrſaeque* duodecim veteres.

258 *Blandas mouere per atria caudas*] *Per aëra* ſcripti noſtri omnes. et recte. nam *atria* mox ſequitur.

262 *Sublimi ſolio*] *Solenni* Neapol. Thuan. prim. Vatic. ſec. Pal. tert. et quart. Medic. Iuret. prim. Hamburg. Oxon. et viginti circiter alii. Scribe *Solenni in ſolio.* ſic *Solennes ludi Circi* Noſter in Faſtis dixit. *Solennes aras* et *pompas* Virg. *Diem ſolennem et ſanctum* Horatius. *Sacra ſolennia* et *ſolennes ceremonias* Hiſtorici.

265 *Nulla trahunt digitis*] Malim *trahant*, et *ducant.*

267 *Variisque coloribus herbas*] *Variasque* veteres plerique. iam monui lib. VIIII. 690.

268 *Quod hae faciunt*] *Faciant* Thuan. et alter Twisdenius. Deinde pro *quis vſus* fragm. Boxhorn. alter Hamburg. et tres alii *quid vſus.*

272 *Et reddidit omina votis*] *Omina vocis*, vel *omnia voti*, plurimi veteres. duo ex melioribus *omnia voce.* ego nil mutandum cenſeo.

276 *Accipimus pocula*] Malim *arripimus.* quod auiditatem ſitientium magis exprimit.

280 *Nec iam poſſe queri*] *Loqui* cum melioribus.

281 *Toto*] Forte *proto.*

282 *Puntio occuleſcere noſtro*] *Calleſcere* nonnulli. vel *coaleſcere. Calliſcere* Nonius ex Catone notauit. *callere* Sulpicius Ciceroni lib. IIII Ep. Fam. V. Seuerus in Aetna: *Callent rure manus.*

284 *Illa veſtigia fecit*] Malim *figi*, vel *ferri.* vt a ſuperioribus haec dependeant.

286 *Clandor in antra ſuis. ſolum caruiſſe figura*] Repone cum Bernegger. Thuan. prim. Hamburg. Arond. Oxon. prim. Gronou. Graeuiano et decem aliis *Claudor hara*, *ſolumque ſuis caruiſſa figura Vidimus Eurylochum. antra ſuis* ex gloſſa hic irrepſerant. *hara* voce etiam alibi non ſemel vſus eſt.

287 *Pocula fugit*] Puto relictum a Naſone *pocula vitae.* quia *vitaſſet* ſequitur. plenus eſt talium repetitionum Noſter aliter tamen codices antiqui.

299 *Spargimur ignotae*] *Innocuae* ſec. Palat. quart. Medic. Oxon. prim. Moret. Iuret. et alii decem. rectius.

305 *Brachia ſunt. flentem flentes complectimur illum*] *Amplectimur* meliores. Videtur ſcribendum — *et ſubiecta lacertis Brachia tum flentem flentes amplectimur illum.*

314 *Offen-*

Digitized by Google

314 *Ostendit iuuenile*] Puto huic versui praeponendum esse illum, qui sequitur, *Aede sacra positum*.

323 *Ab imagine*] *Sub imagine* veteres quinque.

325 *Quinquennem poteras Graia quater edere pugna*] Locus haud dubie pessime habitus, si quis alius in hoc auctore. nec multum libri veteres iuuant. nisi quod Gryphiana editio et prima editio Aldina, vt et ora libri vnius scripti ex Basileensibus, exhibent *spectasse per annos*. idque probe, vt mox videbimus. quod et Bersmanno arridebat. sed pergamus. Optimus Florentinus, Neapolitanus, aliique multi *poterat Graia quater edere pugna*. Berneggerianus, primus Palatinus atque alii plures *poteram Graia quater edere pugna*. quidam *poteras*, vel *poterant*. Sed mendum haeret in verbo *edere*. atque hinc tanta diuersitas lectionum nata. *edele* vel *edile* nimirum exararat aberrans, quod frequenter solebat fieri, oscitantis librarii manus, idque pro *elide* transuersa literarum serie. Optime igitur locus intricatissimus sese habebit, si hoc modo constituatur: — *nec adhuc spectasse per annos Quinquennem poterat Graia quater Elide pugnam*. nondum, inquit, per aetatem quater ludos Olympios poterat spectasse. Id est, necdum aetatis annum vicesimum attigerat. *Graia* autem *Elide*, quia Picus erat Italus. de ludis Olympiacis omnia nota. addam tamen Statianum locum ex lib. II Silu. Vl. 70 — *vitae modo cardine tadultae Nectere tendebat iuuenum pulcherrimus ille Cum tribus Eleis vnam trieterida lustris*. vbi tamen forte *Eleis luctis* reponendum. quomodo in Nasonis quoque hoc loco.

327 *Fontana petebant Numina Naiades*] *Furtiua petebant* non inelegantер optimus Florentinus, quod sit furtiuis amoribus dedita. sic Salmacis lib. IIII. 227 *Mea sit furtiua voluptas*. Idem sequenti versu *Cursusque breuissimus*. quomodo et tres aut quatuor alii. Forte *cursumque*. vt sic Graecissimus.

329 *Quas Anienis aquae*] *Quasque* bene vnus Bonon.

Cursuque breuissimus] Idem Florentinus et alii quatuor, cum Naugerio, *cursusque*. Puto *cursumque breuissimus*.

330 *Et opacae Farfarus vndae*] *Vmbrae* idem Florentinus, Berneggerianus, Hamb. et octo alii. Seruius ad v. 719 lib. VII Aen. citat *amoenae Farfarus vmbrae*. vbi docet eundem fluvium antiquis fuisse nominatum *Fabarim*. quam Seruii lectionem esse veram existimo. sic et Horatius *amoenum Lucretilem* in Odis lib. I. 17 dixit, Sabinorum eum montem, cuius pes valles Farfarus stagnat, et vbi villam ipse possedit. lib. I Epist. XVI *Opacam vallem*, et *amoenas latebras* eandem regionem vocat. vbi plura ad rem. vnde liqueat hunc tractum frequentissimis arboribus fuisse consitum.

331 *Stagnum nemorale*] Quantiuis pretii lectio Beneggeriani codicis *regnum nemorale*. *Regnum* enim sacra haec Aricinae Dianae vocata, quod *Rex* dicetetur, qui sacris illis praeerat. vnde Val. Flacco II. 305 *Soli non mitis Aricia Regi*. Fuse describit morem istum barbarum Strabo lib. V. Si quis enim, viribus fisus, regem Nemorensem prouocaret ad pugnam, is re-

Digitized by Google

gnum occupabat Rege obtruncato. quod quotannis licebat fieri. proprium autem seruorum fugitiuorum id erat regnum, quo ingenuus nemo adspirabat, vt ex eodem Strabone apparet. Sueconius in Caligula cap. XXXV *Nemorensi Regi, quod multos iam annos potiretur sacerdotio, validiorem aduersarium subornauit.* Statius lib. III Siluar. l. 55. —— *profugis cum Regibus altum Fumat Aricinum Triuiae nemus.* Meminit etiam Pausanias huius ritus, vt alii iam notarunt. Noster lib. III Fastor. 263 *Vallis Aricinae silua praecinctus opaca Est locus antiqua religione sacer. Regna tenent fortesque manu pedibusque fugaces; Et perit exemplo postmodo quisque suo.* et lib. I Artis Amatoriae 259 *Ecce suburbanae templum nemorale Dianae, Partaque per gladios regna nocente manu.* Lucanus lib. III. 86 *Quo sublime nemus, Scythicae qua regna Dianae.* Martialis lib. VIII Ep. LXV *Qua Triuiae nemorosa petit dum regna uiator, Octauum domina marmor ab Vrbe legit.* atque haec emendationi nostrae confirmandae suffecerint, ni fallor. Male duo libri veteres *fanum memorale.* et vnus Bononiensis *numen. Scythicae* etiam *Dianae,* pro *Scythicae*, codices nonnulli, quam scribendi rationem frequenter in illis auctoris nostri locis obseruatam mihi recordor, dum membranas veteres euolno.

333 *Ille colit Nympham*] Τὸ *colis* paulo ante praecesserat. quare fuit, cum legendum putarem *Ille colet Nympha.* nunc praefero, quod Gronouianus vnus et codex Patricii Iunii et alius exhibent, *Ille fouet.* vt in illo Virgiliano Eclog. III. 3 *Ipse Neaeram Dum fouet. Nymphen* etiam codex optimus Florentinus, Berneggerianus aliique nonnulli scribunt, idque Graeco more, vt Noster alibi non raro.

334 *Ancipiti Iano*] *Ionio Iano* S. Marci, Neapol. Bernegg. Thuan. prim. Hamburg. prim. Vatic. tert. Medic. quatuor alii. probe omnino. nec tamen a librariis id intellectum. Nam Parrhoebum Ianum faciunt Plutarchus in Quaestionibus Romanis cap. XXII. et Athenaeus libro XV. 13. qui tractus mari Ionio vicinus, vt Ionium Iano in Italiam contendenti superandum fuerit. *Aonio* prim. Gronou. et Iunianus. sic primis curis censebam. Nunc secundis locum hunc perpendenti videtur non inconcinne reponi posse *Ineo Iano.* Ianum enim pro Palaemone siue Portuno habitum patet ex veteri inscriptione Spoletina apud Gruterum p. XCV IANO. PORTVNO. ATQ. MARTI E. S. C. VIBONIVS. A. APRVNNIVS. L. AORELIVS FACIONDAM. DEDERONT. et ex alia apud eundem Gruterum ibidem: IANO. PORTVNO. ATQ. MARTI. S. C VIBONIVS, A. APRVNIVS. L. ANNAIVS. DEDERONT PROBAVERVNTQ. Festus: *Claudere et clauis ex Graeco dicendi, cuius rei tutelam penes Portumnum esse putabant, qui clauum manu tenere fingebatur, et deus esse putabatur portuum.* vbi perperam *Vertumnum* reponi vult Lilius Gyraldus. *Inous* igitur *Ianus* Nasoni, qui Virgilio I Georg. 437 *Inous Melicerta.* Ino certe in Italiam profugisse ex lib. VI Fast. discimus, et quidem eodem tempore, quo Hercules illuc aduenit. De *Iano Portuno* nihil

Digitized by Google

nihil miror adnotasse, qui de dis gentium copiose scripserunt. huc adde, quod Varro libro IIII. de L. L. Salaciam deam, quae aliis Neptuni vxor est, Tritonis mater, et Veniliam, quam Noster Iano dat coniugem, easdem facit. Seruius quoque Petri Danielis ad X Aen. 70. Venilia igitur Salacia Iani Portuni vxor. quanquam Salaciam pro Amphitrite, Portunum pro Neptuno, apud multos veteres sumi iam ab aliis est obseruatum: tamen constat Salaciam pro Portuni vxore fuisse habitam: quicunque tandem hi fuerint. Iano vxorem dat Argiopam Marcianus Capella initio operis, vbi de deorum agit nuptiis: *Iunxque Argiopam miratur vtraque effigie.* qui locus haud dubie est mendosus. nec placet *Angeronam* reponi cum viro magno. Iuturnam Iani facit vxorem Arnobius lib. III, eumque ex Caelo et Hecate prognatum asserit.

337 *Rara quidem facies*] *Faciem* vnus Argent.

341 *Foeminea modulatur carmina voce*] *Molitur* Cantabrig. quod placet, sic *nervos citharae moliri* Apuleius in Floridis. Stat. Theb. IIII. 33 *Tuque o nemoris regina sonori Calliope, quantas populis solauerit vrbes, Sublata moliri lyra.* Fortet etiam *flexanima voce. flexanima oratio* apud Ciceronem. *flexanime fouo canere* apud Apuleium in Floridis. *flexanimi concentus* apud Marcianum Capellam.

345 *Puniceam*] *Paniceam.* dixi lib. XII. 104.

345 *Chlamydem comprensus ab auro*] Mire variant libri veteres. Giphanius, Indice Lucretiano in *contingere*, legit *contactus*, ex suis libris. Optimus Florentinus, Berneggerianus et XII alii *contractus.* vt de fibula intelligatur. primus Palatinus et alius eiusdem Bibliothecae *concinctus.* Secundus Palatinus *contortus.* duodecim alii *contectus.* Forte pro *contextus.* vt in illo Tibulli I. 1. 71 *Totus et argento contextus, totus et auro Insidens celeri conspiciendus equo.* et sic codex Thysii. codex Vrbinas et viginti circiter alii *compressus.* duo *complexus.* vnus *suspensus.* In tanta codicum diuersitate vix occurrit, quo ad veram lectionem via mihi struatur. quia tamen *compressus* legitur in multis, forte Ouidius *conspersus* scriptum reliquerit. Salmasius in Epistolis lib. I. 69 *constrictus.* Gronouius in Obseru. III. 18 cum scriptis multis *contractus.* vterque ad fibulam referentes. Nec displiceret, nisi obseruassem gemmeas potius quam aureas Regibus fibulas solere adsignari. de auratis chlamydibus magis obuia res est quam vt exemplis debeat confirmari. *Contexus auro*, vt Met. lib. VI. 160 *Vestibus insexto Phrygiis spectabilis auro.* et apud Silium lib. X. 571 *Iniicis velamina et auro Intextam chlamydem.* Posset et *connexus* legi.

350 *Cecidere manu, quas legerat herbas*] *Cecidere sinu* prim. Gronou. Thuan. Iunian. et pro diuersa lectione Bernegger. bene. vt in lib. V. 399 *Collecti flores tunicis cecidere remissis.* et lib. IIII Fast. 451 *Comites accedite, dixit, Et mecum vestros flore replete sinus.* Sed Medea sic inducitur apud Valerium Flaccum libro VII. 448 *Cingitur inde sinus, et qua sibi fida magis vis Nulla, Prometheae florem de sanguine fibrae Promit.* et mox:

Digitized by Google

— *Titania iamque Gramina, Perfeasque finu depromere virus Coeperat. Onerare finum fuum faxis* apud Petronium cap. XC.

357 *Et me mea carmina*] *Nec me* meliores.

360 *Juſſit*] *Effet* Florent. S. Marci et Neap. Forte *Fecit*, vt ſex ſcripti.

362 *Praedae petit infcius umbram*] *Gratam petit* Vrbin. et vnus Medic. *umbras* S. Marci et alii nonnulli.

363 *Spumantia terga reliquit*] *Fumantia* lege ex quatuor ſcriptis. *relinquit* etiam praeſtantiores. ſic *equum fumantia colla* Virgilio.

365 *Concipit illa preces, et verba precantia dixit*] *Verba precantia* meliores magno numero. ſic contra *verba ſalubria* Faſt. VI. 572.

369 *Denſatur*] *Denſetur* Neap. Thuan. Bernegger. prim. Hamburg. Arondel. Cantabr. prim. Palat. prim. Vatic. tert. Medic. et alii quinque cum Norico. Adi Notas Faſt. III. 820.

371 *Et abeſt cuſtodia regis*] *Regi* Nauger. prim. Hamburg. et quatuor alii ex noſtris. quod et in ſuis Viuianus inuenerat. Epiſt. VIIII. 33 *Vir mihi ſemper abeſt.* et ad Druſum v. 2 *Iam tibi dimidium nominis huius abeſt.*

375 *Qui praeuides omnia, Solem*] *Peruides* prim. Palat. S. Marci, Neapol. Vrbin. prim. Hamburg. et multi alii. bene. Vide Pont. lib. I El. VII. 43 quae noto. Hinc *παντόπτης* Graecis. *omniuens* Val. Flacco V. 247. Homero Ἥλιος ὃς πάντ' ἐφορᾷς. *ſolem videntem deum* pari modo Apuleius dixit lib. I Miſc. Sol de ſe lib. III. 227 *Omnia qui video; per quem videt omnia tellus.* lib. XIII. 852 — *quid non haec omnia magno Sol videt e caelo?*

380 *Foedera laedum*] *Rumpam* quinque veteres. vt Epiſt. Phaedrae v. 17 *Non ego nequitia ſocialia foedera rumpam.*

383 *Neque ait reddere Canenti*] *Neque enim* prim. Gronou. et ſec. Moret. bene. nam *Dixit* ſequitur. Poſt τὸ *Circe* paulo poſt tollendum verbum ſubſtantiuum ex fide codicum.

388 *Ille fugit, ſed ſe*] *Ille fugit; ſeſe* currere *miratus* vnus Voſſianus.

396 *Nec quicquam antiquum Pico niſi nomina reſtant*] *Antiqua* Neap. Arond. et decem alii. *antiqui* recte optimus Florentinus. ita VI. 305 *Nihil eſt in imagine viui.* et *reſtat* caſtigatiores plerique. IIII Pont. II. 45 *Quid, niſi Pierides, ſolatia frigida, reſtat.*

400 *Nebulas ventis ac ſole reſolui*] In nonnullis erāſa vetus lectio. *Recludi* Florent. S. Marci, Bernegg. Thuan. prim. Hamburg. prim. Moret. et quatuor alii. vnus *reſcindi.* alius *remitti.*

404 *Noctisque deos Erebonque, Chaonque Connocat*] *Ereboque Chaoque* plerique veteres. et recte.

405 *Et longis Hecaten vlulatibus orat*] Prim. Palat. prim. Vatic. Thuan. Vrbin. prim. Erfurt. aliique plurimi *magus.* Lege *magicis vlulatibus.*

406 *Exſi-*

Digitized by Google

406 *Exsiliere*] *Exsiluere* vetustiores. Mox *arbos*, pro *arbor*, quatuor libri, vt saepe alias.

411 *Animae volitare videntur*] *Silentum* Neap. Vrbin. prim. Pal. prim. Vat. prim. Erfurt. Arondel. et viginti circiter alii. optime. *silentes* pro *umbris*. sic passim Poëtae. sic Aeacus. *iura silentibus reddere* dicitur Met. XIII. 25.

412 *Illa pauentum*] *Pauentis* Florent. S. Marci et Bonon.

416 *Pressérat occiduus Tarthesia littora Phoebus*] *Tartessia*. Graecis est Ταρτήσσος. Sed *Trophéssia* S. Marci, Neap. Thuan. sec. Pal. prim. Moret. prim. Hamburg. et decem alii. an *Tarpessia*? sic enim Carteia nonnullis dicebatur. vid. Salmasium ea-pioſe de tota hac re diſputantem Solinianis Exercitationibus p. 201. *Thephesia* prim. Vatic. Oxon. et alii septem. *Tesiesia* prim. Reg. Arondel. prim. Palat. et Vrbin. *Cephesia* prim. Gronou. et octo alii. Forte *Cepheia*, cum vno Mediceo. *Carthesia*, vel *Carchesia*, prim. Basil. et decem alii. Scribe *Carteia littora*. *Carteia* eadem quae Tarteſſos, vt credebant veteres. Plinius libro III. 1, Mela lib. II. Strabo. Apud Silium lib. III. 396 *Arganthoniaeos armat Carteia nepotes*. Atqui Tarteſſi rex Arganthonius ille longaeuus fuerat, vt ex hiſtoriis notum. Poſ-ſet et *Carpesia littora* legi. nam in quatuor ſcriptis *Carphesia*: Καρησσὸς Polybius *Carpetanos* vocat. *Carpesii* etiam Hiſpaniae populi apud Liuium lib. XXVI. 26. vbi adeundus Gronouius. Seneca Hercule Furente 232 *Pastor triformis littoris Tartessii*. vbi optimus Mediceus liber *Carsesii*. an *Carpesii*? apud Clau-dianum Epith. Honorii v. 161 *Sublimat Oceani monstrum Tar-teſſia tigris*. vbi parì modo in vetuſtis membranis *Carchesia Tar-chesia*, *Carthesia*, *Carcheia* et ſimilia. in Martialis vetuſtis ex-emplaribus vbique fere *Carpesia* pro *Tarteſſia* exaratum offendit. *Postera vix summos spargebat lumine montes Orta dies*. Auſon. perioch. XI Iliados: *Titboni croceum linquens aurora cubile Spar-gebat terras referens opera atque labores*. Pro *Pressérat* prim. Gronou. prim. Moret. prim. Hamburg. S. Marci, Neapol. Vr-bin. Thuani et viginti alii *Sparsérat*. Virgil. Aen. XII. 113. Corrigo *Rasérat*. adi Notas Amor. lib. III Eleg. vlt. Pro vul-gata tamen lectione facit Statius Theb. VII. 105 *Iam premit Gradiuus equis Ephyraea premebat Littora*. Seneca Troad. 169 — *summa iam Titan iuga Stringebas ortus*. quo τὸ *rasérat* confirmatur. vtrumque verbum a Circenſibus tractum. Noſter Amor. lib. III Eleg. I *Nunc stringam metas interiore rota*. Val. Flaccus *vrgere* dixit libro II. 34 *Iamque Hyperionius metas ma-ris vrget Iberi Currus*.

421 *Seque proripit*] *Sese* legendum. quomodo a manu prima in quarto Mediceo legebatur.

422 *Latos per agros*] *Latios* quatuor ſcripti. ſic ſupra *Latiis accedere siluis*. dixi Faſt. II. 555.

431 *Luctibus extremum tenues liquefacta medullas Tabuit*] Ma-lim *Flebibus. extremis* Florent. S. Marci. *teneras medullas*, pro *tenues*, plurimi veteres. Et paulo ante *ipso modulata dolore*, non *ipsos dolores*. Latet mendum. an *spissos dolores*?

Digitized by Google

434 *Vestres dixère colent*] *Cammas* Florentinus S. Marci, tert. Bonon. prim, Moret. prim. Hamburg. et vnus Basil. quod verum puto. nam a Camenis haec loca antiquitus habitata.

435 *Longum narrata per annum Visaque sunt*] In Neapol. erasa vetus lectio, nisi quod *Multaque sunt* restabat. quomodo et codex S. Marci. Bernegg. *Miraque sunt. mutata per aeuum* idem S. Marci et prim. Hamburg. Metuo ne haec interpolata sint.

442 *Cedidit marmorea*] *Marmorea* duo veteres, concinnius ad vrnam referentes. Pro *Caietam* prim. Basil. et tres alii *Caietem*. hoc est *Caieten*. *Tergatin* vnus Palat.

447 *Nubibus vmbra*] *Vmbram* vnus Basil. Mox *cum flauo arenâ*, non *fulua*, S. Marci Florent. tert. Bonon. prim. Hamburg. et vnus Voss. bene. imitatio est istorum Virgilianorum ex libro VII. 30 — *flauo Tyberinus amoeno, Verticibus rapidis et multa flauus arena, In mare prorumpit.* Silius lib. I *In pontum flauo descendit gurgite Tybris.* Noster in Ibide 138 *Dum Tiberis flauus Thuscus habebit aquas.* ita enim scripta exemplaria, non *liquidas aquas. flauus Tyberis* perpetuum epitheton eius fluvii. ita passim Noster aliique. reddidimus Nasoni eam vocem in Ibide v. 138. Trist. V El. I *Quot frutices syluae, quot flauus Tybris arenas.* Statius Silu. IIII. 5 *Continuo dextras flaui pete Tibridis oras.* Festus Avien. Descr. Orb. 493 *Per quas flauentes Tibris pater explicat vndas.* Claudian. Cons. Olyb. 220, vbi agit de Tibri: — *Taurina quantur Cornua temporibus flauus fluuialia riuos.* vbi *rautos* perperam circumfertur.

456 *Euandri ad moenia frustra*] *Euandri moenia* vnus Basil, et vnus Voss. *ad Euandri* duo. pro *moenia* multi ex antiquis *limina*. nam *moenia* mox sequitur. Scribe — *neque Aeneas Euandria limina frustra Veneras.* nam τὸ *ad* mox sequens subintelligitur. sic *Euandrius ensis* apud Virgilium lib. X. 493. *Mons Euandrius* apud Claudian. VI Cons. Honor. 11. Stat. XVII Cons. Domit. *Euandrius collis.* Prudentio I contr. Symmach. *Curia Euandria.* de Carmente Silius lib. XIII. 816 *Euandria mater Haec fuit.* idem lib. VII. 18 *Qui Carmentis opes et regna Euandria seruas.* apud Marcian. Capellam lib. VI *Catillus praefectus classis Euandriae. Venire* cum quarto casu coniunctum non addita praepositione etiam Maroni familiare est, vt in illo lib. I. 2 *Italiam fato profugus Lauinia venit Littora.* Claud. bell. Getic. 73 — *Nec peruenere iuuentae Robur Aloiadae.* Sil. lib. XIII *His laeti rediere duces loca amoena piorum.*

457 *At Venulus frustra*] *At Venulus magnam* Florent. S. Marci et tres alii. recte. nisi quod malim *Vt Venulus.* nam S. Marci, Vrbin. Neap. aliique nonnulli *Et.* plures cum Oxon. *Sed.* Virgil. lib. XI. 226 *Ecce super moesti magna Diomedis ab vrbe Legati responsa ferunt. Maxima moenia* Noster ipse paulo post appellat, quare non admitto lectionem plurimorum veterum *ad arces*, pro *ad vrbem.* sed et vulgatum *magni Diomedis* bene se habet. Virgilius libro VIII. 9 *Mittitur et magni Venulus Diomedis ad vrbem.* Sed et codices nonnulli vetusti, in loco paulo

ante

Digitized by Google

ante ex libro Aeneidos XI adducto, *magni Diomedis ab vrbe* agnoscunt.

461 *Auxilium petiit*] *Auxiliumque petit* rectius e vetustioribus multi.

462 *Nec se aut soceri*] Multi veteres omittunt τὸ *aut*, et pro *aut* versu proximo *nec* agnoscunt.

464 *Habere vllos, neue haec commenta putetis*] *Viros* Florent. S. Marci, sec. Palat. prim. Basil. Arundel. et viginti praeterea alii. bene.

465 *Luctus renouentur amari*] *Renouantur amaro* bene prim. Gronou. quod ipsum et alii nonnulli agnoscunt.

468 *Naritiusque heros*] *Naryciusque*, hoc est, Locrensis. Aiacem enim Oilei innuit.

471 *Fulmina*] *Fulgura* prim. Erfurt alter Regius et vnus Leid. Pro *imbres* prior Twisdenius *hyemes*, id est, tempestates. sed nihil mutandum. Dict. Cretens. lib. VI. 1 in hac ipsa nauigatione: *Multa imbribus ventisque, et eo id faciente mari indigna experti.*

476 *Ab agris*] *Ab Argis* multi veteres. et recte. nam Diomedes Argis imperarat. Tydeus enim Adrasti filiam duxit cum in exilio esset, et Argis vixit. hinc *patrios Argos* vocat. et sic citat Seruius Cuiacianus vulgatis auctior ad lib. XI Aen. cuius excerpta penes me sunt. sic et apud Auson. Epitaph. Heroum c. VI *Crimen ob vxoris pulsus dotalibus Argis.* Simile mendum sustulimus Fast. V. 651. Sinon apud Virgilium II Aen. 45 *Si patrios vnquam remeassem victor ad Argos.* et libro XI. 269 in oratione Diomedis, vt quidem in nonnullis membranis exaratum est: — *patriis vt redditus Argis Coniugium optatum et pulchram Calydona viderem.* nam vulgati *patriis oris.* Statius lib. III Silu. II. 23 *Ergo age seu patrios, liber iam legibus, Argos Incolis.* Sed placet Florentini omnium optimi codicis et aliorum quorundam scriptura, *patriis aris* exhibentium. Stat. Theb. VI *Nequicquam hunc Patriis audax promiserat aris.* et sic meliores libri in Maronis loco. vbi plura.

481 *Importunusque Caphareus*] *Importunisque* cum Barberiniano et Langermanniano.

482 *Vellemque horum pars vna fuisse*] *Fuissem* cum S. Marci, Bernegger. prim. Hamb. aliisque multis. *vellemque chori* vnus meus ex veterrimo descriptus. vide annotata nostra ad Maron. Aen. VI. 204.

484 *Agmon*] Nonnulli *Acmon.* quod nomen Graecum est. sic *Pyracmon* in veterrimis codicibus apud Virgilium. et *Acmonides* apud Nostrum Fast. IIII. *Progne, Procne, Cygnus, Cycnus*, et similia. apud Virgilium quoque in optimis exemplaribus est *Acmon.*

486 *Patientia nostra*] *Vestra* plerique castigatiores. bene.

489 *Est locus in voto*] *Est in vota locus* Thuan. et duodecim alii. rectius. *Fors* pro *fors* tres scripti.

Digitized by Google

491 *Licet, et quod facit, oderit omnes*] *Licet, licet vt facit, oderit omnes*, neruosius alter Thuan. vnus meus et vnus Mediceus, etiam Arondelianus. nisi quod in illo *vt facit* erat omissum. *quin quod facit*, vel *qua quod facit*, Bernegger. *quam quod* prior Hamburg. *vel quod* prim. Moret. et prim. Bonon. τὸ *licet* geminare neglexerat librarius. hinc natae tot lectiones.

492 *Et magno stat magna potentia nobis*] *Tanta potentia nobis* vnus Moreti et alter Thuan. *paruo stat* ex veteri libro notarat Politianus et Viuianus. quomodo prim. Moret. et decem alii ex nostris. lege *et paruo stat tanta potentia nobis*. potest et *magna potentia* ferri. Vide quae de hoc loco a nobis dicta sunt lib. V. 373. et de Veneris intellige potentia. Malim etiam *odium tamen illius omne Sperninus*. Hoc vult, socios suos superiores esse omni Veneris insultu.

494 *Iratam Venerem*] *Inuitam* meus chartaceus ex vetusto descriptus, et pro diuersa lectione Zulichemianus. placet, quia *iram* sequitur.

497 *Respondere volenti*] *Parenti* Vrbin. Neapol. et vnus Mediceus.

499 *Plumis quoque colla tegunsur*] *Noua colla* S. Marci, vterque Thuan. prim. Gronou. prim. Moreti. prim. Hamburg. et decem alii. quod amplector.

505 *Hunc miratur Abas*] *Mirantur* sec. Vatic. quod sequentia confirmant.

507 *Subuolat, et remos plausis circumuolat alis*] *Circumsonat* diu est quod legendum vidi, ne bis eodem verbo vteretur. quomodo postea in sec. Pal. scriptum offendi. alibi *stridentes alas* dixit. — *latum Nereus circumsonat orbem* libro I. 185. Pro *subuolat* multi ex vetustioribus *seuolat*. sed frustra. infra 577 *Subuolat, et cineres plausis euerberat alis*.

508 *Volucrum dubiarum*] *Subiarum* Thuan. Arondel. prim. Gronou. prim. Basil. sec. Palat. et sedecim alii. probe. de dubiis auibus sunt nugae, cum in erodios sint mutati. vt pluribus in commentario nostro adstruemus. Epicedio Drusi 110 *Oeniden subitae concinuistis aues*. in Ibide 276 *Quam cui sunt subitae frater et vxor aues*.

509 *Vt non Cygnorum*] Sic et Lycophron de Diomedeis auibus: Οἱ Θαλασσίαν Δαιτὸς ἐλυήσους πορκέων δίκην Κύκνοισιν, ἐνδαλθέντες αὐγαλέοις δομῆν. Plinius quoque lib. X. 44 et Solinus candidum iis colorem adsignant, ac nusquam gentium reperiri, nisi in sola Apuliae vicina insula, affeuerant, vbi Diomedis exstat tumulus. iidem multa alia de his auibus enarrant. de candido colore etiam alii scriptores consentiunt, de forma non item. has ἰρηδίους vocant Graeci. sic praeter Aristotelem περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων Antigonus Carystius Hist. Mirab. cap. CLXXXVIII, Aelianus Hist. Animal. lib. I. 1. Auctores vno consensu tradunt has aues in Diomedea insula frequentes esse, ac Graecos eò accedentes benigniter ab iis haberi, infestari Barbaros. Videantur praeter auctores iam nominatos Augustinus de Ciui-

Digitized by Google

Ciuitate dei lib. XVIII. 16, Isidorus lib. XII Originum cap. VII, Strabo lib. VI, Seru. ad Virg. lib. XI. 280, Steph. de Vrbib.

515 *Et leuibus guttis manantia femicaper Pan Nunc tenet*] *Leuibus cannis* S. Marci, Neapol. prim. Vatican. tert. Medic. alii tredecim, et pro diuersa lectione Bernegger. et Arondel. Lege *leuibus flagnis manantia*. nam in exaratis libris *flagnum*, pro *flagnum*, frequenter scribitur. Ita Noster fere semper dat riuos antris. supra lib. XI in descriptione Somni atque ita alibi passim, si attendas. Virgil. *manantia fontibus antra* in Culice. et in Aen. *Roscida riuis Hesperica saxa*. Apulei. Met. IIII *Roridi specus. Leuia* autem *flagna*, vt *leues riui* in Culice v. 147. Paulo ante *relinquit*, pro *reliquit*, cum plerisque melioribus.

520 *Ad numerum motis pedibus*] Ita scripti. metuo tamen, ne *motis manibus* a Nasone fuerit exaratum. vide Notas Rem. Am. 334.

521 *Improbat has pastor*] *Appulus has culpat* tres scripti. *Increpat* vnus Basil. Mox pro *Addidit* Thuan. *Addit et*. et pro *imitatus* idem cum duobus Moreti et sex aliis *imitatur*. Scribendum forsasse: *Improbus has pastor saltuque imitatur agresti, Addit et obscoenis conuicia rustica dictis*. nam illud *Improbat* hic prorsus frigidum est.

524 *Arbor enim est*] Haec nihili sunt. Scribe *Arbore enim succoque licet* cum Florentino S. Marci. τὸ *est* etiam quatuor alii omittunt cum Neap. et prim. Reg. Vel repone, quod malo: *Arbore iam succoque licet cognoscere mores*. vel, quod longius abit, *Arbore adhuc*. metuo tamen ne quid altioris mendi subsit.

529 *Bella infausta gerunt*] *Instructa gerunt* S. Marci, Vrbin. prim. Hamburg. et quatuor alii. quod vehementer arridet. sex alii *infesta*. vnus *exhausta*. alius *exusta*. alius item *ingesta*.

531 *Tecta faces*] *Testa* S. Marci. Lege *Texta*, cum Cantabr. Iuret. prim. Erfurt. prim. Basil. prim. Gronou. et multis aliis. Trist. lib. I Eleg. III *Pinea texta sonant: pulsi stridore rudentes*. Fast. I. 506 *Pinea non sano ter pede texta ferit*. Catullus pari modo initio Epithalamii Thetidis. In altero Thuan. *stupea tecta. carinam e pinu texere* apud Auienum Descriptione Orae Maritimae v. 103 *Non hi carinas quippe pinu texere Fecere morem, non abiete, vt usus est, Curuant faselos*. ita scribenda illa sunt.

534 *Fumabant transtra*] *Flammabant* optimus Thuan. an *flammabat*? Val. Flaccus lib. V. 178 *Sol propius flammabat aquas*. aut, quia hoc insolentius, *lambebat*. vt apud Virgil. II. 682 *De vertice coepit Iuli Lambere flamma comas*. quod Sidonius Panegyrico Anthemii imitatus: *Cunctantis Iuli Lambebant teneros incendia blanda capillos*. vbi *rutilantis* fortasse scribendum. apud Valer. Flaccum lib. V. 55 *Sola virum flammis vidit lambentibus ossa*. Horat. lib. I Sat. V *Nam vaga per veterem dilapso flamma culinam Vulcano summum properabat lambere tectum*. Pro *transtra* multi veteres, atque inter hosce S. Marci, Neapol. Thuan. quart. Medic. Oxon. prim. Hamburg. et sex aut septem alii *igne*. Scribe — *fumabant tigna carinae*. vel *lambebat*. quam vocem

Digitized by Google

cem etiam restituimus lib. IIII Fast. 233. Lucretius lib. II. 192 *Nec cum subsiliunt ignes ad tecta domorum, Et celeri flamma degustant tigna trabesque.* sed et *tigna* in nauibus. Propert. lib. IIII El. VI *Quodque vehunt proras Centauros saxa minantes, Tigna cava et pictos experiere mares.* Auctor Elegiae in obitum Maecenatis *Illum piscosi viderunt saxa Pelori Ignibus hostilis tradere tigna ratis.* sic scribo. vulgati *reddere ligna.* Orientius Commonitorio: *Quid quereris diras portus ventosque furentes; Tristia famosis aequora naufragiis? I caesam siluis annosa robore quercum, Si tignis non est utilis, adde focis. Consentusque tuo, semorum si qua per orbem Nascuntur, patiens caede negata tibi.* ita versus illi sunt scribendi. Paulo post apud eundem: *Quaeritur in somnos tenuato lucida vitro Marmoribus variis lubrica cella tibi. Tanquam non adeas fectis cōcuntia tignis, In bene securo pectore, tuta quies. Certe non aliter fistentia proluit ora, Quem pennae obtulerint, quam cana palma liquor.* qui locus etiam non vno mendo est inquinatus. *fectis cōcuntia tignis,* subintellige *tecta.* vulgo *tectis venis.* sic et *tigna* in vineis. Adi Festum. vetus Glossarium MS. *Tignum dicitur omne genus ligneae materiae.* hinc *tigillum.* qua voce vti sunt Catullus et Tibullus lib. II Eleg. I. tum et Catalectis Pentadius carmine de Vere: *Nota tigilla linit iam garrula luce chelidon: Dum recolit nidos, nota tigilla linit.* ita scribendi illi versus ex fide duum vetustissimorum codicum. *Iam motatilla canit* in vulgatis legitur. Virgilii nempe illa respexit IIII Georg. 307 *Garrula quam tignis nidum suspendat hirundo. Linis,* luto conspergit. hinc emendandus Varro παρὰ Μαυλιανῷ apud Non. in *fingere: Vt hirundines tignis* (vel *tigillis*) *oblitis tegulas fingebant.* vbi *fingulis obliti* nunc legitur. *paruum tigillum* Phaedro lib. I Fab. II. Vsus et ea voce praeter Tibullum Iuuenalis.

547 *Praerupit Phrygiae vetinacula classis*] Malim *classi. Prorupit* multi vetustiorum, vel *prorumpit.*

548 *Medioque sub aequore mergit*] *Imoque sub aequore* vnus ex meis. Virgilius in hac narratione lib. VIIII. 119 *Delphinumque modo submersis aequora rostris Ima petunt.* Noster lib. II Trist. 99 — *imoque sub aequore mergis Incolumem tectis quae procella ratem.* Tamen apud Maronem VI Aen. 341 — *quis te, Palinure, deorum Eripuit nobis, medioque sub aequore mersit?*

550 *In capitum facies*] *Faciem* prim. et tert. Moreti, Iuret. et alter Thuan.

552 *Quodque sinus fuerat, latus est*] *Quodque latus fuerat, latus est* Thuan. prim. Moret. Arondel. sec. Palat. quart. Medic. Oxon. alii quatuordecim. recte. nam et *latera* nauium dicuntur. nisi quod malo cum Neapol. *Quodque prius fuerat, latus est.* quo alludunt et alii. nam quatuor *Quodque ratis.* alius *Quodque latus fuerat, ratis est. Quodque simul* prim. Gronou.

555 *Ante timebant*] *Tenebant* Vrbin. Bernegger.

557 *Sum-*

Digitized by Google

557 *Duriſque in montibus ortae*] *Summiſque in montibus* multi veteres. quibus caue accedas. *duri montes* et *molle freſtum* opponuntur. ſic infra 709 —— *Poſuitque in limine duro Molle latus.*

564 *Rigeſcere puppes*] Non placet iſta repetitio *laetis* et *laetae*. Bernegger. prim. Gronou. et vnus Baſil. *laetis videre rigeſcere puppim Cautibus*. rectius. *Cautibus* etiam pro diuerſa lectione Arondel. et duo alii. prim. Baſil. et tert. Reg. *Cantibus*. *puppim* etiam multi. *pinum* ſec. Vatic. ſed *laetae videre* probe Noricus.

567 *Deſiſtere bello*] *Coepto* Moreti. vt Virgil. I Aen. 37 *Mene incepto deſiſtere victam?*

568 *Quodque deorum eſt inſtar habent animos*] τὸ *eſt* plurimi non agnoſcunt. Pro *quodque* ſec. Palat. et meus chartaceus *quinque*. Puto —— *quique deorum Inſtar, habent animos*. et ſic prim. Strozzae pro diuerſa lectione. Notum illud Mezentii *Dextra mihi deus*. Similia Capaneus apud Statium.

569 *Nec iam dotalia regna*] *Nec tam* ſec. Palat. et mox *Se viciſſe*. Forte *Quam viciſſe petunt*.

571 *Deponendique pudore*] *Deponendaque dolorem Bella petunt* S. Marci et tert. Bonon. *petunt* etiam duo alii. *deponendique timore Bella petunt* prim. Gronou. *deponendoque pudorem* alter Erfurt. et Arondelianus *Bella volunt*, pro diuerſa lectione. quod arridet.

574 *Barbarus enſis*] *Barbarus ignis* in potiore ſcriptorum parte. noui Barbaros dici Phrygas, et *opem Barbaricam*, ſimiliaque, de quibus Giphanius inter caeteros Iudice Lucretiano in ea voce. hic tamen ſcribendum cenſeo *Dardanus ignis*. ſic ſupra 467 —— *Danaas pauerunt Pergama flammas*. et Ep. VIII. 14 *Cum Danaus Phrygias vreret ignis opes*. Virgilius lib. II Aen. 276 *Vel Danaum Phrygias iaculatus puppibus ignes*. Horat. I Od. XIII *Vret Achaïcus ignis Iliacas domos*. et IIII Od. VI *Neſcios fari pueros Achinis Vrare flammis*. Seneca Agamemnone 612 *Cum Dardana tecta Dorici raperetis ignes*. atque ita paſſim optimi ſcriptores. *peſtifer ignis* vnus Moreti. vt lib. VIII. 477.

575 *Et tepida paſtorum tecta fouilla*] *Latuerunt* cum Thuan. Cantabr. prim, Erfurt. prim. Baſil. prim. Moret. aliisque plurimis.

582 *Finire coërcuit iras*] *Coëgerat* caſſigationes magno numero. quod verum eſt.

587 *Miſſimus apto*] *Oro* Thuan. prim. Reg. Gronou. cod. Podic. et multi alii.

594 *Caeleſti numine dignus*] Repone ex caſſigationibus magno numero: *Tum pater, Eſtis, ait, caeleſti munere digni, Quaeque petis, pro quoque petis. Gnata* etiam Bozhr

604 *Et reſperſis aquis*] *Reſpergit* rectius multi, cum *repurgat* proxime praeceſſerit. Cenſeo tamen ſcribendum *detergit*, ἀφαιρεῖται, pro *detergeo*. quomodo Poëtae paſſim.

608 *Aris-*

Digitized by Google

608 *Arisque recepit*] *Reponis* quartus Medic. Vatic. et quinque alii.

610 *Successit Siluius illi*] *Succedit* S. Marci, Bernegger. prim. Vatic. tert. Medic. et alii viginti.

612 *Clarus subit Alba Latino*] *Subit ecce* veteres plerique. nisi quod prim. Gronou. et vnus Leid. *inde*. Pro *Clarus* multi veteres *Clarius*. *natus* sec. Palat. et vnus Leid. et vnus Vossii. at prim. Erfurt. *Narus*. alter Erfurt. *Daunus*. sec. Moret. *claro subit ecce Latino*. *Alba* est in vno meo, Calandrae et Politiani excerptis. *ecce Latinum* Langerm. et Vrbin. *Latinus* prim. Hamburg. et S. Marci. At primus Moreti *clarum subit Alba Latinum*. optime. lib. IIII Fastor. initio: *Isque, Latine, tibi pater est; subit Alba Latinum*. τὸ *Alba* excideratque plerisque membranis, quod homines insciti *clarum* Albam dici non concoquerent, rati id foeminini nomen esse generis. nec audiendus Iacob. Constantius, qui *Albam* etiam *Clarum* dictum fuisse opinatur.

613 *Epitus ex illo*] *Ex illo est* vetustiores. *Epitos* etiam Bernegger. alter Erfurt. prim. Twisden. et prim. Gronou. Dixi lib. IIII Fast. 43. Prim. Moreti *Egrotos*. apud Virgilium lib. II Aen. 339, pro eo quod in vulgatis legitur codicibus, *Adduxit se comites Ripheus, et maximus armis Iphitus*, codex veterrimus Mediceus agnoscit *maximus armis Aepitus*. in aliis *Ephytus*, et lib. V. 546 *Epytides* Iuli custos in veterrimis membranis. qui *Epitides* in vulgatis est libris. Homero Iliad. P Μάρυξ Ἱππότιδης.

615 *Demersus*] Vetustiores *dimersus*.

617 *Maturior annis*] *Armis* prim. Basil. *aeuis* vnus Voss. Puto *aeui*. adi Notas lib. VIII. 617.

622 *Summae gentis*] *Palatinus summae loca gentis* scripti omnes nostri cum vetustis editionibus. nisi quod *Palatinae loca gentis* Florentinus S. Marci et Neap. omisso τῷ *summam*. secund. Palat. *Palatinae summae loca gentis*. Scribe — *Palatini summam Proca collis habebat*. in τῷ *loca* vides vestigia *collis*. *gens Palatina* ineptum est. Forte scripsit *Palatinae rupis*. vt lib. II Fast. 211 *Libyca de gente*, pro *rupe*, est in quibusdam. vel *Palatini montis*.

623 *Latinas*] *Latinos* multi veteres. vtrumque bene.

630 *Fisso modo cortice*] *Fissa* Bernegger. prim. Palat. prim. Gronou. et decem alii ex vetustioribus. dixi lib. IIII. 375. Pro *lignum* prim. Gronou. et quatuor alii *virgam*. bene.

631 *Et succus alieno praestat alumno*] *Fruebor* ex vetustioribus plurimi.

633 *Labentibus irrigat vndis*] *Lactentibus* Bernegger. prim. Moret. fragm. Boxhornii aliique nonnulli. quid si *lactantibus vndis* scripserit Ouidius? *lac* certe succus: in plantis herbisque dicitur. hinc *herba lactaria*, et *lactuca*, et *lac Cyrenaicum*, laserpitii succus. *lactantem annum* Noster dixit lib. XV. Hinc etiam *Lactans deus* et *Lactucia dea* apud Augustinum de Ciuitate dei. Propert. lib. IIII El. II *Et coma lactenti spicea fruge tumet. Lactens ficus* apud Nostrum in Fastis, et *lactentia fruges*

Digitized by Google

ta apud Virgilium. Poteſt et *lambentibus vndis* legi. Aggenus Vrbicus de conditionibus agrorum: *Eſtenus quouſque adlambebat Piſaurum flumen.* Vomanus de laudibus Hortuli in Catalectis: *Aquae ſtrepentis vitreus lambit liquor, Sulcoque ductus irrigat rivus ſata.* Prudentius Cathemerin. Hymno V *Illic et gracili balſama ſurculo Deſudata fluunt, raraque cinnama Spirant, et folium, fonte quod abdito Praelambens fluuius portat in exitum.* ſic vetuſtiores membranae. Feſtus Auienus Deſcriptione Orbis 493 *Per quos flauentes Tybris pater explicat vndas, Romanoſque lares lapſu praelambit alumno.* mox 687 *Litoris et curuo praelambitur ora fluento.* et 1075 *Laodice glauci praelambitur aequoris vnda.* et 1327 — *amnibus autem Fertilis irriguis crebro praelambitur ora.* Idem *lambendi* verbo de fluuiis vtitur paſſim. vt 554 — *Hanc freta quippe Aegei lambunt pelagi.* et 574 *Sata lambit pinguia Laden.* et 693 *Qua vicina ſibi lambit confinia pontus.* et 949 *Thermodon lambit Amazoniae gentis ſata.* Plura piget adſcribere,] cum poſſem.

635 *Vim tamen agreſtum*] *Agreſtem* terr. Medic. et vnus Voſſianus.

639 *Silenuſque ſuis*] *Siluanuſque* plerique vetuſtiores. recte. qui numen eſt Latinum, vt et Vertumnus. Sileno nullus hic locus, non magis quam Baccho, cui is comes adhaeret ſemper indiuulſus. Siluanus deus agreſtis. qui et ſemper ſenex in antiquis marmoribus exhibetur. Virgilius initio Georg. poſtquam Cererem, Faunos, Dryadas, Pana, Mineruam, alios deos agreſtes inuocauit, addit: *Et teneram ab radice ferens Siluane cupreſſum.* cuius ad exemplum quoque Gratius initio Cynegetici, poſt alios deos agreſtes inuocatos: *Naïdes, et Latii cultor qui Faunus amoeni, Semper et inculto Siluanus termine gaudens.* ſed et idem Maro Georg. II. 493 *Fortunatus et ille, deos qui nouit agreſtes, Panaque Siluanumque ſenem.* Sed et *Mars Siluanus*, et *Hercules Siluanus*, apud ſcriptores occurrunt. vnde apparet, cur Noſtro *ſuis iuuenilior annis* dicatur. ſed et Plautia gens *Siluani* cognomentum adſciuit, vt teſtantur vbertim ſaxa antiqua, quod moneo, ne quis contendat *Siluanum* et *ſyluam* ſcribi oportere, quod plurimis in vſu eſt. Siluanus puerum Cypariſſum adamaſſe fertur. vnde arbor illa ei in deliciis, vt ex Marone modo vidimus. Plutarchus in Parallelis ſcribit illum Romanis eſſe *Silvanum*, quem Graeci Ἄγριωνα appellant. *Siluanus Dendroforus* in veteri inſcriptione. Plura ad Solinum Salmaſius p. 294.

641 *Vt potirentur ea*] *Potirentur* meliores. dictum lib. XIII. 130.

646 *Verſare videri*] *Verſaſſe* rectius ſec. Palat. prim. Baſ. vterque Erfurt. Iuret. et decem alii. et mox *iurares*, pro *iuraſſes*, Arond. Boxhorn. Oxon. et alii vndecim.

649 *Vitiſque putator*] Malim *vitiſue*.

650 *Induerat ſcalas*] *Induitur ſcalas* Thyſii codex. elegantі Graeciſmo. vide Notas Triſt. IIII Eleg. I. 76. ſed tum pro *putares* ſit legendum *putaris*.

653 *Spe-*

Digitized by Google

653 *Spectatae gaudia formae*] *Speratae* prim. Basil. sec. Palat. alter Hamburg. et quinque alii. etiam pro diuersa lectione Neap. vt lib. III. 389 *Ibat vt iniiceret sperata brachia collo.* apud Terentium tamen Eunuch. III. 5 *formarum spectator.*

656 *Adsimilauit anum*] *Assimulauit* multi veteres.

658 *Tantoque potentior, inquit*] *Peritior* multi. frustra. quidam addunt duos versus *Omnibus es Nymphis etc.* sed nugae sunt. Vide omnino de eleganti hoc loquendi modo Observationum Gronouianarum lib. II. 21. et Tanaquillum Fabrum ad Phaedrum lib. III. 5. sic lib. V Fast. ex antiquis libris v. 693 *At mihi paule precor tanto meliora petenti.*

660 *Autumni pondere*] *Autumnum in pondere* vnus Bononiensis. Forte *Autumno pondere.* vt lib. III sub finem. Pro *paulos ramos* multi *patulos, grauidos, curuos.* nil muto.

661 *Speciosa nitentibus vuis*] *Spatiosa tumentibus vuis* repone ex plurimis veterum. Trist. IIII Eleg. VI *Tempus vt extensis tumeat facit vua racemis.* infra lib. XV. 77 — *turgidaeque in vitibus vuae.* Virgil. II Georg. 102 — *turgidis humaße racemis.* Cato in Diris: *Dulci namque tumet nondum viticula Baccho. Turgidioris acini vua* apud Columellam lib. III. 11 Pentadius de vere: *Fronde maritata vitea musta tument.* non dissimiliter Nostet in Fastis I. 152 *Et noua de grauido palmite gemma tumet.* Vetus poëta apud Victorinum in Grammatica: *Ecce tumet gemmis tua vitis, optime Bacche.* In Catalectis veterum Poëtarum carmine de mensibus: *Turgentes acinos varias et praefecat vuas September.* vbi *turgentes acinos* perperam nunc circumfertur.

666 *Si non iuncta foret*] *Nuda* S. Marci, prim. Hamburg. et tert. Bonon. *nupta.* Thuan. et prim. Bonon. Certe aut *nupta* legendum, aut *vincta* cum Neapol. nam *iuncta* proximo versu praecesserat. nisi illic *vincta* legis cum prim. Gronou. quomodo Noster Ep. V. 47 *Non sic appositis vincitur vitibus vlmus.* apud Columellam lib. V. 4 in optimis membranis: *vites defixis arundinibus circumuinctae per statumina calamorum,* non *circummunitae.* Pentadius de Aduentu Veris, vt scribendum est: *Vitea musta tument vicinas vincta per vlmos.* vbi *tumere* denuo habes. quanquam Virgilius I Georg. 2 *Vlmis adiungere vites* dixerit. et Martialis lib. IIII Epigr. XIII *Nec melius teneris iunguntur vitibus vlmi. Nupta vitis,* quomodo *vlmus marita* non solum Catullo aliisque poëtis, sed et Columellae ac aliis rei rusticae scriptoribus passim dicta. Apuleio quoque in Apologia. Appositе Plinius lib. XIIII. 1 *Iam in Campano agro populis nubunt vites, mariasque complexae, atque per ramos earum procacibus brachiis, genículato curfu scandentes, cacumina aequant.* idem lib. VIII. 28 *Populi albae etiam vitibus nuptae.* habes et *vlmum vite dotatam.* Gualterus in Alexandreide libro primo: — *tot nuptas vitibus vlmos.* quae sine dubio ad imitationem alicuius poëtae ex vetustioribus, vt alia multa, ille dixit. sic et rosae in Peruigilio Veneris dicuntur *nubere.* Vomanus de laudibus Horti in Catalectis:

Digitized by Google

relictis: *Foecunda vitis coniuges vlmos ama.* Horatio lib. IIII Od. V *Et vitem viduas ducit ad arbores.* et Iuuenali Sat. VIII. 78 *Stratus humi palmes viduas desiderat vlmos.* Catullo quoque *vidua vitis* et *marita vlmus* dicuntur in Epithalamio. *altas maritat populos* Horatio II Epod. et Pentadius in dicto epigrammate: *Fronde maritata vitea musta tument.* Columella lib. III. 11 *Oliuetum, non maritum* dixit. lib. IIII. 1 *Maritandas arbores.* V. 6 *At si teneram vlmum maritaueris, onus nupta non sufferet. Si vetustae vitem applicueris, coniugem necabit. Ita supparet esse aetate et viribus arbores vitesque conuenit. Sed arboris maritandae causa scrobis viuiradici fua debet.* sic ista ex vestigiis vetustissimi codicis S. Germani constituenda sunt. in quo *At si teneram vlmum maritaueris, onus non iam sufferet, si vetustate vitem applicueris.* idem quoque recte *suppares*, pro *sibi pares.* Paulo post *Visi nouellae pampinarium dimisisti* (vet. cod. *immisti*) *non oportet, nisi necessario loco natus est, vt viduum ramum maritet.* de maritis et viduis vlmis idem plura lib. IIII. 22. Vitis in aenigmatis Sympolii: *Nolo toro iungi, quamuis placet esse maritam.* Vetus poëta apud Priscianum de versibus comicis: *Si qua flagella iugabis, ante putare decet, Ne resoluta et vidua vlmus et cornus Agri dissidium dare Nysia rura queant.* Septimius Seuerus apud Victorin. *Quando flagella ligas, vitis et vlmus vt simul eant.* apud Maronem in Georg. lib. II. 299 *Neue flagella summa pete.* vbi agit de cultura vitium. Fest. Auienus Descr. Orb. 500 — *Coma largi palmitis illic Tenditur, ac fuso Bacchus tegit arua flagello. Vitem copulat vlmus* Gunther. Lig. VI. Idem Columella lib. X, vt de *nubendi* vocabulo nonnihil subiiciam: *Alma sinum tellus iam pascet adultaque pascens Semina depositis cupiet se nubere plantis.* vbi mallem *denubere. Viduum ramum maritare* dixit lib. V. 5 de vite.

670 *Lapithëia monit praelia*] *Semeleïa* S. Marci. quod non intelligo.

671 *Nec coniux timidi atque audacis Vlyssei*] *Aut audacis* plerique veteres. sed nihili haec sunt, nam si timidus, cur audax? Vere Barberin. *timidis audacis Vlyssi.* hoc est, audacis in timidos. Noster lib. V. 544 — *fortisque fugacibus esto, Inquit: in audaces non est audacia tuta.* de Crocodilo Ammianus Marcellinus lib. XXII. 15 *Audax tamen monstrum fugacibus, vbi audaces senserit timidissimum.* et lib. XXVII. 11 de Probo: *Erat tamen interdum timidus ad audaces, contra timidos celsior.*

675 *Sed tu si sapies*] *Sapias*, et mox *velis*, multi veteres. Sed nihil puto mutandum, quia tum *reiicias* et *feligas* etiam esset dicendum. Epist. V. 99 scribendum etiam opinor: *Nec tibi, si sapies, fidum promitte Lacaenam.* non *sapias.*

698 *Tibi delige*] *Selige* codex S. Marci et prim. Hamburg. alii multi *dilige.* vnde *dilectum habere.* ita enim in vetustis codicibus plerumque scribitur, non *delectum.*

681 *Haec loca magna colit.*] *Nec loca* Bernegger. sec. Pal. Cantabr. vterque Erfurt. Arond. et alii viginti. ex praescripto Poetae:

Digitized by Google

— *Laudato ingentia rura, Exiguum colito.* sed quia mox sequitur *nec vti pars magna procorum*, vix videtur id ferri posse in vno meo, quem ab Aegidio Menagio, viro cultissimi ingenii, accepi, pro diuersa lectione *loca sola*. quod ex suis etiam Vivianus notat. Puto *sed loca fola colit*. sic Lucretio lib. VI. 393 de fulminibus: *Cur etiam loca sola petunt*. Cephalus apud Nostrum lib. VII. 824 *Tu facis vt siluas, vt amem loca sola.*

682 *Quam modo vidit*] *Quas* S. Marci, Neapol. Vrbin. et vnus meus. Mox *deuouet ignes* vnus Basil. pro *annos*.

689 *Iam foetus*] Nil libri iuuant. Puto nihilominus: *Sed neque tam foetus desiderat arbore demtos, Nec quas hortus alit cum succis mitibus herbas, Nec quicquam quam te.* vel *Nilue aliud quam te.*

692 *Quod petit*] *Qui petit* duo veteres. rectius.

694 *Idaliam*] *Idalian* prim. Palat. et duo alii. *Idalien* Oxon. prim. Moret. prim. Hamburg. et sex alii.

695 *Quoque magis caueas*] *Timeas* S. Marci, Neapol. Vrbin. Thuan. Iuret. aliique plurimi. venusta repetitione.

697 *Facta*] Malo *Fata*, cum Sixiano et vno meo.

700 *Perceperat ossibus ignes*] *Aestum* vetustiores plerique cum S. Marci.

704 *Per spes orauit alumnae*] Puto *spes alumnas*. adi notas nostras Met. IIII. 421. Sic *Per spes socias* lib. XIII.

705 *Et modo de multis alicui blanditus amicis*] *Blanditus cuique ministris* Thuan. prim. Reg. prim. Moret. et alii decem. probe. *cuiquam blanditus* prim. Basil. *alicui blandita ministris* prim. Palat. prim. Vatican. tert. Medic. Vrbin. vterque Hamburg. et septem alii. Calandr. et praeterea quinque *suadendo cuique ministris*, Neapol. (et Francof.) *alicui suadendo ministris*. in quibus omnibus verae lectionis apparent vestigia.

710 *Tristisque sorae conuicia fecit*] Scribe *tristique serae* cum vno Basil. hoc est difficili, immiti. vide Nonium in *Triste*.

711 *Saeuior illa freto*] *Surdior* prim. Gronou. alter Erfurt. et quatuor alii. optime. Epist. VIII. 9 *Surdior ille freto clamantem nomen Orestae Traxit inornatis in sua tecta comis*. Epistola XVIIII. 211 *Nec faciam surdis conuicia fluctibus vlla*. Artis libro I. 531 *Thesea crudelem surdas clamabat ad vndas*. lib. XII. 804 *Surdior aequoribus*. Horat. lib. III Od. VII — *scopulis surdior Icarii*. Idem Epod. XVII *Quid obseratis auribus fundis preces? Non saxa nudis surdiora nauitis Neptunus alto tundit hybernus salo*. sic *surdae fores*, de quibus Amor. lib. I Eleg. VI — *o foribus surdior ipse tuis*. Marcianus Capella libro VIIII *Sed nec Arionem marmora surda chelyn Temsere, extremam cum flagitaret opem*. Pro *cadentibus Haedis* perperam multi veteres *Austris*. Statius Theb. VIII. 407 — *Montana cadentibus Haedis Aeriam Rhodopen solida niue verberat Arctos*.

713 *Viuum radice*] *Viua radice* prim. Basil. Oxon. Hamburg. et complures alii. vnus Bonon. *viua quod adhuc radice*. hinc *viuiradix* planta saepius apud Rei Rusticae scriptores occurrit, Columellam inprimis. *viua plantaria* apud Maron. Georg. II.

Sani

Digitized by Google

Sani radices quoque Lucretius dixit. *viua saxa.* Noſter Metam. lib. VII. apud Agrimenſores antiquos *Terminus de lapide viuo deciſus.* et *pons de lapide viuo.*

718 *Neque erunt tibi taedia tandem Vlla ferenda mei*] *Mihi taedia* nonnulli cum prim. Hamburg. nil muto. ſic Arte Amat. II. 530. *Dedecet ingenuos taedia ferre ſui.*

721 *Vincis, ait*] *Vincis enim* prim. ſec. Palat. prim. Vatican. tert. et quart. Medic. prim. Baſil. Oxon. S. Marci, Neapol. Vrbin. plurimi denique ex vetuſtioribus. Putabam aliquando *Vincis io.*

722 *Mei cogeris, eritque*] *Mei cogeris amoris* Florent. S. Marci.

723 *Non tamen ante mihi, curam exceſſiſſe memento*] *Tui curam exceſſiſſe* Thuan. prim. Gronou. prim. Baſil. Calandr. prim. Erfurt. Arondel. et complures alii. *tibi* S. Marci, prim. Hamburg. prim. Moret. Pro *exceſſiſſe* S. Marci *curamque egiſſe. curum exiſſe* tert. Medic. *finiſſe* vnus Argent. ſec. Palat. et prim. Hamburg. *fuiſſe* Bernegger. Scribe *Non tamen ante tui curam fugiſſe memento.* vel *ceſſiſſe.*

725 *Carendum eſt*] Non habent τὸ *eſt* S. Marci, Neapol. Bernegger. Arondel. prim. Hamburg. et octo alii.

728 *Mortalia facta*] *Fata* Arondel. Bernegger. et praeterea duodecim.

731 *Facite vt narremur*] τὸ *vt* abeſt a S. Marci, Neapol. Bernegger. prim. Gronou. et quatuor aliis. *Facite narremur vt ante* prim. Hamburg. *facite vt memoremur* prim. ſec. Palat. prim. Moret. et tres alii. Thyſii *facite memoremur.* Lege *facite o memorenſur*, vel *narremur.*

735 *Vincula ſummis*] *Summi* Florent. S. Marci et Neapol. bene. ſummi vincula laquei. Sequentem verſum cum interrogationis nota lege. et deinde *verſus ad illam*, ſine τῷ *eſt*, ex fide vetuſtiorum.

739 *Icta pedum motu trepidantum et multa timentum*] *Timentem* veteres plerique. decem *trepidantum et multa timentum. trepidantum et morte pauentum* prim. Moret. et prim. Bonon. *trepidantum et morte timentum* alter Erfurt. et alii quatuor. *trepidantem et morte timentem* Langerm. *trepidantem et multa moventem* Medic. chart. *pauentem* vnus Baſil. *trementem* vnus Leid. *tenentem* vnus meus. *cuncta timentem* Thyſ. alius *trepidantis et multa gementis.* alius *trepidi moreque timentis.* Haereo in tanta diſcrepantia lectionum. Scribo nihilominus *Icta pedum motu trepidantum vt multa gementem Vlſa dediſſe ſonum eſt.* ſequentia confirmant. *gementem* certe ex ſuo codice notarat Politianus. *multa gemens*, pro multum, apud Maronem III Georg. 225 —— *ignotis exulat oris Multa gemens. multa putans* apud eundem VI Aen. 332. Noſter lib. VIII. 176 —— *deſertae et multa querenti.* lib. IIII. 448 *Quo ſimul intrauit, ſacroque a corpore preſſum Ingemuit limen.* Pont. III Eleg. III *Et gemuit paruo mota feneſtra ſono.* Virgil. XI Aen. 138 *Nec plauſtris ceſſant, vt-*

Digitized by Google

flare gementibus ornos. et in Georgicis III. 183 — *trahuque gementem Ferre rotam.*

746 *Funera ducebat*] *Ducuntur*, et mox *portantur*, pro *portabat*, Bernegger. Thuan. Barberin. prim. Gronou. et alii nonnulli. sed frustra. Mater ducit funera, quia prima est in pompa funeris, eadem et *funus portare* dicitur. Ep. Sapph. XV. 115 *Non aliter, quam si nati pia mater ademti Portet ad exstructos corpus inane rogos.* apud Persium Satyra secunda: *Nerio iam tertia ducitur vxor*, pro effertur. ita enim legunt Seruius ad v. 256 lib. IIII Georgicon et Pseudo-Cornutus. nam in vulgatis exemplaribus est *conditur vxor. Ducere funus* etiam habes L. 11 in fine D. *de in ius vocatis.* L. XIIII *si cui funeris.* et L. XXXVIII D. *de religiosis.* Seruius ad illud Maronis IIII Georg. 256 *Exportant tectis, et tristia funera ducunt: cum exsequiali scilicet pompa, et ducere proprie est funerum.* Eleg. in Drus. 27 *Funera prò sacris tibi sunt ducenda triumphis.*

748 *Qua flebi is ibat*] Prima editio Aldina et vnus Mediceus *quam ibat.* sic *ire exsequias.* vide notas Amor. II Eleg. VII. Propert. lib. III Eleg. XV *Nec tamen est quisquam, qui sacros laedat amantes*; *Scirois medias his licet ire vias.* ita opinor legendum. vulgati — *media sic licet ire via.* Virgil. Aen. VI. 122 *Itque reditque viam toties.*

753 *Vixque bene impositum lecto prospexerat Iphin*] *Vix bene iam positum* putabam aliquando. At Cantabrig. *Vix bene compositum.* bene. Horat. I Sat. VIIII *Omnes composui felices.* in Fast. III. 547 *compositusque cinis.* et V. 426 *Compositique nepos busta piabat aui.* Pont. I Eleg. II *Nec male compositos* (*vt scilicet exule dignum*) *Bissonii cineres vngula pulset equi. Vix bene impositum* fragment. Boxhornii. *Iphin* pro *Iphim* meliores. Mox *e pectore*, pro *e corpore*, Thuan. et Iuret. Pro *Diriguere* codex Langerman. *Corriguere.* insolenti verbo. vetustiores *Deriguere.*

758 *Quod fuit in duro iampridem corpore, saxum*] *In pectore saxum* Cantabrig. Oxonienf. Arondel. prim. Moret. plurimique alii. bene.

760 *Veneris prospicientis*] Zulich. et alter Thuan. *Vicifcentis.* Pro *o mea Nymphe* multi veteres *optima.* S. Marci et alii sex *omnia.* vid. notas Trist. I Eleg. VI. 5. Apuleius lib. I Milef. *Remoto inquam in loco, parens optima, dic oro cuiatis fis.* ita vetulam alloquitur.

763 *Sic tibi nec*] *Tibi nil* S. Marci.

774 *Festisque Palilibus Vrbis Moenia conduntur*] Plerique veteres *Parilibus.* vide lib. IIII Fastor. 721. Mox *Tatiusque*, non *Tatius*, iidem.

776 *Arcisque via Tarpeia rectisque Dignam animam poena congestis exsuit armis*] *Digna* multi veteres. et recte. *Dignam animam poenae* Medic. tert. et octo alii. multi etiam *eruit* cum S. Marci, Neapol. Vrbin. prim. Palat. Cantabrig. prim. Moret. et Thuan. Bernegger. Oxon. Iuret. et viginti aut plures alii *edidit.* Epist. VIIII. 61 *Nempe sub his animam pestis Nemeaea lacertis Edidit.*

Digitized by Google

Edidit. Reddere animam Fast. VI. 743. Met. VIII. 505. de quo ad Senec. Oedip. 271 Gronouius. Sed cum in vetustioribus sit *eruit*, suspicor *obruit* esse legendum. nisi verior scripturat *Digna animam poena congestis edidit armis.* vel *Dignae animam poenae congestis dedidit armis.*

778 *Tacitorum more luporum*] *Rapidorum* Thuan. et vnus Moreti, Oxon. tresque alii. *rabidorum* Argent. vide Notas libro III Artis v. 8.

779 *Et corpora victa*] *Corpora victa soporis*, non *sopore*, coder S. Marci et tert. Bonon. vnus Leid. *victa*, et Rottendorph. de quo lib. XI. 238.

780 *Obiice firmo*] *Firma* Thuan. Arondel. et alii decem. de quo ad Claudianum II in Eutr. 34 et ad Maron. Aen. X. 377. Priscianus lib. II p. 582 in aliis etiam vocibus diuersam scripturam exhibet, hoc modo: *Vt corpora victa sopore Inuadant, portasque premant, quas obice fultas Clauserat Iliades. Obiice fultas*, vt Apulei. prim. Herm. apud Prisc. lib. III *Verum infirma scamellorum obice fulta.* Nost. lib. II Art. 242 *Atque erit appositae ianua fulta serae.*

781 *Reclusit*] *Recludit* prim. Palat. prim. Vatican. Neap. Vrbin. prim. Reg. prim. Erfurt. Boxhornii et decem alii.

788 *Flumina fontis*] *Semina* prim. Moret.

791 *Foecundo sulphura fonti*] *Suffiso* prim. Gronou. quod effet *suffito.* de quo Fast. V. 675.

797 *Rigidis promissa Sabinis*] *Permissa* sec. Moreti et alii tredecim. hoc est, tradita.

799 *Induceret miles*] *Induerat* S. Marci et prim. Erfurt. aliique nonnulli. Puto *Induitur*, vt Trist. IIII Eleg. I. Pro *quem postquam Romulus vltro, quam* codex Politiani et tres ex nostris. duo *quae.* quomodo vetustae editiones nonnullae, et recte. arma subintellige.

801 *Strata estque suis*] *Strataque* plerique vetustiores. nisi quod in nonnullis *strata atque.*

807 *Diuumque hominumque parentem*] *Potentem* secundus Regius. non inuenuste.

808 *Quondam fundamine magno*] *Quoniam* ex scriptis.

809 *Et praeside pendet ab vno*] *Nec praeside* quartus Medic. recte. Fast. II. 483 Mars ad louem: *Iupiter, inquit, habet Romana potentia vires: Sanguinis officio non eget illa mei.*

810 *Praemia iam promissa mihi*] *Sunt promissa* S. Marci et Neapol. prim. Palat. prim. Hamburg. Arondel. et tres alii. *sint* Vrbin. prim. Erfurt. et vnus Medic. *nunc* Bernegger. Thuan. Oxon. prim. Gronou. et XVIII alii. *quae* duo Vossiani. vnus Moret. et alter Hamburg. recte. nisi mauis *Praemiaque promissa mihi.*

812 *Tu mihi consilio*] *Concilio* plerique veteres.

813 *Nam memoro, memorique animo*] *Memoror* Cantabrig. et vnus Basil. sed aut versus est Ennianus, qui *memoror* pro reminiscor et recordor posuerat, quomodo et apud Lucretium in tribus veterrimis codicibus lib. II. 112 inueni *Cuius, vti memo-*

Digitized by Google

ror, rei simulacra et imago Ante oculos semper nobis versatur. aut scripserat Naso, ni fallor, *Nam refero.* hoc est, memini. sic Noster passim. Adeantur quae notamus Epist. V. 113. nam Ennianum illud *Et meminisse enim, diuae, et memorare potestis,* locum hic non habet, cum pro narrare sumtum sit.

814 *Vnus erit, quem tu tolles ad sidera caeli*] *Tollas in caerula caeli* S. Marci, vnus Reg. prim. Hamburg. quart. Medic. et alii sex. *tolles in caerula* Neapol. Vrbin. Bernegger. Cantabrig. prim. Vatican. prim. Palat. tert. Medic. et decem alii. sic et ex scriptis exemplaribus Fastor. II. 487 emendandum: *Vnus erit, quem tu tolles in caerula caeli.* Citat Varro L. L. ex incerto auctore, cum Enniana sint, *Vnus erit, quem tu tolles ad caerula caeli Templa.* Lucretius libro I. 185 *Et solis flammam per caeli caerula pasci.* sic et alibi ille.

818 *Data signa*] *Rasa signa* S. Marci. quart. Medic. et sex alii. sed iam praecessit. Paulo ante *terruit vrbem,* non *orbem,* prim. Vatic. Vrbin. Neap. tert. quart. Medic. prim. Moret. prim. Erfurt. et duodecim alii. sic de Ioue Horat. lib. I Od. II —— *rubente Dextera sacras iaculatus arces Terruit vrbem.*

819 *Pressos temone cruento Impauidus conscendit equos*] *Prensos* reponi vult Diatribe Statiana Gronouius p. 401, pro *prensos iugo,* quia temo iugum continet, teste Varrone. adeantur notata nostra Remed. Amoris v. 235.

823 *Non regia iura*] *Iam regia* S. Marci. Iuret. prim. Erfurt. prim. Basil. quatuordecim alii. *nunc regia* Vrbin. Thuan. Oxon. Arond. et viginti praeterea. *regalia* sec. Palat. et quinque alii. *iam regia* placet. *Ius* enim *regium* dicebatur. *ne regia* prim. Moret.

825 *Vt lata*] *Sic* S. Marci. *ceu* Neapol. bene.

828 *Dignior est qualis*] *Dignior et qualis* puto cum secund. Vatic. eruite meo.

830 *Irin ad Herfiliam*] *Herfiliem* S. Marci, Neap. Oxon. quart. Medic. et duo alii. *Herfilien* Iuret. et prim. Ambros. Infra tamen *Herfiliam* constanter libri. sed v. 848 *Herfilies* Oxon. Praeterea *tramite,* pro *limite,* sec. Palat. et tres alii.

832 O *et de Latio*] *De Latia* Thuan. prim. Basil. prim. Moret. et sedecim alii. bene. *Latia de gente.* Hactenus veterrimus S. Marci Florentinus, in quo reliqua desiderabantur.

836 *Colle Quirino*] *Quirini* in scriptis plerisque. pro vulgata tamen stant prim. Hamburg. et quinque alii. apud Horatium libro II Epist. II —— *cubat hic in colle Quirini.* Iuuenalis Sat. II. 133 —— *officium cras Primo sole mihi peragendum est valle Quirini.* vide Notas lib. IIII Fastor. 375. Pro *duce me lucum pete* Thuan. *lucum pete velox.* prim. Moret. *sanctum lucum pete. lucum magni pete* prim. Ambros. Latet aliquid naeui.

843 *Quem si modo posse videre*] *Quae si* prim. Vatican. secund. Palat. tert. Medic. Hamburg. et decem alii. *videri* vnus Moret.

844 *Caelum*

Digitized by Google

844 *Caelum accepisse videbor*] *Aspexisse fatebor* in multis veterum. *aspectasse* codex Politiani, vnus Medic. et vnus Ambros. recte. vide Notas lib. III. 679.

851 *Oramque Quiritis*] *Horamque* scripti plerique meliores. quomodo scribendum esse ordo literarum apud Nonium satis euincit. *Hora, iuuentutis dea.* Ennius Annalium libro primo: *Quirine pater veneror Horamque Quirini.* Puto ab Ennii manu esse: *Teque, Quirine Pater, venerabor, Horamque Quirini.* vt versus hexamerer pedibus suis constet. *Hora Quirini* itidem in optimis exemplaribus Gellianis legimus Noct. Att. XIII. 21. Est et illud nomen Nymphae Scythicae apud Val. Flaccum lib. VI. 57 *Insuper auratos collegerat ipse dracones Matris Horae speciem.* ita malo, quam *specimen.*

METAMORPHOSEON

LIBER QVINTVS DECIMVS

1 *Quis*] Malim *qui* cum Oxon.

9 *Graia quis Italicis*] *Italis* prim. Palat. Vrbin. prim. Erfurt. Arondel. et alii quatuor. Forte *Italiis*, quomodo vnus meus ex vetusto descriptus. sic superioris libri v. 17 *Littore in Italio* sex codices. lib. II Fast. 441 ex MSS. *Italiae matres.* Prim. Palat. *Iliaco.* Virgil. I. 592 —— *nunc fama minores Italiam dixisse suo de nomine gentem.* Thuan. tamen et prim. Bonon. *Ausoniis in oris.*

13 *Bobus*] *Bubus* ex melioribus.

18 *Promissaque vera fuerunt*] *Fuere* Arondel. Puto *fuisse.*

20 *Mycilus illius diis acceptissimus aeui*] *Missilus* nonnulli. *Misilus* Iuret. *Micilos* Barberin. et Bernegger. alii aliter. Lege *Myscelos*: nam *Miscilus* vnus. Bas. Μύσκελος est Dionysio Halicarnass. lib. II, Suidae, Aristophanis Scholiastae ac Chronici Alexandrini auctori. Straboni nunc Μύσκελος, nunc Μύσκελλος. Μούσκελλος Zenobio in Adagio Δῆρον δ' ὅτι δόγης ἐπαινεῖ. Μύσκελλος Marciano Heracleotae et Scholiastae Dionysii Alexandrini, Μισκέλλος Stephano in Συράκουσαι. Solino *Myscellus.*

23 *Lapidosus Aesaris vndas I, pete diuersi*] Ita haec transponenda sunt ex castigatioribus libris. primum enim monet, ve patriam deserat. deinde locum, quo abiturus sit, addit. Ἀέσαμος est Graecis hic fluuius. Male ergo *Aeseris* multi ex vetustioribus codices. vel *Haeseris.* Festo etiam Auieno amnis *Aesaeus* Descr. Orb. et Prisc. Perieg.

26 *Recentia mente*] *Recondita* Oxon. prim. Basil. prim. Moret. Iuret. et quatuor alii.

34 *Patriumque simul*] *Palum* prim. Moret.

37 *Crimenque patens*] *Patet* meliores.

Digitized by Google

39 *O cuius caelum bis sex fecere etc.*] *O cuius celebrem* Oron. et vnus Medic. *O tu quem celebrem* Arondel. et decem alii. *O tu quam caelum* vnus Basil. Lege cum Mureto et Scaligero *O cui ius caeli bis sex fecere labores.* sic *ius facere sibi numinis videndi* in Fastis VI. 25 *Ius tibi feciſti numen caeleſte videndi.* τὸ *caelum* aberat a prim. Reg. *cuius caelum* in Bernegger. a manu erat recentiori, antiqua ſcriptura abraſa. Chriſtophorus Bulaeus, teſte Alardo Commentariis in Val. Flaccum, pro *fecere* reponebat *vicere*: *O cuius caelum bis sex vicere labores.* De duodecim Herculis laboribus omnia nota ſunt. vnde is Nonno δωδεκάθλος dictus. Emenda in tranſcurſu Plinium in Panegyr. cap. XIIII *Tantam admirationem tui non, ſine quadam timore concepit, quantam ille genitus Ioue poſt ſaeuos labores duraque imperia regi ſuo indomitus ſemper indefeſſuſque referebat.* vbi codices duo veteres, quos conſului, *poſt ſenos labores.* nec dubito in aliis quoque ſcriptis exemplaribus legi, quod tamen interpretum nullus admonuit. refingendum nempe *poſt bis ſenos labores.* Senec. Herc. Fur. 1282 *Ingens opus labore bis ſeno implius.* Agamemn. 818 *Tuus ille bis ſeno meruit labore Allegi caelo magnus Alcides.*

42 *Abſoluere culpa*] *Culpae* Thuan. et quart. Medic. eleganter. ſic *iniuriarum aliquem abſoluere* auctori Rhetoricae ad Herennium.

47 *Herculeo numine*] *Munere* rectius prim. Basil. et decem alii.

51 *Sybarim*] *Sybarin* caſtigatiores. et *Alemoniden* paulo ante, *Amphytrionidae* prim. Palat. et vnus Medic. et Bernegger.

53 *Quae ſpectant*] *Qua* prim. Hamburg.

62 *Caeli regione remotus*] *Remotos deos* cum prim. Hamburg. prim. Ambroſ. et vno Basil. atque ita Berneggerianus pro diuerſa lectione.

63 *Negabat*] *Negarat* Medic. rectius.

66 *Coetumque*] *Coetusque* pleriqué vetuſtiores.

73 *Arguit imponi*] *Arcuit* Bernegger. prim. Basil. Iuret. Barberin. Arondel. et vnus Voſſ. bene, pro *vetuit.* ſic apud Senecam Troaſi 277 — *affligi Phrygas Vincique volui*: *ruere et aequari ſolo Etiam arcuiſſem.* Pont. lib. III Eleg. III *Quas lex furtiuos arcet habere viros.*

80 *Redolentia flore*] *Florem* prim. Reg. Thuan. Bernegger. et decem alii. vtrumque dicitur. vetuſtiores ſequor, quamuis et Valer. Max. lib. I. 6 in fine: *At mihi quidem illae apes non montem Hymetti thymi flore redolentem etc.*

83 *Carne ferae ſedant ieiunia*] *Sedent* prim. Moret.

86 *Armeniae tigres*] *Armeniaeque* quatuor codices cum Norico, correpta priore ſyllaba in *Tigres.* vt lib. VIII. 121 *Armeniaeque tigres, Auſtroque agitata Charybdis.* Horat. Art. Poët. 393 *Dictus ob hoc lenire tigres.* Claud. *Tingunt arua tigres.*

88 *In viſcere viſcera condi*] *In viſceraque* vetuſtiores omnes. Val. Maximus lib. VI. 6 *Vxores ſuas natosque ad vſum nefariae dapis verterunt. quoque diutius armata iuuentus viſcera ſua viſceribus*

Digitized by Google

ribus alerèt, infolices cadauerum reliquias foliré non dubitauit. citantur hi tres verſus a Scholiaſte Perſei ad Sat. III, vbi MSS. quidam male *in viſcere viſcera condi*, vt et *congeſtaque cauum*. Deinde idem Scholiaſtes citat male *Aëriusque animam*. ſed *animantem* recte codex MS. bibliothecae Leidenſis.

92 *Terra creat*] *Parit* plerique vetuſtiores. ſic et Art. Am. lib. I. 717 *Nec tellus eadem parit omnia.* et libro III. 185 *Quot noua terra parit flores.* Lucret. V — *quando omnibus omnia large Tellus ipſa parit.* Prudentius Hamartigenia: *Hoc pulchrum quod terra parit, quod gloria confert Labrica.* Cicero lib. II de Natura deor. *Profecto terra ipſa eadem vi continetur et arte naturae; quippe quae grauidata ſeminibus omnia pariat ac fundat ex ſeſe.* Dracontius Hexaëmero: *Aſt hominem non terra parit.* Feſtus Auienus Deſcr. Orbis: *Non illis fabula in vſum Terra parit.*

94 *Placare ieiunia*] *Pacare* meus ex veterrimo deſcriptus. ſed nil muta.

99 *Tunc et aues tutas*] *Tutae pennas* rectius Thuan. quart. Medic. prim. Moret. Iuret. et ſex alii.

100 *Et lepus impauidus*] *Intremidus* quart. Medic. Pro *auis* vetuſtiores *agris*.

104 *Quisquis fuit ille deorum*] *Virorum* Cantabrig. alter Hamburg. et duo alii, recte. niſi mauis *priorum*. Pont. lib. III Eleg. II *Eſt locus in Scythia; Tauros dixere priores.* et poſtea ex antiquis libris: *Sacrificî genus eſt: ſic inſtituere priores.* et hoc ipſo libro mox 333 *Eſt locus Arcadiae; Pheneon dixere priores.* Triſt. lib. I Eleg. IIII *Atque haec exemplis quondam collecta priorum.* Faſt. III. 79 *Et tamen ante omnes Martem coluere priores.* lib. IIII. 327 — *Tiberina priores Oſtia dixerunt.* Paulo poſt hoc libro 196 *Magna nec ingeniis cuęſtigata priorum.*

106 *Primoque e caede ferarum Incaluiſſe poteſt maculatum ſanguine ferrum*] *Primaque e caede* ex vno meo et vno Argent. Deinde pro *poteſt* prim. Reg. et vnus Moreti *patet*. Bernegger. Neapol. Vrbin. prim. Hamburg. prim. Baſil. et tres alii *putet*. *putem* tres. bene. *Puto* vnus Patau.

108 *Noſtrumque petentia letum*] *Potentia* prim. Hamburg. et quatuor alii. *noſtroque potentia leto* prim. Moret. vt ſcribendum *noſtroque nocentia leto*, aut *noſtrique potentia leti*. Lucanus lib. VI. 485 *Omne potens animal leti, genitumque nocere, Et pauci Haemonias et mortibus inſtruit artes.* ſic *potens voti* et *mentis* pro *compos*, ſaepe apud Noſtrum. et *impos* in contraria ſignificatione apud alios. Columella lib. I. 1, vbi agit de Agricultura, eiusque ſcriptores recenſet: *Scrofam Tremellium, qui etiam eloquentem reddidit, et M. Terentium, qui expoliuit, mox Virgilium, qui carminum quoque potentem fecit.* ita veterrimus codex S. Germani, non *carmine*. *Muneris potens* apud Val. Flaccum lib. IIII. *Pennipotentes* pro auibus Lucretio.

112 *Hoſtia ſus meruiſſe mori*] *Necem* Probus ad Virgilium agnoſcit. vt Epiſt. XIIII. 61 *Quid meruere necem patruelia regna temendo.*

Digitized by Google

114 *Vite caper morsu*] *Vite vosa* malim, vt in Fastis lib. I. 357 *Rode caper vitem.* etsi minimum refert. Apulei. Met. III *in asini faciem foena rodo.* vbi reponi nihil opus est *foenum arrodo.* Nemesianus Cynegetico de canibus: *Obtundunique nouos adroso robore dentes.* videantur adnotata ad librum XIII. 691. Pro *mactatus dicitur* vetustiores plerique *mactandus ducitur.* recte omnino. victimae enim *duci* dicebantur. quanquam Probus in II Georg. 579 Maronis stat pro vulgata lectione. In multis etiam exemplaribus *mactatus ducitur.* in nonnullis quoque *Bacchi mactatus ad aras Victoris ductus.* minus bene. Noster Amor. III. 13. 13 de victimis: *Ducuntur niueae populo plaudente iuuencae, Quas aluit campis herba Falisca suis.* de Polyxena lib. XIII. 452 *Ducitur ad tumulum, diroque fit hostia busto.* apud Maronem III Georg. 195 *Et ductus cornu stabit sator hircus ad aram.* lib. IIII. 551 *Quatuor eximios praestanti corpore tauros Ducit, et intacta totidem ceruice iuuencas.* A. Gellius libro IIII. 6 Noct. Attic. *Si primis hostiis litatum nunc erat, aliae post easdem dirae hostiae caedebantur.* Macrobius libro III Saturnal. cap. V *Obseruatum a sacrificantibus, vt, si hostia, quae ad aras ducerentur, fuisset vehementius reluctata, ostendisseque se inuitam altaribus admoueri, amoueretur.* Iuuenalis Satyra X. 66 *Duc ad Capitolia magnum Cretatumque bouem.* quod ab Lucretianis illis ita mutuatus, vt notat Scholiastes: *Cretatumque bouem duci ad Capitolia magna.* Idem Iuuenalis Satyra XII initio: *Niueam Reginae ducimus agnam.* ita enim codices vetusti maiori ex parte, non *caedimus.* mox idem Satyra XII. 112 —— *ducatur ad aras, Et cadat ante foros Gallitae victima fossa. Duci* etiam dicebantur noxae dediti. Paulus L. XXVI. D. de Noxalibus: *Si absente domino ductus sit seruus, vel etiam praesente.* idem L. XXXII D. eodem: *Is qui in aliena potestate est, si noxam commisisse dicatur, si non defendatur, ducitur.* et alibi non semel. quibus in ius, vel in vincula subintelligitur; vt de funeribus, ad rogum vel ad sepulcrum. quomodo capiendum illud Persii *Nerio iam tertia ducitur vxor.* id est effertur. vide annotata superiori libro v. 746.

117 *Inque tuendos natum homines*] Berneggerianus, primus Basileonsis, alter Hamburgicus, vnus Moreti, Palatinus vnus *inque tegendos Natum homines.* apud Vitruuium libro X. 1 de Vestitu; *Non modo corpora tegendo tuetur, sed etiam ornatu addicit bonestatem.* Cicero libro I Tusculan. *Tum multitudo pecudum partim ad vescendum, partim ad cultum agrorum, partim ad vehendum, partim ad vestienda corpora.* In Catalectis Pithoeanis iudicio coci et pistoris: *Pythagaras populo nescis quae suaserit olim? Si iugulatis oues, quid erit, quod vestiat, inquit? Horriferum contra Borean ouis arma ministret. Tegere* etiam Tertullianus de Pallio dixit: *Ingenia vestificarum primum tegendo homini, deinde et ornando varias indumentorum formas promulgauere.* Orientius in Commonitotio: *Hirtaque lanigeras depectens terga bidentis Mollibus inuolucris algida membra tegis.* Vulgatam tamen in Nasone scripturam non ausim sollicitare.

nam

Digitized by Google

nam ꝑ *tuert* tam ad victum quam amictum referri potest, cum vtroque ques humanum genus foueant ac tueantur.

120 *Sine fraude dolisque*] *Dolique innocuum* vnus Leidensis.

122 *Immemor est demum*] *Tè deinum* minime placet. in vno Basil. pro diuersa lectione *diuum*: et ita coniecerat Bochart. Hieroz. lib. II. 32 p. 315. Ego legerem *Immemor ille deum*.

124 *Ruricolam mactare suum*] Huc spectat lex Atheniensium, cuius meminit Aelianus Var. Hist. lib. V. 14 Καὶ τοῦτο δὲ ἦν φυλαττόμενον παρ' αὐτοῖς. βοῦν ἀρότην καὶ ὑπὸ ζυγὸν ἐστηκότα σὺν ἀρότρῳ, ἢ καὶ σὺν τῷ ἀμάξῃ, μηδὲ τοῦτον θύειν, ἔτι καὶ οὗτος εἴη ἐν γεωργίᾳ καὶ ἐν ἀνθρώποις καμάτων κοινωνός.

126 *Tot dederat messes*] *Tot dederant* cum tribus libris scribendum, vt *quae* subintelligatur, nisi mauis *Tot saleras messes*: tale est illud Iuuen. Sat. X —— *vt vitulus bos Qui domini cultris tenue et miserabile collum Praebet, ab ingrato iam fastidius aratro.*

131 *Vittis insignis et auro*] *Praesignis* castigatiores omnes: recte. vox ea in deliciis Nostro. Vide Notas ad Epist. V. sic et infra hoc libro 611 —— *gemino praesignia tempora cornu.*

137 *Scrutantur in illis*] *Rimantur* vnus Voss. *in extis* vnus Moreti.

146. *Inuestigata*] *Euestigata* Bernegger. Thuan. prim. Moret. et decem alii. placet, licet minus obuium. sic *edurare* apud Gell. XIIII. 1.

147 *Iuuat ire per alta astra*] *Astra alta* multi veteres. prim. Hamburg. *sub ardua alta.* Versus sublimis erit et sonorus, si rescribas *per ardua Astra.* vt victima litera τοῦ *ardua* elidatur ob sequentem vocalem. Exempla vide lib. XII. 395 in Notis.

148 *Sede relicta*] *Relictis* cum Iuniano.

150 *Passim rationis egentes*] *Passim ac rationis* ex vetustioribus. alii *et rationis. Palantesque animos* vetus codex Politiani et vnus Medic. quod placet.

151 *Trepidosque*] *Strepitumque* Bernegger. prim. Hamburg. et tres alii.

154 *Et nomina vana timetis*] *Quid nomina* multi. rectius. Pro *pericula* Neapol. et vnus Voss. *piacula.* eleganter. nam apud manes expiari crimina in superis commissa credebant. Virgil. VI. 568 *Quae quis apud superos, furto laetatus inani, Distulit in seram commissa piacula mortem.* Auson. Epig. CVIII *Et quod debentur suprema piacula vitae.* vide ad Claud. II in Eutr. 598. Pro *nomina vana* vterque Hamburg. Cantabrig. Oxon. prim. Gronou. tert. Medic. et multi alii *numina.*

157 *Abstulerit*] *Abstulerint* prim. Ambros.

162 *Haesit in aduerso*] *Sedit* vetus liber Politiani. eleganter. Noster Met. III. 88 —— *plagamque federe Cedendo arcebat, nec longius ire finebat.* Silius libro XVII. 440 —— *hasta volans imo sub gutture sedit.* Florus lib. IIII. 11 *Quo tempore egregia virtus Scaeuae centurionis emicuit, cuius in scuto centum et quadraginta tela sedere.* idem Silius denuo lib. I. 539 *Vtrix iniusti vibrauit*

Digitized by Google

vibrauit lancea belli, Et femore aduerso librata cuspide sedit. libro IIII. 179 *Hasta viri femore et pariter per anhela volantis Ilia sedit equi.* libro V. 346 *Num lateri cuspis, num toto corpore telum Sedisset, fremuitque amens sociosque rogabat.* libro VI. 273 *Iamque alueo penitus demersa phalarica sedit.* libro VII. 606 *Dexteriore gena sedit icta lethifer ictus.* libro XVII. 134 *Prima in cornipedis sedit spirantibus ignem Naribus hasta volans.* Lucan. lib. I. 32 *Alta sedent ciuilia vulnera dextra.* Sidon. Paneg. Auiti: — *saxumque in vulnere sedit.* Vulgata tamen scriptura non est temere sollicitanda.

164 *Abantis Argis.*] Pausanias Corinthiacis, stadia quindecim abesse Mycenis hoc Iunonis fanum affirmat, cuius inter alia donaria etiam clypeum hunc recenset. Ἐν δεξιᾷ δὲ πλίνθῳ τῆς Ἥρας, καὶ ἀνάθημα ἄσπις, ἣν Μαλάντιός ποτε ἀφείλατο Ἐλεφήνορα ἐν Ἴλιῳ. Sed et Abantis clypeus Argis celebratissimus. Hyginus Fab. CCLXXIII de ludis: *Semo, quos Argis fecit Lynceus Aegypti filius Iunoni Argiuae, qui appellantur Ἀσπίδος ἐν Ἄργει,* (sic scribe) *quibus ludis qui vicit, accipit pro corona clypeum. Ideo quod Abas, Lyncei et Hypermnestrae filius, nunciauit parentibus Danaum periisse. Cui Lyncens de templo Iunonis Argiuae detraxit clypeum, quod Danaus in iuuenta gesserat et Iunoni sacrificauerat, et Abanti filio muneri dedit.* Hinc capiendum adagium Graecum Ὡς τὴν ἐν Ἄργει ἀσπίδα κεκτῆσθαι σεμνύεται. et alterum Ἄξιος εἶ τῆς ἐν Ἄργει ἀσπίδος. quae paroemiographi non assequuntur. aliam horum prouerbiorum rationem, ab Hyginiana diuersam, vide apud Seruium ad v. 286 libri III Aeneid. Alluxit etiam ad hunc clypeum Maro, dum oculum Polyphemi describit: *Argolici clypei, aut Phoebeae lampadis instar.* erant enim Argolici et rotundi et maximae molis. sed ille Abantis prae caeteris illustris clypeus. hinc clarum vocat Valer. Flaccus lib. I. 451 *Cantbus, in Aeaeo voluet quem barbara cuspis Pulsuere. at in terra clari detus adiacet orbis, Quem genitor gestabat Abas.* ita scribendum. perperam *at interea* in vulgatis. Virgiliana illa respexit: *Aera cauo clypeum, magni gestamen Abantis, Postibus aduersis figo.* vbi adeundum esse Seruium iam monuimus.

169 *Facilis cera.*] *Fragilis* prim. Gronou. vnus Voss. et vnus Mediceus. bene. vt apud Iuuenal. Sat. XII. 88 *Accipiunt fragili simulacra nitentia cera.*

170 *Formam eandem*] *Formas easdem* vetustiores.

178 *Omnisque vagans*] *Vaga*, vel *vage*, Bernegger.

179 *Labuntur tempora*] *Voluuntur* plurimi veteres. nil muto. Noster libro VI Fast. 711 *Tempora labuntur, tacitisque senescimus annis.*

182 *Vrgeturque eadem veniens*] *Vrgetur prior veniente* Thuan. Iuret. prim. Hamburg. prim. Moret. reliqui plerique *vrgeturque eadem veniens.* nisi quod *eadem veniente* vnus Bonon. *venienti* vnus Medic. quod placet. Et pro *vrgetque priorem* Neapol. *vrgetque sequentem.*

Digitized by Google

186 *Cernis et emensas etc.*] Oxon. Arondel. et viginti circiter alii *emetitas*. quod primo conspectu arridebat. vt paulo post 226. — *emeritis mediis quoque temporis annis*. libro III Fastor. 43 *Quo minus emeritis exiret curribus annus*. Seneca Agamemnone 908 *Stat ecce Titan dubius emerito die*. Statius lib. I. 336 — *emeriti confinia Phoebi*. vbi Scholiastes: *Tractum a re militari, quasi sol diei militare videatur, emeritus sol occidens dicitur post laborem, cui noctis astra succedunt, vt Virgil. Emeritaeque exspectant praemia palmae*. qui locus Virgilii nihil ad rem facit. nam apud illum legitur *meritaeque palmae*, Aeneidos quinto. Epigramma ineditum, quod Nasoni nostro adscribitur in vetustissimo codice: *Iam nitidum tumidis Phoebus iubar instulit undis, Emeritum renouans Tethyos amne facem*. Nunc tamen amplector *emersas noctes*. quomodo Bernegger. alter Hamburg. Graeu. et alii duodecim. Vide quae notaui Fast. III. 309.

188 *Nec color est idem caeli*] *Caelo* plerique meliores.

189 *Cuncta latent*] *Tacent* vnus meus. ita passim auctores, hinc et *noctis silentia*. vulgatum tamen non damno. Pro *exit* idem codex *anteit*.

190 *Praenia lucis*] *Luci* prim. Moret. Arondel. et duo alii. bene.

199 *Secedere*] Veteres plerique notae melioris *succedere*. recte. sic supra *iubar hoc nitidum nigrae succedere nocti* dixerat.

202 *Tunc herba nitens*] Multi *virens*. prim. Hamburg. et octo alii *nitens*. sic alibi: *Et nitet in summo seminis herba solo*. libro IIII Fastor. 136 *Vere nitent terrae*: *vere remissus ager*. et postea 430 *Pictaque dissimili flore nitebat humus*. Plautus Truculento Act. II Sc. IIII apud Dinarchum de Phronesio amica: — *ver vide Vt tota floret! vt olet! vt nitide nitet! Nitidae fruges* apud Lucretium passim. eidem *viridis herbarum nitor, nitentia culta* Virgilio lib. II Georg. Apulei. Met. X. *Iam ver purpureo nitore prata vestibat*. adde his quae Gronouius ad Senecae Oedipum 156 habet.

205 *Ludit ager*] *Ridet ager* bene vnus Leidensis et vnus Vossianus. vt apud Petron. cap. CXXVII *Alboque de viridi riserunt lilia prato*. et Virgil. Ecl. IIII. 20 *Mistaque ridenti colocasia fundet acantho*. in Catalectis MSS. *Rident prata rosis: et floribus arua tumescunt*. Claudian. lib. II Raptus 139 de Proserpina flores legente: *Ridentes calathos spoliis agrestibus implet*. et laude Serenae 71 *Callaecia risit Floribus*. et libro I in Rufin. 387 *Ridebunt virides gemmis nascentibus algae*. in Catalectis: *vere omnia rident*. apud Rutilium in Itinerario: — *indigenis ridentia lilia saxis*. Claudian. Conf. Manlii 273 — *docti riserunt floribus amnes*. Orientius Commonitorio: *Et quae nunc tristi squalebant arua veterno, Laeta nouo rident germina, flore virent*. Paulinus VI Natali Felicis: *Fusus ibi laeto ridebat cespite campus, Liberius florente loco*. Alter Paullinus lib. IIII de Vita B. Martini: *Vt color atque nitor florenti videt in agro*. Statius de Vere lib. IIII Silu. ad Septim. *Iam pontus ac tellus rident*. Sic γελᾶν Graeci de rebus inanimatis. vt in illo Homeri Iliad. T, 362 γέλασσε δὲ πᾶσα περιχθὼν καλοῦ ὑπὸ χαλκοῦ, et apposite Achilles

Digitized by Google

Achilles Tatius ex veteri poëta de rosa: τὸ πέταλον τῇ ζοφόρῳ γυιᾷ. *Ridere argentum in domo* dixit Horatius. *ridentia littora conchis* Virgil. in Ciri. *tibi rident aequora* Lucretius. Vide Notas Fastor. IIII. 429.

208 *Quae magis ardeat*] *Aestibat* prim. Palat. hoc est *aestuet.*

211 *Temperie medius. Sparsus quoque tempora canis*] *Sparsis per tempora canis* Arondel. Zulich. et tres alii. quod magis placet. *Temperiem medius* quoque prim. Vatican. et Neapol.

217 *Spes hominum primae materna habitauimus aluo*] Multi *matris habitauimus.* sed *materna habitauimus, aluo* verum est. quomodo Thuan. quart. Medic. prim. Bonon. prim. Moret. et nonnullae editiones ex vetustioribus. *Matura* prim. Palat. sic Gratius de cane generoso: *Affectas materna regna sub aluo. Spesque hominis* prim. Vatic.

224 *Adiunctis*] *Adiutis* plerique praestantiores.

226 *Emeritis medii quoque temporis annis*] *Emensis* Thuan. vnus Basil. et vnus Medic. placet. *Emersis* vnus Patau. proxime verum. Mutarunt, qui arbitrati sunt *emensis* passiue non posse dici.

229 *Fletque Milon senior*] Pro *Milon* prim. Vatic. Graeuian. et quatuor alii *Milo.* Recte autem vtitur hoc exemplo. fuit enim Miloni Crotoniatae familiaris admodum Pythagoras, vt ex Diogene Laërtio patet. Nam apud Aelianum Variar. Histor. lib. IIII. 17 in Milonis nomine, quod interpres agnoscit, codices sibi non constant. Tzetzes quoque Chiliad. XXXVIIII. coaetaneum Pythagorae facit. et Chiliad. lib. XI. 366 in Milonis domo combustum tradit.

230 *Qui fuerant solidarum morte ferarum*] De feris a Milone occisis nil legi. praeterea *ferae solidae* minus bene dicuntur. sed *armi ferarum solidi*, aut *torga solida*, et *ceruix* et *pedes* bene. quomodo *solidas canum calces* dixit Gratius. Auget de loco deprauato suspicionem, quod in plerisque antiquis libris pro *morte* legatur *more.* in primo Regio et vno Voss. *mole.* Praeterea *solidorum ferorum* prim. Palat. prim. Vatican. Bernegger. Thuan. Vrbin. et quatuor aut quinque alii. Quid haeremus? Refinge meo periculo *solidorum mole tororum.* comparat Milonis lacertos cum toris Herculis, quos *solidos* proprie et elegantet vocat. singula videamus. *mole*, quomodo Statius Theb. VI. 833 — *lenat ardua contra Membra Cleonaeae stirpis iactator Agylleus, Herculea non mole minor.* sed et *tori solidi* Herculis, Epist. Deianirae ad Herculem, VIIII. 59 *Non puduit fortes auro cohibere lacertos, Et solidis gemmas appositisse toris?* Scriptor antiquus, cuius poëma de Herculis laudibus Claudiano additur: *Inuadis trepidum, solidisque lacertis Grandia corripiens elisso guttura morsu Imbellem fractis prosternis faucibus hostem.* vbi male *solis lacertis*, et *elisso morsu*, legebatur. Fors et ita in Lucilio refingendum lib. XVII, vbi agit de Hercule, apud Macrobium lib. VI. 1 *Magna ossa lacertique Apparent solidi.* non *hominis.* Stat. Theb. VI. 552 — *Illum Tirynthius olim Ferre manu solida, spumantemque ore supino Vertere, seu monstris vi-*

ctor,

Digitized by Google

flor, seu Marte solebat. Amphitruo Hercule Furente apud Senecam v. 623 *Teneone in auras editum? an vana fruor Deceptus umbra? tune es! agnosco toros.* ita optimus Mediceus liber versus istos legit. idem Seneca Hippolyto: *Aequos Herculeis iam iuuenis toros.* et in Hercule Oetaeo: *Membra et Herculeos toros Vrit lues Nessea.* Ipse Hercules apud Ciceronem Tusc. Quaest. II. 8 ex Sophoclis Trachiniis: — *o ante victrices manus! O pectora, o terga, o lacertorum tori!* Val. Flacco I. 253 *Conspicuusque toris Tirynthius.* idem lib. I. 434 Meleagri lacertos Herculeis comparat: *Ostendisque humeros fortes spatiumque superbi Pectoris, Herculeis aequum, Meleagre, lacertis.* Claudian. bello Getico 438 *Creditur Herculeis lucem reparasse lacertis Femina.* idem Flaccus lib. II. 509, vbi Herculem pugnaturum describit: *Ecce ducem placitae furiis crudescere pugnae, Surgentemque toris stupet, immanemque paratu Aeacides.* Lactantius libro primo de Falsa Religione: *Itaque idem ille cum deformari ulceribus toros suos videret,* de Hercule. Auctor Elegiae in obitum Maecenatis *torosum* vocat: *Lydia te tunica iussit lasciua fluente Inter lanificas ducere pensa suas. Claua, torose, tibi pariter cum pelle iacebant.* ita versus mendosissimi scribendi. *Claua torosa* inepte legebatur. *ducere pensa* Claudianus etiam dixit et Iuuenalis, quod *trahere pensa* aliis. *ducere tunicas* vix Latinum est. *Iacebant,* non *iacebat,* vetus liber Petri Seruii. quod elegans. Caeterum vt *torosus* hic Hercules, ita *lacertosus* in Priapeiis: *Phoebus comosus, Hercules lacertosus.* Columella libro I. 8 *Vineae lacertosos viros exigunt. Lacertosos toros* Mercurio dat Marcianus Capella lib. I. Apud Apuleium lib. VIII *Probeque disposita coena balneis obeunt, ac debinc taciti quendam fortissimum rusticanum, industria lacertum atque imi ventris bene praeparatum, comitem coenae secum adducunt.* cum in optimis membranis exstet *formosissimum rusticanum,* opinor a manu Apuleii esse *torosissimum.* sic in Priapeiis *pectorosus* Mars: *Nemo est feroci pectorosior Marte. Torosa iuuentus* apud Persium Satyr. III. Hinc et *torosuli* Hieronym. in Iouinianum: *Formosuli nostri et torosuli, quorum verba in pugnis sunt, et Syllogismi in calcibus.* Idem Ep. XXXXVII *Torosulum et in sordibus delicatum.* In Philoxeni glossis, *torosulus, ὁ ἐν μικρῷ παχύς. nodos* Herculis pro toris posuisse videtur Rutilius in Itinerario, vbi agit de Apro: *Quem Meleagrei verentur adire lacerti, Qui lasset nodos Amphitryoniadae.* sic scribo, non *laxet.* nodos tamen pro constrictis brachiis Herculis ibi poni verosimilius, quomodo ab illo Antaeus et Leo elisi ac suffocati. de nodis Herculis Antaeum enecantis fuse Gronouius noster Diatrib. Statiana. cap. XXX. Sed nimii iam sumus in re manifesta.

232 *Vt in speculo rugas conspexit aniles*] *In Speculum* Vrbin. prim. Palat. Cantabrig. prim. Erfurt. prim. Moret. et multi alii.

236 *Lenta consimilis morte*] Sic et scripti. Putabam tamen *lento morsu.* vt perstet in Metaphora de dentibus et edacitate temporis. *Consumere morsu,* vt lib. IIII. 113 *Et scelerata fero consumit viscera morsu.* Codices tamen nonnulli *tabe.* quod neque

Digitized by Google

neque temere repudiandum. Arnobius libro II *Nos immunes malis ab his sumus, et non eadem ratione morborum incommoditatibus frangimur, et senectutis destruimur tabe?*

246 *In liquidas rarescit aquas*] *Roresci?* Thuan. *inarescit* vnus Moreti. *rorescentem terram siccescenti* Plinius opponit lib. XVIII. 33. *Rarescere* hoc sensu an Latine dicatur, dubito.

251 *Hinc in aquas*] *Hic* vetustiores.

257 *Cum sint huc*] Malim *cumque huc sint*. et mox pro *Crediderim, Credideris*. etsi aliter libri. lib. XII. 456 *Nec tu credideris tantum cecinisse futura Ampyciden Mopsum.*

258 *Summa tamen omnia*] *Summae omnia* Scaliger.

261 *Versa est Fortuna*] *Versa es* rectius in codicibus Viviani.

267 *Deductus in aequor*] *Deuectus* malim cum vno Moreti et vno Bononiensi.

270 *Et illic*] *At illic* meliores.

271 *Et antiquis tam multa tremoribus orbis*] Haec mendosa sunt. Forte scribendum —— *et aut quaedam stimulata tremoribus ortis Flumina prosiliunt*. Pro *tam multa* Sixianus *concussa*. non male. Posset et *conuulsa*.

272 *Exsiccata*] *Excaecata* Bernegger. Vrbin. prim. Reg. Arondel. prim. Moret. Polit. prim. Palat. prim. Vatican. prim. Gron. et alii nonnulli. optime profecto. Pari modo et Graeci, apud quos τυφλωμένα πηγαί non infrequenter occurrunt. Pont. lib. IIII Eleg. II. 17 *Scilicet vt limus venas excaecat in vndis.* Paullinus nono Natali Felicis: —— *sed ne precor obruat illos Inuidus et viuentis aquae caecator Amalec.* nam ad res inanimatas id verbum tam apud Graecos quam apud Latinos interdum transfertur. Apud Maronem Ecloga VII in vetusto exemplari, quod penes me seruatur, scriptum inueni *Videas et flumina caeca*, non *ficca*. sic *excaecare formam* Petronius cap. CXXVIII dixit: *Numquid aliquo naturali vitio formam excaeco.* Auienus Descriptione Orbis: *Denso caecantur stipite siluae.* Virgil. in Culice: *Timor obcaecauerat artus.* Auctor Panegyrici ad Pisonem: *Aurea rorificis obcaecat sidera nimbis.* ita et *obtimare* Claudianus lib. III. Raptus 29 *Luxus et humanas obtimat copia mentes.*

274 *Alioque renascitur orbe*] *Ore* prim. Palat. prim. Vatican. Cantabr. quart. Medic. Neapol. vterque Erfurt. Iuret. et sex aut septem alii cum priscis editionibus. probe. praesertim si *tremoribus orbis* paulo ante retineas. Apud Senecam, qui hos versus in Naturalibus Quaestionibus lib. III. citat, ambigua est lectio. nam codices quidam illic etiam *ore* agnoscunt. potest procul emergere Lycus, nec tamen alio orbe. Sic *ora* fontibus tribuit lib. I. 281. et Senec. III Nat. Q. XXX *Omnium tunc mare ora fontium implebit*, et *ora Nili* lib. IIII. 2. Claudian. IIII Cons. Hon. 197 *Inque nouem consurgens ora Timauus.* et I Laud. Stil. 199 *iuncta paludibus ora.* ipse Ouid. III Trist. XII. 41 *os freti* dixit.

275 *Tecto*

Digitized by Google

275 *Tecto modo gurgite*] *Tacito* Seneca. hoc est tecto. Trist. III Eleg. X. ex antiquis codicibus: *Caeruleos ventis latices durantibus Ister Congelat, et taciti in mare serpit aquis.* sic passim scriptores. etiam de aliis rebus. Vide Notas ad Epist. IIII. 20. Guntherus Ligurini libro I *Sunt ibi secreti terrae caecique meatus, Dissimilique modo, tacita tellure latentes, Eiaculantur aquas.* Pro *ingens Erasinus* tres *surgens.* pro *agris* vetustiores plerique *aruis.* Seneca *vndis.* sed et apud illum vetusti codices *agris* et *tecto gurgite.*

278 *Alia nunc ire*] Multi praestantiores *alias*, vel *alio.* male. *ripa* subintellige.

279 *Amasenus*] Sic et membranae plerneque. nisi quod Vrbin. et Bernegger. *Amasenos*, vt et prim. Ambros. et tert. Gronou. Atqui nullus in Sicilia *Amasenus.* Scribe *Amenanos.* et, ne dubites, Strabonem audi lib. V Καθάπερ περὶ τοῦ Ἀμενάνου συμβαίνειν φασὶ τοῦ διὰ Κατάνης ῥέοντος· ἐκλείπει γὰρ ἐπιπολλὰ ὕτη καὶ πάλιν ῥεῖ. Primus locum sic emendandum esse vidit notis ad Caesaris Commentarios Fuluius Vrsinus, qui et veterem numisma profert, cuius ab vna parte scriptum sit AMENANOΣ, ab altera KATANAIΩN. Vide quae notamus Fast. IIII. 467, vbi idem nomen mendosum exstabat. *Amasenus* Priuernatium fluuius Seruio et Vibio Sequestro. Certe in Graeuano codice *Amesenus.* in vno Moreti *Erasenis.*

282 *Anigrus*] *Anigros* ex melioribus.

285 *Scythicis de montibus*] *Scythiis* Bernegger. et septem alii. *Scythis* prim. Hamburgensis. Pro *salibus amaris* Bernegger. et Arondelianus pro diuersa lectione *sale nunc vitiatur amaro.* neque aliter Barberinianus.

287 *Fluctibus ambitae fuerant*] *Fuerunt* tert. Bonon. vide Senec. Natur. Quaest. VI. 26.

293 *Si quaeras Helicen et Buran, Acheidas vrbes*] *Burin* nostri omnes. vtrumque probum est, nisi quod scriptos sequor. Senecae in Naturalibus Quaestionibus etiam ter quaterue *Buris* dicta. Βουρὰ est Graecis. Pausaniae videlicet, Straboni, Cedreno et Diodoro Siculo. Vetus Poëta apud Philonem de Mundo tertiam addit Agiram, Ἀιγείρων Βουράντε καὶ ὑψηλὴν Ἑλίκειαν. Tangit et rem gestam Orosius lib. III. 3. De Helice agitur ab Aeliano de Animalibus libro XI. 19. Plinio etiam *Bura*, vt et Ammiano Marcellino lib. XVII. In Chronico Eusebiano Olymp. C *Magno terrae motu facto Ebica et Bura, Peloponnenses vrbes, absorptae sunt.* sic et aratri pars posterior, quae Varroni *Bura* est, *Buris* Maroni in Georgicis dicitur, admonente Nonio Marcello.

296 *Pittheam*] *Pitthean* Vrbin. prim. Vatican. prim. Reg. prim. Basil. tert. Medic. et alii duodecim. sic et infra v. 506 nonnulli codices.

304 *Direpta bicornis Terga capri*] *Bicorni capro* Bernegger. Arondel. Neapol. et quinque alii. bene. nisi quod *derepta* etiam legendum esse iam monui notis ad lib. III. 52. In vno Moreti *erepta.* vt apud Virgilium XI. 679 *Cui pellis latos humeros erepta*

Digitized by Google

erepta iuuenco Bellatori operit. Statius lib. IIII Theb. 166 *Quattuor indomitis Capaneus erepta iuuencis Terga, superque rigens iniectum molis ahenae Versat onus.*

307 *Cognita nobis*] *Vobis* rectius quatuor scripti.

316 *Crathis et hinc Sibaris, vestris conterminus oris*] *Et huic* bene prim. Palat. et vnus Leidensis. Neque aliter Vibius Sequester legit: *Crathis, confinis Sybari, capillos facit auri coloris. Aruis* pro *oris* plurimi ex vetustioribus. et *nostris* pro *vestris.* quod verum est.

319 *Obscoenae Salmacis vnda*] *Salmacidis* debebat dixisse, sed *vndae* reponendum cum Bernegger. Neapol. prim. Reg. vtroque Erfurt. prim. Moret. prim. Pal. prim. Vatic. et sex aliis. quomodo et magnus Scaliger in ora codicis sui emendarat. Vide de hoc fonte copiose Vitruu. lib. II. 8.

329 *Hinc fluit*] *Huic* ex castigatioribus scripti.

332 *Est lacus Arcadiae*] *Phoenon* multi veteres, vel *Phenon.* tres *Pheneon.* bene. Praeterea *locus Arcadiae* cum prim. Gronou. tert. Medic. Vrbin. et sex aliis legendum. sic lib. III Pont. Eleg. II. 45 *Est locus in Scythia; Tauros dixere priores. Pheneos* quoque Catullo, Virgilio ac Statio est. vt omittam Graecos. Nullum noui in Arcadia lacum *Pheneon.* oppidum eius nominis habeo notum, (vnde *Phenei moenia* apud Maronem libro VIII), cuius in viginia fons ex praeruptis saxis stillare dicatur. eius aquam, Στυγὸς ὕδωρ dictam, certis temporibus esse letiferam. Statius Theb. IIII. 291 *Et Pheneos nigro Styga mittere credita Diti.* huius aquae rigore atque acrimonia potus oblatae necatum fuisse Alexandrum Magnum a nonnullis perhiberi testis est in eius vita Plutarchus. Nocte tamen esse noxiam, de die innoxiam nemo, quod sciam, praeter Nasonem prodidit. Sed haec fusius in Commentario nostro discutiemus. Emenda interim in transcursu Lucanum libro III. 191 *Et Phenei qui rura colunt, quorumque labore Thessalus Aesoniam vomer proscindit Iolcon.* vbi *Penei rura* perperam legitur. Arcadiam intelligit. *Aesoniam* quoque *Iolcon* reposuimus pro *Haemonia.* sic *Meleagream Calydona* dixit lib. VI. 365. et *Cinyraeam Cypron* lib. VIII. 716. *Haemoniam Iolcon* supernacuo epitheto et otioso appellat, cum τὸ *vomer Thessalus* satis designet de Thessalia agi. A Pheneo *Pheneatae*, qui Pheneum incolebant. eorum meminit Cicero de Natura deorum lib. III et Lactant. lib. primo de Falsa Religione. Reddendum et Plinio id nomen lib. XII. 26 ex vestigiis veterum membranarum: *Panacea et vnguentis eadem dignit, nascentem et in Psophide ac Pheneo Arcadiae.* vbi insulse Stapelius *in Phocide*, deceptus depravato codice Dioscoridis.

340 *Aetna*] *Aetne* Bernegger. Thuan. Arundel. et duo alii. vt alibi saepe.

347 *Materiam*] *Materiem* castigatiores.

351 *Sulfura fumis*] Puto *assiduis fumis*, vel *irriguis.*

361 *Fides rebus tamen est addenda probatis*] *Adhibenda* Neapol. vnus Reg. et vnus Moreti. probe. Auson. Ep. XV *Si qua fides*

Digitized by Google

fides falsis vnquam est adhibenda poëtis. quod videtur positum pro *fides habenda.* sic apud Plaut. Rudente Act. IIII sc. II *Quanquam ad ignotum arbitrum me appellis, si adhibebit fidem.* nam in Ciceronis et Cornelii Nepotis locis pro *adhibenda fides*, et *fides adhibeatur*, vetusta exemplaria praeferre *habenda* et *habeatur*, testis est Pascasius Grosippus in Paradoxis Literariis. Mox pro *fluuido calore* malim *vapore.* atque ita vnus Palat.

364 *I quoque, delectos*] Versus mendosissimus. Videamus diuersas lectiones. *His quoque delectos* Thuan. *In quoque dilectos* Neapol. *Hos quoque dilectos* Bernegger. *I tam delectos* Vrbin. *I quoque dilectos* Cantabr. prior Hamburg. et viginti circiter alii. tres *dis quoque delectos.* quatuor *Hinc quoque.* Arondel. et tres alii *Hos quoque.* vnus Sixii *Huic.* alius *Is.* quart. Medic. *His.* vnus meus *Inque delectos. Hic quoque deiectos* vnus Gronou. *I quoque dilecto* prim. Palat. veterrimus. vel *dis. I quoque delecto* vnus Medic. *I nunc quoque delectos* vnus Vatic. *I quoque delectas* Iunian. *In quoque dilecto* fragm. Boxhorn. vnus Ciofani *deiectos.* Graeuianus *Hinc quoque dilectos.* Puto scribendum esse: *I scrobe delecto mactatos obrue tauros.* vel *delecta* est enim communis generis *scrobs.* nam in Thuaneo optimo est *His quoque.* nihil equidem euestigare possum, quod propius accedat ad scripturam veterem. Possis etiam *scrobe depresso.* Ausonius ad Paulinum: *Depressis scrobibus vitium regale ministet Credidit.* An *scrobe repleto?* vt apud Virgil. II Georg.

235 — *scrobibus superatur terra repletis.*

366 *Nascuntur apes*] Decem antiqui *nascentur.* et tum fortasse postea legendum sit — *quae Rura colant, operique vacent, in spemque laborent.*

372 *Canis filis*] *Caecis* Thuan. prim. Bonon. *aliis* prim. Moret. et duo alii. *filuis* vnus meus.

379 *Nec casubus partu, quem reddidit vrsa recenti*] Malim *quod reddidit.*

384 *Et ferosque pedes*] *Mox ferosque* vnus Moreti. bene.

386 *Cithereïdasque columbas*] Ne claudicet versus, lege *Cythereiadasque* cum Cantabrig. et quart. Medic.

388 *Quis nasci posse putaret*] *Fieri quis* vnus Moreti. concinna repetitione.

389 *Sunt qui*] Sic et Plinius Natural. Hist. lib. X. 66. Antigonus tamen Carystius Historiae Mirabilis cap. XCVI ex eorum medulla tantum nasci autumat serpentes, qui eos sint oddorati ante obitum, si locus est integer: Ἴδιον δὲ καὶ τοῦτο νεκρῶν τινῶν, inquit, τοῦ μυελοῦ σαπέντος, ἐκ τῆς ῥάχεως ὄφεις γίνεσθαι, ἐὰν πρὸ τοῦ τελευτῆν ὄφεως τεθνηκότος ἐλκύσωσι τὴν ὀσμήν. deinde Archelai epigrammate id confirmat. Hi duo vero versus ad V. Aen. 64 citantur a Seruio Fuluii Vrsini. vt ille in notis suis monet. in vulgatis enim et P. Daniels frustra quaeras. mendose tamen, pro *putrefacta, patefacta.* Citat etiam Isidor. Etymol. XII. 4.

391 *Ex aliis generis primordia ducunt*] *Ex aliis ducunt primordia rebus* bene vnus Leidensis. neque aliter Oxon. quart. Medic.

Digitized by Google

dic. Thuan. et decem alii. nisi quod in iis — *rebus primordia ducunt.*

394 *Et succo vluit amomi*] Salmasius ad Solinum p. 753 *ficco amomo.* quomodo et ego in vno Mediceo inueni. sed nihil mutandum. nam ex ficco amomo quid alimenti Phoenix colligeret? amomum intelligit nondum siccatum. sic Lucanus lib. X. 168 *Aduectumque recens vicinae messis amomum.* Sidon. Apoll. Paneg. in Anthen. v. 52 - *Indus odorifero crinem madefactus amomo.* Nec felicius ibidem in carmine Lactantii de Phoenice v. 83 pro *auramque procul spirantis amomi* reponit idem Salmasius *vuamque.* atqui *aura amomi* pro ipso amomo ponitur; *aura* pro *odore*, quem exhalat amomum. vt pluribus dicemus ad eum Lactantii locum in noua Claudiani editione. sic *Coricii aura croci* apud Martialem III. 65. Claudianus de Phoenice v. 99 — *et nectare dulcior aura Ostia nigrantis Nili septena vaporat.* Prisc ianus in Periegesi: *Cinnama praeterea iucundae naribus aurae. Pingues ob ouilibus aurae* apud Statium X Th. 46. quod Sidonius imitatus est Panegyrico Auiti: — *Quis nare sagaci Monstrat odor pinguem clausis ab ouilibus auram.* et *odori sulphuris aura* apud Statium. et *halantes sulphuris aurae* Lucretio VI. 220. Exempla plura sunt in promtu. Sed hoc ὡς ἐν παρόδῳ. Emenda interim Drepanii Flori Christiani Poëtae locum, vbi perperam *aula*, pro *aura*, legitur: *O quam suauis odor vestri de pectoris aura Exilit. O Christi frater amice potens. Ventum* pro aura Plautus ponit Cistellar. *Ventus mustilentus nares tetigit.*

396 *Ilicis in ramis*] Etiamne Ilices in Oriente? Opinor a Nasonis manu esse *Ilices in ramis.* atque ita in vetustis exemplaribus se inuenisse testatur Barthius ad Claudiani Epigramma de Phoenic. v. 59.

397 *Et duro nidum sibi construit ore*] Τὸ *duro* non arridet. plerique veteres *puro.* prim. Gronou. et vnus Basil. et Noricus *pando.* bene. sic de apro lib. X. 713 *Protinus excussit pando venabula rostro. Panda cornua* lib. X. 271 ex vetustis codicibus. et *panda aratra* passim alibi. *Pandas fauces* dat Vulturno fluuio Statius lib. IIII Silu. III. 71 *Pandis talia faucibus redundat.* si locus est sanus. nam in vetusta editione Parmensi *Paucis* legitur, vt *Raucis faucibus* videatur castigandum. *Raucam* enim *vocem* poëtae fluuiis assignant.

398 *Nardi lenis aristas*] *Laeuis* prim. Palat. prim. Vatican. prim. Basil. et Oxon. cum aliis viginti. vt sit *laeuis*, cui lanugo subest, vt in Epigrammate Lactantii, siue quicunque alius est auctor, de Phoenice; *Nardi pubentis aristas.* Glossa interlinearis alterius Erfurtani, *id est redolentis.* vt *nardi halantis* forte sit scribendum. quomodo apud Lucretium lib. II. 847 *Et nardi florum, nectar qui naribus halat. Spirantia balsama* pari modo dixit Claudianus cons. Olybii 252. Serenus Sammonicus cap. XXXII *Nec non et species ambas halantis anethi.* ita veterrimus codex Vossianus. vbi nunc *redolentis* circumfertur. *oris patentis cinnameus inhalatus* Apuleio lib. II Met. Plura de hoc verbo lib.

Digitized by Google

lib. IIII. 393. vbi habes ex vestigiis veterum librorum: *balant myrrhaeque crocique.* Pro *Quassaque cinnama* duo Medicei *Crassaque.* vnus Basil. *Castaque.* alter Hamburg. *Cassaque.* vt ξυλοκιννάμωμον intelligatur. quod maximo in pretio. cortex Cinnamomo detractus. sic *cassa canna.* Vide Notas Fast. VI. 406.

404 *Ponderibus nidi ramos leuat arboris altae*] *Aptus tunc nidum ramis leuat* Bernegger. Cantabrig. Arondel. et sex alii. totidem *Est aptus nidum.* Versus hic adulterinus est. Metuo ne et proxime praecedens et tres sequentes huc ab aliena manu sint inculcati. ita duodecim versibus totam de Phoenice historiam Naso absoluerit.

409 *Alternare vices*] Tertullianus de Pallio: *Hyaena, si observes, sexus annalis est: marem et foeminam alternat.* Vide Aristotelem Hist. Animal. libro VI. 33 et de Ortu animalium cap. VI libri III, Plinium libro VIII. 30, Aelianum libro I. 25, Clementem Alexandrinum Paedag. libro II. 10. qui hanc fabellam operose refellit.

410 *Hyaenam*] *Hyaenem* prim. Gronou. et Iunian. *hyaenen* Arondel. Graecis tamen ὕαινα est.

412 *Protinus assimulat, tetigit quoscunque colores*] *Assimulat tactu* prim. Basil. quart. Medic. prim. Bonon. et alii duodecim. recte. nonnulli *et assimilat.* Quod hic de Chamaeleonte narrat, etiam in Polypo habet locum, et hinc deductum *versipellis* pro astuto. omnes autem colores praeter rubrum et candidum, quos mentiri non potest, refert. vide Aristotel. Hist. Anim. VI. 11. Plin. VIII. 33. Cassiod. V Ep. XXXIIII. Tertull. de Pallio. Antig. Caryst. Hist. mirab. XXX. Eadem narrant Aristoteles, Theophrastus, Plinius, Solinus de Tarando animale, siue Sarmatico, siue Aethiopico.

415 *Et congelat aëre tacto*] *Glaciari vrinam lyncum* dixit Plinius libro VIII. 39. Paria et hàc de re habes apud Solinum cap. II: apud Theophrastum fragmento libelli περὶ τῶν λεγομένων ζώων φθονεῖν, et Dioscoridem. hunc lapidem *Lyngurium* appellabant, vel *Lygurium.* aliis *Lyncurium.* Plinio etiam *Langurium.* λυγκούριον Hesychius ἤλεκτρον interpretatur.

416 *Coralium*] Prim. Palat. veterrimus et Calandrae codex *curalium.* bene. prim. Vatican. *caralium.* quatuor alii *corallum.* Vide Notas lib. IIII. 748.

418 *Desinet ante dies*] *Desinat* malim et *tingat.* quomodo Voss. vnus Argentinus pro diuersa lectione. vetustiores tamen *Deseret.* Virgilius lib. I magni operis v. 373 *Si vacet annales nostrorum audire laborum, Ante diem clauso componet vesper Olympo.* vbi *componat* nonnulli codices. Apulei. Apol. *Dies me deficiet, si omnia velim persequi.* Pro *et in alto aequore* Cantabrig. *in imo.* Forte —— *et Ibero Phoebus anhelos Aequore tinget equos.* vt lib. VII. 324. XIIII. 416.

420 *Sic omnia verti Cernimus*] τὸ *omnia* proximo versu praecesserat. *tempora* prim. Vatican. prim. Gronou. quart. Medic. et decem alii. idque in postrema editione expressit Naugerius. sed mutationes temporum iam fuse supra percensuit. Lege *sic tempone*

Digitized by Google

pore verti, gentes nimirum. Deinde pro *alias gentes* prim. sec. Palat. prim. Vatican. prim. Gronou. quart. Medic. aliique plurimi *illas*. bene. quod respondet τῷ *has*.

426 *Clara fuit Sparte*] Hic versus cum sequenti in Vatican. margini erat adscriptus. qui illos sequitur omnino est expungendus, cum ex hoc versu promanarit. quid enim opus bis Spartae meminisse? Certe libri veteres ex his quinque versibus modo hunc, modo illum, non agnoscunt. Ego omnes tollendos esse censeo. in eo enim artificium Poëtae inprimis consistit, vt perpetuo orationis filo mutationem rerum omnium tanquam concatenatam pertexat; hunc in eo occupatur, vt ex ruinis Troiae Romam prodiisse demonstret. Inopportuna igitur, vt quae maxime, Spartes, Mycenarum Athenarumque ac Thebes hic inculcatur mentio. Adde quod in postremis duobus versibus bis occurrit *nomina* et *nomen*, qualia nusquam committit Noster, nisi librariorum oscitantium culpa. Denique Athenas nil nisi nomen fuisse Pythagorae, qui hic loquitur, aetate falsissimum est; cum eae tunc vnice florerent: sed et Thebae ab Alexandro Magno deletae, qui ducentis ad minimum annis vixit post excessum Pythagorae. Sed de repetitione τοῦ *nomen* culpa amouebitur, si cum Bernegger. et altero Strozzae repones: — *quid sint nisi fabula Thebae?* vt apud Statium Theb. X. 870 *Et mentita diu Thebani fabula muri*. Lucanus lib. VII. 391 — *tunc omne Latinum Fabula nomen erit*. Versu denique secundo pro *Nec non et Cecropis* bene vnus Voss. *Nec non Cecropiae*, nam primam in *Cecropis* nusquam corripuit Naso. Vir summus Gerardus Iohannes Vossius Oratoriarum Institutionum lib. V. 2, 7 multus est in Nasone erroris conuincendo hic loci, quem puto nos abunde iam vindicauimus.

438 *Dixerat Aeneae*] Huic versui ille praeponendus *Priamides Helenus*, ex fide vnius mei et vnius Medicei.

444 *Vrbem etiam cerno Phrygios debere nepotes*] *Et iam*, vt in Fastis Carmenta vaticinans lib. I. 519 *Et iam Dardaniae tangent haec litora puppes*. Nec satis arridet τὸ *debere*. quid si Noster scripsit? *Vrbe et iam cerno Phrygios se efferre nepotes, Quanta nec est, nec erit*.

459 *Quae possunt*] *Quae possint* prim. Reg. et vnus meus.

462 *Cumulemus viscera*] *Cumulemur* eleganti Graecismo primus Palatinus inter vetustissimos. vnus Leidens. et Graeuianus *cumulentur*.

464 *Vituli qui guttura cultro Rumpit*] *Ferro* vetustiores.

469 *Quam transitus inde paratus*] *Qua paratus* prim. Reg. et Langerm. *quis transitus* prim. Vatic. prim. Gronou. et multi alii. sec. Medic. *quid qui paratur* prim. Hamburg. et duo alii. *quo transitus inde paratur* prim. Erfurt. et prim. Ambros. recte. *Paratur* alii etiam plurimi.

474 *Nec volucres*] *Volucrem* ex plerisque scriptis.

475 *Nec formidatis ceruos includite pennis*] *Illudite* prim. Pal. Cantabr. sext. Medic. Vrbin. Neapol. Thuan. prim. Erfurt. vterque

Digitized by Google

que Hamburg. prim. Ambros. sed frustra. sic Noster Fast. V. 371 —— *pro Libycis clauduntur rete leaenis Imbelles capreae.* Lucanus similiter lib. VI. 42 *Feras indagine claudere.* Vide plura nostri Vitii Notis ad Gratii v. 49 primae ac secundae curae. apud Senecam tamen Hippolyto scribe 40 *Picta rubenti linea pinna Vano ludat terrore feras.* nam veterrimus Mediceus *cludat.* vulgati *claudat.* Caeterum *pinnis* in Nasone reponendum ita enim Gratius ac Nemesianus passim. Ausonius Ep. V *An cum fratre vagos dumeta per avia ceruos Circumdas maculis, et multa indagine pinnae?* inde *pinnatum instrumentum in funie ad terrendas feras* Seruio Aen. XII. et lemma in antiquo codice Gratii: *De pinnatis conficiendis.* ita et apud Virgilium bis longe veterrimi duo codices, alter Mediceus, Vaticanus alter, literis vncialibus scripti, *Puniceae formidine pinnae* Georg. III. et apud Lucanum scripta exemplaria. Pro *formidatis* plurimi codices *formidantes.* Forte *formidandis.*

478 *Alimentaque congrua carpant*] *Mitia* omnes praeter prim. Vatican. et quinque alios, quomodo Noster saepe alibi. nil muto tamen, Memini enim *congruum sermonem* quoque apud Plautum occurrere. Rutil. I Itin. *Tristibus excepit congrua fata reis.* Catalecta Pithoei p. 159 *Congrua nunc tardus diffundat iura minister.*

485 *Qui postquam senior*] *Quem* Cantabr. sed tum postea pro *Defleuere Namam* refinge *Defleuere virum*, nam τὸ *Numam*, quod paulo ante praecesserat, aut ex glossemate interlineari irrepsit, aut ex geminata perperam sequenti voce *nam* conflatum est.

492 *Dixerunt! quoties flenti Theseius heros, Siste modum, dixit!*] *Dixerunt! ah quoties* Barberin. Lege *Dixere! ah quoties.* Deinde pro *Siste modum*, quod Latinum vix est, repono *Sit modus o, dixit.* Certe Zulichemianus *Siste modo.* Valerius Flaccus libro IIII. 474 *Teque, ait, iniusti, quae nunc premis, ira Tonantis, Ante precor, nostrae tandem iam parce senectae. Sit modus. et fore credo equidem. nam vestra voluntas Quid, iuuenes, sine pace deum?* sic scribendi isti versus. Paulo post v. 485 apud eundem repone: *Sic ait, et fatis iam iam cedentibus omnes Impulit, et dirae commouit imagine poenae.* Bene etiam vnus Vossianus *flendi*: —— *ab quoties, flendi, Theseius heros, Sit modus, o dixit.* Art. Am. II. 25 *Sit modus exitio, dixit, iustissime Minos.* Stat. Theb. V —— *nec fletibus vnquam Fit modus.*

494 *Sola tua est*] *Sola tibi est* prim. Moret. et duo alii.

497 *Fando aliquem Hippolytum vestras si contigit aures*] *Vestras quaque* prim. Palat. prim. Vatican. tert. quart. Medic. Calandr. et viginti circiter alii. *vestras puto* Vrbin. Bernegg. Oxon. Arondel. prim. Gronou. Noricus et alii sex. probe. *Fando*, Virgiliana imitatione: *Fando aliquod si forte tuas peruenit ad aures Belidae nomen Palamedis.* quomodo ille et caeteri Epici saepe. Valerius Flaccus lib. V. 473 *Si fando hic aliquam nostro satus orbe solebat Thessaliam, si quos Phryxus memorare Pelasgos. Si quando* perperam nunc ibi exstat. ex quo loco apparet, etiam in Virgilio

Digitized by Google

aliquod nomen reponi debere, quomodo in longe vetustissimo Mediceo codice exaratum offendi. Apuleius Apologia: *Quis vnquam fando audiuit.* et mox *Quis enim fando audiuit.* deinde *Multa fando, Maxime, audisti.* in Floridis *Fando accepimus.* et lib. IIII Met. *DIs etiam ipsique Iouis formidabilis aquas Stygias vel fando comperisti.* Macrob. Satur. l. 13 *Pleraque earum rerum nemo nostrum vel fando comperit.* Plaut. Amph. *Quaecunque nec fieri possunt, nec fando vnquam accepit quisquam.* Gellius lib. XVII. 10 *Hoc nec a Pindaro scriptum, nec fando vnquam auditum.* Silius libro X — *si Persena fando Auditus tibi, si Cocles, si Lydia castra.* Statius Theb. I *Sed quid fando tua tela manusque Demoror.* Vetus Poëta apud Ciceronem Tusculanis Quaestionibus: *Neque tam terribilis vlla fando natio est.* Symmach. lib. I. 64 *Fando acceperas.* hinc *fatu turpe*, quomodo *dictu turpe* in Priapeis Epigrammate XXXIII *Turpe quidem fatu, sed ne tentigine rumpar, Falce manu posita fiet amica manus.* ita enim vetus codex, qui penes me exstat. Vulgati *Turpe quidem factu.* sic apud Maronem *Haud mollia fatu* libro XI Aen. *Venerandi fatus* apud Marcianum Capellam lib. IIII. Senec. Oedip. Act. II *Quod tarda fatu est lingua, quod quaerit moras.* ita optimae membranae Florentinae. vulgati *quod tardo fatum.* idem Agamemnone: *Acerba fatu poscis.* De *fandi* verbo plura Vossius Gramm. de Analog. III. 9.

498 *Sceleratae et fraude*] τὸ *et* non agnoscunt plurimi ex vetustioribus. et abest rectius.

502 *Quod voluit finxit voluisse, et crimine verso*] Versus importune huc inculcatus a sciolo. multi veteres *Quod voluit voluisse infelix crimine verso.* alii aliter. Pro *temerare* prim. Gronou. prim. Basil. et multi alii *temeraſſe*, pro *Tentatum* prim. Vatican. tert. Medic. et tres alii *Tentauit.* Forte *Tentato.* vt concursum vitet quarti casus. Pro *Pasiphaëia quondam* Scaliger (ad Manil. lib. V. 536) *Me quondam Pasiphaëa.* male. nam *Pasiphaës* eadem cum *Pasiphaë.* vt *Calliope, Calliopea, Hippodame, Hippodamia.* Si quid mutandum sit, refingam *Me Pasiphaëidi quondam.* vel *Pasiphaëias olim.* Mox *Indicine metu magis, offensane repulsae* ex melioribus scribe. et *dubium est* subintellige. videantur quae notaui ad Epist. Medeae v. 149. Nisi τὸ *magis* obrepsit in locum τοῦ *dubium.* cuiusmodi errores alibi quoque commissos hic illic deprehendi. Potest etiam *Arcuit*, pro *Arguit*, reponi, vt ad Theseum referatur: *Arcuit, immeritumque pater proiecit ab vrbe.* vel *Arcuit, emeritumque nihil pater eiicit vrbe.* nam prim. Vatic. *immeritumque nihil.* De *emerendi* verbo hac significatione alibi plura notamus. sic *emirari*, pro *mirari*, apud Horat. lib. I Od. V. Reliqui codices *Damnauit meritumque nihil pater eiicit vrbe.* quibus caue accedas, τὸ *Arguit* potest etiam ferri quod in *damnauit* mutarunt, qui parum intelligebant ad Phaedram hoc debere referri, non ad Hippolyti parentem. *Proiicere* dixit, vt Apulei. Met. VII *Hunc insimulatum quorundam astu proiecit extorrem Iacuens inuidia.*

506 *Pit-*

Digitized by Google

506 *Pittheam*] *Pittheon* prim. Palat. prim. Reg. et octo alii. vt supra v. 296.

515 *Tum colla feroces*] *Cum* ex scriptis plerisque. Pro *exiliis contenta fuis* excerpta Calandrae *exilii fui*. vsus secundi casus elegans est in similibus. Paterculus lib. II de Maecenate: *Vixit angusti claui paene contentus*. Iustin. lib. XXXXII *Scythae autem contenti victoriae depopulata Parthia in patriam reuertuntur*. sic in Fuldanis codicibus Modius inuenit. Quart. Mediceus et vnus Leidensis *Exiliis intenta*. vt in Tristibus IIII. 1 *Mens intenta suis ne foret vsque malis*.

516 *Erectisque auribus horrent Quadrupedes*] *Arrectisque* maior scriptorum pars. et recte. nam *erectus* paulo ante praecesserat. ita apud Virgil. *Auribus arrectis nocturna silentia tentat*. et de equo: *arrectasque impulit aures*. Sil. X. 459 *arrectisque auribus acrem Hinnitum effundens*. Malo etiam *haerent*, quam *horrent*, ne bis idem dicat. Pro *metu turbantur* sec. Vatican. et duo Medicei *terreutur*. vt Fast. VI. 739 in eadem narratione: *Attoniti terrentur equi*. Epist. prima: *Hic lacer admissos terruit Hector equos*.

522 *Perpetuum quae circumuertitur axem*] Lege *qua* cum vno meo et Sixiano, alius meus *quo circumuoluitur*, prim. sec. Palat. Cantabr. Oxon. Vrbin. Bernegg. prim. Reg. prim. Erfurt. aliique plurimi. Prudentius contra Symmach. *Emicat ac volucri fervens rota voluitur axe*. *Circumflectitur* Muret.

525 *Neruosque in stirpe teneri*] *In stirpe* sec. Vatic. Boxhorn. et vnus meus. Puto *vepre*. Seneca Hippol. 1002 — *inde semanimem secant Virgulta, acutis asperi vepres rubis*.

526 *Partim reprensa relinqui*] *Deprensa* legit Delrius ad Hippolytum Senecae v. 1051. Sed vulgata, quam libri veteres agnoscunt, non est sollicitanda. *reprendere* enim est proprie ex fuga retrahere. vide Notas lib. XIII. 235. Apud Caesarem Belli Ciuilis libro primo *reprendere*, pro *deprendere*, ter quaterue legitur in vetustis exemplaribus.

528 *Exhalare animam*] *Exhalari* cum plerisque scriptis.

541 *Delo Cretaque*] *Creteque* Thuan. et alii octo. quanquam sextum casum, quo Graeci carent, in nominibus Graiis Latina enunciatione saepe Latini efferunt. sic ab *Anchisa*, ab *Laërta*, ab *Atrida*.

546 *Atque assentior illi*] *Acceptior* Thuan. Arondel. Iuret. sec. Palat. quart. Medic. et sedecim alii. *accerfior* Bernegger. Iunian. et duo alii. vel *accerceor*. duo item *assentior*. Arondel. pro diuersa lectione *accenssior*. Graeuianus *assenseor*. Scribe *accenseor*. atque ita prim. Strozzae, vnus Leidens. et vnus Ambros. eleganti et proprio verbo, quod etiam Nasoni redonauimus Met. III. 691. Statius Theb. VIII. 397 *Ad cineres saltem supremaque iusta tuorum Saeue veni; non his solum accensure nepotem*. ita scribo. vulgati *hic*. vt ab *accendere* derinetur. hinc et *accensi* dicti teste Nonio, *quod decurionibus et centurionibus accensebantur, id est attribuebantur*.

Digitized by Google

548 *Radicibus imis*] Malim *imi montis*.

554 *Motis adſpexit in aruis*] Plurimi veteres *medlis*. recte, quia *moueri* ſequitur, alioquin *mota terra* pro arata. Noſter lib. III. 102 — *motaeque iubet ſupponere terrae Vipereos dentes*. Pont. lib. I Eleg. VIIII *Experiar mota ſpargere ſemen humo*. Virgil. I Georg. 122 — *primuſque per artem Mouit agros*. ſic et alibi tam ille quam Noſter.

564 *Non exſpectatas*] Puto *Haud exſpectatas*. nam *non* bis praeceſſerat.

565 *Cippus*] Vetuſti codices magna ex parte *Cypus*, vel *Cipus*. *Genucius Cipus* eſt Valerio Maximo lib. V. 6. ita enim membranae nomen illud exhibent. vt et apud Plin. lib. XI. 37. vbi nonnulli codices *cibum* nuncupant. exſtant apud me denarii argentei, cum hac inſcriptione M. CIPI. M. F. vnde Cipiam gentem Fuluius Vrſinus, vir deliteris inter primos optime meritus, conflauit, perperam, vt puto, cum eius nulla apud antiquos exſtet mentio. quanquam a Cipo Cipii deduci poſſunt, tanquam a Metto Mettii. exſtat et nummus aereus qui M. CIPI. M. F nomen id ipſum exhibet.

569 *Victor domito veniebat ab hoſte*] *Remeabat* prim. et tert. Moret. Zulich. et vnus Bonon. vt apud Virgilium II. 45 *Si patrios vnquam remeaſſem victor ad Argos*. et XI. 793 — *patriam remeabo inglorius vrbem*. Val. Flaccus lib. IIII. 589 *Proxima regna Lyci, remeat qui victor ab oris Rebriciis*. Lucanus lib. II. 553 *Et Scythicis victor remeaſſet Craſſus ab oris*. lib. III. 73 *Tecta petit patriae. probat ſi remeaſſet in vrbem, Gallorum tantum populis Arctoque ſubacta*. Silius lib. III. 433 — *lacros Tryntbius artus Dum remeat victor, lacrymis perfudit*. ſic et alii paſſim. latrones illi apud Apuleium Met. IIII *Praeter tantam fortunae copiam, quam noſtra virtute nacti ſumus, et incolumi numero caſtra noſtra repetiuimus* (vulgo *petiuimus*) *et ſi quid id ad rem, octo pedibus auctiores remeauimus*. vulgo *et ſi quid ad rem facit*. τὸ *facit* abeſt recte a nonnullis membranis. τὸ *id* perperam exciderat.

570 *Et eodem cornua tollens*] *Brachia* Oxon. Polit. et ſex aut ſeptem alii. recte, vt puto. *cornua* hic importune ab arguto aliquo nugatore inculcata ſunt. lib. XI. 132 *Ad caelumque manus et ſplendida brachia tollens*. ita paſſim Noſter.

572 *Seu laetum eſt aliquid patriae populoque Quirini*] Scripti maxima ex parte: *Seu laetum eſt, patriae laetum, populoque Quirini*. ne dubita, quin vere. *populo Quiriti* etiam vnus ex meis.

577 *Quae ſimul adſpexit*] *Inſpexit* cum prim. Bonon. Seruius Aen. IIII. 64 *Aruſpices proprie exta conſulere dicuntur, cum inſpiciunt*. et Feſtus: *Cuius ad exta inſpicienda conducantur boues*. hinc *inſpicia extorum* Tertulliano contra Marcionem: — *poſſe videre Extorum inſpiciis, reſque explicare futuras*. apud Noſtrum ipſum ſupra Pythagoras 137 *Protinus ereptas viuenti pectore fibras Inſpiciunt, menteſque deum rimantur in illis*. Iuuenalis Sat. III. 44 — *ranarum viſcera nunquam Inſpexi*. Seneca Thyeſte

Digitized by Google

Thyeſte 757 *At ille fibras tractat, et fata inſpicit.* Exempla plurima ſunt in promtu. *Inſpicere auem* formula auguralis apud Seruium ad v. 375 lib. III Aen. vnde et *auſpicia* ſint dicta.

583 *Rumpe moras*] *Moram* Thuan.

587 *Procul o*] *Procul ab* veteres plerique.

591 *Ante tamen capitis noua cornua fronde Velat*] *Ante tamen pacali cornua lauro Velat* prim. ſec. Palat. tert. Medic. Cantabr. Vrbin. Neapol. prim. Reg. prim. Erfurt. vterque Hamburg. aliique plurimi. recte. niſi quod in nonnullis *placali*. ſic *oleam pacalem* lib. VI. 101 dixit. et *pacales flammas* in Faſtis lib. I. 719. Pliniuis lib. XV. 30 de lauru: *Ipſa pacifera, vt quam praetendi etiam inter armatos hoſtes quietis ſit indicium.* et mox, poſtquam docuit ea faſces Imperatorum decorari, eamque in gremio Iouis Capitolini deponi: *Non quia perpetuo viret*, inquit, *nec quia pacifera eſt, praeferenda ei vtroque olea, ſed quia ſpectatiſſima in monte Parnaſſo.* Ibidem docet *ſuffimentum eam eſſe caedis hoſtium et purgationem*, ex Maſſurio. Statius Theb. XII. 65 *Pacifera lauro crinem vittiſque decorus Accubat.* Noſter lib. IIII Faſt. 91 *Venit Apollinea longas Concordia lauro Nexa comas.* Faſtorum primo Noſter 713 *Frondibus Actiacis eanos redimita capillos Pax adet.* vbi per *frondes Actiacas* laurum intelligit, Apollini Actio ſacram, vt hoc ſuo loco pluribus dicetur. Poſſet et *baccali lauru* legi. ſic Plinio lib. XVII. 9 *Baccalis etiam laurus dicta.*

593 *Priſcoſque deos de more*] *E more* veteres. Scribe cum nonnullis antiquis *priſcoque deos e more.* Faſtis II. 282 *Flamen ad haec priſco more Dialis erat.*

594 *Eſt, ait, hic vnus*] *En ait* Thuan. et quinque aut ſex alii. *ni pellitis* idem Thuan. et Cantabr. pro *niſi.*

603 *Succinctis*] *Peliacis* vnus Leidenſ. eleganter. vt Catalect. LXIIII *Peliaco quondam prognatae vertice pinus.* Sed nec vulgatum damno. lib. X. 103 *Et ſuccincta comas hirſutaque vertice pinus.* Zulich. non male *ſubſtrictis.* quomodo *ſubſtricta ilia* libro III. 216, de cane. et *ſubſtricta cruxa* lib. XI. 752, de mergo aue.

618 *Bobus*] *Bubus* prim. Palat. prim. Vatican. Vrbin. Neapol. Bernegger. Arondel. et ſex alii.

621 *Poſtibus auratis*] Vrbin. a manu ſecunda *aeratis.* quomodo et margo Gryphianae editionis. neque aliter ad Val. Maximum Pighius et Colerus. ab aereis enim poſtibus *Raudusculana* ea porta eſt dicta. apud Valerium lib. V. 6 legendum *Capitis effigies aereae, qua exceſſerat, portae inſculpta eſt*, non *incluſa.* et paulo ante: *In capite eius ſubito veluti cornua erepſerunt*, non *emerſerunt.* nam vetuſti codices plerique *erexerunt.* Silius Italicus libro XIII. 332 de Pane: — *opacat tempora pinus, Ac parua erepunt rubicunda cornua fronte.* vbi *erumpunt* perperam nunc circumfertur. Feſtus Auienus Deſcriptione Orbis v. 1369 *Pro molli vitta prorepunt crine chelydri.* apud Sidonium quoque Apollinarem carm. XXII videtur ſcribendum, vbi de Baccho agit;

Digitized by Google

agit: — *capite aurea repunt Cornua.* non *caput aurea rumpunt.* quomodo apud eundem Panegyrico Auiti denuo peccatur his versibus: — *lactentia primum Membra dedit uiuibus, glaciemque irrepere plantis Iussit, et attritas paruum ridere pruinas.* nam quomodo *irrumperet* infans adhuc et lactens? Claudian. *Reptasti per scuta puer.* hinc *reptantes annos*, pro puerilibus, dixit Ennodius: *Hunc tibi de primis et adhuc reptantibus annis, Sancte pater, voueo.*

624 *Circumflua Tibridis alsi*] Non est Latinum. nam *circumflua Tiberi* erat dicendum. vt apud Valer. Flaccum lib. V. 449 *Vrbs erat hic contra, gemino circumflua ponto.* Silius lib. I. 289 *Insula quos genuit Graio circumflua ponto.* et eidem Silio lib. VIII. 596 *Verona Athesi circumflua.* Scripserat Naso, si genius eius mihi perspectus est, *Tibridis alueo.* certe in prim. Vatican. prim. Ambros. Neap. et duobus Mediceis *vndis.* sed *alueo* verius. Noster ipse lib. V Fast. 633 *Tibris arundiferum medio caput extulit alueo.* Virgil. lib. VII. 303 — *optato conduntur Tibridis alueo.* et initio eiusdem libri v. 33 de eodem Tibri: *Assuetae ripis volucres et fluminis alueo Aethera mulcebant cantu.* et mox 430 — *classes inuectas Tibridis alueo.* ita enim scripti nonnulli, non *vndam.* Claudianus Cons. Olybrii 226 *Est in Romuleo procumbens insula Tibri, Qua medius geminas interfluit alveus vrbes.* Vetus inscriptio apud Aldum in Orthograph. p. 616 *Ex decreto ordinis corporis Piscatorum et vrinatorum totius alui Tiberis.* agnoscit quidem et Priscianus lib. IIII p. 582 τὸ *Thybridis alti.* sed et idem mendose versu proximo *deieceras vrbis* profert. similiter etiam peccatum in auctore de Viris Illustr. vita Claudiae Vestalis: *Hannibale Italiam deuastante, et responso librorum Sibyllinorum mater deum e Pessinunte arcessita, cum aduerso Tiberi veheretur in alto stetit.* rectius libri veteres *in alueo. Vadum Tiberinum* Sueton. Tiber. cap. II.

625 *Sacris adiecerit vrbis*] Scripti maxima ex parte *accesserit*, vel *arcesserit*, vel *accerserit.* vnus *accenserit. acciuerit* prim. Bonon. vnus meus *asciuerit.* Scribe *adsciuerit.* Dii indigetes vel indigenae adscitiis opponebantur. quomodo *natiuus* et *adscitus lepor* apud auctorem vitae Pomponii Attici. Ausonius de Antonino Pio, quem Hadrianus adoptarat: *Orbis et hic sociatque virum documenta daturum, Adsciti quantum praemineant genitis.* Valerius Maximus: *Genitos nascendi sors fortuitum opus, adoptatos vero et adscitos vniuscuiusque solido iudicio incoacta voluntas producit.* Statius Epicedio Glauciae lib. II Silu. I. 86 *Interius noua saepe adscitaque serpunt Pignora connexis.* vbi *connexa pignora*, liberos proprios, *adscitis* opponit: vt appareat recte Gronouium doctissimum apud eundem Statium reposuisse pro *assertae* prolis, *adscitae*, Siluarum initio, vbi de diuo Iulio agitur: *adscitae munere prolis Primus iter nostris ostendit in aethera diuis.* vbi ille plura ad rem. apposite Prudentius libro II contra Symmachum: *Cernis vt antiqui semper vestigia moris Gressibus incertis varie titubasse probentur, Adsciscendo*

Digitized by Google

sciscendo deos maioribus incompertos? Seque peregrina sub religione dicasse? Nec ritus seruasse suos? quodcunque sacrorum est, Exulat, externumque inimicam venit in vrbem. Noster Pont. IIII El. VIIII. *Tu certe scis hoc superis adscite videsque Caesar.* Cicero de Aruspicum Responsis: *Sacra ista maiores nostri ex Phrygia adscita Romae collocauerunt.* et Verrina VII *Quarum sacrorum Pop. Romanus adscita et accepta tanta religione tuetur.* ita et Graeci, qui diis indigenis et πατρίοις *adscititios*, et, vt ipsi loquuntur, ἐπιθέτους opponebant. Gratius initio Cyneget. *Adscitaeque tuo comites sub numine diuae Centum omnes nemorum.* ita locus mendosissimus scribendus. Vulgati *Adsciuere tuo comites sub numine diuae.* vetus codex Thuan. *Adscisuere. Sub numine*; vt Hippolytus supra: *Numine sub dominae lateo.* Statius Epicedio Patris lib. V. 3. 126 *Te de gente suum Latiis adscita colonis Graia refert Selle; Phrygius qua puppe magister Excidit.* ita ex vetusto codice scribendum, nisi quod a Statii manu opinor est *Graia refert Hyele*, non *Selle*, aut *Velie*. ita enim dictam antiquitus Strabo et Herodotus docent. nec pro *adscita* necesse *adscripta* reponi. Apud Apuleium quoque Miletiorum initio vix dubium est mihi quin scribendum sit: *iam haec quidem ipsa vocis immutatio desultoriae scientiae stilo, quam adscisimus, respondeo.* hoc enim vult doctissimus scriptor, se et linguam Latinam et scientiam amatoriae rei, tanquam peregrinam, adsciuisse. vulgo *accessimus*. vnde Scaliger *arcessimus* reponebat. quomodo et in Nasonis loco peccat. Güntherus Ligur. IIII *Gallus erat, nuperque dolis adscitus iniquis Inscius.* lib. V *Nec dubita iustis Veronam adsciscere bellis, Et socias adhibere manus.* vbi perperam editur *et facias adhibere.* postea *Ergo viri fortes, vobis adscisite quantas Quisque potestis opes.* et mox *Orabat Regem sceuis indicere bellum Gentibus, vltoremque suis adscisere factis Tentabat. Socias manus*, vt liqueat me recte reposuisse. Pari modo Claudianus VI Cons. Honor. 464 *Longum socias tardumque putauit Exspectare manus.* Stat. Theb. II 591 *Arma premunt, nec vis conatibus vlla, sed ipsas In socias errare manus, et corpora turba Inuolui prolapsa sua.* perperam vulgo *in socios*, et *inuoluit*.

627 *Squalebant corpora morbo*] *Tabo* Thuan. et decem alii. rectius. vt apud Virgil. de peste III Georg. 481 *Corrupitque lacus, infecit pabula tabo.* et v. 557 *In stabulis turpi dilapsa cadauera tabo.* Georg. IIII. 252 *Si vero tristi languebunt corpora tabo.* ita vetus liber Vossianus, non *morbo*.

630 *Mediamque tenentis*] *Tenentes* prim. Palat. prim. Vatican. tert. et quart. Medic. prim. Basil. Thuan. Vrbin. Neapol. et alii plurimi. bene. Noster ipse libro X. 167 — *et orbe In medio positi caruerunt praeside Delphi.* hinc *orbis vmbilicus* dicti in Priapeis. Nonnus Dionys. libro II — μεσόμφαλον ἄξονα βαίνων Δίλφιος ἐνθήνητα μετέρχεο τέμπεα Πυθοῦς.

634 *Et locus, et laurus, et quas habet ipse pharetras*] *Pharetrae* Arondel. prim. Reg. Neapol. prim. Basil. prim. Gronou. et alii

Digitized by Google

alii viginti. Pro *ipſe* nonnulli *ille*. prim. Palat. Hamburg. alter et vnus Medic. *ipſa. illa pharetras* Cantabr. et prim. Baſil. *ipſa pharetrae* Vrbin. Scribe *et laurus, et, quas habet illa, pharetrae.* Met. I. 558 ipſe Phoebus ad laurum: — *ſemper habebunt, Te coma, te citharae, te noſtrae, laure, pharetrae.*

636 *Corpora mouit*] *Pectora* caſtigatiores magno numero. bene.

642 *Quam colat explorat*] *Explorant* caſtigatiores.

647 *Certas ita dicere ſortes*] Multi veteres *certant addicere*, aliaque lectionum diuerſarum monſtra. Sed nihil eſſe mutandum iam ad Claudianum I in Eutr. 162 monui. Hygin. Fab. CVIIII *Quid ita ſortes dixiſſent.*

649 *Multi retinere*] *Tenuere* vnus Moreti. alius pro diuerſa lectione *renuere*. quomodo prim. Baſil. et vnus Voſſ. bene. Vide Notas lib. VIIII. 506.

650 *Non emittere*] *Amittere* Oxon. quart. Medic. Arondel. et ſeptem alii. *admittere* prim. Gronou. et duo praeterea. totidem *dimittere*, prim. Baſil. et duo alii. nil muto.

652 *Vmbraque telluris tenebras induxerat orbi*] Hic denuo verſus frigiditate ſua ſatis prodit auctorem a Naſonis elegantia longe diuerſum.

658 *Pone metum*] *Metus* plerique caſtigatiores.

660 *Nota, viſum vt cognoſcere poſſis*] *Nata viſu vt cognoſcere poſſis* rectius caſtigatiores.

667 *Peruenuntque operoſa dei*] *Conueniunt* bene maior ſcriptorum pars. Adi Notas Faſtor. II. 669.

670 *Sibila mouit*] *Miſit* plerique veteres. recte. libro III. 38 — *longo caput extulit antro Caeruleus ſerpens, horrendaque ſibila miſit. mouit* paulo poſt ſequitur. ita *vocem mittere* bis terue apud Phaedrum.

675 *Cognouit numina caſtus Euinctus vitta crines albente ſacerdos*] *Caſtos crines* rectius prim. Palat. prim. Vatican. Vrbin. prim. Reg. tert. Medic. prim. Erfurt. aliique multi. at duo cum Cantabrig. et Norico *cuſtos. numen Acaſtus* ſex pro diuerſa lectione. in vno Baſil. *Acaſtos*, vt nomen ſacerdotis ſit, qualis ille qui Peleum luſtrauit morte fraterna nocentem. ſed *caſti crines* bene ſe habent. ſic lib. II. Faſtor. 26 *Caſta ſacerdotum tempora* dixit.

677 *En deus eſt, deus eſt*] Alii *Et deus eſt; deus eſt.* Neapol. et quinque alii *En deus; en deus eſt.* vnus *En deus es.* multi alii *En deus eſt; deus eſt.* Scribe *Et, deus en, deus en.* ſic Sibylla apud Virgil. *deus, ecce deus.* et Amphiaraus apud Stat. Theb. III. 644 — *Deus ecce furentibus obſtat, Ecce deus.* Sic Silius lib. XI. 552 *Dextra en, en dextera.* Mox *linguiſque animiſque* prim. Baſil. et tres alii. multi *linguis animiſque.* vulgo *animis linguisque.*

678 *Quiſquis adeſt*] *Ades* multi caſtigatiores. In Ibide 90 *Quiſquis ades ſacris, ore fauete meis, Quiſquis ades ſacris, lugubria dicite verba.* deinde infra hoc, *Quiſquis adeſt, viſum venerantur numen*, non *venerator*, prim. Palat. tert. Medic. Oxon.

Digitized by Google

Oxon. et nouem alii. *iuſſum numen* prim. Hamburgenſis et duo alii.

Sis, o pulcherrime] *Siſque o* tres ſcripti.

685 *Tum gradibus nitidis elabitur*] *Delabitur* prim. Palat. Thuan. Vrbin. Bernegger. Neapol. prim. Reg. Cantabrig. prim. Baſil. Arondel. aliique plurimi. recte.

688 *Iniectis floribus*] *Ingeſtis* prim. Gronou.

696 *Retinacula puppis*] *Nauis* multi.

701 *Praeterque Lacinia templa Nobilitata dea*] *Deae* Thuan. Polit. prim. Palat. prim. Vatican. Arondel. et ſex alii. vnus *deo*. Scribe *Lacinia templo Nobilitata deae*. et refer ad *littora*, quod mox ſequitur. Supra initio libri huius: *Littora felici tenuiſſe Lacinia curſu Fertur*. Λακίνιον ἄκρον Ptolemaeo. *templa* tamen *Lacinia* habes apud Lucanum lib. II. 434 *Extenditque ſuas in templa Lacinia rupes*. et apud Priſc. Perieg. *Vlterius pergens hinc templa Lacinia cernes*. apud Virgilium III. 552 — *attollit ſe diua Lacinia contra*.

702 *Scyllaeaque littora*] Legendum *Scylacea*, vel ex illo Virgilii III. 552 — *attollit ſe diua Lacinia contra Cauloniſque arces, ac nauifragum Scylaceum*, ſatis apparet. Graecis Σκυλάκειον eſt, quomodo Ptolemaeo πόλπος Σκυλακήτης. Velleio Paterc. *Scylacium*. Σκυλάκιον oppidum, idque iam vidit in Solinianis Exercitationibus Salmaſius, qui adeatur p. 65 et 82. Reddenda et forte ea vox Elegiae in obitum Maecenatis: *Argo ſaxa pauens poſtquam Scylaceïa legit Cyaneoſque metus*. non enim Scyllam Argo praeternauigauit, niſi in reditu. apud Valerium Flaccum lib. III. 36 *Teque etiam medio flauentem Rhyndace ponto, Spumaſumque leguns fracta Scylaceïon vnda*. ita legendum ex veſtigiis antiqui codicis, quo vſus eſt Carrion. longe remota a Scylacio Scylla.

703 *Amphryſia ſaxa*] *Amphiſia* Vrbin. Arond. et multi alii. vnus Leidenſis *Amphrigia*. *Amphiſſia* Ortelius in Theſauro Geographico cum Barrio, et in Aduerſariis Turnebus lib. I. 22, vt promontorium Locrorum intelligatur. ſed vix perſuadent. nam mox *Narygiamque* ſequitur. Vir ſummus et mihi vſu amicitiae diuturno coniunctus, Iſaacus Voſſius, ad Melam, *Argennia*, cum in veteri ſuo codice inueniſſet *Arangia*. vt Argennum promontorium Siciliae intelligat, quod a laeua eſt fretum Siculum transeuntibus.

704 *Ceraunia*] *Celennia* libri veteres maiori ex parte. nonnulli *Celemnia, Celempnia, Celenia, Cilenia, Cylennia, Cilemnia*. Arond. *Celamnia*. Zulich. *Celeunia*, cum tribus aliis. Turnebus *Columnia*, vt *Columna Rhegia* intelligatur, quae Graecis στήλη. quod nollem viro magno excidiſſet, cum nec Latini ſermonis rationem habuerit. Voſſius ad Melam *Cocintia*, a Cocinto promontorio. adi notas noſtras ad Virgil. VII. 739, vbi *Celennia* defendi etiam ex illo poſſe demonſtrauimus. *Acroceraunia* valde ab hoc loco remota.

705 *Romethiumque*] In multis veterum *Plemiriumque*. in aliis *Romethiumque, Remethiumque, Remechiumque, Romethoumque, Remo-*

Digitized by Google

Remotiumque, *Protbitonque*. primus Basil. *Rametbiumque*. quare Vossio nostro assentior, *Lametumque* scribenti. *Plemyrium* Ortelius. Turnebus *Remigioque*, oblitus de remis paulo ante praecessisse.

Naritiamque] Lege *Naryciamque*. vel, quod malim, *Naryciumque*. nam Locrorum oppidum Νάρυξ, vel Ναρύκιον, in Graecia. Potest et *Narycioisque* legi. nam in Thysiano codice *Naritiasque*. in Norico *Naritiumque*. quod verae scripturae proximum.

708 *Leucosiamque petit*] *Leucoriamque* veteres plerique. nonnulli *Leucoricamque*, vel *Leucoreamque*. *Leucoriunque* prim. Palat. *Yecoriamque* Neapol. alter Hamburg. *Leucotoamque*. Arond. *Leuconiamque*. prim. Hamburg. *Leuconamque*. vnus *Leutbariumque*. alii *Leutoriamque*, *Leucericamque*, *Leucotboemque*, *Leutesiamque*. *Leucosia* certe ferri non potest, cum Λευκωσία sit Graecis. qua ratione et Lycophron syllabam secundam produxit. Scribe *Leucasiamque*. etiam apud Silium Italicum libro VIII. 579 — *Nunc sese ostendere miles Leucasiae e scopulis*. nam Graecis Λευκασία. ita eam Strabo appellat lib. II. et Halicarnassensis Dionysius lib. I. apud quos est insula. Plinius quoque libro III. 6 *Contra Paestanum sinum Leucosia est*. apposite. vt iam videamus, cur eam cum Paesto Naso coniungat. Marcianus quoque Capella libro VI *Contra Paestanum Leucasia est*, *a Sirene ibi sepulta nominata*. Frustra igitur est Salmasius ad Solinum p. 68, qui Strabonis et Dionysii codices mendosos putat.

713 *Tenetur*] *Tennetur* Vrbin. prim. Basil. et quinque alii. Pro *Linterno* etiam maluerim *Liternum*. nam Graecis est Λίτερνον. atque ita in veterrimo Silii Italici codice scribitur libro VI et VII. Nec dubito quin pari modo apud Pomponium Melam et Ciceronem Epistolis ad Atticum reponi oporteat. Hoc tamen loco scripta exemplaria, paucissimis exceptis, *Linternum*.

715 *Niueisque frequens Sinuessa colubris*, *Minturnaeque graues*] Nugas esse de Sinuessanis hisce colubris opinor. neminem certe ex antiquis scriptoribus euolui, qui harum meminisset. de balneis Sinuessanis multa apud auctores mentio. Itaque dubium non est *columbas niueas* harum loco reponi debere. atque ita prim. Bonon. et vnus Mediceus. *Campanas* certe *columbas* Plinius commendat libro X. 37. Vide notas libro IIII. 48.

716 *Minturnaeque graues*] Ob palustre solum. *Minturnarum paludes* apud Iuuenalem Sat. X. In his paludibus Marium latuisse, cum Sullam fugeret, historici narrant.

718 *Et spissi litoris Antium*] Nihil verius hac lectione, quam primus Palat. Vrbin. aliique non pauci agnoscunt. eamque et Geographiae ordo requirit, et Val. Maximi auctoritas, qui Aesculapium ait Antium aduenisse. Ciofanus tamen mavult *Anxur*. quod in multis libris exstat. cum Trachas, seu Tarracina, et Anxur eaedem sint ciuitates. Plinius lib. III. 5 *Tarracina oppidum lingua Volscorum Anxur dictum*. Festus: *Anxur vocabatur, quae nunc Tarracina dicitur*. Liuius lib. IIII *Anxur fuit, quae nunc Tarracinae sunt*. Dionysius Antiq. Rom. lib. XIIII.

Digitized by Google

lib. XIIII Ἐξεπολιόρκησαν οἱ Ῥωμαῖοι τὴν Οὐόλσκων πόλιν ἢ τότε μὲν Ἄνξῳρ, νῦν δ' ὀνομάζεται Ταρρακίνη. alii codices *Ancum*, *Ancon*, *antrum*, et similia. frustra.

723 *Aequore placato*] *Placato* prim. Moret. Neapol. et alii XIIII. Epist. X. 65 *Vt rate felici placata per aequora labar.* Sed et alterum se Maronis auctoritate tuetur.

729 *Huc omnes populi passim matrumque patrumque*] *Matrumque senumque* Thuan. prim. Vatican. Oxon. et sex alii. duo *matrumque iurumque*. prim. Bonon. et vnus Medic. *iuuenumque senumque*. Rottendorph. praeterea *Huc omnis populus*. Censeo ab Nasone scriptum fuisse: *Huc omnis populus passim, matresque patresque, Obuia turba ruunt.*

730 *Troica seruat*] *Seruant* multi veteres. recte. Vestales intelligit.

735 *Ictaque coniectos incalfacit hostia cultros*] Magnus Scaliger in ora codicis sui *subiectos*. sed Gronouius noster Obseru. I. 13 recte animaduertit, nihil esse mutandum. libro XIII. 476 Noster de Polyxena: *Coniecto rupit praecordia ferro*. lib. VII. 244 *Cultrosque in vellera gutturis ursi Coniicit*. ibidem v. 338 *Saniem coniecto emittite ferro*.

737 *Accliuia malo*] *Acclinia* ex scriptis melioribus. *inclinia* prim. Basil.

755 *Cyniphiumque Iubam Mithridatisque tumentem*] *Cinyphiumque*. dictum alibi. Lege praeterea *Mithridateisque nominibus*. nam duae primae eius nominis syllabae sunt breues.

759 *Superi fauistis abunde*] *Cauistis* elegantes prim. Bonon. et quart. Medic. hoc est, prospexistis. *caruistis* Langerm. Simili significatione apud Silium lib. VIIII. 140 *Sat magnum hoc miserae fuerit mihi cardine vitae Solamen, cauisse meis.*

763 *Et coniurata arma moueri*] Nonnulli *coniuratasque*. vnus Ambros. *et iuratasque*. Puto *iurataque*. Adi Notas libro V. 250.

768 *Solane semper ero iniustis exercita curis*] Imo *iustis curis*. neque aliter pletique veteres. sic *iusti dolores* dicuntur Trist. IIII Eleg. III. 21 — *Incubuit iusto mens aegra dolori.*

797 *Vmbrasque silentum*] *Silentes* prim. Erfurt. et Medic. chartaceus. vid. lib. XIII. 25. *Nocturnas* etiam *canes* prim. Twisdenius. vide Notas libro III in fabula Actaeonis.

798 *Eruuisse*] *Eripuisse* Vrbin. pro *erupisse*.

Digitized by Google

803 *T m vero Cytherea manu*] Pro *manu* plurimi ſcripti, etiam ex vetuſtioribus, *ſuum*. et proximo verſu pro *aetherea* prim. Reg. Vrbin. prim. Erfurt. alter Hamburg. prim. Palat. Baſil. et decem alii *interdum*. *hunc denſa* Cantabrig. vnus Voſſ. *et illa deum*. *in terram nubem* vnus Gronou. at prim. Vatican. *aenea nube*. *aëria* quinque. *Aeneaden* vnus Voſſ. vnus Baſil. *Aeneadem*. duo alii *obſcura*. Arondel. *aetheri*. prim. Hamburg. *Pellus ſed tandem*. Opinor non vno mendo adfectos eſſe hos duos verſus. Pro *vtraque* ſcripti *vtrumque*, *vtroque*, *vtrimque*, *vterque*.

806 *Et Diomedeos*] *Qua* prim. Vatican. Vrbin. et Argent.

807 *Talibus hanc*] *Hinc* prim. et quart. Moreti. Pro *ſola* prim. Palat. Bernegger. prim. Hamburg. Arondel. *ſolio*. Pro *pâras* prim. Vatic. prim. Palat. prim. Baſil. prim. Erfurt. prim. Moret. Cantabrig. et prim. Gronou. cum aliis plurimis *putas*. duo *putes*. totidem *potes*.

811 *Concuſſum caeli*] *Concurſum* Calandr. prim. Hamburg. et multi alii. vt tonitrua intelligat. ita Lucretius frequenter.

813 *Illic inciſa*] *Incluſa* Vrbin. Bernegger. prim. Hamburg. Arondel. et multi alii. prim. Baſil. *inſculpta*. *incluſa* placet. in Triſt. IIII. 8. 45 *Nil adeo ſolidum eſt*, *adamas licet alliget illud*. Pont. lib. IIII Eleg. XII. 31 —— *duro praecordia ferro Eſſe*, *vel inuicto clauſa adamante putem*.

818 *Templiſque colatur*] *Locetur* multi veteres. Pont. IIII. 9. 129 *Tu noſtras audis inter conuexa locatus Sidera*, *ſollicitas quas damus ore*, *preces*. III Faſt. 615 *Perque deos comites*, *hac nuper ſede locatos*. Iuuenalis Sat. X. 366 *Te facimus Fortuna deam caeloque locamus*.

819 *Natuſque tuus*] Imo *ſuus*, prò eius natus, quod eſt in pleriſque ſcriptis. Egregie blanditur Auguſto. quod ſequentia ſatis euincunt. *tuus* nullum habet ſenſum. Pro *nominis haeres* prim. Palat. prim. Cantabrig. Oxon. Arondel. aliique complures *numinis*. *numeris haeres* Zinzerling. et vnus Leidenſis. *nominis huius* vnus Medic. Pro *feret vnus onus* tert. Medic. et alius eiusdem Bibliothecae *vrbis onus*. in Faſtis II. 197 *Vna domus vires et onus ſuſceperat vrbis*. Poſſet et *orbis onus*. vt ad Herculem alludat. vide Notas Faſt. lib. I. 616.

824 *Emathiique iterum madefient caede Philippi*] *Emathiaque* prim. Palat. prim. Vatican. prim. Moret. Cantabrig. vtque Erfurt. prim. Reg. Bernegg. aliique complures. *Emathiaque* Vrbin. Neapol. prim. Hamburg. Arondel. et octo praeterea. Lege cum vno Argentinenſi *Emathiaque iterum madefacti caede Philippi*. Petronius, vt ſcribendum: *Cerno equidem gemino iam*

Digitized by Google

iam ſtratos Marte Philippos. non *gemina morte. Philippi* tamen foeminino genere apud Focam Grammaticum in vita Virgilii legitur: — *iam caede piorum Perfuſas acies legitur viſura Philippos.* ſed illic oppidum intelligit.

829 *Quid tibi Barbariem, genteſque ab vtroque iacentes Oceano, numerem?*] *Gentes* prim. Reg. et octo alii. Cantabrig. aliique multi *Barbariam. Barbariam gentes* prim. Palat. *Barbariae gentes* Zulichem. et tres alii. Scribe *Quid tibi Barbariae gentes ab vtroque iacentis Oceano numerem?*

838 *Nec niſi cum ſenior ſimiles aequauerit annos*] Interpretibus placet haec ab Ouidio ſcripta eſſe, cum Auguſtus annum aetatis LVI nondum attigiſſet, quo extinctus eſt diuus Iulius. At quis ſeniorem aut ſenem vocauit diuum Iulium? haec aetas ſenectus non eſt, vt eam Auguſto aequandam debeat precari. Piget pluribus haec refellere. *Patrios annos* prim. Moreti et octo alii. neque aliter Bernegger. et Rottendorph. pro diuerſa lectione. at Thuan. aliique quatuor *cum patruo ſenior ſimiles.* vnus Strozz. *cum patrios ſenior ſimiles.* ſed deſinamus ineptire. Scripſerat, puto, Noſter: *Nec niſi cum ſenior Pylios aequauerit annos.* Auguror neminem de hac reſtitutione dubitaturum, quod vt felicius ex voto ſuccedat, in ſimilem locum Pont. lib. II Eleg. VIII, vbi Tiberium alloquitur: *Sic Pater in Pylios, Cumaeos, mater in annos Viuant; vt poſſis filius eſſe diu.* Triſt. V Eleg. V *Di precor, et Caeſar dis acceſſure, ſed olim, Aequarint Pylios cum tua fata dies.* Vtitur et alibi hoc adagio. vt libro Pont. I Eleg. IIII *Nam mea per longos ſi quis mala' digerat annos, Crede mihi, Pylio Neſtore maior ero.* Martialis lib. IIII Epigr. I in Natalem Domitiani: *Caeſaribus alma dies, et luce ſacratior illa, Conſcia Dictaeum quae tulit Ida Iouem, Longa, precor, Pylioque veni numeroſior aeuo.* et libro VIII. 2 *Terrarum domino, deoque rerum Promiſit Pyliam quater ſenectam.* Statius lib. III Silu. IIII. 103 de eodem Domitiano: — *eat, oro, per annos Iliacos Pylioſque ſimul.* lib. V. 3. 255 *O Pylias aeui tranſcendere metas, Et Teucros aequare ſenes, o digne videre Me ſimilem.* Theb. V. 751 — *Pyliae nec fata ſenectae Maluerit, Phrygiis aut degere longius annis.*

847 *Lucem caperet*] *Numen* multi veteres. at prim. Gronou. prim. Erfurt. et quinque alii *lumen.* recte.

848 *Emiſitque ſimul: ſimul vocat altius illa*] *Luna volat altius* Polit. Vrbin. prim. Vatic. quart. Medic. prim. Hamburg. decem alii. Sed nondum integer eſt locus. Scribe cum Bernegg. Thuan. et aliis nonnullis *Emiſitque ſinu. Luna volat altius illa.* Vetuſtum adulationis genus. ſic Conon Mathematicus Ptolemaeo gratificatus Ἀμύδευς quoſdam ἀστέρας in leonis partibus comam Berenices vocauit. ſic diuus Hadrianus, cum

Digitized by Google

post obitum Antinoi delicati sui sidus quoddam obseruasset hactenus incognitum, credi voluit hanc esse Antinoi in caelum recepti animam.

854 *Vnaque in parte*] *Hac parte* quatuor. vnus Voss. *et in una parte.* non male.

855 *Sic magnis*] *Magnus* Bernegger. Thuan. prim. Reg. vterque Erfurt. prim. Moret. aliique multi cum prim. Vatic. Oxon. et prim. Gronou. at prim. Palat. *sic magni cecidit.* Lege *magnis cedit.*

860 *Terra sub Augusto*] *Sub Augusto est* plerique veteres. Lege *est.* vt vitetur τοῦ *est* concursus ingratus.

868 *Et nostro serior aeuo*] *Tardior* prim. Vatic. tert. quart. Medic. Oxon. alii quatuor. Forte —— *sit nostro tardior aeuo.*

NIC

Digitized by Google

NIC. HEINSII

COMMENTARIVS

IN OVIDII

FASTORVM

LIBROS SEX

Digitized by Google

Digitized by Google

NIC. HEINSII COMMENTARIVS IN OVIDII FASTORVM LIBROS SEX

LIBER PRIMVS

Officioque] *Officiique* Fuluſi Vrſini liber omnium veterrimus et optimus, literis Longobardicis ſeu Saxonicis exaratus, qui in Vaticana exſtat bibliotheca, alii etiam nonnulli ex melioribus. recte.

5 *Leuem*] *Breuem* vnus Farneſianus, male. inf. lib. VI. 56 *Nec leuior quouis eſt tibi menſis honor.*

6 *Huic tibi deuoto numine dexter ades*] Idem codex Vrſini cum tribus aliis *En tibi deuoto munere dexter ades.* quod et in ſuis Naugerius inuenerat. nonnulli *Huic tibi deuoto munere.* Opinor caſtigandum eſſe *In tibi deuoto munere,* ſic infra v. 64 *Inque meo primus carmine Ianus adeſt.* Vulgata lectione ſenſum commodum non habet, niſi reponis *Huic mihi deuoto numine,* ſed praeſtat altera ſcriptura. *munera* vocat ſimili modo hoc ipſum opus lib. II. 17 *Ergo ades, et paulum placido mea munera vultu Reſpice.*

11 *Pictos faſtos*] *Feſtos faſtus* idem Vrſini codex et duo aut tres praeterea. *faſtus* pro *faſtos* etiam apud Horatium, Lucanum, alios, inuenies. de quo Notis ad Claudianum I in Eutr. 475 et IIII Conſ. Hon. 155. Lucani quidem potiſſimum illud: *Nec meus Eudoxi vincetur faſtibus annus.* quod Seruius tamen ad lib. III Aen. 326 tanquam errorem in Lucano notat. Horatius lib. II Epiſt. I, 48 *Qui redit ad faſtos et virtutem aeſtimat annis.* vbi libri veterrimi *faſtus* quoque. et III Od, XVII. 4 *Per memores genus omne faſtus,* in optimo codice. Notauit certe Priſcianus quoque iam ſuo tempore Horatiana illa loca varie fuiſſe lecta libro ſexto, vbi ille plura ad rem. vid. Noſter lib. VI. 59 *Inſpice quos habeant nemoralis Aricia faſtus.* ita codex inter Mediceos primae vetuſtatis. et hoc ipſo libro infra cum vno Farneſiano v. 657 *Ter quater euolui ſignantes tempora faſtus.* ſic et Columel. lib. VIIII. 14 *Verum in hac ruris diſciplina ſequor nunc Eudoxi et Mathonis antiquorumque faſtus aſtrologorum, qui ſunt aptati publicis ſacrificiis.* Varro in Ephemer. apud Priſcian. lib. VI p. 711

Digitized by Google

Postea honoris virtutum caussa Iulii Caesaris, qui fastus correxit, mensis Iulius appellatus est, vid. Barth. ad Claudian. Epist. IIII. 15.

13 *Aras*] Scaliger *aram* coniiciebat, et illustrabat loco libri IIII Pont. El. VIII *Hac certe nulla est notior ara tibi*. quod non probo, quanquam enim aram Paci ab Augusto dedicatam potissimum videatur respicere, tamen vt videatur augere, plurali numero maluit efferri, ita *aras* pro *ara* dixit lib. VI. 403. vbi intelligit aram Saturni in Curtio lacu, vt ex P. Victore patet. sed *Caesaris aras* dici possunt, quas ille diis dedicauit et exstruxit. vid. Germanicum Caesarem Arateis v. 16 et illic *τὸν πάνυ* Grotium, et Scalig. ad Manil. I. 15.

17 *In carmina*] *In carmine* Arondelianus, Bernensis et duo alii. et ita saepe, vid. I Amor. III. 19 et XIIII Met. 20. *Dederisque* etiam aliqui, metuentes scilicet, ne in legem Pediam incurrerent. sed iam Marsus *dederis* asseruit.

32 *Quo tueatur habet*] Venuste vnus Mediceus *habe*. vt inf. IIII. 20 *Caesar, in Aprili, quo tenearis, habes*.

37 *Haec igitur*] *Hoc* multi scripti et editi nonnulli. rectius, vt vitetur ambiguitas.

44 *Praeposuitque duos*] Falsum, vt et alii iam viderunt. vitimus enim anni mensis Februarius ex intercalatione Numae, quare refinxerunt *addidit ille duos*. et sic tres nostri. quomodo in Chronico Eusebiano: *Nunc Pompilius duos menses anno addidit, Ianuarium et Februarium*. et Auctor de Viris Illustr. in Numa: *Annum in XII menses distribuit, additis Ianuario et Februario*. et inf. II. 49. Sed rectius duo Farnesiani, vnus Medic. et Gottorph. *appositque*. neque aliter Glossae Rumphianae. vide Notas ad Epist. VIIII. 60. Macrobius tamen Saturnalium primo cap. XII *Quintilis a numero vocatus, nihilominus post praepositos a Numa Ianuarium et Februarium retinuit nomen*.

46 *Officium idem*] *Officii idem* veterrimus Patauinus, primus Mediceus et quinque aut sex alii. rectius. Infra lib. II. 334 *Spem capit in dominis esse soporis idem*. sic *idem virium, idem aetatis* Tacito. *idem iuris* Lucano.

47 *Ille nefastus erit, per quem tria verba silentur; Festus erit, per quem lege licebit agi*] Suetonii illis similia etiam apud Macrobium habes in Saturnalibus libro I. 16. Si quid A. Gellio credimus, Ouidius ex vulgi sententia sit locutus. Is Noctium Atticarum libro IIII. 9 *Religiosi dies dicuntur tristi omine infames impeditique, in quibus et res diuinas facere, et rem quampiam nouam exordiri temperandum est. quos multitudo imperitorum prauae et perperam nefastos vocant*, idem denuo libro V. 17 id ipsum inculcat, vt mox videbimus. *Nefasti* tamen et Varroni de L. L. et Festo dicuntur. Nec aliter praeter Nasonem Horatius Ode XIII libri II *Ille et nefasto te posuit die*.

55 *In-*

Digitized by Google

55 *Iunonis cura*] Malim, si per libros liceat, *Iunonia. sic Ianus Iunonius in sacris dictus, quasi non tantum mensis Ianuarii, sed caeterorum quoque mensium ingressus tenens. In ditione autem Iunonis sunt Kalendae* Macrobius Saturnal. primo cap. VIIII. Noster lib. secundo Tristium v. 291 *Proxima adoranti Iunonia templa subibit Pellicibus multis hanc doluisse deam.* ita libri veteres. Fast. VI. 61 *Mensis Iunonius.* et v. 63 *Iuntonale tempus. Iunonia sacra* Amor. lib. III El. XIII. *Iunonia Iris* Met. XIIII. 85. *Castor Iunonius* de Argo I Met. 678. et *Ales Iunonia* in Amoribus. et *Volucris Iunonia* Medicamin. Faciei. *Iunonia ira* Epistol. XIIII. 85. *Iunonia Samos* Met. VIII. 220. Met. XI. 578 *Ante tamen cunctos Iunonia templa colebat.* quomodo et illic scribendum censeo. vt et Fast. III. 247 *Illic a nuribus Iunonia templa Latinis Hac sunt, si memini, publica facta die.* nam libri veteres magno numero *Iunonis.* vulgati *Iunoni.* Statius in Siluis *Iunonia arua.* et Theb. I. 383 — *celsae Iunonia templa Prosymnae Laeuus habet. Iunonius anguis* apud Silium lib. VI. *Iunonia Virgo* apud eundem Statium in pietate Abasc. Sic et *turbam Dianiam* canes vocat infra V Fast. 141.

59 *Idibus alba Ioui*] *Illa* Farnesianus. Forte *icta.* vt Met. XV. 735 *Ictaque coniectos incalfacit hostia cultros.* et IIII Trist. *Victima Tarpeios inficit icta focos.*

56 *Cadit*] *Cadet* Vrsini et quatuor alii ex melioribus.

58 *Proximus ater erit*] A. Gellius libro V. 17 *Verrius Flaccus in quarto de Verborum Significatione dies, qui sunt postridie Kalendas, Nonas, Idus, quos vulgus imperite Nefastos dicit, propter hanc causam dictos habitosque atros scribit.* Caulas deinde subiungit ex eodem Verrio, exercitum Romanum ad Alliam postridie Idus fuisse caesum: quotiesque belli gerendi gratia postridie Kalendas, Nonas, Idus res diuina a magistratu populi Romani facta sit, deinceps praelio rempublicam male gestam esse, proinde Pontifices decreuisse, nullum his diebus sacrificium rite futurum. Idem Gellius ante diem quartum Kalendas, Nonas, Idus nonnullis inominatum habitum tradit. quae compilavit, vt solet, Macrobius Saturnalium primo cap. XVI. Plura annotamus libro VI. 283.

61 *Haec tibi dicta*] *Mibi* plerique veteres, pro *a me.* Sequenti versu *condere* Vrsini liber. duo alii *findere.*

64 *Inque meo primum*] Meliores *primus.* infra pari modo veteres libri v. 172 *Iane, tibi primo tura merumque fero.* non *primum.*

68 *Otia pontus habet*] *Agit* septem veteres. quod praefero. sic lib. II. 724 *Luditur in castris: otia miles agit.* et lib. IIII sub finem v. 926 *Nil opus est istis, otia mundus agit.* Virgil. III Georg. 376 — *secura sub alta Otia agunt terra.* Claudianus praef. II de Raptu *Otia sopitis ageret cum cantibus Orpheus.* Sic *pacem agere* Auson. Precatione in consulatum suum: *pacem mundus agat.* et parent. Carm. XVIII. XVIIII. Caesar tamen Germanicus Fragm. Progn. *Pacem mundus habet.* et contra *bellum agere.* de quibus ad II Trist. 230.

Digitized by Google

74 *Liuida turba*] *Lingua* meliores. Sic Martial. lib. VII Ep. XXIIII *Cum Iuuenale meo quae me committere tentas, Quid non audebis perfida lingua doli?* quomodo corrigo. nam *audebis loqui*, quod in vulgatis est, vehementer friget. Aberrans librarii manus *lodi* pro *doli* scripserat. hinc natum postea *loqui*. Petronius cap. CXXXII *Sermonis puri non tristis gratia vides, Quodque facis populus candida lingua refert.*

76 *Et sonet accensis spica Cilissa focis*] De croco agi iam interpretes viderunt. recte autem *sonet*, quod optimi croci indicium. *Cilicium* dicitur ex monte Coryco. de Croco Plinius lib. XXI. 6 *Probatio sinceri, si imposita manu crepitet, veluti fragile.* per *spicam* capillamenta et fila croci intelliguntur, quod a Salmas. ad Solin. p. 749 iam est obseruatum. hinc frequenter ξανθότριχα κρόκου dicunt. Glossae medicae ξανθότριχα, τὸν κρόκον. nec aliter capiendum illud Propertii IIII. 6. 74 *Et lauet accensas spica Cilissa comas.* sic *spica Indica*, pro nardo. et *spica nardi*, pro folio. *Nardi leuis aristae* Nostro Metam. XV. et *Nardi pubentis aristae* in carm. Lactantii de Phoenice.

77 *Templorum verberat aurum*] *Verberet* Farnes. et Vatican. et tunc seq. versu lege *spargat*. vbi *sparget* Farnes. *surgit* quinque libri. *tendit* Vossii.

87 *Salue festa dies*] Vetustiores libri *Laeta*. Apologetico Tertulliani cap. XXXV *Cur die laeto non Laureis postes obumbramus?* Auctor Octauiae — *sed mouent laeto die Pulsata palmis pectora et fusae comae.*

92 *Sitque quod a tergo, fitque quod ante*] *Idque quod a tergo est, idque* alii, sed peioris notae. Scribe *Fitque quod a tergo, fitque quod ante, vides.* infra lib. V. 123 *Stulta, videt Ianus, quae post sua terga geruntur.* huc refer Persianum illud Sat. I. 58 *O Iane, a tergo quem nulla cicoria pinsit.* Macrobius Saturnalium libro primo cap. VII *Post ad Ianum solum regnum redactum est, qui creditur geminam faciem praetulisse, aut quae ante, quaeque post tergum essent, intueretur. quod procul dubio ad prudentiam regis sollertiamque referendum est.*

97 *Extimui*] Codices meliores *obstupui*.

102 *Et voces concipe mente meas*] In Hamburgensi erat *vires percipe mente meas*. non male. vt mox *officium meum* v. 116. et v. 116 *vis mea narrata est.*

106 *Ignis, aqua et tellus*] *Aquae, tellus* rectius Petauii codex et tres alii. quidam *aqua, tellus.*

109 *Caelum flamma petit*] *Altum* scripti plerique. nisi quod Vrsini liber et Petauii veterrimus cum decem aliis *Flamma petit altum*. contracte pro *petiit*. Auctor Octauiae 420 — *tecta defendit suis Aliena telis, aut petIt praedae imminens.* Noster lib. VIII Met. 341 *Longius It. auctor teli Pagasaeus Iason.* Ennius Annal. lib. XVII *It eques, et plausu caua concutit vngula terram.* Statius Theb. X. 317 *Fractumque perit in sanguine murmur.* Sulpitia Sat. *Ast vbi pax secura redit. oblita fauorum*

Plebs

Digitized by Google

Plebs materque vna somno moriuntur obeso. Statius IIII Silu. III. 131 *Quo non dignior has sublt habenas.* Elegia in obitum Drusi 239 *Auctor ablt operis, sed tamen extat opus.* Iuuenalis VI. 554 *Magnus ciuis oblt et formidatus Otboni.* sic *redI*, pro *redii* apud Claudianum, et saepe apud Statium, et *petI* pro *petii. adI* pro *adii* apud Val. Flaccum. et similia. *Alum* pro caelo apud Claudian. lib. I Rapt. 249 de hac eadem re: — *quicquid leue fertur in altum, In medium grauiora ruunt.* Virgil. Georg. II. 210 *Illae altum nidis petiere relictis.* Aen. VIIII. 563 *Qualis vbi aut leporem, aut candenti corpore cygnum Sustulit alta petens pedibus Iouis armiger vncis.* Georg. I. 141 *Atque alius latum funda iam verberat amnem Alta petens.* Noster ipse Met. XV. 243 *Alta petunt aër, atque aëre purior ignis.* Seneca Oedipo 891 *Cnossium regem timens, Alta dum demens petit Artibus fisus nouis*, de Daedalo. vbi nolim reponi *Astra dum demens petit.* Stat. XI Theb. 46 *Trux moeret ab alto.* vbi *ab astris* alii. Valerius Flaccus lib. IIII. 504 — *primum pauidae Phineia tecta Peruolitant, mox alta petunt.* Boëtius lib. IIII Conf. Philos. vbi de elementis: *pendulus ignis surgit in altum.* Sequenti versu pro *loco* libri omnes meliores magno numero *solo.* et recte. nam *solum* vniuscuiusque rei fundamentum. sic nauium solum est aqua, stellarum caelum, maris ac terrae aër. Noster Met. I. 73 *Astra tenent caeleste solum*, pro caelo. *loco* tamen in re simili dixit Martianus Capella libro VI *Tellus, quo rapidum consistens suspicit orbem, Puncti instar medio sederat ima loco.* ita mendosissimi versus scribendi. nisi et illic *solo* placet reponi. vulgo *Tellus, quae rapidum consistens suscipit orbem, Puncti instar medio haesernt vna loco. Solum aedificii* Columella dixit libro I. 5 *Quantoque fuerit solum aedificii pronius orienti.* quo loco non est audiendus Fuluius Vrsinus, vir de omni antiquitate meritus quam optime, dum reponit *soli aedificium.* Cicero tamen V Tusc. Quaest. XXIIII *Terra et quibus librata ponderibus: quibus cauernis maria sustineat, in qua omnia delata grauitate medium mundi locum semper expetant.* et lib. I. 17 *Terra et mare in medium mundi locum grauitate ferantur.* et mox: *Globulum terrae eminentem e mari fixum in medio mundi vniuersi loco.*

113 *Quoniam nota parua figura est*] Libri plerique *est* non agnoscunt. Recte autem codex Vrsini, Gottorph. et vnus Vaticanus *quandam.* ne dubita. Vossianus *nota prima*, etiam non male.

122 *Libera perpetuas*] *Per tutas vias* vetustiores plerique, tres *per totas.* sed vulgatae lectioni controuersia haud est movenda. sic *ambulare maria* dixit Cicero lib. II de Finibus: *Cum Xerxes Hellespontо iuncto Athoque perfossa maria ambulauisset, terram nauigasset. ambulare* etiam de nauibus dixit Cato apud Gell. X. 26 *Mare aut amnis, qua naues ambulant.* locus autem Catonis est cap. I de R. R. Ennius: *Inde parumper caerula nauibus ambulant.* Pari modo *ire maria* et *currere maria* dicebant. Quare non est vt possim accedere Quintiliano, caetera grauissimo scriptori, qui lib. I Inst. Orat. *Ambulare viam* soloecismis accenset

Digitized by Google

cenſet. Lampridius Heliogabalo: *Strauit et triclinia de roſis et lectos et porticus*; *ac ſic eo deambulauit*. quomodo duo codices Medicei. idque in ſuis Salmaſius etiam inuenit. *Vadere* etiam quarto caſui iunxit Apulei. quomodo *ire* et *currere* alii veteres. lib. II Metam. *Sed dum primam plateam vadimus*. ita *currere viam* Propert. I. 2. 12. et Virgil. V Aen. 562 *curret iter tutum*, et Auien. Progn. p. 111 ed. Scal. de Sole *curſere deuexa*, ita *feſtinare vias* Stat. II Theb. 478.

126 *Et redit officio Iupiter itque meo*] *Et redit officio Iupiter ipſe* ſcripti plerique. Nimirum vera lectio eſt *It, redit officio Iupiter ipſe meo*, quam Voſſianus et ſeptem alii agnoſcunt. Statius Silu. lib. I. 2. 34 — *licet expoſitum per limen aperto Ire, redire gradu.* Auctor Elegiae in obitum Maecenatis: *Inreligata ratis nunquam laſſata carina It, redit in vaſtos ſemper inane lacus.* vbi legendum *nunquam laſſata rapina.* de Charontis cymba agitur. vſitatius tamen *Itque reditque.* quod apud Virgilium, Silium, Statium, Valer. Flaccum, alios occurrit. etiam apud Noſtrum Triſt. V Eleg. VII. Videtur autem alluſiſſe Naſo ad etymon nominis, cum Cicero *Ianum* ab eundo *Eanum* appellet.

130 *Cluſius ore vocor*] Ita vetuſtipres. Apud Macrobium Saturnal. lib. I. 9 *Clauſius* bis dicitur. quomodo et hic multi codices. Sed duo veterrima exemplaria Macrobii, alterum Thuaneum, Neapolitanum alterum, *Cluſuius* illic agnoſcunt. quod et poſtremas eius editiones iam occupaſſe video. Neque aliter eum Seruius Danielis nominat ad ſextum Aeneidos v. 610. vbi tamen *Patulcus* perperam appellatur. Quare parum abeſt, quin opiner *Cluſuium* ab Ouidio dictum contracte. vt *Veſuius* pro *Veſuuio* et ſimilia.

139 *Proſpicio*] Meliores *Perſpicio*.

141 *Ora vides Hecates in tres tendentia partes*] *Vergentia* libri meliores praeter Petauianum, de quo Pont. I Eleg. VIIII. 54. Poteſt tamen *vertentia ora* pro *verſis* dixiſſe, ſic Priſcianus Periegeſi: *Marmaridae poſt hos Aegypti ad flumina vertunt.* ſic *mutare* pro *mutari*, *vibrare* pro *vibrari*, et ſimilia, de quibus Grammaticorum filii copioſe. Auienus Phaenomenis: *Rurſus ſi viſum decliui tramite vergas.* Apuleius Met. VIIII *At ego ſine vlla mora progreſſus etiam obuio gradu ſatis ſitiensque, prouius et totum caput inuergens ſalutares vere equidem illas aquas hauriebam.* quae vera illic loci ſcriptura eſt. quomodo et poſtea ſcribendum opinor: *quales illi muli vel tantherii debiles, qui circa praeſepium capita deuerſi contruncabant culmos palearum.* qui locus in vulgatis libris non vno naeuo aſperſus eſt.

146 *Paſtus erat*] *Faſſus* praefero cum melioribus, ſic lib. II Triſt. 525 *Vultu faſſus Telamonius iram.* atque ita ſaepe Noſter lib. I Art. Am. 573 *Atque oculos oculis ſpectare faſſentibus ignem.* Epiſt. XI. 35 *Eruhui, gremioque pudor deiecit ocellos: Haec ſatis in tacita ſigna faſſentis erant.*

153 *Operi-*

Digitized by Google

153 *Operitur frondibus arbor*] *Amicitur vitibus* Vrſini, Mazarinianus et ſeptem alii. quatuor *amicitur frondibus*. etiam non male. Pont. III Eleg. VIII *Non hic pampineis amicitur vitibus vlmus*. Met. X. 100 *Et amictae vitibus vlmi*. ita in re ſimili *pampineum* quoque *amictum* Virgilius dixit in Culice. Horat. lib. I Sat. XVI *Pomiſque et pratis et amicta vitibus vlmo*. Corippus Africanus libro IIII —— *cecidere ſecuri Antiquae quercus et amictae vitibus vlmi*. Propertius lib. III Eleg. XIII *Et portare ſuis veſtitas frondibus vuas*. Florus libro primo cap. XVI *Hic amicti vitibus montes, Gaurus, Falernus, Maſſicus*. vbi male Iordanes *amici*, quanquam Horatio dictus *amicus vitibus Aulon*. *veſtiri vlmos vitibus* Columella dixit libro V. 6. et lib. III. 4 *Agrum vitibus veſtire*. Orientius Commonitorio: *Campus meſſe viret, veſtitur palmite collis, Arbore diuerſa mitia poma metis*. vbi *poma legis* malim. vide quae notamus Remedio Amorum v. 195. Idem Orientius: *Quae ſtabat moerens decuſſo palmite vitis Veſtitur foliis, frondibus induitur. Arbos* etiam quinque meliores cum prima editione.

158 *Et luteum celſa ſub trabe figit opus*] Quidam *nectit*. quomodo Amor. I Eleg. XIIII *Cum leue deſerta ſub trabe nectit opus*. ſed illic de tela aranearum agitur. Petauianus et multi alii *fingit*. quod impenſe arridet. Lutea enim opera proprie *fingi* dicuntur. hinc *figuli* et *figulina*. quo alludunt illa veteris poëtae de Virgilio: —— *figuli ſoboles nouâ carmina finxit*. Similiter et cerea opera. appoſite et apptime ad rem Varro τυφῶ Μενίππου: *vt hirundines ſingulis oblitis luto tegulas fingebant*, apud Non. in *fingere*. vbi opinor ſcribendum *Vt hirundines tignis* (vel *tigillis*) *oblitis luto*. Plinius lib. XI. 22 de bombycibus: *Nidos luto fingunt, ſalis ſpecie lapidi applicatos*. Apud Virgilium apes *Daedala fingere tecta* dicuntur lib. IIII Georg. 179. et ibidem de iisdem v. 202 *Sufficiunt aulaſque et cerea tecta refingunt*. male Salmaſius *refigunt*. Cicero Officiis. lib. I. 44 *Apum examina non fingendorum fauorum cauſa congreganter: ſed cum congregabilia natura ſint, fingunt fauos*. Poteſt tamen et vulgata ſcriptura ferri. Vetus Poëta apud Seruium in Centimetro: *Sonat alta trabe fixus tibi nidus*.

159 *Tum patitur cultus ager*] Non agnoſco hic numeros Ouidianos. Forte ſcribendum *Tunc cultum patietur ager renouatus aratro*.

165 *Poſtea mirabar*] Lege *ſciebar*. ſic lib. IIII. 191 *Da deas quas ſciter, doctas Cybeleia nopten*. ita enim et illic eſt ſcribendum.

169 *Artes ob idem delibat agenda*] *Ibidem* multi ex ſcriptis. alii *obid*, *obide*, *inibi*, et ſimilia. Lego *obit et delibat agendo*. *Obire ſuas artes*, quomodo *obire ſuas res* et *munia ſua* Ciceroni. *munia obire* Apuleio Met. VII. *obire clandeſtinos coitus* Met. VIII. *obire officium* Martiali lib. I Ep. XC. *obire balnea* apud Apuleium Met. VIII. *obire execrandas foeditates* ibidem. *obire conſuetum laborem* libro VIIII. et *diſcurſus alacres obire, ciuita-*

tes,

Digitized by Google

ses, amplexus, saepe. *epulas, concubitus, praelia. comes obiit virginem* libro X. Nisi malis *obiter delibat*. quod non minus arridet.

172 *Iane, tibi primum*] *Primo* meliores.

174 *Ad quoscunque voles, inquit*] *Ad quoscunque velim proiusus* venuste liber Fuluii Vrsini. vt τὸ *inquit* subintelligatur, quo modo alibi saepe. et sane *inquis* mox denuo sequitur. Mazarinianus etiam *velis*.

177 *Quem dextra tenebat*] *Gerebat* potiores scripti. supra habuimus: *Ille tenens dextra baculum, clauemque finistra*. Puto tamen scribendum *baculum, quod dextra gerebat*. adi Notas Met. II. 682.

179 *Ad primam vocem timidas aduertimus aures*] *Timidas aduertitis aures* scripti nostri fere omnes. malim *aduerteris*, vel *aduertimur*. nam *aduertimus* in nonnullis exstat codicibus. sic contra *auerti* et *deuerti* dicebant. de quo Amor. lib. II Eleg. VI. *Surda miseros auertitur aure* Boëtius Consolatione Philosophiae. Stat. Theb. VI —— *oppositas impasta auertitur herbas*. Paulinus Paraphr. Psalm CXXXVI *Indignas sacra vox auertitur aures*. Sarisberiensis lib. I. 13 de Nugis Curialium citat: *Audita voces timida perpendimus aure*.

183 *Desierat Ianus*] *Desierat paucis* Mazarinianus. elegantes meherculęs. hoc est, pauca locutus.

185 *Rugosaque carica*] Ficus siccata ac proinde rugosa. Caricae, ἰσχάδες. sic et *passae vuae rugosae*. apud Claudianum: *Aruerat passa facies rugosior vua*. Caricas Syriae proprias facit Plinius libro XIII. 5. idem libro XV inter Caricas et Cauneas distinguit, quas Cicero libro II de Diuinatione confundit. atqui *Caricae* a Caria dictae, vt Cauneae a Cauno, quod oppidum Cariae quis nescit?

186 *Et data sub niueo condita mella cado*] Lege cum Vossiano, Arondeliano et aliis nonnullis *sub niueo candida mella fauo*. lib. VIII. Met. 679 *Candidus in medio fauus est*. λιπαρὸν λευκὸν Hesiodo etiam in Theogonia. Nam *rubrum cadum* Martialis melli adsignat lib. I Ep. IIII *Flauoque ite rubro promere mella cado*. et Noster *flauos fauos* dixit IIII. 746. *aurea mella* IIII. 546. *candida mella* etiam dixit lib. III. 762. *Iure repertori candida mella damus*. sic codices veterrimi, non *splendida*. Codex tamen Pomponii Laeti *liquida mella*. quomodo et hic vnus Vaticanus pro diuersa lectione. Ita Virgilius non semel. sed prima semper correpta syllaba, quomodo et Noster alibi. *liquentia mella* Maroni quoque dicta, et Sereno Sammonico et Calpurnio, et *expressis mella liquata fauis* Nostro infra lib. IIII. Sed hoc loco *candida mella* admittimus.

192 *Putas*] *Putes* Vrsini liber et quinque alii: rectius.

202 *Inque Iouis dextra*] Ita veteres omnes. sed scribendum *Inque dei dextra*, cuius alterum illud *Iouis* est glossema. videtur hunc locum aemulatus Iuuenalis Sat. XI hisce versibus: *Haec rebus Latiis eram praestare solebat Fictilibus, et nullo violatus Iuppiter*

Digitized by Google

Iuppiter auro. vbi Scholiastes: *cum nondum auro tecta esset, sed fictilis tota Iouis compago.* vide et de Iouis fictili fulmine Plin. XXXV. 12.

207 *Posito modo Praetor aratro*] Turbant scripti codices, nec sibi constant. Vrsini codex et sex alii *consul aratro.* at optimus Ambrosianus *missus modo consul.* Vossianus cum Arondeliano et aliis sex *misso modo consul aratro.* Sed Vrsini codicem sequor. Noster infra lib. III. 781 *Et caperet fasces a curuo consul aratro.* Val. Maximus lib. IIII. 4 *Illi etiam praediuites, qui ab aratro arcessebantur, vt consules fierent.*

210 *Summo vertice Roma deos*] *Summos deos* meliores libri. vide infra v. 308. Et mox pro *plura petunt* Vrsini codex, Voss. Arund. et tres alii probae notae *volunt.* Barth. ad Claudian. in Rufin. 188 emendat: *Vt, quo possideant pluria, plura petunt.* quo in conatu nec me, nec libros veteres consentientes habet.

217 *Dat census honores*] *Dant* Arundelianus. vt constructio sit, census honores, census amicitias dant. eam vim habet repetita vox τοῦ *census.* Sed vide notas nostras Remed. Am. 164.

219 *Si sit stipis*] *Cur sit stipis* vetustae editiones et scripti nonnulli. Puto *si cur stipis vtile quaeris.* Nondum enim id quaesierat Naso, sed quaestionem Ianus praeuenit.

222 *Victaque concessit*] *Concedit* Vrsinus, optimus Ambros. Voss. Arond. et duo alii. Mox iidem cum aliis nonnullis *maiestas ista*, non *ipsa.* atque ita Naugeriani quoque.

228 *Clauigerum verbis*] *Dictis* optimus Ambros. et vnus Moreti. Macrobius autem testis est, non clauem et virgam Iano solum esse gestatas, sed exstitisse et statuas eius, quae vna manu numerum CCC, altera LXV, exhiberent, quot dies videlicet annum conficiant.

230 *Altera signata est*] Ita scripti. malim nihilominus *in aere altera signato.*

232 *Extenuasset opus*] Meliores *extenuaret.*

233 *Venit in amnem*] *Ad amnem* Lactantius citat libro primo cap. XII de Falsa Religione. vbi totam hanc de Iani aduentu et nauigio historiam operose persecutus est.

236 *A Ioue pulsus*] *Ab Ioue* meliores. infra lib. II *ab Ioue crimen habet.* et III *Saturnus regnis ab Ioue pulsus erat.* Met. lib. III *Ab Ioue mersa sue.* lib. XIII *ab Ioue tertius Aiax.* lib. VIIII *ab Ioue Musa parens.* et sic passim tam apud Nasonem quam alios scriptores veterrimi codices.

239 *Puppim formauit in aere*] *Seruauit* Vrsini liber, optimus Ambros. Mazarin. et tres Farnesiani. quod et Naugerius ex suo expressit. Lactantius tamen libro primo de Falsa Religione cap. XII alteram lectionem praefert. sed perperam. nam Macrobius Saturnal. libro primo cap. VII verbis diserte asseuerat, non a Iani posteris, sed ab ipso Iano aes id fuisse percussum. ita enim ille de Iano: *Seruauit et, in hoc Saturni reuerentiam, vt quoniam ille naui fuerat aduectus, ex vna quidem parte sui capitis effigies,*

ex

Digitized by Google

ex altera vero nauis exprimeretur, quo Saturni memoriam in posteros propagaret. Subiungit mox idem Macrobius, inde promanasse ritum antiquum ad sua propagatum tempora, vt pueri, in lusu aleae denarios in sublime iactantes, *capita aut nauim*, lusu teste vetustatis exclament.

243 *Tunc ardua silua virebat*] *Incaedua silua* legendum cum Naugeriano, Vrsini et Ambros. bibliothecae optimo ac quinque aliis. infra lib. II. 435 *Monte sub Esquilio multis incaeduus annis Iunonis magnae numine lucus erat.* Amor. III El. I *Stat vetus et multos incaedua silua per annos.* Statius Theb. VI. 90 *Sternitur extemplo veteres incaedua ferro Silua comas.* Quidam libri *incidua* scribunt. quomodo hostiae *praecidaneae* et *succidaneae* dicuntur, pro *praecaedaneae* et *succaedaneae*. qua de re A. Gell. IIII. 6.

244 *Bobus erant*] *Bubus erat* meliores.

245 *Quam vulgus*] *Quem* cum melioribus legendum. nempe collem. Multi veteres *Ara mea est colli*, vel *collis*. Arundelianus *Ara mea colli erat*. alii *Arx in ea est collis*. vel *Arx in ea est colli*. exaratum nempe fuerat *Arx mea collis est*. Repone *Arx mea collis is est, quem erat* minus opportune hic repetitur, cum praecesserit paulo ante. iam millies diximus, et alii frequenter ante nos, repetitionem eiusdem syllabae neglectam a librariis, crassissimis saepe erroribus, optimos auctores aspersisse. Pro *vulgus* scribendum *vulgo* opinor. sed duo Farnesiani optimae notae cum Erfurtano *cultrix*. sc. aetas. quod amplector. De hac arce Virgilius lib. VIII. 357 *Hanc Ianus pater, hanc Saturnus condidit arcem. Ianiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen.* ita vetustissimi codices, etiam Mediceus ille. vid. Liu. I. 33. Arx haec dicta Antipolis.

247 *Tunc ego regnabam*] Per Italiam nempe. nec tamen solus, si quid Macrobio credimus, qui Saturnal. libro primo cap. VII ex Protarcho Tralliano et Hygino refert, consortem Iano regni huius fuisse Cameslen indigenam, atque ita conuenisse inter vtrumque, vt regio Camesene, oppidum Ianiculum vocitaretur. plura idem Macrobius illic ad rem. qui et addit sublato e viuis Camese, post et Saturnum peregre aduectum a Iano in consortia regni fuisse adscitum. Huic quoque deinceps mortuo eum ab eodem Iano honorem delatum, vt Decembrem mensem haberet sacrum, quo Saturnalia esse instituta, vt Saturnalium festum a Iano oriundum Romana ciuitate sit vetustius, et a Graecis traxerit originem, apud quos ferui dominique Chroniis epulabantur vna, quod ex Annalibus Accii idem Macrobius ibidem demonstrat.

248 *Mixta locis*] *Iuncta iocis* Marcil. ad Hor. Art. Poët. 319. male. inf. 299.

255 *Tunc sic ego nostra resolui*] *Resolue* septem ex praestantioribus. *tunc sic nostra ora resolue* tres Farnesiani ex optimis et Arundelianus. placet. nisi malis *sic ora ego nostra resolue*.

257 *Cui*

Digitized by Google

257 *Cur sic sacratus in vno es?*] Editiones nonnullae cum quibusdam scriptis *cur sic sacratus in vno es.* Lege *cur, dic, sacratus in vno es?*

259 *Ille manu mulcens propexam ad pectora barbam*] Forte scribendum *in pectora.* vt est in vno Mediceo. ita Silius lib. XIII. 310 —— *propexis in pectora barbis.* Statius II Theb. 97 dixit: *propexaque mento Canities.* vid. ad III Amor. I. 7.

260 *Oebalii Tati!*] Vossianus pro diuersa lectione *Titi.* optime, ne Tatii nomen inconcinne repetatur: a Tito, quod Tatio praenomen, Titii et Titienses, de quibus lib. III. 131 agemus. Seruius ad lib. VII Virg. 710 *Priscique Quirites, id est Sabini. prisci autem ideo, quia post foedus Titi et Romuli placuit, vt quasi vnus de duobus populus fieret.* sic veterrimus codex Leidensis. et Georg. II. 533 *sic fortis Etruria creuit.* vbi Scholiastes ineditus bibliothecae Leidensis: *Eleganter Italiam Etruriae iunxit, quoniam de primo loquitur Romuli imperio, Titum collegam eius intelligi vult.* Propertius lib. IIII Eleg. IIII *Romula ne faciem laederet hasta Titi.* et mox *Dum captiua mei conspicer esse Titi.* sic vtroque loco, saltem posteriori, scribendum censeo. nisi quod *conspicer ora* cum Gronouio reponi placet, pro *esse. Tatii* nomen paulo ante praecesserat, et mox sequitur apud Propertium. Nec male Gottorphianus codex hoc Nasonis loco *Oebalii senis.*

261 *Armillis capta, Sabinos*] Scripti magno numero *armillis Sabinis.* recte. In Amoribus I. 8. 49 *Non fuit armillas tanti pepigisse Sabinas.* at multi codices etiam ex optimis *Sabinos Tatios.* certe *Tatium* in nullo nostrorum comparet, quod editiones tamen nonnullas occupat; idque ex Scaligeri Excerptis fortassis admittendum. Sed vt sententiam meam exprimam, puto *manuplos Tatios* ab Ouidio fuisse scriptum; ac *Sabinos* ex interlineari glossemate huc irrepsisse. sic *Tatii Cures* et *Tatiae praetoria turmae* apud Propertium. Noster lib. II. 134 ex antiquis vndicibus: *Te Tatii paruique Cures Caeninaque senex.*

264 *Per fora*] *Et fora* Vrsini liber et quatuor alii. Voss. et Arundel. *ad fora.* vtrumque vulgatae lectioni praestat.

265 *Contigerant portam*] Primo Petauii et Vrsini liber cum decem aliis *contigerat.* quod confirmat superius *Tatium* legi debere. Pro *Saturnia cuius* Vossianus *custos.* Gottorph. *tuis.* Puto *Saturnia posti Demiserat.* nam *custos* minus arridet, quod Tarpeiam paulo ante custodem portae appellarit. *Appositas* etiam *feras* praefero cum vno Vatic. et Puteaneo. de quo Amor. lib. III Eleg. XIIII. Denique *insidiosa* legendum. quod multi ex melioribus agnoscunt.

268 *Callidus artis opus*] Male *opem* alii. quod mox sequitur. Art. Am. I *Vsus opus mouet hoc.* lib. IIII Fastorum 320 *Sacra Palis iuberant. inde mouetur opus.*

271 *Ante tamen madidis subieci fulfura venis*] *Calidis* Vrsini liber pro diuersa lectione et octo alii. quod et ex vno Ciofanus Vaticano profert. Rutilius Itinet. in hac narratione: *Nempe tibi subitus calidarum gurges aquarum Rupit Turpeias hoste fe-*

Digitized by Google

quente vias. et Seruius ad I Aeneid. 396 in hac narratione *calidam aquam* vocat. ita etiam alii. Sed cum *feruidus humor* mox sequatur, ne bis idem dicat, arbitror *gelidis venis* esse reponendum. *G* enim et *C* cum in veterrimis libris promiscue confundantur, *venae gelidae* in *calidas* nullo negotio degenerare potuerunt. vt et lib. IIII. 146 in nonnullis membranis factum. Noster in hac eadem fabula sub finem lib. XIIII Met. 785 — *Iano loca iuncta tenebant Naïdes, Ausoniae gelido rorantia fonte.* et deinde 794 — *Alpino modo quae certare vigori Audebatis aquae, non cedistis ignibus ipsis.* Sed vide totum locum, vt et illa quae Macrobius huius historiae recenset operose satis lib. I Saturn. 9. Similis omnino diuersitas lectionum in antiquissimis codicibus infra lib. IIII. 144. Fast. II. 166 *In medio gelidae fons erat altus aquae.*

274 *Quae fuerat tuto*] *Quaeque fuit* optimus Ambros.

275 *Ara mihi posita est*] Malim *Ponitur ara mihi.* Pro *Haec adolet* codex Caroli Strozzae *Hanc adolent.* Puto *Hac adolent.*

276 *Cum strue*] Pro *cum strue* duo Vaticani *cum sale*, vt molam salsam intelligat. Possit etiam legi *in strue.* vt libris de Ponto II Eleg. I. 40 *Armaque cum telis in strue mixta suis.*

282 *Numine*] Vrsin. Voss. Arund. *nomine.* vt domum Caesaream intelligat.

286 *Tradiderat domitas iam tibi Rhenus aquas*] *Famulas* libri plerique veteres. Martial. lib. VIIII. 2 *Dum grande famuli nomen adferet Rheni Germanicarum magna lux Kalendarum.* Sic idem *famulas Istri aquas* dixit lib. V Ep. III. Ausonius Mosella: *Te rapidus Gelbis, te marmore clarus Erubrus Festinant famulis quamprimum adlambere lymphis.* Rutilius lib. I. 151 *Ipse triumphali redimitus arundine Tybris Romuleis famulas classibus aptet aquas.* Pari modo *Hydaspes famulus* Claudiano Mallii Cons. 28. et *famulus Ganges* III Cons. Honorii 201. *famulus Orontes* Sidonio Panegyr. Anthemii 93. De *serua aqua*, quod Ciofanus hic profert, nihil ad rem facit. vulgo *domitas.*

287 *Pacisque ministros*] *Ministri* nomen indignum maiestate domus Caesareae. Et sane vetustissimus Vrsini liber *magistros* agnoscit. sed nec illud quidem satis aptum. Quid ergo? Opinor *Scriptum* fuisse *pacisque strem*, pro *pacisque sequestrem*, vel *sequestribus*, absorptis duabus prioribus syllabis in *sequestrum* a cognatis in praecedente *pacisque* voce syllabis. De vno autem Augusto hic agi, sequens versus *Neue suum praesta deserat auctor opus* satis euincit. *Pacis sequester*, quomodo et *auctor Pacis* Nostro Augustus dictus Pont. I Eleg. I. Senec. ad Neronem apud Auctorem Octauiae: *Tu pacis auctor generisque humani arbiter Electus.* Glossae Stephani Μεσίτης *sequester, arbitrator, mediator.* rursus *sequester* Μεσίτης, ἐντρίτος, συνθηκοφύλαξ. Glossae MSS. *sequester* ἐπὶ παῦ ᾧ πολλοὶ ἐπίδικον παραδίδωνται πράγμα. vide Festum in *Sequester.* et Gellium lib. XX cap

Digitized by Google

cap. vlt. Obuia ea vox apud Iurisconsultos. apud Tacitum *Fortuna sequestris* tertio Ann. vt illuc emendat Gruterus, qui videndus Suspic. lib. II. 13. *Pacis* igitur *sequester*, hoc est, medius et arbiter. *Arbitrum* et *sequestrum* Plautus coniunxit Rudente IIII. 3. 65 *Tu istuc hodie non feres, nisi das sequestrum aut arbitrum, cuius haec res arbitratu fiat.* Silius lib. VI. 1347 *At noua Elissaei iurato foedere patres Consultant mandare duci, pacisque sequestrem Mittere.* Statius Theb. VII. 542 — *Vbi tunc fidei pacisque sequestra Mater eras?* Ad quem locum Scholiastes: *Sequester dicitur, qui certantibus medius interuenit, apud quem cuiuscunque certaminis futuri pignora deponuntur. hoc vocabulum ab obsequendo factum est. quod eius, qui electus fuerit, vtraque pars fidem sequatur.* quibus similia habes apud Seruium lib. X Aeneid. 133. Apud Lucanum libro X. 472 *Orator regis pacisque sequester.* hinc Virgilio dicto loco et eidem Statio *pax sequestra* lib. II Theb. 425. et Sidonio Apollinari Panegyrico Maioriani. et ad eorum imitationem Gunthero quoque lib. V Ligurini: — — *vt pace sequestra Iudicis arbitrio sua quisque repositeret aequi.* Frontinus Strateg. lib. IIII. 4 *Naues ordinandae pacis sequestres.* Gunthero Ligurini lib. VII *Vtque reformandae pacis venisse sequestrum Agnouere duces.* Contra *Carnifex rapinarum sequester* Ammiano lib. XIIII. *Pudicitiam periurii sequestrem* Val. Maximus dixit lib. VIIII. 1. Tertullianus libro de Patientia: *Deum iniuriae sequestrem.* Iulius Firmicus Mathes. lib. III. 13 *Sequestres illicitarum artium. Sequester sermonis* Symmachus III. 71. Prudentius Cathemerin. Hymn. X *Nunc suscipe terra fouendum, Gremioque hunc concipe molli. Ominis tibi membra sequestro Generosa et fragmina credo. Mandatorum sequestri* apud Guntherum Ligurini libro VI, quibus mandata perferenda creduntur. Apud Apuleium Metam. VI latrones asinum *mendacem fictae debilitatis et virginalis fugae sequestrum* appellant. et Metam. VIIII *Anus quaedam stupri sequestra et adulterorum internuncia. Sequestrem* et *scuniam* veteres dixisse ex A. Gellio patet lib. XX. 11. *Sequestrem pacis* designavit Horat. lib. II od. XVIIII, cum dixit *Et idem pacis eras mediusque belli. medius* μεσίτης. de quo vocabulo ad Glaudianum abunde egimus. *Mediatorem* posteriori aeuo dixerunt. Maligne igitur et insicite Salmasius de Vsuris cap. XVI parentem meum reprehendit, quod in Andronici loco μεσίτην seu μέσον *medium* verterit, cum Latinius verti non potuerit. qui Latinis *arbitri, sequestres, medii*, hi Graecis μεσίται, μεσίδιοι, καὶ μέσοι. Plura Iuretus ad Symmachum lib. III ep. LXXII. De huiusmodi naeuis ex concursu duarum syllabarum aut vocum cognatarum exortis iam egimus ad Epist. XIIII. 194. Amor. I Eleg. XIII. 1. Sic Epist. XXI. 58 pro *perdere velle velis* legendum monui *perdere dure velis.* Apud Propertium lib. I Eleg. I, vbi nunc inconcinne et frigide legitur *Ibat et hirsutas ille videre feras*, persuasum habeo debere scribi: *Ibat et hirsutas ille ferire feras.* nisi mauis *agitare feras.* et Eleg. III *Illa suis lacrimis vltima cura meis.* cum opiner a manu Propertii esse *lacrimis*

Digitized by Google

crimis vltima meta meis. quomodo Noſter Amor. III. 15. 4 *Raditur haec elegis vltima meta meis.* et ipſe Propertius libro IIII Eleg. 11 *Haec ſpatiis vltima meta meis.* Eleg. VI libri I apud Propertium: *Tu patrui meritas conare anteire ſecures, Et veterā obliciis iurā refer ſociis. ſocios* Cyzicenos interpretantur. ſed cum multi libri veteres *referre ſonis* agnoſcant, puto Propertium reliquiſſe *referre foris.* in foro enim ius dicebatur. Rurſus Elegia VIII *Nam me non vllae poterunt corrumpere formae, Quin ego, vita, tuo limine acerba querar.* ita opinor ſcribendos illos verſus. *corrumpere de te* valde friget. Idem lib. II Eleg. VIt. *Amphiaraëae nil proſunt fata quadrigae, Aut Capanei magno grata ruina Ioui.* Tū *magno* non apparet in veteribus codicibus, quod magnus Scaliger etiam monuit, qui valde verſus iſtos diſtorquet. Scribe *Aut Capanei irato grata ruina Ioui.* libro III Eleg. XVIIII *Haec amor ipſe ſuo conſtringit pignora ſigno. Teſtis ſiderea torta corona deae.* alii de Corona Ariadnea, alii de Luna accipiunt aut Venere. nihil horum. Lege *Teſtis ſiderei tota corona chori.* aſtra deſignat. ſic Tibullus lib. II Eleg. I. *Ludite: iam Nox iungit equos, currumque ſequuntur Matris laſciuo ſiderā fidua choro.* Tibullus libro primo Eleg. I *Nunc leuis eſt tractanda Venus, dum frangere poſſes Non pudet, et rixas inſeruiſſe iuuat.* non eſt plena oratio. Tē *iuuat* etiam poſt tē *pudet* frigide inculcatur. Non dubito ab elegantiſſimo Tibullo ſcriptum *inſeruiſſe ſerae.* eadem elegia paulo ante: *Parua ſeges ſatis eſt: ſatis eſt requieſcere lecto Scilicet, et ſolito membra leuare toro.* Tē *lecto* otioſum et ſuperfluum eſt, cum *toro* ſequatur, quare corrigebam *requieſcere feſſo.* apud Auienum Fab. XXVIII *Ille vbi feruentem labris conſingere teſtam Horruit, algenti rurſus ab ore refert.* ita enim ab Auieni manu eſſe vix dubitamus. nam nunc contra rationem metri illic teſtinxere *ab ore ſufflat.* nimirum *ab ore ferit* exaratum erat antiquitus. Pluta erant huiuſmodi, quibus proferendis nunc ſuperſedebimus, ne nimii ſimus. defungemur tamen in tranſcurſu reſtitutione Statiani loci, quem ex parte ad Epiſt. XIII. 35 caſtigauimus. is exſtat Siluarum libro V. 3. 271 *Si chelyn Odryſiam pigro tranſmiſit Auerno Cāſa minor: ſi Theſſalicis Admetus in oris, Si lux vna retro Phylaceidā rettulit vmbram, Cur nihil exoret genitor chelys aut tua manes, Aut meā?* Tē *Admetus* valde turbat ſenſum. vnde factum, vt verſum excidiſſe primo ſim opinatus. non enim Admetus ab inferis reuerſus. ſi recte perpendas *Theſſalicis in oris*, in duabus prioribus vocibus, inuenies Tē *Alceſtin.* quae vox a cognatis duabus proximis extrita fuit. Scribe igitur: —— *ſi Theſſalicās Alceſtin in oras, Si lux vna retro Phlaceidā rettulit vmbram.* ita omnia in hoc Statiano loco optime ſeſe habebunt. exſtat huius argumenti Alceſtis tragoedia Euripidis. Sed ab his deuerticulis ad Naſonem tandem reuertamur.

296 *Promiſſi pars fuit illa mei*] *Promiſſi pars ſit et iſta* Vrſini liber. Voſſ. et Arund. *promiſſi pars ſit et ipſa.* Petitianus *promiſſi pars fuit illa*, alii magno numero. Et ſuperiori verſu *Quid vetas* meliores, pro *Quis.* dictum Ep. Ariadnes.

297 *Feli-*

Digitized by Google

297 *Felices animae*] *Animos* Voss. Arund. duo Farnesiani cum vno Vaticano. venuste. quod videtur probare Manil. I *Et natura dedit vires, seque ipsa reclusit Regales animos, primum dignata mouere Proxima tangentes rerum fastigia caelo.* vbi vide Scalig. quae transcripsit Neapolis. vid. et Lucret. I. 73. sic et III Fast. 119 *Ergo animi indociles.* nisi *animas* malis. nam sequenti versu *illas* est in Vrsini libro et tribus aliis. Virg. VI Aen. 669 *Dicite felices animae.* et XI. 372 *Nos animae vises.* Catal. Pith. p. 109 *Viuite felices animae.* Trist. lib. IIII Eleg. X ex vestigiis scripti codicis: *Felices ambos, tempestiuequè sepultos!* Pont. I Eleg. II *Felicem Nioben, quamuis tot funera vidit.* Ep. XVIIII. 111 *Felices illas, sua quas praesentia nasse Crimina vera iubet.*

299 *Vitiisque iocisque*] Scribendum *lociscque*, vt libri meliores habent, et ab aliis iam est monitum. supra *Humanis numina mixta locis.* quamuis Scaliger vulgatam tueatur ex loco infr. 396 *Et quicunque ioci non alienus erat*, et lib. IIII. 946 *Scena ioci morem liberioris amat.*

308 *Summaque sidera*] *Imaque* Petauianus. sed frustra. initio libri III *Contigeratque sua sidera summa coma.* Supra: *Et tetigit summos vertice Roma deos.*

309 *Caelum metabimur*] *Meditabimur* Voss. Ambros. et sex alii. *numerabimus* Excerpt. Vossii. sed perperam. *metari* et *metiri* differunt. sed a poëtis plerumque confunduntur. Caper de Verbis Dubiis: *metor metaris, eligo, metior metiris, mensuro.* Seruius etiam *metari* pro eligere capit ad lib. II Georg. 274. vbi et de *metiri*. hinc illud Prudentii Pas. B. Hippol. *Metandae eligitur monumento locus.* Solin. Polyh. cap. X de Gruum volatu: *Tunc contendunt in altissima, vt de excelsiori specula metentur, quas petunt, terras.* sumta a Geometrjs locutione, quomodo et apud Aristophanem comica venustate: Γεωμετρῆσαι βούλομαι τὸν ἀέρα *Metari volo aërem.* plane vt hoc Nasonis loco. Nemesian. Cyneget. *Castaliusque mihi voua pocula fontis alumno Ingerit, et late campos metatur apertos.* Cato in Diris; *Pertica quae nostros metata est improba agellos. Metatus ager* et *metata porticus* Horatio. *Metari ciuitatem*, quod apud Plinium non semel occurrit, apud Graecos διαγράφειν τὸ σχῆμα πόλεως, τοῦ τετραπέδου. *Lineamenta vrbis ducere* Val. Maximus. hinc Tertull. de Pall. c. II *nostram metationem* vocat, pro terra, quam inhabitamus.

310 *Ad vaga signa dies*] *Stata signa* nonnulli ex melioribus. quod et Neapoli recte approbatur. Censorinus de Die Natali cap. VII *Ante omnia igitur dicunt actum vitamque nostram stellis tam vagis quam statis esse subiectam.* Plinio *Stata sidera et caelo adfixa* lib. XVII. 25. c. 29 *Stati siderum cursus.* Apud Macrobium in Somnium Scipionis lib. I. 10 *Stata ratione* veteres membranae. pro quo *statuta* circumferrur, *Statam formam* Ennius Menalippa dixit, teste A. Gellio, quae inter pulcram et turpem esset media. *Stata Orgia* apud Festum Auienum Descriptione Orbis sub finem. et *Statam indignationem ponti* in

Digitized by Google

Prognoſt. v. 65. et *Stata limina caeli* Phaenom. 482. *Statos aſtrorum ordines* dixit Cicer. III de Natur. deor. et Senec. IIII de Benef. XXVIII *Ventorum ſtatos flatus.*

313 *Quaerentur brachia*] *Quaeruntur* ſcripti maiori ex parte. Quare et ſequenti verſu *ſubiuit* reponendum, quicquid illi obnituntur. et ita Douza volebat. *ὑετάνους ἀνοιχτίος* aquad Apoſtol. Centur. XVII. 48.

315 *Obſtiterint imbres: miſſi tibi nubibus atris*] Veteres plerique *niſi ſi tibi.* alii *niſi ſi de.* vel *miſſi de nubibus.* quomodo et Mazarin. Naugerius et Neapolis recte ex ſuis libris: *Inſtiterint Nonae: miſſi tibi nubibus atris Signa dabunt imbres exoriente Lyra.* quomodo et quinque ex noſtris cum Petauiano. qui tamen *niſi ſic ibi nubibus.* at Vrſini codex *Inſtiterint Nonae: niſi ſit tibi nubibus aër.* Scribendum forte: *ſi ſit ſub nubibus aër.* Rem. Am. 599 *Limes erat tenuis longa ſubnubilus vmbra.*

318 *Agonali luce*] Id feſtum a Numa inſtitutum Valerius Antias contendit apud Macrobium Saturnal. libro primo cap. IIII. ſed et Liberalia, quae in menſem incidebant Martium, *Agonium Martiale* a Pontificibus dicta, teſte eodem Macrobio.

322 *Semper agatne rogat*] Primo illud rectum, quod optimus Ambroſ. Laeti codex et duo Farneſiani praeſtantiores *Agone* exhibent. Aſinius Pollio apud Senec. lib. I Controu. *Filius ceruicem porrigat, carnifex manum tollat, deinde reſpiciat ad patrem et dicat Agone? quod fieri ſolet in victimis.* Varro de L. L. *Dies Agonales, per quos Rex in regia arietem immolat, dicti ab Agone? eo quod interrogabatur Princeps iuitatis, et princeps gregis immolabatur. Agones* quoque popas fuiſſe dictos vult Statii Scholiaſtes Theb. IIII. Pro *rogat* Petauianus, Vrſin. Voſſian. Arundel. et ſeptem alii *rogas*, vnus Patauinus *roges. nec agat*, vel *aget*, etiam meliores. Scribe *Semper, agone, roges, nec niſi iuſſus agas.* et paulo ante: *eſſe potes ſuccinctus cauſa miniſter*, non *poteſt.* quomodo vnus meus. eleganter. Apoſtrophe eſt ad popam. Ita optime omnia ſeſe habebunt. Sequentes verſus eo, quo exprimendos curaui, ordine libri veteres agnoſcunt.

329 *Fas etiam*] Imo *Pars etiam* cum Mazarin. Laeti, quatuor Farneſianis ac aliis nonnullis, ſuperiora ſatis id adſtruunt. Paulo ante *lux eſt iſta* etiam meliores libri. Etiam legerem *aetate priori.* vt alibi *aetas prior.*

330 *Nomina de Ludis Graeca*] *Grata* optimus Ambroſ. et vnus Patauinus. Lege *Grœia.* quomodo ſaepe peccatum, vt alibi diximus.

331 *Et prius antiquus dicebat Agonia ſermo*] *Et pecus* Vrſini liber, optimus Ambroſ. et ſex alii, cum priſca editione. recte. Vide Feſtum in *Agonias* et *Agonium.*

331 *Vtque ea non certa eſt*] Ita Cioſanus et Neapolis. Sed Vrſini codex et decem alii *nunc certa eſt.* quod verſus praecedens confirmat.

339 *Hoſti-*

Digitized by Google

339 *Hostibus a domitis*] *Hostibus a motis* Vrsini liber et Pataurinus Hectoris Treuisani. quod arridet. Nam si vulgatam sequimur scripturam, nihil aut parum inter hostiam et victimam interierit. Nonius: *Hostire est comprimere, coërcere, dictum ab hostia. Pacuuius Teucro, nisi coërcuero proteruitatem atque hostiro ferociam.* ita lege. hinc et *hostilii lares, quibus immolabant, quod ab his hostes arceri putarent*, teste Festo.

338 *Puri lucida mica salis*] *Liquidi salis* codex Regius, vt alterum ex glossemate irrepserit. sic auctor Moreti: *Contrahit admistis nunc fortibus, atque farinas Transuersa duratque manu; liquidoque coactos Interdum grumos spargit sale.* ita versus isti videntur esse scribendi.

345 *Si quis erat, factis*] *Factis prati de flore coronis* nostri omnes. Neapolis ex vno suo *plexis*. de quo ad Metam. XIII, 894.

351 *Teneris lactentia succis*] Libri meliores *sulcis*. recte. Trist. III Eleg. XII *Herbaque, quae latuit Cerealibus obruta sulcis*. Met. I. 123 *Semina tum primum longis Cerealia sulcis Obruta sunt*. Tibullus II Eleg. VII — *spes sulcis credit aratis Semina*. Virgilius I. 113 *Cum primum sulcos aequant fata*. Auienus Orbis Descript. 354 de Aegypto: *Vomere, quae duro, quae loogi pondere aratri Sollicitauit humum, quae foetus edere sulcis Telluren docuit*. quomodo scribendum ex veteri libro Mediolanensi. nisi mauis *credere sulcis*. Vulgo *rectis caedere sulcis*. Mox v. 1185 idem ex eodem veteri libro: *Quaeque graui sollers committit semina sulco*. hoc est, grauido sulco. nam *cauo sulco* nunc circumfertur in vulgatis. Silius lib. XV. 542 *Et Libys Ausoniis commendet semina sulcis*. Sidonius Apollinaris Carm. XXII de frugibus: *Quantum Mygdonio commistum Gargara sulco*. atque ita passim auctores. *Sulci* etiam pro scrobibus sumuntur, in quibus arbores plantantur. Calpurnius Ecloga II — *Sulcos ne forte priores Languida mutata quaerant plantaria terra*. male et illic *succos* legitur. Virgilius I Georg. 215 — *nunc te quoque Medica putres Accipiunt sulci*. vide Festum in *Sulci*.

356 *Dicta dolore dedit*] *Dicta dolore refert* Laeti et tres alii. *dicta* veteres plerique. recte. nam *verba dare* alio significatu dicitur. *digna dedit* Arundel. et sex alii.

357 *Tamen hinc*] *Hic* Petauianus et alii quatuor. Lege *huic*, cum vno Farnesiano. id est, viti.

373 *Ille suam faciem transformat et alterat arte*] *Alterare* Latinum vix est. etsi memini in glossis Stephani occurrere *Altero, ἐτερόω*. Quare reponatur ex Vrsini et Petauli optimis libris, quod et duo Medicei agnoscunt, *transformis adulterat*. vt et Carrion. lib. II Emend. X. Pont. IIII Eleg. X *Copia tot laticum, quas haurit, adulterat vndas. Transformia corpora* dixit Met. VIII. 871 *Ast vbi habere suam transformia corpora sensit, Saepe pater dominis Triopeida tradit*. Scribe etiam *Ille sua*. hoc est, arte, vt bene vnus Pataurinus.

Digitized by Google

381 *Pauit ouis pratum*] Parum Latine profecto, pro depauit. In nonnullis vetustioribus *pascit*. Petauii *Pascit ouis prato*. optimus Ambros. *Pascit oues pratum*. tres alii *Pauit oues*. At Vrsini liber cum quinque aliis *Poscit ouem fatum*. quod sequor.

385 *Radiis Hyperiona cinctum*] *Comtum* quatuor libri, sic Virgil. lib. VII. 750 *Quin et Marrubia venit de gente sacerdos, Fronde super galeam et felici comtus oliua*. Apuleius de deo Socratis: *Qui cum Platone sentis, locato Arcturum pluuiasque Hyadas geminosque Triones, alios itidem radiantes deos, quibus caeli chorum comtum et coronatum suda tempestate visimus*.

387 *Quae semel*] *Quod* meliores. Pro *triplici virgine* duo libri *geminae*. codex Vrsini *gemina*. an *Aegaeae Dianae*? Aulis enim in Aegaeo mari, an *Euboeae*, pro *Euboicae*? quomodo apud Statium Siluar. lib. V Epicedio Patris: — *stupuit primaeua ad carmina plebes Euboea*.

389 *Libare Sabaeos*] *Sapaeos* reponi debere recte vidit Neapolis. qui Thraciae populus. Neque aliter primae editiones et duo scripti ex nostris. Recte autem subiungit *vidi*, quia per Thraciam iter fecit, missus in exilium.

392 *Sed tamen apta deo*] *Huic deo* rectius ex melioribus.

393 *Festa corymbiferi celebrabat Graecia Bacchi*] Nonno quoque lib. VIIII κορυμβοφόρος dicitur. quomodo et κισσοφόρος idem dictus poetis Graecis, codices tamen vetustiores *racemiferi*. Met. XV. 413 *Victa racemifera lyncas dedit India Bacho*, et IIII Fast. 483 *Bacche, racemiferos hederā redimite capillos*. Pro *celebrabat* Petauii et Oxonienses *celebrabas*. vt lib. III. 101 ex veteri codice: *Nondum tradideras victas victoribus artes Graecia*. At Farnesianus vnus *celebrabant*. vide Notas ad Remed. Amor. 164.

395 *Di quoque cultarēt in idem venere Lycei*] Vrsini et Petauii liber cum multis aliis *Lyaei*. Mazarin. optimus cum tribus aliis vere, vt puto, *gelidi Lycei*. sic Met. I. 217 *Gelidi pineta Lycei* dixit. et lib. V. 608! *Gelidum Erimanthon*. Virgilius Ecl. X. 15 *Gelidi fleuerunt saxa Lycei*. Sequens distichon rectius huic praeponatur.

396 *Quicunque loci non alienus erat*] *Mero alienus* Vrsini codex et Naugerianus cum aliis nonnullis. idem Vrsini liber *Ioci*, pro diuersa lectione, quod Petauianus quoque et sex alii agnoscunt. Scribe *ioci non alienus*. Di a iocis non alieni, quomodo Met. IIII. 187 — *atque aliquis de dis non tristibus optat Sic fieri turpis*, et de Flora lib. V Fast. 351 *Non est de tetricis, non est de magna professis*. et paulo ante 347 — *non est, mihi credite, non est Illa cothurnatas inter habenda deas*. Sallust. Catilin. XXXX *Ille eos in domum D. Bruti perducit, quod forō propinqua erat, neque aliena consilii propter Semproniam*. sic et Cicero non semel. Lucretius lib. III. 832 *Aut quia non veniunt omnino aliena salutis*. lib. VI. 1063 *Nec tamen haec ita sunt aliarum rerum aliena*. idem VI. 67 *Quae nisi respuis ex animo longeque remittis, DIs indigna putata alienaque pacis*

Digitized by Google

pacis eorum. ita scribe. nam codices scripti *putare.* vulgati *putando.* Pont. I. Eleg. VII, etsi aliter id sumi possit, *Sim modo pars vestrae non aliena domus.* sic ἀλλότριος nunc cum tertio, nunc cum secundo, casu apud Graecos iungitur. *Alienus lucis, alienus veritatis* apud D. Cyprianum in Epistolis. *alienus salutis* apud Tertull. aduers. Valent. Dictys Cretens. lib. II. 5 *Agamemnonem namque et Menelaum Pelopidas non alienos generis sui eum exercitum contraxisse.* et lib. III. 5 *Pylaemenem Paphlagonum regem cominus fundit, non alienum sanguinis Priamidarum.* lib. VI. 7 *Hi cuncta quae gerebantur, insidiasque ei paratas per Acastum ab Afandro non alieno Pelei cognoscunt. Is namque Asandrus, iniquitatem tyranni euitans, ad agrum Pelei concesserat.* ita vetustus codex meus, non *euitans Peleo concesserat.* Plura congessit Vossius de Constructione cap. XI et XII, qui cum tertio quoque casu iungi docet, vt et cap. XIIII.

400 *Qui rubroque auidas*] *Quique rubro pauidas* rectius legas cum plerisque scriptis, nisi malis *Quique ruber pauidas* cum Vrsini libro et tribus aliis. Petauianus *Quique rubra liuidas.* mendose. Horatius de Priapo I Sat. VIII. 5 *Obscaenoque ruber porrectus ab inguine palus.* infra v. 415 *At ruber hortorum decus et tutela Priapus.* et lib. V. 333 *At ruber hortorum custos,* sic et *rubicundus Priapus* ibidem v. 319 dicitur. et *ruber custos* Tibull. I. 21. Posset et *ruber inguina* legi.

404 *Miscendas large*] Imo *parce.* vt decet in Bacchi conuiuio. Atque ita Vossian. Arundel. Excerpta Politiani et duo alii codices. ne dubita.

407 *Collecta*] *Succincta* duo veteres.

408 *Dissuto sinu* Prae *dissuto sinu*, etsi variant codices antiqui (nam in illis *diffuso, desueto, de ficco, disiecto, distento,* legitur) caeterae lectiones sordent. Sic *resutum* pro refibulato apud Suetonium in Augusto: *Sumenti virilem togam tunica lati clavi resuta ex vtraque parte ad pedes decidit. Sutum* quoque pro *fibulato* legisse me memini, sic infra lib. II. 363 *Verubus transsuta salignis Exta.* pro quo perperam nonnulli codices *transfixa.* et II. 578 *obsutum maenae caput,* quod *acu traiectum* paullo ante dixerat. *subsuta vestis* Horat. I Sat. II, 29. *dissuere femora,* pro *dissecare,* Apuleius dixit ludicro verbo lib. VII Metam. *Ad vos actutum redibo, trucemque amatorem istum atque insuauem dissutis femoribus emasculabo.* ita scribo, cum in membranis ac priscis editionibus sit *dissitis.* vulgati *dissectis.* Paullo post lege: *In nobilissima parte corporis totum me peritarum deflebam,* cum frigide circumferatur *In nouissima parte.* natus error ex confusione V et B literarum. *Dissutis femoribus.* sic *insutus femori paterno* Bacchus apud Poëtas. *dissutis malis* pro laxis dixit Persius. quomodo et *os diducere* apud Gellium Noct. Attic. V. 9.

409 *Vestes trahit*] *Vestem* meliores.

415 *Hortorum deus et tutela Priapus*] *Decus et tutela* Petauii et Vrsini liber cum quatuor aliis. bene. sic lib. XII. 612 Metam. — *decus et tutela Pelasgi Neptunia Aeacides.*

Digitized by Google

419 *Faſtus ineſt pulchris*] Malo *pulchrae*. aliquis ſciolus interpolarat, vt ſaepe alias.

422 *Corpora victa ſopore*] *Victa* ſex libri. de quo lib. XI Met. 230. Vrſini codex *iacta*. pro *tacta* aut *iacta ſopora*.

428 *Ipſe ſui flatus*] *Ipſa aura* libri meliores.

435 *Territa conſurgit*] *Conſurgens* Vrſini liber et vnus Patauinus. rectius.

443 *Et plumis oua fouetis*] *Quae plumis* tres libri.

447 *Vt proxima quaeque*] Rectius meliores *τὸ eſt* omittunt. *id falſum* Vrſini liber et alii nonnulli. duo *id falſo*. vulgati *hoc falſum*.

449 *Volucrum proles*] *Volucris* tres ſcripti. ſic *turba volucris* de auibus Met. V. 300 ex antiquis libris: —— *nuper et iſtae Auxerunt volucrem victae certamine turbam. volucres pennae* Art. Am. II. 45 ex veteri libro. *Nunc denique* tres itidem ſcripti.

452 *Vritur in calidis alba columba focis*] *Ignitis focis* Mazarin. optime. ſic *ignitum aërem* dixit Prudentius Hamart. —— *ſulphure cum iam Nimboſo ignitus caelum ſubtexitur aër*. vſus quoque idem alibi ea voce non ſemel. *ignitum* quoque *vinum* videor legiſſe apud Gellium. *Blanda columba* praeterea ſex ſcripti. vt in Amoribus. II. 6. 56 *Oſcula dat cupido blanda columba mari*. haec olim. At vero ſcribo indubitata coniectura: *Vritur Idaliis alba colamba focis*. aut, ſi Mazarini codicis veſtigiis vis inſiſti, *in Cnidiis focis*. quod tantundem eſt. Veneri enim immolabatur columba. Propertius IIII Eleg. V *Sed cape torquatae, Venus o Regina, columbae Ob meritum auſae tuos gutture ſecta focos*. certe cum in ſequentibus anſerem Iſidi deae, Noſti gallum, fuiſſe immolatos diſertis verbis tradat, hoc etiam loco cui columba immolaretur exprimendum fuit. Superiori verſu aliquando pro *Ergo* opinabar *aegre* reponi debere. Sed nulla opus mutatione.

453 *Nec defenſa iuuant Capitolia*] Actius Caſſius ad Tiberium ſecundo apud Diomedem Grammaticum: *Sic eſt contra Aegyptiis maximum ſacrificium, vbi integrum anſerem adoleuerunt*. quae verba a Priſciano mendoſe libro VIII proferuntur. Iuuenalis Sat. VI. 538 —— —— *anſere magno Scilicet, et tenui popano corruptus Oſiris*. Iſidi ſacri anſeres, teſtis et Ariſtides ſacrorum Sermonum V. Lancium autem vſus in ſacris frequentiſſimus. Hinc illud Maronianum ſecundo Georgicon: *Lancibus et pandis fumantia reddimus exta*. vbi de ſacrificio agit. et rurſus eodem libro: *lanceſque et liba feremus*.

454 *Inachi lauta*] Alii *Inachi vacca*. Vrſini liber *Inachi bacca*. alius *Baccha*. *Inachiam bouem* vocauit lib. VI Faſt. et *Pharian iuuencam* III Faſt. 658. alibi non ſemel. *vaccam Memphitidem* Propertius, ſi bene memini. ſed recte *lauta*, quia iecur anſerinum cibus lautiorum, in Catalectis Scaligeri p. 243 menſis November ad hunc locum facit. quod carmen et inter Auſoniana exſtat, ad quod Vinetus nihil de Anſere Iſidi ſacra ſe legiſſe affirmat,

Digitized by Google

firmat. perperam. vid. Iuon. Villiom. ad Rob. Titii locos contr. lib. III. 19.

455 *Deae noctis*] Lege *deae Noctis*. Nox enim dea apud Poëtas. neque aliter praestantissimus Vrsini liber. Sequenti versu *prouocat* meliores.

457 *Clarum supér aethera fidus*] Scripti praestantiores *aequora*. ita et Manil. V. 389 *At cum se patrio produxit ab aequore piscis*. in quo male *proprio* legit Grotius ad Germanic. p. 22.

461 *Tithono Aurora relicto*] *Nupta* Vrsini, Petauii, Mazar. et tres alii libri. bene. lib. VI. 473 *Iam Phryx a nupta quereris Tithone relinqui*.

467 *Ipsa mone*] Malim *Nympha, mone*. sic infra de Carmenta v. 633 *Siue fugae comites, Maenali nympha, tuae*. vbi plura. lib. III. 261 *Nympha, mone nemori stagnoque operata Dianae*. vel *diua mone*.

471 *Hinc fuit*] *Hic fuit* meliores. sic Met. V. 411 *Hic fuit, a cuius stagnum quoque nomine dictum, Inter Sicelidas Cyane celeberrima Nymphas*. lib. XV. 60 *Vir fuit hic ortu Samius*.

474 *Ore dabat pleno carmina vera*] Lege *Ore dabat vero carmina plena dei*. quomodo Mazar. Voss. Arond. et tres alii. atque ita ex coniectura Scaliger. Capitol. Macrino: *Vates caelestis apud Carthaginem, quae deo repleta solebat canere*.

476 *Multaque praeterea*] Alter Puteaneus pro diuersa lectione *praeterito*. vnus Ambros. *Multa*. Vix dubito Ouidium nostrum scripsisse: *Multam praeterito tempore nacta fidem. Praeterito tempore*, vt lib. V. 681 *Ablue praeteriti periuria temporis, inquit. Ablue praeterito perfida verba die*. vbi duo veterrimi codices *praeterea die* similiter.

478 *Deserit Arcadiam*] *Arcadium* Strozzae codex. quod praestat. *larem* intellige. Ita *Arcadis agri* lib. V. 91. *Arcadii reges* Virg. VIII Aen.

480 *Siste, precor, lacrimas*] *Siste, puer* vetustae editiones cum quinque scriptis.

482 *Offenso deo*] *Infenso* Matthaeus Herculanus ex veteri libro notat in codice suo. quod et marginem quarundam editionum occupauit. Sed vulgata lectio bene se habet. Cydippe Ep. XXI. 47 *Nam pudet et timeo, quamuis mihi conscia non sim, Offensos videar ne meruisse deos*.

495 *Erat in anno*] *Horret* legendum cum Vrsini libro et Mazar. et quinque aliis. Noster in Ibide 201 *At cum tristis hyems Aquilonis inhorruit alis*. Festus Auienus Prognosticis: *Cum madefacta dies sub tempestatibus horret*. et Germanicus Arateis: *Frigidus ac rapidis horrebit Aquarius Euris*. Lucanus libro IIII. 50 *Pigro bruma gelu siccisque Aquilonibus horrens*. vbi *haerens* perperam legitur. Virgilii illa III Georg. 443 respexit: *horrida cano Bruma gelu*. Statius Theb. IIII *Tertius horrentem Zephyris laxauerat annum Phoebus*. vbi Scholiast. *Horrentem, id est hyeme asperum, vel horridum frigore*. et IIII. 484 *Horrens Arctos. Horrida bruma* etiam Auieno Fab. XXVIIII. Columella lib.

Digitized by Google

lib. I. 4 *Quaedam loca byeme intolerabiliter horrent*, hinc *horrida tempestas* et *byems horrida* passim apud poëtas.

497 *Et firmus mente parentis*] *Firmata mente* meliores. recte. Mer. III. 689 —— *mentem firmat deus, Excute, dicens, Corde mecum.* In mortem Drusi 198 *Firmauitque animum, destituitque preces.* Gunth. Ligur. lib. I *Exaudire vires firmata mente negabit.*

500 *Egerat*] Multi ex melioribus *vexerat*. forte pro *rexerat*.

501 *Vada iuncta Terenti*] *Tarenti* editi et scripti fere omnes. manifesto errore. meliores pauci *Terenti*. vide Festum in ea voce. Erat locus in Campo Martio, vbi ara Ditis et Proserpinae sub terra latens eruebatur, vt saecularia sacra ad illam fierent. meminere Festus, Val. Maximus, Censorinus, Augustinus de Ciuitate dei. Statius XVII Conf. Domitiani: —— *altera saecula condes Et tibi longaeui reuocabitur ara Terenti*, quomodo iam pridem castigarunt viri eruditi. in vetusta tamen editione Parmensi *renouabitur*. vt idem Soteriis: *Aut instaurati peccauerit ara Terenti*. Martial. IIII. 1 *Hic colat ingenti redeuntia saecula lustro, Et quae Romuleus sacra Terentus habet. Tarentum* et *Terentum* saepius confusa iam antiquitus. vnde Fauorinus apud Macrobium Saturnal. II. 14 *Quidam Tarantinas oues vel nuces dixisse, quae sunt Terentinae a terreno, quod est Sabinorum lingua molle. vnde Terentinos quoque dictos Varro ad Libonem primo.* nam quod huc trahit Horatianum illud *molle Tarentum*, nugari est. *molle* enim *Tarentum*, vt Iuuenalis: —— *coronatum et pexulans madidumque Tarentum.*

502 *Solas per loca sola casas*] *Sparsas casas* scripti plerique. sic *sparsi lata per arua greges* lib. II. 210. et lib. IIII. 760 *sparsi per nemus omne dei.* et V. 640 *sparsi boues.* ita et *sparsa mapalia*, et *dispersa mapalia* apud auctores. *sparso concita mapali Agrestum manus* Val. Flacco lib. II. 460.

507 *Properans insistere ripae*] Vetustiores magno numero *terrae*. et recte. nam alterum paulo ante praecesserat. Sequenti versu pro *Euandri manu* legendum puto *Euandra*. vt infra lib. III. 42 *Telegona manu*. et lib. V. 580 *Parthi manu*, pro *Partho*. Posset et legi *Vix, Euandre, tua vixdum retenta manu est.*

512 *Et nemorum Nymphae*] *Syluae* scripti fere omnes meliores. nimirum *diuae* legendum, quod tres codices agnoscunt. Dryadas intelligit. Gratius initio: *Adscitaeque tuo comites sub numine diuae Centum omnes nemorum, centum de fontibus omnes*, ita *di nemorum* lib. II. 309. Posset et legi *Et nemora, et syluae*. quae duo etiam distinxit Amor, lib. III Eleg. VI. 84 *Sed nemora et syluae crimina vestra tegunt*, ita syluas etiam alloquitur apud Val. Flaccum Iason lib. V. 203 *Vos etiam syluae, vos Colchidos hospitis oram Pandite.* perperam *ore*, vel *ora*, illic in vulgatis. Sed et *vos nemorum syluae* in Valerii Flacci loco, vt et hic apud Nasonem, legi potest. ita Virgil. in Culice 281 —— *incolae fontes Et virides nemorum syluas et pascua lustus.*

516 Cae-

Digitized by Google

516 *Caetera terra petet*] *Petent* Zulichemianus antiquissimus. vide notas Rem. Am. 164.

519 *Dardaniae tangent haec littora pinus*] *Dardanidae* libri quatuor. Puto *Dardanides*. adi Notas lib. I Artis v. 172.

520 *Hic quoque*] Forte *his quoque*.

521 *Care nepos, Palla*] Prisicianus, qui hunc locum citat lib. VII p. 758, notat Ouidium, in vocatiuo illo *Palla*, imitari Homerum: Πουλυδάμα, σὺ μὲν οὐκέτ' ἐμοὶ φίλα ταῦτ' ἀγορεύεις.

526 *Nunc minor hic toto est altior orbe cinis*] *Non minor* multi scripti. alii *Num minor*. Vrsini liber et duo alii *Non minus*. Zulich. *Nec minus*. tres *Num minus*. bene. vide notas Ep. XI. 19.

527 *Iam pius Aeneas sacra, et sacra altera patrem Afferet*] *Sacra altera et altera patrem* vnus Vaticanus. vnus etiam Vaticanus *auferet*. forte bene. nam patrem non attulit. vt lib. XIII Met. 345 *Raptamque auferre per hostes* ex MSS. vid. et infr. II. 85 et 583. III. 807. Sed vulgata defendi potest ex lib. IIII. 78 et V. 90.

531 *Tutela manebit*] *Manebis* vnus Mediceus probae notae. enuste.

537 *Talibus vt dictis nostros descendit in annos*] *Talibus auspiciis* Arondel. et tres alii. At Vrsini, Zulich. Mazar. Nauger. Pos. et tres alii *Talibus auspiciis nostros descendit ad agros. dicta* ic pro vaticiniis sumsit. vide notas in Epist. V. 33.

541 *Nec mora longa fuit*] *Subit* puto, quia paulo ante praesserat *fuit*. nisi illic mauis *Felix, exilium cui locus ille fuum!*

543 *Applicat*] Malim *appulit*. vt lib. VI. 80 *Huc captas appulit ille boues*. et v. 519 *Appulerat ripae vaccas Oetaeus Iberas*. ro *Iberos* vnus Ptauinus *oras*. forte *illuc orae*.

546 *Lata per arua*] *Laeta* Vrsini Mazar. Zulich. et quatuor ii. recte. sic lib. IIII. 476 *Sacrorumque Melan pascua laeta* uum. Fast. lib. V. 243, vt codices duo vetustissimi agnoscunt: *mnia tentabo laetis medicamina verbis*. et lib. III Amor. El. V rpebant tauri pabula laeta procul. Mox *sentit* pro *sensit* meres itidem.

550 *Traxerat auersos Cacus in antra feros*] Alii codices *boues*. Sed *auersos feros* est scribendum, vt recte vnus Fattesianus. vide Notas Ep. VIIII. 114.

554 *Mulciber*] *Mulcifer* multi ex vetustioribus. quomodo pe apud Nostrum aliosque in antiquissimis membranis occurrit.

556 *Abdita*] *Obdita* Vrsini codex. videantur quae nostro Art. mor. II. 636. Nihil tamen ausim immutare. Dict. Cretens. VI *Ibi Pelea suum repperit, occultatum spelunca abdita Chirona*.

559 *Ioue natus abibat*] Petauianus *abibas*. vt *Ioue natus* pro e dixerit.

560 *Mu-*

Digitized by Google

560 *Mugitum*] Meminit Lactantius lib. I. 20 deae Cacae, *quae Herculi indicium fecerit de furto boum, diuinitatem consecuta, quia fratrem Cacum prodidit.* de hac apud alios altum silentium.

561 *Accipio, reuocamur, ait*] *Accipio reuocamen* Petauianus, Nauger. Vrsin. Arondel. et multi alii. vide notas ad Epist. XIII. 135. Sed et vulgata ferri potest. Valer. Flaccus lib. I. 91 *Accepere deae; celerique, per aethera lapsu Diuersas petiere vias.*

562 *Victor ad antra*] Pro *victor* recte etiam vetustiores libri *vltor*. Virgil. in hac eadem narratione VIII. 20 —— *nam maximus vltor Tergemini nece Geryonae spoliisque superbus Alcides aderat.* quanquam *victoris* nomen Herculi peculiare. vnde etiam geminae aedes *Herculi victori* Romae dedicatae, vna ad portam Trigeminam, altera in foro boario. de quibus Macrobius Saturnalium libro IIII. 3, Sex. Rufus, Victor et alii in Descriptione Vrbis, et Seruius ad illa Maronis —— —— *haec lumina victor Alcides subiit.*

565 *Humeris*] Arondelianus *Nititur hic humero; caelum quoque federat illi.*

567 *Quod simul euersum est*] Primae editiones et scripti quinque *euulsum*. sic *euulsi trunci* Horat. III. 4. Neapolis malit *auulsum*. Stat. X. 629 *Saxaque in aduersos ipsis auulsa rotabant Moenibus.* Cum τὸ *est* a nonnullis absit codicibus, scribendum puto *Quo simul auulso*, vel *anerso*. vt et lib. VIIII Met. 120 *Quo simul euulso sanguis per vtrumque foramen Emicuit.* nam vnus ex meis *Quo simul euulsum*. et lib. VI. 252 *Quo simul educto pars est pulmonis in hamis Eruta.* et vtroque loco τὸ *est* in multis scriptis desiderabatur. nisi mauis *Cui simul*. vide Notas Amor. lib. I Eleg. IIII. 1. In Tristibus V Eleg. X. 29 *simul nobis habitare* dixit, pro *cum nobis*. ita enim libri veteres. saepe in his elegantiis peccatum. apud Maronem Aen. V. 357 *Et simul his dictis faciem ostentabat.* libro XI. 827 *Simul his dictis linquebat habenas.*

568 *Ictaque subsedit pondere mollis humus*] *Pondere molis* primo legendum cum castigatioribus scriptis. deinde pro *icta* quidam ex melioribus *Iactaque*. tres *Laxaque*. duo *Laesaque*. Zulich. *oraque*, sic vt prima litera desideretur. Vulgatam non muto. Trist. I Eleg. VIIII de naui: *Nec saeuis icta fatiscit aquis.* et *icta bestia* pro percussa Metamorph. Dicentur plura mox v. 720. Stat. XII Theb. *Icta gemit tellus.*

577 *Ille cadit, mixtasque vomit cum sanguine flammas*] Caue audias codices, in quibus *mixtasque flammas* legitur. Virgilius in hac eadem descriptione Caci: *Faucibus ingentem fumum* (*mirabile dictu*) *Euomit.* et firmat Fulgentius lib. I Mythol. Fab. XXI *Si fumum eructant etc.* deinde *ergo omnis malitia fumum eructat etc.* Sidonius Apollinaris Carm. XIII de Hercule: *Collaque flammigenae dirumpere fumida furis Tandem directas insserit ire bones.* vbi existimo scribi debere *Lemnigenae furis.* id est

Digitized by Google

est Vulcanigenae, non *flammigenae*. sic idem Sidonius Carm. VIIII *Saturnigenam senem* vocat Chironem. Panegyrico Anthemii Caesarem Augustum *Phoebigenam*. et Virgilius Aesculapium. Naso noster IIII Met. 173 ipsum Vulcanum *Iunonigenam*.

581 *Instituitque*] *Constituitque*, non *Instituitque*, quod est in codicibus deterioris notae. Macrobius Saturnalium libro IIII. 3 *Ara Maxima ante aduentum Aeneae in Italiam constituta est.* quanquam Solinus initio Polyhistoris: *Suo quoque numini idem Hercules aram instituit, quae Maxima apud pontifices habetur.* Idem Macrobius eodem loco de ara hac maxima: *Propria obseruatio est in Herculis sacris epulari sedentes. Cornelius Balbus ἐξηγητικῶν libro octauo decimo ait, apud aram maximam obseruatum ne lectisternium fiat.* Custoditur in eodem loco, vt omnes aperto capite sacra faciant. *Hoc fit, ne quis in aede dei habitum eius imitetur. nam ipse ibi operto est capite. Varro ait Graecum hunc esse morem, quia siue ipse, siue qui ab eo relicti aram maximam statuerunt, Graeco sacrificauere ritu. Hoc amplius addit Ganius Bassus, idcirco hoc fieri, quia ara maxima ante aduentum Aeneae in Italia constituta est, qui hunc ritum velandi capitis inuenit.* Idem libro III. 12 ad aram maximam sacrificantibus caput laurea corona euinctum fuisse testatur, non populea: eumque ritum incepisse, ex quo lauretum in monte Auentino coepit virere. Etat haec ara in foro Boario, quam alii non ipsi Herculi a semet, vti Naso Propertiusque, aut ab Euandro, quod aliis placet, sed Ioui Inuentori dicatam volunt ab Hercule. Solinus perperam aram Iouis Inuentoris et Herculis Maximam diuersas facit. qui multa de eius caeremoniis initio operis. vbi adeundus Salmasius, qui ad Circum Maximum, non ad Forum Boarium, quod tamen a Nasone disertim innuitur, fuisse contendit.

591 *Dispositas cineroſa per atria ceras*] De *cineroſis* atriis nugae. primae editiones et scripti plerique castigatiores *generoſa atria*. probe. sic infra lib. II. 225 *Quo ruitis generoſa domus*. et in Trist. IIII. 1 *O qui, nominibus cum sis generosus auitis, Exsuperas morum nobilitate genus*. duo nostri minorum gentium *numeroſa atria*. totidem *amoſa*. quod nollem secutus esset Neapolis. apud Apuleium Metam. I non longe ab initio *generoſus* male pro *gyroſus* legitur: *Et ecce pone lanceae ferrum, qua baculum inuersi teli ad occipitium per inguen subit, puer in mollitiem decorus insurgit; inque flexibus tortuosis eneruem et exossem saltationem, explicat, cum omnium, qui adramus, admiratione. diceres dei medici baculo, quod ramulis semiamputatis nodosque gerit, serpentem gyroſum inhaerere?*

592 *Contigerant*] Alii *Contigerint*. Petauuii vetertimus *Contigerunt*. bene. quomodo et Scaliger coniecerat.

599 *Tot sumet nomina*] *Sumat* melidres. et mox *torquis ademtae* pro diuersa lectione Vrsini liber et quinque alii cum Arondel. plures *adeptae*, vel *adepti. adeptae* Zulich. vt apud Propertium IIII. 2. 42 *Torquis ab incisa decidit vnca gula*. Atque

ita

ita Quadrigarium et Varronem locutos monet Nonius in ea voce. Naeuius Iliados libro primo apud Cariſium: *Collum marmoreum torquis gemmata coronat.* A. Gellius lib. VIIII. 13 de Manlio Torquato: *Cauſam cognominis fuiſſe accepimus torquis ex auro induuias, quam ex hoſte, quem occiderat, detractam induit.* et mox ex Annalibus Claudii Quadrigarii ſubiungit: *torquem detraxit, eamque ſanguinolentam ſibi in collum imponit.*

604 *Sed qui te victis, nomine maior erat*] Hoc eſt, maior omni nomine ac titulo. Tale eſt illud Symmachi libro primo Epiſt. III *Vrbs cum maxima ſit, ſinguli eius optimates viſi ſunt mihi vrbe maiores.* et Epiſt. XXV *Quem fortuna beneficiis ſuis maiorem reperit.* lib. III Epiſt. LXXXVII *Dignitatem curiae bonoribus maiorem* vocat. Apuleius: *fortuna ſua maior fuit*, de Alexandro. At codex Vrſini, Voſſ. Zulich. Mazar. et multi alii *te quoque maior.* quare fuit cum legendum cenſerem *ſe quoque maior erat.* vt occulte tangat clementiam Caeſaris, qua victis hoſtibus ignouit. Noſter Epiſtola Briſeidis III. 85 *Vince animos iramque tuam, qui caetera vincis.* Nota et iſta Claudiani II Stilic. 329 *Tandem vince tuum, qui vincis cuncta, pudorem.* et Martialis ad Domitianum lib. VIII. 53 *Ducum victor, victor et ipſe tui.* nam *Fortior eſt, qui ſe quam qui fortiſſima vincit Moenia.* tale et illud apud Plinium Naturali Hiſtoria lib. V. 27 *Taurus, atque vbi ſe quoque exſuperat Caucaſus.* lib. XXXVI. 5 Praxiteles *marmoris gloria ſuperauit etiam ſemet.* Succurrebat et altera coniectura *re quoque maior erat.* vt *rem* et *nomen* inter ſe opponat, quomodo et alibi ſaepe. idipſum viro elegantis terſiſſimique ingenii Gaſpari Geuartio in mentem quoque venerat, vt is per literas me monuit. ſed vulgatae lectioni controuerſiam non eſſe mouendam nunc iudico.

605 *Nec gradus eſt Fabios ſupra*] *Vltra Fabios* meliores omnes. ſic Seneca initio Suaſor. *Non magis quicquam vltra Alexandrum nouimus quam vltra Oceanum.* Lactant. II Diu. Inſt. III *Vltra hunc gradum procedi ab homine non poteſt.*

614 *Protegat et noſtras querna corona fores*] Omnino *veſtras fores* ſcribendum cum vetuſtioribus. Triſtium III Eleg. I *Cur tamen oppoſita velatur ianua lauro, Cingit et Auguſtas arbor opaca fores?* vnus tamen Vaticanus *meritas fores.* elegantet. Lege *notas fores.* vt ex Pont. III. 4. 102 *Ipſa poteſt ſolitum noſcere Roma caput.*

616 *Omine ſuſcipiat, quo pater, Vrbis onus*] *Orbis* vetuſtiores plerique. Met. XV. 18 *Vt deus accedat caelo, templisque colatur, Tu facies natuſque tuus, qui nominis haeres Impoſitum ferat orbis onus.* ſic ſcribendum puto. nam Mediceï duo *vrbis onus.* vulgo *vnus onus.* Triſt. lib. V. 2. 50 *O vir, non ipſo quem regis orbe minor.* Vulgata tamen defendi poteſt. lib. II Triſt. 233 *Vrbs quoque te et legum laſſas tutela ſuarum.* lib. II Faſt. 197 *Vna domus vires et onus ſuſceperat vrbis.* et Ouidius principio huius libri Romulum vocat *aeternae vrbis patrem.* et Stat. I Silu. Soter. Gall. *Latiae pater inclytus vrbis*, de Domitiano.

612 *Ne-*

Digitized by Google

622 *Nouare viros*] Quidam ex vetustioribus *inuare*. perperam. Dixi de hoc loco ad Epist. IIII. 90.

626 *Ius tamen ereptum restituisse, ferunt*] *Amissum* Vrsini, Zulich. Mazar. Voss. Arondel. et sex alii. Petauianus *exertum*. tres *exceptum*. reliqui omnes *exemtum*, pro ademtum. quod sequor.

630 *Nec violent puros exanimata focos*] Veterrimus Zulich. *Ne nennent*. Scribe *Ne temerent*. *Temerare* idem quod violare res sacras Ouidio. vide Notas Am. I Eleg. VIII et Pont. II Eleg. II. 27.

633 *Placatur*] *Placantur* bene quinque libri. Sequenti versu recte *Maenala Nympha*, pro *Diua*, octo codices. Virgilius certe Carmentam bis *Nympham* appellat lib. VIII. Malim etiam *Postuorta*. vt apud Macrobium lib. I Saturn. cap. VII. etiam Seruio ad lib. VIII Aen. 633. vbi *Postuota* pro *Postuorta* male scribitur. *Postuerta* tamen est in veteri inscriptione apud Gruterum p. 50, si lapis sincera fide descriptus est, DEO. MERCVRIO ET. POSTVERTE. C. ANTIVS. TITI. FILIVS. EX. VOTO. Meminit et harum dearum Tertullianus ad Nationes lib. II. 11. sed locus est mutilus. Seruius alteram sororem *Porrimam* cum Ouidio vocat, quae Gellio est *Prosa*, *Anteuorta* Macrobio. quare frustra est Illustrissimus Neapolis, qui *Porrimam* ab vno Nasone dictam arbitratur. has autem deas a parientibus inuocatas fuisse ex A. Gellio discimus Noct. Atticar. lib. XVI. 16.

636 *Altera venturum postmodo quicquid erat*] Vt etymon hoc rectius quadret, quidam codices supta *Postuenta*, pro *Postuerta*. Sed omnem scrupulum tollunt Zulich. et Mazarin. in quibus *versurum postmodo quicquid erat*.

640 *Sacratae constituere manus*] *Restituere* Vrsini, Naugerii, Zulich. Mazar. et sex alii. et recte. de Tiberio enim Liuia agit, de Camillo mox acturus. Immeritus igitur vapulat Neapoli Bersmannus, qui istam lectionem probet. Pro *prospicias* multi codices *prospiciens*, aut *prospicies*. et pro *Nunc te* quatuor libri *Hic te*. vnus *Hinc*. Forte legendum: *Vt bene prospicias Latiae Concordia turbae, Hic te sacratae restituere manus*.

641 *Furius antiquam*] Ita fere vetustiores libri. alii *antiquus, antiqui, antiquo*. Recte omnino Neapolis *antiquum* ex suo codice. neque aliter duo ex nostris. sic *indignum, mirum*, et similia apud poëtas. vide Notas Amor. lib. I Eleg. VI. Pro *soluerat ille* Vrsini, Naugerii, Zulich. Mazar. tres Farnes. vnus Patauinus *ante*. et hoc bene.

643 *Secesserat*] *Decesserat* quatuor ex melioribus. an *desciuerat?* quale mendum etiam ex Claudiano sustulimus sexto Consulatu Honorii v. 252. Sed vulgata scriptura bene se habet.

645 *Sparsos Germania crines Corrigit*] Scripti nouem *passos*. bene. Petauianus et quatuor alii *pansos*. Tristibus IIII. 2. 43 *Crinibus en etiam fertur Germania passis*. infra lib. II. 813 —— *Passis sedet illa capillis*. lib. III. 219 *Vt medium campi passis tetigere capillis*. sic vetustissimi Codices. vt et lib. IIII. 457 —— *audire*

Digitized by Google

— *audire solemus Threïcias passis Maenadas ire comis.* lib. V. 453 *passis Acca capillis.* initio Triſtium: *Hirſutus passis vt videare comis.* quomodo et illic veteres libri. ſic et alibi frequenter Naſo. vt ſuis locis dicetur. Pro *Porrigit* multi ex ſcriptis *Corrigit.* alii *Colligit.* Helmeſtadienſis *Corripit.* rō *colligit* etſi in tribus tantum minoris rei apparet, tamen non eſt de nihilo. Germanorum enim crinis in nodum vinctus. Senec. Epiſt. vlt. *Quid capillum ingenti diligentia comis? cum illum vel effuderis more Parthorum, vel Germanorum nodo vinxeris.* nec tamen omnes Germani. vide Salmaſium de Coma p. 272. et *colligere* elegans et vſitatum bonis ſcriptoribus. Noſter ipſe in Amoribus lib. I Eleg. II *Colligere incertos et in ordine ponere crines Docta neque ancillas inter habenda Nape.* Met. III. 168 *Iſmenis Crocale ſparſos per colla capillos Colligit in nodum, quamuis erat ipſe ſolutis.* Ennodius Epithalamio Maximi: *Colligit in nodum paſſos lux aurea crines.* Captiui vero tondebantur. quo alludit Naſo. hinc et *Africam tonſam* dixit Propertius IIII. II. 38, pro victa. Noſter Amor. lib. I Eleg. XIIII *Iam tibi captiuos mittet Germania crines: Culta triumphatae munere gentis eris.* Claudianus lib. I in Eutrop. 381 *Militet vt noſtris detonſa Sycambria ſignis.* IIII Conſ. Honor. 447 *Ante ducem noſtram flauam ſparſere Sygambri Caeſariem.*

648 *Quam colis ipſe*] *Quae colis* multi codices. tres *quae colis ipſa.* Maz. *quam colis ipſa.* Zulich. *quae colit ipſa.* Forte *quam colat ipſa.* nempe Germania.

651 *Haec vbi tranſierint*] *Tranſieris* primae editiones et duo ſcripti. totidem *tranſierit.* Lego *Nox vbi tranſierit.* ſic infra lib. II. 639 *Nox vbi tranſierit, ſolito celebretur honore.* lib. IIII. 165 *Nox vbi tranſierit, caelumque rubeſcere primo Coeperit.* atque ita frequenter in his libris. *Haec* paulo ante praeceſſerat. inde natus error. Poſſet etiam legi *Lux vbi tranſierit.*

652 *Signa regentis aquas*] *Aquam* ſcripti. Lege *gerentis aquam.* nam *vrniger* Aquarius dictus paſſim poëtis.

654 *Toto iam lyra nulla polo*] Multi ex ſcriptis *nullo polo.* Forte *furuo polo.* de qua voce Met. III. Vel *pullo,* vel *fuluo.*

657 *Faſtos*] *Faſtus* vnus Farneſianus, vt dixi ſupra initio libri primi.

648 *Nec Sementina eſt vlla reperta dies*] *Sementinae* Arondel. Laeti et quinque alii. *Sementiua* ſeptem. Vrſini, Petauian. et decem alii *Sementita.* Voſſ. *Sementitia.* Sed apud Varron. lib. I. II bis *Sementiuae feriae* occurrunt, quae Feſto ſunt *Sementinae.* et illic in duobus codicibus bibliothecae Leidenſis *Sementinae.* quomodo in Varronis quoque ac Catonis exemplaribus ſcriptis exſtare monet Petrus Victorius. hinc et *pira ſementiua* Catoni ac Plinio lib. XV. vt recte libri veteres. et *frumenta ſementiua* eidem Plinio lib. XVIII. 7. Varro lib. V L. L. *Sementinae feriae, dies is, qui a Pontificibus dictus, appellatus a Semente, quod Sationis cauſa ſuſceptae.* ſcribe *Sementiuae feriae, dies is, qui a Pontificibus indicitur, appellatae a ſemente. indicitur* in Varrone

ſcriben-

Digitized by Google

scribendum esse ex hoc Nasonis loco satis apparet. *Sementiuae* quoque dicuntur Macrobio lib. I Sat. in veterrimo codice Neapolitano. antiquissimus liber Columellae, qui Lutetiae ad D. Germani adseruatur L. IVNI MODERATI COLVMELLAE REI RVSTICAE LIBER PRIMVS EXPLICIT: INCIPIT II SEMENTIVVS LIBER SECVNDVS HAEC CONTINET. idem codex initio librii tertii L. IVNI MODERATI COLVMELLAE REI RVSTICAE LIBER II SEMENTIVVS INCIPIT. tres sequentes libri in eodem codice SVRCVLARES inscribuntur. *Sementiuae* autem dictae a *Semente*. Cicero Catone maiore cap. XV *Quae cum gremio molito ac subacto sementem excepit*. sic optimus meus codex. vulgo *mollito*, et *semen*.

661 *Sic tempore certo*] *Tempora certa* multi ex melioribus. recte. et pro *sacris* Vtini codex aliique nonnulli *sacra est*. nonnulli *sacri est*. *sacro* Petauianus, Mazar. et vnus Moreti. probe. Sequenti versu *Seminibus laetis* multi ex vetustioribus.

665 *Rusticus*] *Villicus* Vrsini liber et vnus Patauinus. Sequenti versu *frigida humus*, non *frigere*, idem Vrsini, Zulich. Mazar. et decem alii.

672 *Farre suo, grauidae visceribusque suis*] Durus concursus *suo, suis*. Scribe *Farre pio*. vt apud Horatium lib. III Od. XXIII *Mollibit auersos Penates Farre pio et saliente mica*. et apud Tibullum lib. III Eleg. III *Et vanum in curas hominum genus omnia noctis Farre pio placant et saliente sale*. Virgil. lib. V. 744 — *canae penetralia Vestae Farre pio, et plena supplex veneratur acerra*. Arnobius libro VII *Vt pium far monstrat, quo peragi mos fuit sacrificiorum solennium munia*. Sic *ador pium* Nonio: *ador frumenti genus, quod epulis et immolationibus sacris pium putatur*. idem Nonius *nefarii* proprietatem a Varrone ex eo monet deduci, *quod sceleratis farre uti non liceret*.

675 *Consortes operum, per quas correcta vetustas*] *Sinperis* plerique. vel *superum*. duo *operis*. *Consortes superi* legebat Carrio lib. II Emend. X. et ita Excerpta Vossii.

677 *Fructibus immensis auidos satiate colonos*] *Frugibus* castigatiores magna ex parte. Pont. I Eleg. IIII simile mendum fustulimus. et apud Sidonium Apollinarem Carm. XXII *Desuper in longum porrectis horrea tectis Crescunt, atque amplis angustant frugibus aedes*. vbi *fructibus* perperam legitur. vid. ad Epist. XI. 67. Zulichemianus etiam *augete colonos* pro diuersa lectione. eleganter. sic *augere opibus, honoribus*, apud optimos Latinitatis auctores. Trist. II. 45 *Diuitiis etium multos et honoribus auctos Vidi, qui tulerant in caput arma suum*. Fast. III. 601 *Iam pius Aeneas regno nataque Latini Auctus erat*. sic et saepe alibi. Apuleius in Apologia: *Quorundam filias dote auxi*. et postea: *Ob haec et alia viduae dote auctae procos sollicitant*. non, vt nunc legitur, *dote aucta*. multo minus *uncta*, et *lauta dote*, quae alii substituunt.

Digitized by Google

683 *Cerealia dona*] Alii codices *rura*. alii *culta*. nihil muto. Fast. VI. 391 —— *iaciunt Cerealia dona*. Met. XI. 122 *Cerealia dona rigebant*. vide Notas Remed. Amor. 177. Δημήτερος ἄκτη apud Hesiodum non semel.

685 *Subiectis granis*] *Suppositis* Gottorph. etiam bene.

687 *Scabrae rubiginis*] Petauianus *Robiginis*, vt dea Robigo intelligatur. vide quae noto lib. IIII. 907.

688 *Vlla seges*] *Aegra* libri meliores. idque recte, vt apud Virgilium III. 142 *Arebant herbae et victum seges aegra negabat*. Statius Theb. IIII. 702 *Aegra solo macies, tenerique ab origine culmi Inclinata seges*. ita contra *viuida gemma* lib. III. 238. vbi vide quae noto. Pro *seges* etiam *Ceres* duo libri. Symmachus pro ara victoriae: *secuta est fames publica, et spem prouinciarum omnium messis aegra decepit*. sic et lib. IIII. 917. VI. 381. 391. III. 666. I Amor. vlt. *Dum cadit incurua falce resecta Ceres*. vbi et multi codices *seges*. et II Fastor. 539 *inque mero mollita Ceres*. et ibi quidam *seges*. Eadem varietas V. 323.

696 *Efficiatque*] *Efficiantque* Petauinus ex melioribus. Art. lib. I. 283 ex antiquis codicibus: *Vtraque laudentur per carmina. turba* praecesserat. sic et *cassis erant* mox malim.

702 *Vestro sub pede*] *Nostro* Arondel. et multi alii. et mox *praecedet*, pro *praecedit*, meliores.

707 *Fratribus illa deis*] *Dies* scripti plerique. sed male. quod arrisisse nobilissimo Neapoli miror. vide quae noto ad Elegiam in mortem Drusi v. 290.

711 *Frontibus Actiacis comtos redimita Capillos*] *Canos* alter Petauianus. quod et alii in suis inuenerunt. sed nil muto. Caeterum pro *Frondibus Actiacis*, quod codices scripti constantissime tuentur, vir plurimae et admirandae eruditionis, Samuel Bochartus in praeclaro opere de Animalibus S. Scripturae lib. II. 32, *Frondibus Actaeis* contendit legendum. hoc est, olea. quod insigne pacis et inuentum Mineruae, dum inter illam et Neptunum super nomine Athenis Atticis imponendo certatur. vti ex Mythologis et rerum Atticarum scriptoribus est notum. *Atticam frondem* oliuam frequenter a Poëtis dici compluribus ille exemplis adstruit ibidem. quibus illud Senecae ex Furente Hercule 913 addatur licet: *Te ramus oleae fronde gentili tegat Thesea*. patriam oleae et Theseo eandem facit Athenas. At vero, vt a viro tanto dissentire mihi liceat, nihil in hoc Nasonis loco esse mutandum censeo. nam praeterquam quod membranarum veterum auctoritas pro me militat, vt iam dixi, quodque *Actaeum* et *Actiacum* apud scriptores antiquos promiscue confundi ad epistolam Sapphus v. 166 demonstraui, de olea haec intelligi nihil necesse est. Immo per *frondes Actiacas* nihil aliud Nasonem intellexisse sum certus quam frondem lauream, Apollini Actio sacram. est autem laurus non minus insigne pacis quam victoriae. qua de re videantur quae annotantur libro XV Metam. 591. vbi *pacalem laurum* habes. Eleganter autem et argute

Digitized by Google

argute Naſo inprimis Pacem hic inducit lauro Actiaca comtam. Victoriam enim Actiacam orbi Romano reddidiſſe pacem bellis continuis ciuilibus profligatam quis neſcit? Pari prorſus modo *Ambracium frondem* pro lauro poſuit Statius Surrentino Pollii.

720 *Perfiſa victima fronte cadat*] *Percuſſa fronte* legendum cum vetuſtioribus. ſupra 347 *Hic qui nunc aperit percuſſi viſcera tauri.* Triſt. IIII Eleg. II. 5 *Candidaque adducta frontem percuſſa ſecuri: Victima purpureo ſanguine tingit humum.* apud Perſ. Sat. V *Dis depellentibus agnam Percute.* Iuuenal. Sat. XIIII. 286 *Hic boue percuſſo mugire Agamemnona credit.* Prudentius Hymno S. Vincentii: *His colla mugientium Percuſſa taurorum cadunt*, de ſacrificiis. alibi *icta.* vt Met. XV. 467 *Ictaque coniectos in alfacit hoſtia cultros.* ex Pont. IIII. 8. 42 *Victima Tarpeios inficit icta focos.* lib. II Pont. VIII. 26 *Victima pro templo cur cadat icta Iouis?* Propert. lib. IIII Eleg. IIII *Et cadat ante meos icta iuuenca focos.*

FASTORVM

LIBER SECVNDVS

1 *Creſcat et annus*] Malo *creſcit* cum Mazar. Zulich. Voſſ. et aliis nonnullis.

2 *Alter vt it menſis, ſic liber alter eat*] Veteres plerique *vt hic.* Lege *Alter vt hinc menſis, ſic liber alter eat.* lib. III. 145 *Nec mihi parua fides annos hinc Iſſe priores.*

3 *Elegi, itis*] *Ite* Mazar. et ſex alii. vt in Pont. IIII. 5. 1 *Ite leues Elegi doctas ad Conſulis aures.* Sequenti verſu pro *Ipſe ego* duo codices *Certe ego.* vt lib. IIII. 725. 727. et I Amor. VI. 19.

18 *Ab hoſte*] *Ab orbe* etiam minor Gryphii editio et Micyll. ita Virgil. Ecl. IIII. 17 *Pacatumque reget patriis virtutibus orbem.* Germanic. p. 14. ed. Grot. de Aſtraea: *Aurea pacati regeret cum ſecula mundi.* Claudian. III Stil. 284 *Pacet muneribus montes, qui legibus vrbes.* vt ibi legendum docuimus. Praeterea plutimi ſcripti *vacat.* ſed male. Symmachus III Ep. VII *Cape, ſi quid a republica vacas, oratiunculam noſtram.* Horat. II Ep. II. 95 *Mox etiam ſi forte vacas, ſequere.* Calpur. Ecl. V *At ſi forte vacas, dum matutina relaxant Frigora.*

20 *Nunc quoque*] *Huic quoque* decem libri.

21 *A rege*] *Ab Rege* meliores. Mox pro *veterum lingua* iidem *veteri.* nonnulli tamen *veteri* vel *vetere in.*

23 *Domibus purgamina certis*] Primus Mediceus *cernis.* Voſſ. Mazar. et alius Medic. *ternis.* Sarrauianus pro diuerſa lectione *acernis.* Lege meo periculo *domibus terſis.* ſcriptum fuerat *tertis*, quomodo veteres pro *terſis* dicebant, teſte Nonio. hinc natus

Digitized by Google

error. sic lib. I. 736 ex vestigiis veteris libri: *Vda prius spargat virgaquè tergat humum.* Propertius libro IIII Eleg. VIIII *Dein quemcunque locum externae tetigere puellae, Suffit, et binc puro limina tergit aqua.* Apud Plautum quoque fortassis scribendum: *Vorsa, praeterta, lauta, coctaque vt sint omnia.* locus est Pseudoli Act. I Sc. II. vbi nunc *praesterga* circumfertur. Varro lib. V de L. L. *Februum Sabini purgamentum appellant.* et *februare* pro *purgare* apud Nonium. Agit autem de domo Flaminis, quae *flaminea* dicebatur, vt monet Gellius. de Lictore Flaminio nos docet Festus, quem locum ab Illustriss. Neapoli iam video occupatum. Adi eundem in *Februarius.*

24 *Turbida*] *Torrida* primae editiones cum Vrsini, Vossii ac aliis multis melioris notae codicibus. idque etiam in Observationibus lib. III. 3 amplexus est doctissimus Gronouius. sic *torridas fruges* pro tostis dixit Accius Troadibus apud Seruium Fuldanum lib. I Aen. 183 *Nocturna saxo fruges franges torridas.* apud Columellam quoque libro VI. 10 *Eruum sine valuulis cum torrido hordeo molitum.* sic videtur scribendum, non *torrefacto.* nam codex vetustus *torreo. Sal torridum* eidem Columellae libro VII. 5 et 8. et lib. XII. 56 *Cepam aridam cum farre torrido subteritо. Torrida Brassica* Ser. Sammon. CXVI. qui et saepe *Torridum* pro *tosto* ponit, et *Torrida limina* Propertius libro III Eleg. XII *Torrida sacrilegum testantur limina Brennum,* de templo Apollinis a Gallis incenso. *Torridus tophus* Statio Via Domitiana siue aridus, siue tostus: *Illi saxa ligant opusque texunt Cocto puluere torridoque topho.* perperam *sordido topho* illic legitur. agit de calce et caemento. quo silices instrati conglutinantur. Mox scribe apud eundem: *Feruent littora mobilesque syluae.* quomodo et in vetusta Parmensi editione legitur. *mobiles* quia loco mouentur incisae. Posset et *lurido topho* legi, cum tophi tria genera recenseat Vitruuius, album, rubrum et nigrum. *Torridus* pro aestiuo feruore tostus in Catalectis vetus Poëta de mensibus: *Fontanos lacices, et lucida pocula vitro Cerne vt demerso torridus ore bibat.* vid. ad Silium I. 178.

27 *Ipse ego Flaminicam*] Scribe cum melioribus *Ipsam ego Flaminicam.* Flaminica, vxor flaminis. codices multi *Flamineam.*

28 *Pinea virga data est*] Lego *spinea.* omnibus enim spinarum generibus vim insitam noxarum depellendarum veteres credebant. de spina alba Noster lib. VI. 129 — *spinam, qua tristes pellere posset A foribus noxas (haec erat alba) dedit.* vbi *virgam* frustra multi codices antiqui exhibent. quem locum ex Dioscoride aliisque erudite illustrat Neapolis. Mox eodem libro libro v. 165 *Virgaque lanalis de spina sumitur alba.* Varro apud Nonium in *Fax: Cum fax et spina alba esset.* vbi agitur de nota nupta. quare malit cum codicibus scriptis Mercerus *ex pinu alba.*

29 *Quo corpora nostra piantur*] *Pectora nostra pietur* Vrsini liber. *pectora pientur* Voss. et sex alii. *pectora pientur* tres. primus

Digitized by Google

mus Med. et vnus Bonon. *corpora piamur*. recte. qui familiaris Ouidio Graecismus.

35 *Purgamine*] *Purgamina* meliores. recte.

37 *Principium moris dedit*] Primae editiones et nouem ex nostris, item octo ex scriptis Ciofani, *principium fuit*. probe. Alcimus Auitus de laude Virginitatis: *Et quia principium tam sancti foederis esses*. Nostet infra hoc ipso libro 450 ex veteri codice: *Aut quia principium tu dea lucis eras*. et 408 *Heu quantum fati parua tabella fuit!* Remedio Amoris v. 598 *Auxilium multis succus et herba fuit*. Mazarin. *putant* pro *putat* sequenti versu. quomodo et vnus Medic. ex melioribus et Vatican. Vide notas Remed. Am. 164.

40 *Haemonias aquas*] *Haemonidas* Zulich. adi Notas Art I. 172.

42 *Fauit ope*] *Iuuit ope* nonnulli ex praestantioribus.

43 *Naupactco Achelooe*] *Naupactoo* Petauianus, Voss. et alii multi. vt *Arctoo, Myrtoo, Lesboq.* Sic et forsan apud Mason. Aen. II. 533. *Portus ab Eurooflactu curuatus in arcum*. ita enim codices plerique veteres, non *Eoo*.

46 *Putasis*] *Putetis* Mazar. et Zulich. rectius.

51 *Primus eras Iani*] Meliores *enim Iani*.

57 *Nunc vbi sint, quaeris, illis sacrata Kalendis*] Vrs. Pataninus et reliqui maiori ex parte cum primis editionibus *Nunc vbi sunt illis, quae sunt*. Voss. et sex alii *vbi sint illis quaeris*, vel *sunt* Mazar. Zulich. et decem alii. recte. Nisi forte mauis: *Nunc vbi sunt illis, quaeso, sacrata Kalendis Templa deae?* lib. IIII. 347 *Subsitit hic Erato. mora fit. Dic caetera, quaeso, Dic, inquam, parua cur stipe quaerat opes*. sic et ibi videtur scribendum. *illis Kalendis*, vt lib. III. 429 *Nonis sacrata quod illis Templa patent*. lib. VI. 169 *Pinguia cur illis gustantur larda Kalendis*.

63 *Repertor*] Liuius libro IIII. 20 *Augustum Caesarem templorum omnium conditorem ac restitutorem* dixit. Magnus Casaubonus ad Suetonium Aug. XXXII, et post illum Neapolis, legunt *refector*. sed primae editiones, codex Pomp. Laeti, Zulich. et decem alii *repostor*. optime. Tacitus Annal. lib. I. 163 *Caecinae dubitanti quonam modo ruptos vetustate pontes reponeret*. apud Maronem Aen. V. 752 *Ipso transtra nouant, flammisque Ambesa reponunt Robora nauigiis*. Statius via Domitiana: *Qui reddit Capitolio Tonantem, Et pacem propria domo reponit*. Sil. I. 558 *molemque reponunt. Moenia ponere* passim apud Poëtas. de quo Metam. III. 13 egimus. Glossae, quae sub Hidori circumferuntur nomine, *positiones, aedificia*. apud Horatium I Ep. X. 13 *Ponendaeque domo quaerenda est area primum*.

65 *Quos tu caelestibus annos*] *Quot tu* Regius. Vnus Vaticanus *aequos caelestibus*. argute. sed nil muta.

67 *Lucus Auerni*] *Asyli* Vrsin. Arondel. Mazar. Zulich. Nauger. et decem alii. Haerent hoc loco interpretes, nec se expediunt. an intelligit lucum, de quo Festus in *Lucaria*? quanquam Lucariorum

Digitized by Google

riorum festum in aliam diem reiiciunt Kalendaria antiqua. Vt opinionem meam dicam in re subobscura, puto *Helerni* legendum, et agi de eo luco, de quo lib. VI. 105 *Adiacet antiquus Tiberino lucus Helerni*. sic enim codices vetercs illic maiori ex parte. aut *Hilerni*, aut *Elerni*, aut *Ilerni*. Vrsini vetcrrimus et Helmstad. *Alerni*. tres alii *Auerni*. vnus Farnesianus non magnae fidei *Hilernae*. quod vulgatas maiori ex parte editiones occupavit. Viderit igitur doctissimus Onuphrius, qua fretus auctoritate regione Vrbis XIII AEDICVLAM ET LVCVM HYLER NAE ponat. *Hylernae lucus* est apud suppositum ab Annio Viterbiensi Fabium Pictorem.

70 *Inque Iouis summi*] *Summa arce* libri meliores. recte. Arcem Capitolinam (quam ab ipso Capitolio distinguunt passim Livius atque alii) sic appellabant κατ' ἐξοχήν. vt infra lib. VI. 183 *Arce quoque in summa Iunoni templa Monetae Ex voto memorant facta, Camille, tuo.* In mortem Drusi, de Augusto: *Ille vigil, summa sacer ille locatus in arce.* et alibi non raro.

71 *Adopertus nubibus aether*] *Auster* Zulich. Mazar. et sex alii. Apposite Columella lib. XI. 11 *Kalendis Februariis Fidis incipit occidere, Ventus Eurinus et interdum Auster cum grandine est. concitat Auster pluuias.* vt lib. III Art. 174 *Nec tepidus pluuias concitat Auster aquas.* hinc *nubilus*, et *humidus*, et *pluuius*, et *vdus*, et *imbrifer*, poëtis passim dicitur. Solinus cap. XI, vbi agit de Delo deque coturnicibus: *Austro nunquam exeunt. nam metuunt venti flatum humidioris.* sic scribendum, cum *tumidioris* perperam in scriptis editisque exemplaribus circumferatur. coniecturam sequentia apud Solinum confirmant: *Plurimum se Aquilonibus credunt, vt corpora pinguiuscula atque eo tarda facilius provehat siccior et vehementior spiritus.*

77 *Dumque lyram quaerit*] *Queret* et *demit* paulo ante meliores libri.

81 *Felix in amoribus index*] Fabulam habet Germanicus p. 56 ed. Grot. et eius Scholiastes, p. 124 ed. Commel. et Auien. p. 99 ed. Grot. et Meurs. I de Archont. 10.

85 *Lupus est a voce retentus*] Lege *hac voce*. et sic vnus Vaticanus.

87 *Saepe canes leporesque vmbra iacuere sub vna, Et stetit in saxo proxima cerua leae*] *Vmbra cubuere sub vna* Zulich. Mazar. Arond. et quatuor alii. bene. sic Virgil. in Culice: *At circum passim fessae cubuere capellae.* Marcian. Capell. lib. VIIII hunc locum videtur respexisse Orphei cantu: *Impune accubuit victibus agna lupi, Et lepus immisit contulit ora cani.*

88 *Et stetit in saxo proxima cerua deae*] Illud *in saxo* cum sit omnino odiosum hoc loco, non dubitem codicis Puteanei lectionem admittere, in quo *infestae leae*. vt III Art. 670 *Non decet infestos currere cerua canes.* et inf. II. 800 *Parua sub infesto cum iacet agna lupo.*

89 *Cum Palladis alite cornix*] *Cornus* Mazar. prim. Medic. et octo alii. Sed de noctuae et cornicis inimicitiis vide Aelian. Hist.

Digitized by Google

Hist. Animal. libro III. 9. lib. II Amor. VI. 55 *Viuit et armiferae cornix inuisa Minervae.*

93 *Siculas impleuerat vrbes*] Eusebius in Chronico ad annum MCCCXCVIII *Arion Methymnaeus clarus habetur, qui a Delphino in Taenarum dicitur transportatus.* vbi plura ex Pausania, Aeliano, Solino, Suida, magnus Scaliger, qui et ipsum Arionis super hac re hymnum illic profert sub Olympiadem XXXX. paret illi Cycleus, vt ex epigrammate Graeco, quod Aelianus profert, satis apparet.

99 *Districto ense*] Alii *destricto.* quod praestat. infr. 207. sic *deripere ensem vagina.* de quo hoc libro v. 794 agemus.

100 *Caeteraque armata*] *Armata est* Vrsini, Voss. Arondel. Mazar. Zulich. et alii complures. Lego *Caeteraque armatae conscia turba manus.* in quibus loquendi modis Noster est totus, sic infra hoc ipso libro v. 636 *Parca precaturae fumite vina manus.* et lib. IIII. 453 —— *montes vlulatibus implent, et feriunt moestae pectora nuda manus.* ita vtroque loco ex fide veterum librorum est scribendum.

101 *Dubiam puppim*] *Pinum* liber Pomp. Laeti et vnus Farnes. placet.

102 *Non haec sunt digitis arma tenenda*] *Ferenda* quinque libri. forte *terenda.* sic Art. Am. *Clypeo manus apta terendo est,* ex antiquis itidem libris.

103 *Ille metu pauidus*] Imo *vacuus.* atque ita in vno Moreti pro diuersa lectione erat notatum. Met. III. 582 *Ille metu vacuus. Nomen mihi, dixit, Acoetes.* Met. X. 117 *Isque metu vacuus, naturalique pudore Deposito celebrare domos.* Seneca Hippol. 146 *Tutum esse facinus credis et vacuum metu? Erras.* Cicero Philipp. prima: *Vacui metu esse debemus.* Mox pro *sed liceat* duo codices cum Mazar. *si liceat.* bene, si *deprecer* quoque praecedenti versu legas.

107 *Distinctam*] *Bis tinctam* primo legendum ex castigationibus. Artis Amat. III. 170 *Nec quae bis Tyrio murice lana rubes.* vbi perperam plurimi ex scriptis *de Tyrio.* Quale mendum etiam e Martiali eluendum puto in Xeniis Ep. LXXXIIII *Murices: Sanguine bis nostro tinctas, ingrate, lacernas Induis.* de *nostro* enim et illic legitur. Nam quod in Apophor. Ep. CLIIII habes: *Ebria Sidoniae cum sim de sanguine conchae,* de dibaphis illic non agi ipsum lemma epigrammatis satis euincit. Fulgentius praefatione Mythologiae de Calliope: *Talotenus bis tinctam recolligens vestem.* Pro *pallam* quidam codices *Lanam.* vt Horat. II Od. XVI —— *te bis Afro Murice tinctae vestiunt lanae.* Sed vulgata lectio praestat. *palla* enim citharoedorum vestis. Stat. Theb. VIIII. 690 *Bis Oebalio saturatam murice pallam* dixit. vid. Ferrar. lib. II de Re Vest. vbi multa ad rem. *Sidonio recocta fuco purpura,* et *bis coctus aëno Sidonius murex,* Apollinaris. *Sidonium bis cocti muricis ostrum* Alcimus Auitus de laude Virginitatis. Horatius Ep. XII. 21 *Muricibus Tyriis iteratae vellera lanae. Assyrio bis lauta colore Vellera* Virgil. in Culice. *Sidonio repetita aheno Lana* Auctor Herculis Oetaei

Digitized by Google

663. ſed modus non eſſet. Pro *Induerat* multi veteres *Induit etc.* Legam libenter *Indutur.* ſcriptum nimirum fuerat *Indnit turio*, cum geminari ſyllaba debuerit. Mart. V Ep. XXIII *Herbarum fueras indutus Baſſe colores.*

108 *Reddidit*] *Reddit et icto* Regius et duo alii. *reddit tecta* vnus Farneſianus.

110 *Traiectus penna tempora cantat olor*] *Threïcius* eſt in Zulich. Mazar. a manu prima, et vno Farneſ. ac Medic. Locus haud dubie mendoſus. cui medicinam nunc non fero. Fio *canentia tempora* recte etiam *candentia* tres ſcripti. poſſunt tamen *tempora canentia* dicta eſſe pro ſenilibus. vt apud Maronem lib. X. 418 *Vt ſanior letho canentia lumina ſoluit. Olos* etiam ὀχαιικῶς Vrſini liber. de oloribus alibi nihil ſimile legi. quare ſuſpectum habeo hoc diſtichon.

115 *Ille ſedet, citharamque tenet*] *Sedens* et *tenens* libri meliores. vel *ſedens tenet.* quod malo. mimeſis eſt Virgiliani illius Aeneidos X. 218 *Ille ſedens clauumque regit velique miniſtrat. Citharam quatiens* nonnulli. et pro *vehendi, ferendi.* Forte *citharamque ferit*, vel *terit.*

122 *Maximus his factis*] Lege *faſtis* cum ſcriptis. Pro *his* multi *hic.* tres *binc.* quod placet. *adcelebratur* etiam ſex veteres. an pro *acceleratur?*

130 *Iampridem tu pater orbis eras*] Primae editiones et multi ex ſcriptis *vrbis.* ita apud Statium in Siluis Domitianus nunc *orbis*, nunc *vrbis, pater* appellatur. vid. I Silu. IIII. 96. III. 4. 48.

133 *Concedes*] Rectius alii *concedas.*

135 *Te Tatius paruique Cures*] *Tatii* tres ſcripti. vt apud Propertium lib. IIII Eleg. X *Sic Sancam Tatii compoſuere Cures.* ita enim legi malim quam *Tatiae.* vide notas ſupra lib. I. 261. *Parui Cures* etiam Virgilio lib. VI. 812.

136 *Romanum eſt*] *Eſt* non habet Strozzae liber. forte *Roma tuum ſolis etc.*

140 *Reppulit ille nefas*] *Submouet* meliores magna ex parte. I Triſt. V. 15 *Hunc tua per fortes virtus ſubmouit amicos.* Triſt. V El. II. 44 *—— —— nullas ſubmouet ara preces.* et Triſt. II. 203 *Submouet ingenuas pagina prima manus.*

148 *A Zephyri mitior aurea venit*] *Mollior* meliores. lib. III Artis 728 *Et Zephyri molles, auraque, dixit, ades.* vide Notas ad Epiſt. III. 44.

149 *Nitidum iubar extulit*] *Exerit* Voſſ. Arond. et ſeptem alii. *caput exerit* Zulich. et Mazar. Sequenti verſu *tempora veris eunt*, pro *erunt*, tres ſcripti. vt in Amorib. I. 6. 26 *Tempora noctis eunt.* et hoc ipſo libro v. 268 *Fauni ſacra bicornis eunt.* et lib. VI. 384 *Mediae tempora noctis eunt.* Opinor ſcribendum *Quintus vbi aequoreis nitidum iubar exerit vndis Cynthius, en primi tempora veris eunt.*

152 *Relinquet hyems*] *Reliquit* meliores. nonnulli etiam *relinquit* cum Naugeriano.

153 *Tertia*

Digitized by Google

153 *Tertia non veniet*] *Veniat* ex melioribus repone. fic fae-pe Noſter infra. *aderit* Bonon. et vnus meus. forte *adſit*. lib. II Am. VI. 45 —— *ſeptima lux aderat*.

160 *Dixit, eris*] *Semper* Voſſ. Arondel. prim. Med. Mazar. vt *dixit* ſubintelligatur.

162 *De Ioue crimen habet*] *A Ioue* prim. Vaticanus et duo alii. Lege *ab Ioue*. dictum ſupra lib. I. 236.

164 *Aut plus aut medium*] *Iam medium* quidam. Cogitaue-ram aliquando *haud pluſquam medium*. ſed nihil mutandum. lib. XI Met. 478 *Aut minus, aut certa medium non amplius aequor Puppe ſecabatur*.

167 *His ait in ſylua*] *Hac* ſcripti meliores. Puto *Hac, ait, in lympha*.

170 *Dat mala ſigna morae*] *Male* legendum omnino vel in-vitis membranis. lib. III. 721 *Tu quoque Thebanae male praeda tacebere matris*. Trift. lib. III Eleg. X *Pellibus et ſutis arcent male frigora braccis*. et lib. IIII Eleg. VI *Sic male quae video non videoque nocent*. et lib. V Eleg. VII *Pellibus et laxis arcent male frigora braccis*. qui loci vulgo mendoſi circumferuntur.

174 *Caſtas pollue, dixit, aquas*] *Sacras* octo libri. ſed Ca-to Diris: *Dulcia rura valete, et Lydia dulcior illis, Et caſti fontes*. Statius Silua IIII ad Iulium Maximum: *Nunc ab in-tonſa capienda myrto Sexta, nunc maior ſitis, et bibendus Ca-ſtior amnis*. Theb. III. 201 —— *nec quod tibi Delia caſtos Prolapſum ad fontes, ſpecula temerante profana, Heu dominum in ani nihil agnouere moloſſi*. at lib. II Met. 464 in hac fabula: *I procul hinc, dixit, nec ſacros pollue fontes Cynthia*.

179 *Vtque ferae*] Malim *fera pellice*.

182 *Amata Ioui*] *Amanda* Voſſ. Arond. Mazar. et Zuliche-mianus. ſic Stat. XI Theb. II ex MSS. *Atqui ipſi non illau-danda Tomanti*. vulgo *illaudata*.

191 *Canamque adiit*] *Canamque rogat* libri meliores. qui-dam et *petit*.

195 *Veientibus armis*] *Aruis* Mazar. Laeti, Nauger. et tres alii. quod malo. nam *arma* ſequitur. Caeterum Vrſini liber *Vol-ſcentibus armis*. verum contra fidem hiſtoriae, etſi cum *Volſcis* bellum ſub eandem tempeſtatem geſſere Romani. Sed Veiente bello Fabii occubuere. rem, vt geſta eſt, narrat vbertim Liuius, tangit et A. Gellius lib. XVII Noct. Attic. cap. XXI. Quidam Fabiae gentis trecentos tantum occubuiſſe contendunt hac pu-gna. quos inter Chronicon Euſebianum: CCC *nobiles Fabiae familiae a Veientibus caeſi*.

198 *Sumunt*] *Sumite* codex Laeti et vnus Farneſianus. vide quae infra v. 638 hoc libro mox a me dicentur.

201 *Dextra eſt via proxima Iano*] *Dextro Iano* Zulich. Ma-zar. Polit. Laeti et octo alii. bene. quod et Neapolis vidit. Li-vius lib. II. 49 in hac narratione: *Infelici via a dextro Iano portae Carmentalis profecti*. Pro *Carmentis* Vrſini liber, Ma-zar. Zulich. et ſex alii *Carmenti*. an *Carmenti porta*? Erat au-tem

Digitized by Google

tem aedes haec Iani extra portam Carmentalem. vide Festum in *Religioni est*.

202 *Quisquis es, omen habet*] *Quae fera nomen habet* Vrsini liber. non probo. *scelerata* enim dicta, vt ex Festo patet, non *fera*. Sequens distichon ab Vrsini, Petauii et aliis quibusdam abest.

205 *Crinemque tetigere*.] *Tenuere* vnus Medic. vnus Moreti cum prima editione. adi Notas lib. III. 219.

Turbidus] In nonnullis *Turgidus*. vt Horat. IIII Od. XII *Flumii byberna nive turgidi*. et ita *inflati aquis amnes* Liu. XXIII. 19. et alibi. sed frustra. Plutarch. in non dissimili narratione, vita Pyrrhi, haud longe ab initio: Πολύ τε γὰρ ἐξέπιπτε βῶμα καὶ δολερὸν ὑμβρων ἀπιγενομένων. ita Stat. IIII Silu. III. 76 *Et nunc ille ego turbidus minarum, Vix passus dubias prius carinas*. et VIIII Theb. 482 *Turbidus imbre genas*. Senec. Herc. Oet. 501 — — — — *vagus Euenos, altum gurgitem in pontum ferens, Iam pene summis turbidus ripis erat*.

207 *Districtis ensibus*] *Destrictis* libri meliores. vt supra v. 99.

209 *Lybica de gente leones*] *De rupe* meliores magno numero cum primis editionibus. Claud. III Cons. Hon. 89 — — *et rupe relicta Gaetulo comes ire patri*. quamuis vulgata lectio sic posset accipi, vt lib. III. Met. 208 *Spartana gente Melampus*, de cane. Liu. XXXXIIII. 9 *Bestiae omnium gentium*. vbi *generum* emendat Vrsinus. male.

214 *Armaque tecta*] *Operta* vnus Puteaneus. alter *caeca*. quod placet. vnus Patauinus *caecata*. proxime verum. Statius Theb. II. 501 *Insidias natura loco caecamque latendi Struxit opem*. Silius libro V. 1 *Ceperat Etruscos occulto limite colles Sidonius ductor, perque alta silentia noctis, Siluarum anfractus caecis insederat armis*.

218 *Turba latet*] Malo *latent*.

224 *Quoque vident sternunt*] *Quosque* multi ex scriptis. *Quodque vident spernunt* Voss. Mazar. Zulich. et duo alii. tres *Quosque vident spernunt*. optime. Nam et Liuius notat a Fabiis nimia sui fiducia fuisse peccatum.

230 *Restet, adest*] *Habent* Vrsini, Maz. Zulich. et decem alii.

231 *Siluis latratibus actus*] Alii *latrantibus*. sed elegantissime mehercules duo Mazar. duo Farnesiani et vnus Vaticanus *silvis Laurentibus*. Noster Met. XIIII. 342 *Exierat tectis Laurentes Picus in agros, Indigenas fixurus apros*. Virgil. X. 706 *Ac velut ille canum morsu de montibus altis Actus aper, multos Vesulus quem pinifer annos Defendit, multosque palus Laurentia, silua Pastus arundinea*. quae Noster hoc loco respexit. Horat. lib. II Sat. IIII *Vmber et iligna nutritus glande, rotundas Curvat aper lances carnem vitantis inertem. Nam Laurens malus est, vluis et arundine pinguis*. Martial. lib. VIIII Ep. XXXXVIIII *Inter quae rari Laurentem ponderis aprum Misimus*. Idem lib. X Ep. XXXXV *Ilia Laurentis cum tibi demus apri*. Hinc et in Cata-

Digitized by Google

Catalectis poëtarum veterum: *Vite Sabine, Lacon fulco, fue comite Laurens.* Siluarum Laurentium etiam meminit Symmachus Epist. XXXXIII libri IIII *Nam me in siluis Laurentibus continuatus est, ruruli inhaerentem quieti.*

244 *Inter vtrumque latet*] Cum *latent* mox sequatur, accelo Mazar. Voss. Arond. et aliis multis, in quibus *iaces*, vt rede Neapolis. vnus Vaticanus *micat*. *At medius* etiam malim.

246 *Quae tibi cur tria sint tam sociata canam*] *Consociata* Voss. Arondel. prim. Mediè. septem alii. bene. In mortem Drusi 380 *Quodque etiam magno consociata Ioui est.* Horat. libro II Od. III *Vmbram hospitalem consociare amant.* Phaedrus Fab. LXVIII *Nouissime interdicit, ne cum maleficio Vsum bonus consociet vllius rei.* Auienus Fab. XVIIII *Quos meritis nullus consociaret bonos.* vtitur etiam eo verbo frequenter Tullius. Pro *tibi* quoque probe *sibi* tres scripti, cum Zulichemiano.

256 *Dulcia poma mora*] *Mitia* vnus Patauinus optimae notae. Virg. Eclog. I —— —— *sunt nobis mitia poma, Castaneae molles, et pressi copia lactis.* Horatius Epod. II *Vel cum lecorum mitibus pomis caput Autumnus aruis extulit.* In Catalectis vetus Epigramma de Mensibus: *Turgentes acinos varias et rarefecat vuas September, sub quo mitia poma iacent.* ita scriendum. *surgentes acinos* exhibent perperam codices vulgati. Arnob. lib. V *In puncti spatio poma extulit mitia perfectionis propriae maturitate completa.* Contra *cruda*, vel *acerba*. quae t *dura* paulo ante dixit. Noster Amoribus III. 14. 24 *Pomaque rudeli vellis acerba manu.*

262 *Fatidicum verbis*] *Verfis* Mazar. *veris* Hamburg. Puto *veri*. nam *ver* erat integrum a manu prima. vt Met. XII. 18 *veri prouidus augur Thessalides.*

263 *Lactens haerebit in arbore ficus*] Grossos designat. Marobius libro II Saturnal. cap. XVI *Nec hoc ignorandum est, ficum solam ex omni arbore non florere. Lacte proprium ficorum. grossi appellantur fici, quae non maturescunt. Has Graeci dicunt* ὀλύνθους. *Mattius*: *In mitibus tot non videbitis grossum. et nullo post ait: Sumas ab albo lacte diffluos grossos.* ita ista scrienda sunt. Ex priore versu Mattii expunximus τὸ *ficorum* ex lossa natum. quod versus scazon non admittebat. *lac ficuum*, raecis ἁπλῶς *lac* in ficu dicebatur. Plinius de ficu Aegyptia: *septeno numerosa foetu: multo lacte abundans.* apud eundem libro XVI. 38 *Ficis lactens humor. huic ad caseos figurandos coagli vis.* sic scribe ex optimis membranis. lib. XXIII. 71 malo *fici succus lactens aceti naturam habet*, quam *succus lacteus*, quod nunc circumfertur. et cap. VIII de caprifico: *Lacte eius coagulatur in caseum.* sic Chifletianus codex, non *lac*. de Palmis idem Plinius lib. XIII. 4 *Dos his praecipua succo pingui lacentibus.*

264 *Fonte bibentur aquae*] *Bibantur* rectius septem vereres. enim imprecantis.

265 *Monu-*

Digitized by Google

265 *Monumenta perennia*] *Patentia* Vrſini liber. ſic lib. VI. 195 *Haec hominum monumenta patent*. lib. IIII ex veteri libro v. 707 *Factum abiit, monumenta patent*.

288 *Sacra bicornis erunt*] *Eunt* libri meliores pleriqúe. dictum ſupra v. 149.

276 *Altaque Troezene*] *Troezene* non dicitur, ſed *Troezen*, apud veteſtiores Graecos ac Latinos ſcriptores, et vt dicatur, tamen Arcadiae ea ciuitas non ſit, ſed Peloponneſi. Lege igitur *Cyllene* cum Voſſ. Mazar. Zulich. et decem aliis. Puteaneus et Douzae liber *Tigene*. Κυλλήνη, ὄρος Ἀρκαδίας. vnde Mercurium quidam dictum volunt Cyllenium. ſic lib. V Metamorphoſeon v. 607 *Vſque ſub Orchomenon, Pſophidaque, Cyllenenque, Maenalioſque ſinus, gelidumque Erymanthon et Elin Currere ſuſtinui*. lib. I Met. 217 *Et cum Cyllene gelidi pineta Lycaei*. vbi *Cylleno* perperam ſcribitur. lib. VII *Dextera Cyllene eſt*, non *Cyllena* cum vulgatis. huius montis meminit et Faſt. V. 187 Noſter. Statius quoque Theb. IIII. 284, vbi varia Arcadiae loca recenſentur: *Non Tegea, non ipſa deo vacat alite felix Cyllene, templumque Aleae nemorale Dianae*. et v. 296 *Aepytios idem ardor agros Pſophidaque celſam Vaſtat*. ita ſcribendum eſſe ex Naſonis loco iam adducto ſatis manifeſtum eſt, et confirmant veteres membranae. vulgati perperam *et Pſophida celſam*.

277 *Pan illic numen aquarum*] *Equarum* Vrſini, Maz. Zulich. et octo alii. codex Pom. Laeti et tres alii *Pan erat armenti cuſtos, Pan numen aquarum*. quod amplector, ſi legas *equarum*.

282 *Dialis erat*] *Erit* duodecim ſcripti. duo *ineſt*. Pro *ad haec* Mazar. et quatuor alii *ab hoc*. totidem *adhoc*. tres *adhuc*. vnus *obhoc*. Vrſini liber et duo alii diſtichon hoc omittunt. Forte *Flamen ad haec priſco more Dialis erat*.

283 *Si currere mos eſt*] *Sic* cum ſcriptis pleriſque.

286 *Concitat ipſe feras*] *Concitat ille feras* Mazar. vnus Vaticanus et Moreti. quam veram lectionem arbitror. Hi terrores πανικὰ vocabantur, καὶ πανικὰ δείματα. de quibus in Miſcellaneis cap. XXVIII vir ſummus Angelus Politianus, et poſt illum Magnus Caſaubonus ad Tactica Polybio ſubiuncta. Appoſite Val. Flaccus lib. III. 56, vbi de Pane: *Ludus et ille deo, pauidum praeſcipibus aufert Cum pecus, et profugi ſternunt dumeta iuuenci. Concitare*, vt ſupra lib. I. 436 *Fugiens concitat omne nemus*. et ſic ſaepe alibi. Vrſini tamen codex et quinque alii *concipit fugas*. non minus eleganter. pro qua lectione erudite, vt ſolet, multa Gronouius Obſeruat. lib. IIII cap. XIIII. Reliqui codices *concipit feras*. Poſſis etiam *concitat inde feras*.

287 *Iubet ire miniſtros*] *Amat ire* codex Thuaneus.

291 *Vita feris ſimilis*] *Fere et* vnus Vaticanus. Puto *ferae ſimilis*, pro ferinae. Sed nec male Mazarin. *Vita fere ſiluis nullos agitata per vſus*. Pro vulgata ſcriptura facit Senecae locus Thyeſtae: —— *repete ſilueſtres fugas, Saltuſque denſos potius et miſtam feris, Similemque vitam*. Sequenti verſu *rude vulgus*

Digitized by Google

vulgus erant vnus Moreti pro diuersa lectione. rectius quam *erat* cum vulgatis.

311 *Aurea pellebat tepidos vmbracula soles*] Rectius vndecim libri *rapidos*. quo feruorem solis exprimit. Amor. lib. III Eleg. VI. 106 *Sint rapidi soles siccaque semper hiemg.* appositè Claudianus IIII Conſ. Honorii 341 — *nec defensura calorem Aurea submouerant rapidos vmbracula soles.* Habes tamen et *tepidos soles* apud Maronem Georgicon primo. Horat. II Od. VIIII *Nec rapidum fugiente solem.* Virg. I Georg. 92 *Rapidiue potentia solis.* German. Progn. *Ac rapidis iidem ne solibus aestuet orbis Efficient.*

313 *Iam Bacchi nemus et Tmoli vineta tenebant*] Numeri in hoc versu turbati. Puteaneus codex et vnus Farneſ. *Iamque nemus Bacchi.* duo alii τὸ *et* non agnoſcunt. Lege *Iam Bacchea, nemus Tmoli, vineta tenebant.* ita *Bacchei vlulatus*, pro Bacchicis, lib. IIII. 17 Met. Malo autem *tenebant*, quam *tenebat*, quod in pleriſque eſt. ſic Virgil. Aen. VI. 477 *Inde datum molitur iter: iamque arua tenebant Vltima.* Aeneas nempe et Sibylla.

314 *Hesperus*] *Hesperos* Petauianus. ſic bis ſcriptum offendi Fragmento Prognoſticorum Germanici in vetuſto codice Puteaneo.

315 *Laqueata et pumice viuo*] Rotundius decem veteres *laqueataque. Viuo pumice* etiam reddimus Claudian. II Rapt. 102.

318 *Induit illa suis*] *Inſtruit* vetuſtiores plurimi. recte. ſic Ep. VIIII. 117 de hac eadem, ni fallor, Omphale: *Inſtruxitque manum claua domitrice ferarum.* Epiſt. Didus VIII. 188 *Inſtruis impensa noſtra ſepulcra breui.* hinc *inſtrumenta* pro cultu. Initio Triſt. *Felices ornent haec inſtrumenta libellos.* et *inſtructura.* Iſidorus: *Inſtructura parietum ad normam fieri oportet.* idem alibi de calce: *vſus eius inſtructuris fabri ac neceſſarius.* ſed priore loco *inſtructura* pro ſtructura poni videtur. libro Met. XI. 167 *Inſtructamque fidem gemmis et dentibus Indis Suſtinet a laeua.* hoc eſt ornatam. ita libri vetuſtiores. Apud Pomponium et alios veteres locos *ſupellex* definitur *inſtrumentum domus.* interpretes Baſilicorum transtulerunt οἰκοσκευὴν, quod tantundem eſt. *cultum et inſtructum* coniunxit Tertullianus libro de Anima, vt Noſter *cultibus inſtruere: Ipſe orbis in promtu eſt cultior de die et inſtructior priſtino.*

322 *Magnas manus*] *Vaſtas* liber Pomponii Laeti et duo Farneſiani pro diuersa lectione. quod placet. nam *magni pedes* ſequuntur.

324 *Scindebant magni*] *Stringebant magnos* quinque codices. ſimilia habes apud Statium Theb. X. 642 *Amphitryoniadem exutum horrentia terga Perdere Sidonios humeris ridebat amictus Et turbare colus, et tympana rumpere dextra.*

326 *Tela minora*] Vlitius volebat *minore*, ſed male. *tela minora* opponit clauae, quae telum maius.

329 *Quia sacra parabant*] Bene Zulich. Mazar. Voſſ. et alii nonnulli *pia ſacra.*

333 *Vino-*

Digitized by Google

333 *Vinoque ſopitos*] *Solutos* meliores. quidam tamen *ſepultos*. quos inter Zulich. et Laeti codices. alii *grauatos*, vel *iacentes*.

340 *Manus*] Meliores *manum*.

341 *Attonituſque metu rediit, ceu ſaepe viator*] Lege *ſept.* viſo in ſepibus angue. niſi *vepre* malis. nam in vepribus angues frequentiſſimi. hinc de iis Lucretius lib. IIII. 59 —, — *nam ſaepe videmus Illorum ſpoliis vepres volitantibus auctas*. Rigui etiam Voſſ. Arond. Zulich. Mazar. et tres alii. ne bis idem dicat. At Vrſini, Laeti, Petauii et plurimi alii *rediit vt ſepe viator*. vide Notas Ep. VI. 31. Reſpexit illa principis poëtarum Iliad. Γ, 33 Ὡς δ' ὅτε τίς τε δράκοντα ἰδὼν παλίνορσος ἀπέσσυ̃το ὄψεος ἐν βήσσῃς, ὑπό τε τρόμος ἔλλαβε γυῖα Αὖ τ' ἀνεχώρησεν, ὄχρός τέ μιν εἶλε παρειάς. quae et Maro in animo habebat Il. 379 *Improuiſum aſpris veluti qui ſentibus anguem Preſſit humi nitens, trepidusque repente refugit.* Phaedrus II Fab. I *Viator eſt deductus in eundem locum, Feroque viſo rettulit retro pedem.*

346 *Et tumidum cornu durius inguen erat*] *Cupidum* Mazar. vnus Moreti *rigidum*. Gottorph. *rigido*. probe. Petronius cap. CXXXIIII *Rogo adoleſcentulus mecum nocte dormiat: niſi illud tam rigidum reddidero quam cornu.* vide Notas Amor. III Eleg. VII. 67.

348 *Horrebant denſis aſpera crura pilis*] *Spiſſis pilis* Helmaeſtadienſis. forte *hirtis hiſpida crura pilis*. ſic in Priapeis Epigr. III cenſeo ſcribendum: *Da mihi quod cupias fruſtra dare forſitan olim, Cum teget obſeſſas hiſpida barba genas.* quanquam *inuida barba* dicta videri poteſt, quod vſum Veneris amatoribus intercipiat.

349 *Caetera tentantem*] *Cunctantem* vnus Medic.

359 *Adde peregrinis*] *Peregrinae* Arondel. Mazar. Zulich. vnam enim ſolummodo cauſam retulit.

361 *Cornipedi Fauno*] *Ceruipedi* Zulich. eleganter. quomodo *Capripes* idem dictus. et *Capripedes Satyri* Lucretio ac Horatio. *Hircipedem Panem* habes apud Marcian. Capell. lib. VIIII.

363 *Verubus tranſuta ſalignis*] Multi ex ſcriptis etiam vetuſtioribus *transfixa*, vel *traiecta*. ſed male. Colum. lib. VI. 5 *Media pars deſcripti orbiculi ſubula tranſſuitur.* ſiue *fibula*, quod eſt in membranis. Celſus lib. VII *Acu filum ducente tranſſuitur.* vid. infr. 578.

364 *Medias ſole tenente vias*] *Fouente* idem Zulich. Mazar. Voſſ. et Arond. *medium ſole tenente diem* Laeti et vnus Farneſ.

367 *Caeſtibus, et iaculis, et miſſa pondere ſaxa*] Voſſ. Mazar. Zulich. et tres alii *Veſtibus*. alii nonnulli cum Petauiano *Veſtibus*. vnus Vatic. *Vtribus*. vt harpaſtum intelligat. de caeſtu certe minus placet, qui ludus Romanis vix in vſu. *Veſtes* ſeu *Sudes* militare exercitium. Vegetius libro I. 9 *De exercitio Cn. Pompeii Magni Salluſtius hoc memorat: cum alacribus ſaltu, tum validis veſte certabat. Neque enim ille aliter potuiſſet per eſſe Sertorio. ſudes* alii, vt opinor, vocant. vt Iuuenalis Sat. VI

— *quis*

Digitized by Google

— *quis non vidit vulnera pali Quem cauat assiduis fudibus scutoque lacessit. Missilia* Vegetius appellat lib. II. 23. Vsus saxis pugnandi etiam in exercitu multus, qui *libratores* dicebantur, videndus Vegetius. Eumenius in Panegyrico: *Ibi praeluſio, hic pugna committitur. hic plerumque velut fudibus et ſaxis, illic ſemper telis ſplendentibus dimicatur.* male Lipſius *rudibus et haſtis.* Coniunxit haec tria, vectes nempe, iacula et saxa, Silius etiam libro primo: *Nunc ſude, nunc iaculo, nunc ſaxis impiger inſtat.* Caeterum hoc diſtichon duo codices aut tres non agnoſcunt, et videtur ex ſuperiori conflatum. *Miſſi* etiam *ſaxi* meliores.

370 *Et, Reme, dixit, agunt*] Arondel. Voſſ. Mazar. et vnus Vaticanus *eripe.* quod elegantius omnino et animi conſternati ac praeſentiſſimam opem vrgentis ſigna egregie prodit. ſic apud Val. Flaccum lib. VI. 29 — — *Mars ſaeuus ab altis Hoſtis io, conclamat, equis, agite, ite, propinquat.* et apud Silium lib. II. 221 — — *mihi gloria magnae, Itate, venit pugnae.* Noſter Triſt. III Eleg. VIIII — — *tumulo ſpeculator ab alto, Hoſtis, ait, noſco, Colchidi, vela, venit.* ita locum mendoſiſſimum puto eſſe ſcribendum. vide quae illic notaui.

372 *Occurſu praeda recepta Remi*] Lege *accurſu*, vel ſine libris. lib. VI. 147 *Territa voce ſui nutrix accurrit alumni.* apud Horatium lib. I Sat. VIIII *Accurrit quidam notus mihi.* ſic praeſtantiores codices, non *occurrit.* vt et apud Maronem Aen. V. 451 — — *primuſque accurris Aceſtes.* Statius Theb. VI. 510 — — *tandem caligine merſum Erigis accurſu comitum caput.* quomodo illic caſtigandum eſſe Viri docti monuerunt. et lib. VIII. 674 — *nec ſegnius ardens accurrit.* et ibi *occurris* aliqui. vid. et inf. lib. III. 757.

373 *Detrahit exta*] *Detulit* Voſſ. Arond. Mezar. et vnus Patauinus. an *depulit?*

380 *Et memorem famam, qui bene geſſit, habet*] *Quod bene geſſit* Vrſin. Mazar. Zulich. Petauianus et multi alii. Voſſ. *quam bene.* puto pro *quum.* Excerpta Politiani et opt. Mediceus *quod bene ceſſit.* Scribe *quis bene ceſſit, habent.* Met. X. 80 *Seu quod male cefferat illi, Siue fidem dederat.* Seneca Controu. XXVIII *Neſcit, quod bene ceſſit, relinquere.* ſic ille ſaepe. Vel *ſi bene ceſſit, habent.* Ep. VIII. 101 *Pars haec vno mihi coniux bene ceſſit Oreſtes.* Triſt. V. Eleg. XII *An quia ceſſerunt primo bene carmina.* Pont. IIII Eleg. II. 48 *Vtiliter ſtudium, quod tibi cedit, ama.* Horatius lib. II Sat. I — *neque ſi male ceſſerat, vſquam Decurrens alio, neque ſi bene.* vbi libri quoque veteres plerique *geſſerat.* Seuerus Aetna: *Nec cuiquam ceſſit melius ſua tempora noſſe.* vetus Epitaph. *Nec tibi, nec nobis aeternum viuere ceſſit.*

382 *Quaene locum tali nomine cauſa notet*] Voſſ. Arondel. Mazar. Zulich. et ſex alii *tanto nomine.* Forte *noto nomine.*

383 *Siluia Veſtalis*] *Ilia* rectius Voſſ. et ſex alii libri. Plutarchus in Romulo, vbi agit de eius matte: Τούτων οἱ μὲν Ἴλιαν, οἱ δὲ Ῥέαν, οἱ δὲ Σιλουίαν ὀνομάζουσι. triplex ergo illi nomen.

Digitized by Google

nomen. Solinus *Rheam Siluiam* ab aliis *Iliam* dici asserit. in vetusto lemmate inedito epigrammatis Graeci, *Seruilia*, Σερβυλία, Romuli et Remi Mater nuncupatur. quod ad Solinum profert Salmasius p. 11. nisi et illic ῥέα Σιλουία scribendum. aut Σιλουία simpliciter. sed *Iliam* amant appellare poëtae. Virgil. I Aen. 274 *Marte grauis geminam partu dabit Ilia prolem.* et VI. 778 *Romulus, Assaraci quem sanguinis Ilia mater Educet.* atque ita eam vocat passim Noster. vt Am. III. 6 *Ilia pone metus.* et II. 14. 15 *Ilia si tumido geminos in ventre necasset.* Trist. II. 260. infra lib. III. 11 ex veteri Arondeliano: *Ilia Vestalis: quid enim vetat inde moueri?* Noster alibi III Amor. IIII. 40 *Romulus Iliades Iliadesque Remus.* et lib. III *Iliadae fratres.* eadem Ilia et Tiberini vxor apud Horatium lib. I Od. II, Statium in Siluis non vno loco, Claudianum Conf. Olybrii, et Sidonium Apollinarem Panegyrico Maioriani. *Caelestia femina partum* Bonon. venusta appositione. duo alii *caelesti partu.*

388 *In loca iussa*] Lege *vt geminos in loca iussa ferunt.* ita saepe apud Nostrum peccatur. *loca sola* quidam ex melioribus. etiam bene.

393 *Huc vbi venerunt, neque enim procedere possunt Longius*] *Nec iam procedere* bene Vrsini liber et vnus Patauinus. vnus Farnes. *vbi nunc venium est.* Lege *Huc vbi peruentum est.* lib. V. 95 *Hinc vbi peruentum est, consistite, praescia mater.*

394 *Vnus et alter*] *An alter* Arond. et Max. eleganter. sic lib. IIII meliores libri v. 7 *Saucius, an sanus, numquid tua signa reliqui?* et eodem libro v. 487 *Vnaque pastorem vidisset an arua colentem Vox erat.* Plinius lib. VI Ep. XIII *Acilius tamen rusticus, et cum eo septem an octo in priore sententia perseuerauerunt.* Tacitus Annal. primo: *quia Tiberius casu an manibus impeditus procciderat.* libro II *de se nihil addidit, metu inuidiae, an ratus conscientiam satis esse.* Seneca lib. I Suasoria II *At puto, rudis docta aetas, et animus qui frangeretur metu insueto, armaque non passurae manus, bebetataque senio an vulneribus corpora.* Apuleius Apologiae initio: *Nam, vt meminisli, dies abhinc quintus an sextus est.* Marcianus Capella lib. VIII *Enau pone victus atque acclinis adstabat, seu marcore confectus aetatis, siue anxia inter doctae vocis miracula intentione compressus, an alias poculis turgens.* Plura exempla ex Tacito deprompi possent. Videantur quae huius generis vir elegantissimus Iosias Mercerus ad librum primum Dictys Cretensis annotauit. Accius Ione: *Et taurigeno semine ortam fuisse an humano eam.* Auson. in Solone 19 *Rex, an Tyrannus, Lydiae Croesus fuit.* siue Tyrannus. Idem in Epitaph. *Et iam desieras puer, anne puella, videri.* Remed. Amor. 797 *Daunius an Libycis missus tibi bulbus ab oris, An veniat Megaris, noxius omnis erit.* Iuuenalis Satyra II. 121 *O proceres, censore opus est an aruspice vobis.* Gratius 96 *Deus ille, an proxima diuis Mens, fuit.* Sallustius apud Seruium Fuldensem: *Perrexere in Hispaniam an Sardiniam.* Vetus Epigramma, vt in vetustissimo codice scribitur: *Nec sibi congressi vir nocet an mulier.*

395 *Ab*

Digitized by Google

395 *Ah quam sunt similes! ah quam*] *At* vtroque loco Vrsini et Petauii codd. bene. Martial. VI. 10 *At quam non tetricus, quam nulla nubibus ira, Quam placida nostras respuit aure preces!* est autem admirationis hic, alibi et indignationis. Vide Notas ad Epist. XII. initio.

396 *Ex istis iste vigoris habet*] *Ex illis iste* Zulich. Maz. Arond. Voss. et multi alii. recte. vnus Farnesianus et Laeti codex *ex istis ille*. quod tantundem.

397 *Nisi fallit imago*] *Ni fallit* quatuor. vaus Farnes. *non*. Lege *nec fallit*.

398 *Nescio quem a vobis*] *In vobis* Maz. et duo alii. vt lib. VI. 5 *Est deus in nobis, agitante calescimus illo*. et hoc probat Modius Nouant. Lect. 63. Excerpta Politiani et tres alii probae notae *Nescio quem vobis*. probe. scilicet auctorem, quod sequitur proximo versu.

403 *Moritura simul*] Duo veteres *peritura*. Sequenti versu opt. Patauinus *Pignora*, pro *corpora*. etiam venuste.

405 *Vagierant ambo pariter*] *Vagierunt* Petau. Vrsin. et Nauger. bene. vt iam monui Ep. VII. Septem codd. *Vagierant clamore pari: sentire putares*. recte, si *Vagierunt* rescribas. Ep. Canaces: *Vagitus dedit ille miser; sensisse putares*.

408 *Heu quantum fati, parua tabella tulit?*] *Dedit* Petau. pro diuersa lectione. *vehit* tres alii. duo *curua tabella tulit*. alter Mazar. et vnus Med. cum Helmaestadiensi *curua tabella fuit*. *Fatum fuit*. eleganter. sic Propertius lib. II Elegia I *Huic misero fatum dura puella fuit*. Remed. Amor. 528 *Auxilium multis succus et herba fuit*. quae vera scriptura. Amor. libro II Eleg. I *Clausa tuo maius ianua fulmen erat*. vt et illi codices vetusti. Martialis libro IIII Ep. XII *Ingenium Galli pulchra Lycoris erat*. vid. supr. v. 37. Pro *curua* tamen *tabella* malim *curta tabella fuit*. dixi Amor. II Eleg. II. Saepe in voce *curtae* peccatum. sic Trist. lib. I Eleg. I *Contigeritque tuam scrinia parua domum*. cum libri veteres *curua* agnoscant, ego *curta* scribendum opinor. vt et *curta theca* apud Martialem, pro *curua*, lib. XI Ep. LVIIII. sic *curta fides patriae* apud Iuuenal. Sat. XIIII. et *curtum enthymema* Sat. VI. vt illic quoque vetus codex.

412 *Romula nunc ficus, Rumina ficus erat*] *Rumina nunc ficus, Romula ficus erat* Vrsini liber, Zulich. Maz. et duo alii. recte. neque aliter in codice suo emendarat magnus Scaliger. quatuor *Rumula*. mendose. Vidit veram quoque ex Liuio lectionem Illustrissimus Neapolis. *Ruminalis fici* praeter Liuium meminerunt Plutarchus in Romulo, in Problem. et de Romanorum Fortuna, Varro de L. L. et lib. I de Scenicis Originibus, Plinius lib. XV. 18, Tacitus Annal. lib. VIIII, Seruius ad VIII Aeneid. Festus, Victor in Descriptione vrbis Romae, vt et Sextus Rufus, qui *Ruminalem* omnes appellant. ergo *Romula* nuncupata antiquitus, non Nasonis aeuo. dicta *Ruminalis ficus* a *rumis*, id est, mamma. perperam *rumen* appellant. consulendus Salmasius ad Solinum p. 800.

Digitized by Google

416 *Perdere*] *Prodere* Thuan. et alter Potau. eleganter. vide Notas Rem. Am. 457.

418 *Et fingit lingua*] Perperam scripti multi *lingit*, vel *lambit*. adi Notas ad Epist. XX. 134.

419 *Vbera ducunt*] Male alii *fugunt*. Trist. I Eleg. VII. 43 *Quaeque tibi quondam tenero ducenda palato Plena dedit nutrix vbera, tigris erat.* Cicero initio lib. III Tusc. Quaest. *Simul atque editi in lucem et suscepti sumus, in summa opinionum perversitate versamur, vt pene cum lacte nutricis errorem duxisse videamur.* ita scribo. Iuuenal. Satyr. XII. 8 — *quem iam pudet vbera matris Ducere.* nec dubito quin in Germanici Arateis quoque reponendum sit: — *si vere Iupiter infans Vbera Cretaeae duxit fidissima caprae.* vbi *mulsit* nunc legitur. et sic olim etiam aetate Lactantii fuit lectum. is enim libro primo de Falsa Religione ita agnoscit, productis iis Germanici Caesaris versibus. vix dubito tamen quin male. Prudentius tamen passione S. Romani: *Multo ante clara, quam capellam Gnosiam Suxisse fertur Iupiter Martis puter.* nisi et illic *duxisse* reponi placet.

420 *Nec sibi promissa lactis aluntur ope*] Scripti maxima ex parte *promissi*. *Et sibi promissi* duo. *Nec sibi promissi* Voss. Mazar. et quinque alii. *Et sibi permissi* Vrsin. et vnus Vatic. bene.

421 *Locus ille*] *Ipse* meliores.

423 *Dictus á monte Lupercos*] Lege *ductos*. hoc est originem trahere ex Arcadia. sic infra lib. III. 75 *A te principium Romano ducimus anno.* vbi male *dicimus* vulgo. lib. I. 467 *Ipsa mone, quae nomen habes a carmine ductum.* lib. III. 387 de Saliis: *A saltu nomina ducunt.* vbi vide.

428 *Optatum*] *Optati* concinnius Mazar.

441 *Italidas matres*] *Italias* multi ex meliotibus scriptis. de quo Met. XV. 9. vnus Farnes. *Etalides.* an *Oebalidas?* vt lib. III. 230 *Inde diem, quae prima, meas celebrare Kalendas Oebalides matres non leue munus habent.* Deinde pro *facer hircus* lege cum Maz. duobus Vatic. et Strozzae libro *caper hirtus.* Vossii *caper hircus.* sic et *hirtae capellae* Virgilio et Auieno Ora Marit. 218. et Ouid. XIII Met. 927. caper enim proprie hircus castratus, a quo iniri non poterant.

445 *Puellae*] *Maritae* rectius tres scripti, atque in iis opt. Mediceus.

447 *Decimo noua cornua mense*] *Motu* plerique scripti. et recte. vt in Obseruationibus iam monuit doctissimus Gronouius lib. III. 1. vide notas nostras ad Epist. XI. 46. Quidam codices *cursu.*

448 *Mater erat*] Concinnius *erant.*

450 *Principium tu, dea, lucis habes*] *Eras* duo scripti, et pro diuersa lectione Zulich. quod placeret, nisi verbum id ipsum claudisset pentametrum praecedentem.

454 *Perdidit aura fidem*] Non minus elegans, quod libri tres veteres agnoscunt, *Prodidit fidem.* sic *prodere fidem*, pro fidem fallere, Sallustio Catilinaria: *Sed ea saepe fidem prodiderat, creditum abiurarat.* Cicero in Lucullo: *Prodere officium*

aut

Digitized by Google

aut fidem. Apuleius Metam. IIII *Thrasyllon egregium decus nostrae factionis, neque clamore, nec eiulatu quidem fidem sacramenti prodidit*. Paulinus carmine ad Cytherium: *Et illa Samson gesta quae priora sunt Sequatur vt vestes nouas, Ceu filia rumpat, nec fidem prodat suam, Ne perdat ignauus comam. Prodere commissa fidei* Horatius lib. I Satyra III. quo et illa Propertii alludunt de Tarpeia libro IIII Eleg. IIII *Prodiderat portaeque fidem patriamque iacentem*. Superiori etiam versu *fueris* pro *fuerat* legendum cum plerisque codicibus.

456 *Ianua lata patet*] Scribe *laxa* cum vno Ambros. et Gotorph. lib. I Am. Eleg. VIII *Clausa sit oranti tua ianua, laxa ferenti*. et lib. III Eleg. I *Quam tu non poteris duro referare coturno, Haec est blanditiis ianua laxa meis*. sic contra *ianua stricta* et *adstricta*. vide Notas Amor. III Eleg. I. 50.

458 *Proximus*] *Protinus* quinque libri. et duo superiori versu *subsidit*.

466 *Hos quoque posse togi*] Lege *bis quoque*, vel *hic*. nam in vno codice Vatic. *hoc* exstat. in quatuor aliis *se quoque*. *Salices has* Maz. et Zulich.

467 *Insonuit vento nemus*] *Intonuit* Mazar. Vpff. prim. Med. et quatuor alii. sic saepe *tonare*, pro *sonare*, apud poetas.

472 *Pro quo nunc cernis sidera numen habent*] Voss. Arondel. Mazar. et tres alii *dignum sidera munus*. quod secutus fuit. Posset et *nunc caelum sidera munus habent* legi. sic Art. Am. I. 557 *Munus habe caelum*. *Dignum sidera nomen* alii. *Pro quo, quae cernis, sidera nomen* Nauger. Petau. Zulich. et tres alii. *nunc cernis sidera nomen* Vrsin. et plurimi alii. Forte *Pro quo nunc cerni sidera munus habent*. Gronouius Nostes Obser. IIII. 18 corrigebat: *Pro quo nunc (cernis) sidera munus habent*.

474 *Ne violent*] *Nec violant* libri meliores. inf. 506. *timidi* autem sunt superstitiosi. persuasum enim Syri habebant iis, qui pisce quocunque vescerentur, inflari corpus et vlceribus compleri. Hinc *Syrios tumores* dixit Martialis lib. IIII Ep. XXXXIII *Iuro per Syrios tibi tumores*. Rem narrant Menander apud Porphyrium libro IIII περὶ Ἀποχῆς ἐμψύχων, Plutarchus περὶ Δεισιδαιμονίας, Tzetzes Chiliad. VIIII. 275, Artemidorus Oneirocrit. lib. I. 9. alii.

477 *Siue quod hasta Quiris*] *Cures* Vrsini et Petauii liber. *curis* Maz. Zulich. et quatuor alii. recte, vt et Neapolis vidit. adi Festum in ea voce. etiam in *Quirinus* et *Quirites*. et Servium ad Virg. I Aeneid. 297. Eusseb. Chronico: *A Curibus Quirites appellantur*.

479 *Siue suo Regi nomen*] *Suum Regi nomen* meliores.

487 *Vnus erit, quem tu tolles in sidera caeli*] *Caerula* Regius, Petau. Zulich. et Mazar. probe. Reliqui *in sidera*, vel *ad sidera*. vide Notas Met. XIIII. 814.

490 *Et caeli pondera mouit Atlas*] In quinque aut sex vetustis codicibus *sensit Atlas*. quod arridet. in multis aliis *nouit*. Metam. VIIII. 272 de Hercule in caelum recepto: *Sensit Atlas pondus; nec adhuc Sthenelëius iras Soluerat Eurystheus*. libro XV.

Digitized by Google

693 de Aesculapio: *Corpus in Ausonia posuit rate. numinis illa Sensit onus, pressa estque dei grauitate carina.* Petronius in carmine de Bello Ciuil. cap. CXXIIII *Sentit terra deos, mutataque sidera pondus Quaesuere suum.*

491 *Antiqui Capreae dixere paludem*] *Capream* bene primus Med. sic supra *Carmens porta*, quae Carmentalis. *collis Quirinus* lib. XIIII Met. pro Quirinali. infra hoc ipso libro ex veteri codice *penetralia Collatina*. atque ita passim veteres. *flamen Tolenum* lib. V itidem ex antiquis libris. sic *via Appia*, *via Flaminia*, *via Domitiana*, *via Traiana*, *forum Traianum*, *aqua Marcia*, *aqua Claudia*, *Basilica Vlpia*, *horrea Sulpicia*, *pons Aemilius*, et *ludus Aemilius*, *Aemilia porticus*, *Liuia* et *Vespasia Claudia*, et *Pompeia*, *templum Flauium*, *Iulium*, et infinita huiusmodi in antiquis monumentis. Graecis tamen haec palus αἰγὸς λίμνη. Florus inter alios lib. I. 1 *Capreae paludem* appellat. vel, vt habent codices vetusti, *caprae paludem*. auctor de Viris Illustribus cap. II *Cum ad Capreae paludem exercitum lustraret, nusquam comparuit.* Solinus: *Apud Capreae paludem apparere desit.* Chronicon etiam Eusebianum: *Romulus apud Capream paludem nusquam comparuit.* Sic αἰγὸς ποταμὸς fluuius Thraciae, cuius meminere Polybius, Strabo, Plutarchus, Plinius, Ammianus, Mela, alii.

492 *Forte tuis*] *Viris* Marar. Zulich. Voss.

495 *Hinc tonat, hinc missis*] *Intonat emissis* Mazar. et quinque alii. vnus Patau. *immissis*.

499 *Sed procul e longa veniebat Iulius Alba*] Scribe *Sed Proculus Longa veniebat Iulius Alba*. quomodo codex Laeti, duo Farnes. vnus Patau. Zulich. et Mazar. optime, et ex fide historiae. *Iulius* enim *Proculus* passim vocatur a scriptoribus. Sic Liuius, Halicarnasseus, Florus, Iul. Obsequens, auctor de Viris Illustribus vterque, Xiphilinus, Tatianus contra Graecos, Lactantius, Tertullianus et Augustinus non vno loco, hanc historiam commemorantes; Eusebius etiam in Chronico ad annum MCCC. Ἰούλιος Πρόκλος est Plutarcho. Liuius etiam lib. I. 16 *Iulii* nomen postponit. nisi quod *Proculum* nonnulli ex iis, omisso *Iulii* praenomine, appellarunt. Eusebius autem in Chronicis ad annum MCXXXX huius Proculi originem a regibus Albanis deducit. fuisse enim Remulae Syluii Agrippae filio, quem fulmine percussum constat, Iulium natum, qui fuerit proauus Iulio nostro Proculo. Proculum autem cum Romulo veniisse Romam ac gentem Iuliam fundasse. quod nescio an apud alium scriptorem inuenias.

500 *Lunaque fulgebat*] *Surgebat* Petau. et multi alii. etiam bene. sic Met. VIII. 11 *Sexta resurgebant orientis cornua Lunae.*

501 *Sepes tremuere*] Prim. Ambros. *sonuere*, et nouem alii. quidam *nubes creuere*, quos inter Mazar. et Zulich. et Arond., pro *crepuere*. quomodo recte Vossianus, addito interpretamento *dis prosperae*, *hominibus sinistrae*. vt ad omen alludat, quod ex sinistro fulmine ac tonitru captabant. Virgil. lib. VIII. 527 *Suspicium*: *iterum atque iterum fragor intrepat ingens.. Arma inter*

Digitized by Google

inter nubem caeli regione serena Per sudum rutilare vident, et pulsa tonare. ita vetustissimus codex Mediceus. Perperam vulgati *fragor intonat*, cum *tonare* mox subsequatur. Sequenti versu *horruerunt*que pro *horruerant*que Petau. Mazar. Vrsin. Voss. et decem alii. de quo ad Epist. VII. 166.

505 *Et dixisse simul*] Malim *dixisse viro.*

506 *Ne violent*] *Nec* meliores. et sequenti versu *placentque.*

509 *Oculis euanuit auras*] Puto *euanuit ocius.* scriptum fuerat nempe *ocius euanuit.* nisi forte malis *in tenuem ex oculis euanuit auram.* vt apud Virgil. VIIII. 58 *Et procul in tenuem ex oculis euanuit auram.*

510 *Conuocat hic populos*] *Patres* primae edit. et sex scripti cum Naugeriano.

514 *Sed apta subest*] *Fides* Voss. et Mazar. Lego *fide*, pro fidei. quomodo Noster non vno loco in Metamorphoseon libris, Virgilius aliique ex optimis scriptoribus locuti. sic *commissa fide*, pro fidei, apud Horatium Sat. III lib. I.

520 *Farra resecta*] *Secata* quidam ex melioribus. sed lib. I Am. XV *Dum cadit incurua falce resecta Ceres.* et *dedere* sequenti versu pro *dedarunt.*

524 *Nunc ipsas ignes*] *Igni* Vrsin. Laeti, Maz. et octo alii.

526 *Vt fruges temperet*] *Vt vires temperet* prim. edit. et tres scripti. Sequenti versu *nunc Fornacalia* meliores. Lactant. lib. I de Fals. Relig. cap. XX *Quis non ridet Fornacem deam, vel potius doctos viros celebrandis Fornacalibus operari?*

532 *Sacra relicta die*] Opt. Ambros. Voss. Arond. Mazar. et tres alii *relata.* bene. sacra in diem extremum relata. paulo ante dixerat 512 *Et referunt certi sacra paterna dies.* lib. I. 171 *Respiciet Titan actas vbi tertius Idus, Fient Parrhasiae sacra relata deae.* Silius lib. XV. 419 *Forte dies priscum Tyriis solemnis honorem Rettulerat, quo primum orfi Carthaginis arces.* apud Maronem lib. I Georg. 339 *Sacra refer Cereri.* sic *ferre* et *referre leges* vel *iura.* Martialis lib. VI. 7 *Iulia lex populis ex quo, Faustine, relata est.* ita quidam scripti, non *renata.* quod tamen non damno. Propert. libro I Eleg. V *Et vetera oblitis iura referre foris.* quomodo Notis ad praecedentem librum illa castiganda esse monuimus ex vestigiis membranarum. nunc *iura refer sociis* illic scribitur inconcinne.

534 *In exstructas munera ferre pyras*] *In exstinctas pyras* Mazar. et vnus Vatic. recte. tumulos et sepulcra intelligit. sic lib. V. 425 *Et tamen extincto cineri sua dona ferebat, Compositique nepos busta piabat aui.* et I Trist. III. 44 *exstinctos focos* dixit. Idem Maz. *ferte pyras.* Lege *Est honor et tumulis, animas placate paternas, Paruaque in extinctas munera ferte pyras.*

535 *Pietas pro diuite grata est Munere*] Malo *gratis.* vt τὸ *est* subintelligatur. Pietas apud gratos manes est pro magno munere.

537 *Tegula porrectis*] *Prorectis* Excerpta Politiani et vnus Medic. Lege *prolectis coronis.* et sic alter Maz. pro diuersa lectione. Coronae post exacta conuiuia a domum abeuntibus proii-

Digitized by Google

ciebantur. Am. I El. VI *At tu non laetis detracta coronas capillis, Dura super tota limina nocte iace. Tu dominae, cum te proiectum mane videbit, Temporis absumti tam male testis eris.* Epistola XXI. 165 *Proiicit ipse suas deducta fronte coronas, Spissaque de nitidis tergit amoma comis.* Val. Max. lib. VI. 9 *Coronam capiti detractam proiecit. Abiicere* dixit Plaut. Menaech. III. 31 *Denam hanc coronam atque abiiciam ad laenam manum, Vt, si qui sequantur me, hac abiisse censeant.*

538 *Et sparsae fruges, paruaque mica salis*] Quidam ex melioribus *sparsaque.* non male. Vrsin. Petau. et vnus Vatic. *parcaque.* Puto *Et parcae fruges, parcaque mica salis.* parum melae salsae.

540 *Testa relicta via*] *Testa reperta* Naugerianus. non male. Lego tamen *relecta*, pro recollecta. vt apud Horatium Epod. II *Omnem relegit Idibus pecuniam*, pro recollegit, vt Acro illic interpretatur. fractam testam et inutilem innuit, *curtam* dixit infra v. 645. vbi vide quae notamus. Simile mendum sustulimus Met. VIII. 173, vbi *filio relicto* pro *relecto* male legebatur. Vasa fracta vel quassa in publicum proiiciebantur. hinc illud Petronianum cap. LXXVIIII ex correctione scita Gronouii: *Cum hora pene tota per scrupos testorumque eminentium fragmenta transissemus cruentos pedes.* vbi nullo sensu legebatur *gastrorumque eminentium.*

546 *Ritus ediderc nouos*] *Pios* plerique scripti. Arond. *suos.*

547 *Gerunt pugnacibus armis Bella*] *Legunt* Mazar. Voss. Zulich. Idem Maz. et duo alii *deseruisse* sequenti versu, pro *deseruere.*

553 *Latosque vlulasse per agros*] Vossianus *Latiosque*, vt et tres Medicei. haud dubie recte. (ic lib. III. 596 —— *quid in Latios illa veniret agros?* lib. V. 11 *Exul ab Arcadia Latios Euander in agros Venerat.* Met. XIIII. 422 ex antiquis libris: *Latios errat vesana per agros.* plurimi *latos vlulasse.* Mox pro *fient* meliores *fiunt.*

567 *Nec tamen hoc vltra, quam cum de mense superfunt*] *Haec* meliores, et *tot de mense superfint.* optime. sequens pentameter confirmat. et ita VI. 795 *Tot restant de mense dies, quot nomina Parcis.* et alibi.

569 *Hanc quia iusta ferunt, dixere Feralia lucem*] *Dicunt Feralia* castigabat vir incomparabilis Iosephus Scaliger. sed frustra. alia *Feralia*, alii *ferales* dies. *Ferália* a iustis ferendis cum sint dicta, vt ex hoc loco apparet, primam syllabam quidni corripiam? Macrobius Saturnalium primo cap. IIII *Sed et ipsa festorum nomina secundum regulam declinata apud veteres reperio. Sic idem Varro Feralium diem ait a ferendis in sepulcra epulis dici. non dixit Feraliorum.* perperam *Ferialium* et *Ferialiorum* nunc ibi circumfertur.

572 *Nec tamen ipsa tacet*] *Vix tamen* ex melioribus nonnulli. Pro *anus annosa* superiori versu, quod paulo durius videtur, *vinosa* malim. hoc enim si volebat, poterat *longaeua* aut *grandaeua* dixisse. certe liber Gottorph. *animosa.* mox dicet *ebria-*

Digitized by Google

ebriaque vnit anus. Anus vino deditas esse notum est. qualis illa apud Plautum merobiba, et apud Graecos comicos passim. lib. V. 765 Fast. de sacris Bacchi: *Cur anus hoc faciat quaeris? vinosior aetas Haec erat, et grauidae munera vitis amat.* sic *vinosus senex* Anacreon Nostro libro III Art. 330 dictus. et Horatio I Epist. XVIIII. 6 *vinosus.* Propertius lib. IIII Eleg. V *Terra tuum spinis obducat, lena, sepulchrum, Et vetula inuisum sentiat vmbra sitim.* ita locum mendosum esse scribendum opinor. de quo pluribus ad ipsum Propertium. Fortassis tamen scripserit Naso hic loci *anus pannosa*, id est paupercula. quomodo Baucis *Pannucea* apud Persium. talis et ille introducitur in scenam Terentio: *annis pannisque obsitus.* ita interpretatur vetus Scholiastes Persii, *pannucea, pannosa siue pannis obsita.* Pomponii fabula *Pannuceati* citatur a Grammaticis. ῥακώεις et ῥακόδυτος, pannosus, pannis obsitus, in glossis. apud Lactantium elegia de Phoenice: *Egestas obsita pannis.* Petronius *Vestem pannuceam, vt ne bonis quidem centonibus dignam* opponit *pretiosissimae vesti. pannosas mammas* pro rugosis Martialis dixit libro III.

575. *Cantata tenet cum fusco licia plumbo*] *Ligat* sex ex vetustioribus et decem alii. quomodo magis istis in Ciri Virgiliana: *Terque nouena ligas triplici diuersa colore Fila.* Deinde noui, et plumbum esse, quod nigrum vocetur, et esse eius quoque vsum in magicis, contra *albi plumbi* meminisse cum alios, tum Lucretium. sed cum in multis veteribus sit *bombo*, vel *bumbo*, amplector quod in Politiani codice et vno Patauino pro diuersa lectione erat notatum, *rhombo.* Amor. I Eleg. VIII, vbi licia cum rhombo coniungit: *Scit bene quid gramen, quid torto concita rhombo Licia, quid valeat virus amantis equae.* Erat enim Rhombus *figura tetrapleuros, non tamen recti anguli* apud Geometras. In rebus magicis trochus est seu turbo, qui rotabatur, liciis nunc versicoloribus, nunc pullis nexus. vnde *Staminea rhombi rota* apud Propertium III. 4. 26. Hesych. Ῥόμβῳ, περιφορᾷ κινήσει. Suidas κύλινδρον interpretatur. hinc ῥομβεῖν, σφενδονᾶν et ῥομβώδης παράτειξις apud rei militaris scriptores. et apud Eubulidem comicum, Δημοσθένους ῥομβοσυμπλάδην, pro Demosthenicae linguae volubilitate eleganter dicitur. Idem τρόχος dictus. Scholiastes Pindari Pythiis Oda IIII. 381 Λαμβάνουσαι αἱ φακμακίδες τὴν ἴυγγα, δεσμεύουσιν ἐπὶ τρόχου τινός, ὃν περιῤῥομβοῦσιν ἅμα ἐπᾴδουσαι· οἱ δὲ φασιν, ὅτι τὰ ἴυγγα· αὐτοῦ ἐξελκύσασαι καθάπτουσι τῷ τροχῷ· τρόχισκον diminutiue appellat Tzetzes Chiliade XI. 380, vbi paria superioribus Scholiastae verbis habes. *Trochiscum* quoque Apuleius Apologia, vbi de rebus magicis, *Trochisci, iynges, taeniae.* vbi *taenias* pro liciis posuit. ita enim ista Apulei scribenda cum viris doctis. apud Theocritum in Pharmaceutria ῥόμβος χάλκεος est, quem τροχὸν χάλκεον Scholiastes interpretatur. Quare possit vulgata lectio ferri hoc Ouidii loco, vt rhombus plumbeus subintelligatur. apud Propert. *magico torti sub carmine rhombi.* et *torti magica vertigine rhombi* Lucano lib. VI. Martial.

Digitized by Google

lib. XII Ep. LVII *Cum secta Colcho luna vapulat rhombo.* vbi rectius legas *Iolco rhombo.* nam lib. VIIII idem *Thessalico Lunam deducere rhombo* dixerat. sic *Iolcos venenorum ferax* Horatio. apud Propertium II. 1. 56 etiam male vulgo legitur: *Colchis Colchiacis vrat aëna focis,* pro *Iolciacis.* nam in Thessalia Aeson ab illa recoctus. In Giri Virgiliana: *Tentat Iolciacis animum defigere votis.* quod mendum etiam plerosque Ouidii codices ex veterrimis occupauit lib. VII Met. illo versu: *Victor Iolciacos intrat cum coniuge portus.*

578 *Obsutum mentae torret in igne caput*] Diu fateor me haesisse in hoc loco. nam, quod in nonnullis exaratum *mento* offenderem, parum aberat quin *lento igne* scribendum arbitrarer. vt Trist. III Eleg. XI *Et falsum lento torruit igne bouem.* et mox — *hunc lentis carbonibus vre.* et Arte Amat. *Ignibus hic lentis vretur, vt humida taeda.* Auctor Moreti: *Haec vbi collegit, lentum consedit ad ignem.* vbi *laetum* male legitur. et Horat. I Od. XII *Lentis macerare ignibus.* ita et alii passim. Nunc, dum veterrimos codices consulo, longe aliter videtur. Naugerianus certe et Vrsini *Obtusum mentae.* Petau. et vnus Put. *Obsutum mentae.* Zulich. *Obsutum menae.* quomodo et in Mazariniano fuisse a manu prima videtur. Lege *Maenae caput.* Singula nunc videamus. primo *Obsutum* bene se habet, etsi libri ex fidissimis nonnulli *Obtusum* suggerant. obsuebatur enim acu et pice os maenae. Virgil. lib. IIII Georg. 306 — *huic geminae nares et spiritus oris Multa reluctanti obsuitur.* ita venerandae vetustatis Mediceus, non *obstruitur* cum vulgatis. Florus lib. IIII. 12 *Vnius os sutum, prius abscisſa lingua.* malim *os obsutum.* Paullinus Epistola IIII ad Sulpic. Seuer. *Vt ille pannis oculos corporis, sic iste sordibus vitae suae oculos mentis obsutus.* vt illic bene ex vetusto codice Fronto Ducaeus restituit. Contra *malae dissutae* pro ore aperto apud Persium: *dissutis malis oscitare. palpebras sursum ac deorsum diductas insuere* Gellio lib. VI. 4. *obsuta lectica* Suetonio in Tiberio cap. LXIIII. Noster liber X Metam. 495 *Iamque grauem crescens uterum perstrinxerat arbor, Pectoraque obsuerat, collumque operire parabat.* ita censeo scribendum, non *obruerat.* et apud Apulei. forte Met. VIIII *Pone cum Myrmex sequebatur vinculis obsutus. os consuere* apud Senecam Ep. XXXXVII *Sic fit vt isti de domino loquantur, quibus coram domino loqui non licet. At illi, quibus non tantum coram dominis, sed cum ipsis erat sermo, quorum os non consuebatur, parati erant pro domino porrigere ceruicem.* quae totidem fere verbis Macrobius sibi vindicauit lib. I Saturn. cap. XI. Sic Noster supra: *verubus transsuta fidignis Exta.* vbi male multi ex scriptis *transfixa,* vel *transfecta. transsutos Oedipi pedes* dixit Seneca Phoenissis v. 254. quod male mutarunt, sed bene asseruit Gronouius. *consuere* et *insuere* et *suere* verba satis obuia. *praesuti frondibus Thyrsi* apud Nostrum Met. XI. apud Apuleium tamen lib. VI Milet. sub finem, quod magnus Scaliger scribebat *Super aliquod saxum scruposum, insutitium, et fartilem asinum exponere, et solis ardentis vaporibus tradere;* pro quo in vulgatis

est

Digitized by Google

t *insitium*: neutrum possum approbare, cum existimem scri-endum esse *isicium et fartilem*, vel *insicium*, vel *Isiciatum*. Isi-um caro minutatim concisa. vide Macrob. VII Satur. cap. VIII. *ſciatum* quod eiusmodi carnibus fartum est. apud Apicium *uluulae Isiciatae*, et *circelli Isiciati*. vetustum Epigramma, quod idere nobis et describere licuit, ex longe antiquissimo codice SICIATA *Amittit proprias vacuato corpore carnes. Accipit-e nouas*. quae vnice faciunt ad hunc Apuleii locum. totum pigramma adderem, sed video id iam diuulgatum a Salmasio d Histor. Aug. p. 285. *Isicius* ergo Asinus vel *insicius*, quod male, um et Macrobius eam scribendi rationem sequatur, vel *insiciatus* idem qui et fartilis. Eiusmodi porcum aliis animalibus re-ertum Porcum Troianum appellat Macrob. II Satur. VIIII. Nunc e maena. Maena pisciculus marinus, qui Graecis μαινὶς, non nagni pretii, et sale condiri solitus in vasis siue orcis. Hinc 'ersius. Sat. III. 76 *Maenaque quod prima nondum defecerit or-a*. atque hoc est quod Martialis vult lib. XII Epigr. XXXII *Fuisse erres atque inutiles maenas Odor impudicus vrcei fatebatur, Quam marinae visit aura piscinae*. vbi nostem doctissimum Rondetium haesisse, ac *bircii* pro *vrcei* reposuisse. Maenas enim sa-iri solitas ex Plinii quoque loco non vno apparet. opponit eas cipenseri Cicero lib. III de Finibus: *Qui voluptatem contemnunt, is licet dicere, se acipenserem maenae non anteponere*t Ad exili-atem earum alludit Martialis, cum *breues maenas* alicubi dicit, t et Arnobius, cum *pistricum et maenarum dominum* Neptu-um appellat. Glossae Stephani, Μαινὶς ἰχθύδιον. Lege Μαινὶς, quicquid ordo literarum isti lectioni repugnat. Ius Maenarum n Lucilio, quod apud Nonium occurrit, *pulmentaria vt instybus, aut aliqua id genus herba, et ius Maenarum*. erat enim cibus ho-ninum plebeiorum pauperrimus. quo refer Pomponii illa ex Ma-ali apud eundem Nonium in *reuortit*: *Coenam quaeritat, si eum uemo vocat, domum reuortit moestus ad maenam miser*. ita lego, rbi *ad mensam* circumfertur. Apud Martialem quoque, vbi quiritat-ur de basiatorum importunitate: *Hinc instat tibi textor, inde fullo, Hinc sutor modo pelle basiata, Hinc menti dominus pedicu-losi, Hinc defioculus, et inde lippus*. vt postremo versu pri-mum defungamur, *defioculus* ille non est nauci. peccat prae-terea syllaba postrema correpta in legem metricam; cum pro-duci eam oporteat. certe scripti complures, quod et de suis Domitius testatur, *dexioculus*. Vaticanus veterrimus *defiocu-lus*. vtique castigandum *Nec deest hinc oculis et inde lip-pis*. versui interpolando ansam praebuit hominibus insciti-, quod ignorabant *deest* esse monosyllabum. Agit autem Mar-tialis toto hoc Epigrammate de iis basiatoribus, quibus ani-ma praecipue foeteret: quorum in numero lippi recte collocan-tur, propter collyria odoris ingrati, quis oculos frequenter in-ungebant. res vel ex solo Horatio sat nota. Caeterum *menti do-minus pediculosi* hic frustra iteratur, cum iam supra de hircosis colonorum oculis, vtpote qui et barba et alis foeterent, sit actum. nec Latine dixeris *menti* aut *oris foetidi dominum*, vt li-

bri

Digitized by Google

bri dominum aut cuiuscunque possessionis. In codice Puteanorum fratrum peruetusto exaratum vidimus *mentae dominus*, quod pro *maenae dominus pediculosae*. *pediculosa* autem *maena* quod ea vescerentur vt plurimum mendicabula hominum pediculosa, vt iam vidimus. Similes deliciae in salsamentis lacertae apuae, scombri, pelamides, siluri, gerres, cordillae. Iuuenalis Sat. III pari modo *lacerti dominum* dixit. sic enim malo quam *lacertae*, quomodo ad exemplum Nostri Arnobius lib. III Nequum *maenarum et piscium dominum* nuncupat. Iuuenalis loco ecce Satyra III *Est aliquid, quocunque loco, quocunque recto Vnius sese dominum fecisse lacerti. lacertae* perperam nunc excumfertur. quod damnat ipse Iuuenalis Sat. XIIII. neque enim *lacertae* habitae inter edulia: —— *nec non differre in tempore caenae Alterius conchem aestiuam cum parte lacerti Signatam, dimidio putrique siluro.* Meminit eorundem *lacertorum* Martialis libro XI. 28. 53. libro XII. 19 *Frumenti dominum piperis coëmti*, vt *lacerti dominum* idem paullo ante Iuuenalis dixit Sat. XIIII. vbi ad epuli et conuiuii dominos sic dictos alludisse possit videri. Caeterum *putris siluros* reuocat mihi in mentem innuo locum Martialis iam supra productum e libro XII Epigr. XXXII. vbi *inutiles maenas* pro iam putribus, ac proinde nullos in victu vsus praestantibus accipio. Sed quid sibi velit *impudicus* ignoro. foetentem innuit haud dubie. sed quis Latine sic locutus? Quare sit vt locum interpolatum esse opinemur, que ab ipso relictum Martiali, etsi in codicibus eius vetustis nihil nobis est praesidii, *olidi mephitis orcei fatebatur. mephitis* Illa non intellecta aut mendose descripta loco interpolando dedit occasionem. ad foetorem hunc incommodum respexit idem Martialis lib. VII. 60 *Abstuleras totam castarius insistor urbem*, sic eleganter optimae membranae. Vulgati libri *temerarius insistor*. Caeterum maenae huius vsus plurimus in sacris insignis, quomodo hic apud Nostrum. Eustathius in Homerum Iliad. 206 Θύεται μαινὶς τῇ Ἑκάτῃ, πάθρον δὲ εἰκεῖν τῇ Σελήνῃ, τὸ δοκεῖν οἷς μανιῶν αἴτιον εἶναι. Hinc μαινίδας καὶ τροχίδας Ἑκάτης βρώματα vocat Antiphanes ἐν Ἀγροῖς apud Athenaeum lib. VII. Nihil igitur mirum, si deae infernae, quam Tacita haec nostra, idem, qui et Hecatae, piscis dedicetur, deinde deae Mutae, mutum animal. quid quod Maenia deae Tacitae sacra potest videri, ob cognationem nominis, siquidem Athenaeus lib. VII docet id in multis obtinuisse: ac propterea τρίγλην sacram fuisse Hecatae, quod illa τριοδῖτις καὶ τριγλαφὴς sit dicta: Ἀπολλόδωρος δὲ ἐν τοῖς περὶ θεῶν, τῇ Ἑκάτῃ θύεσθαι τρίγλην διὰ τὴν τοῦ ὀνόματος ὁμοιότητα. τρίμορφος γάρ ἡ θεός. Addit et causas, cur citharus piscis Apollini, Mercurio boces, exocaetus Baccho, Veneri phalaris, aphya Neptuno, atque ita porro pisces alii aliis dis consecrentur. Est autem cognatio nominis inter maenam piscem et deam Tacitam, quam illa etiam *Maniae* sit dicta. Mania certe Macrobio in Saturnalibus lib. I. 7. qui fusius de ea agit, et Arnobio mater Larum, quemadmodum Nostro et Plutarcho in Numa, Tacita. Eam

Larum

Digitized by Google

et deam Mutam vocat Lactantius, quomodo et Noster ost appellabit. Alii Larundam. sed Maniae nomen illi n fuisse in carminibus Saliaribus ex Varrone lib. VIII scimus. Mania igitur quemadmodum mater Larum, sic *manem deum* appellatum testis est Apuleius de deo So- *Genitam manam* partuum praesidem faciunt Plutarchus Roman. XXXXVII et Plinius Naturali Historia libro l. 4. quomodo genium, qui et Lar, gignentium praesidem. et *Manam* distinguit manifeste Marcianus Capella libro b his duabus tertiam *Manuanam*. idem Summani Pluto- ummanium deorum meminit eodem loco. Maenam igi- a Eustathius loco supra iam allato deducere videatur *μαίνεσθαι*, ac Furias etiam seu Eumenidas *μανίας* dictas : Pausania liqueat, nihil impedit nomen Maniae inde deriuari. Diis inferis viña quaeque libari solita iam su- mus hoc libro v. 537. hinc *coenam feralem gammarum* uenalis Satyra V, ad vilitatem gammari respiciens haud quomodo *μαινίδας καὶ τριχλίδας Ἐπάτης βρώματα* Anti- Somicus paullo ante productus. Locus Iuuenalis sic se- : *Sed tibi dimidio constrictus gammarus ouo Ponitur exi- alis coena patella.* recte exigua patella, quia patellae vsus s in libationibus, vt mox videbimus ad v. 634. Plautus Act. III Sc. II de coquo nullius pretii, aptum esse dicit, *tuis coenam coquat.* et Noster supra: *Parua petunt Ma-* lautinum locum alio trahunt interpretes, et in his Box- . Caput praeterea maenae ad fulmen expiandum adhi- tarchus nos docet, eumque ritum a Numa promanasse. i vita, fabulam de Ioue Elicio recensens, a Nostro quo- ratam libro Fast. III, haec addit inter alia: Ἐπεὶ δὲ *ἐλαυνόντες ἰσχυρὰν καὶ ἄφυκτον ἤλασιν, ἀλλά τε πρὸ- πόλλα τῶν μελλόντων, καὶ τὸν ἐπὶ τοῖς κεραυνοῖς καθαρμὸν, ὃς ποιεῖται μέχρι νῦν διὰ κρομμύων, καὶ καὶ μαινίδων· Ἔνιοι δὲ ὁ τὰς δαίμονας φασιν ὑποθέσθαι κρμὸν, ἀλλ' ἱκανοὺς μὲν καταγαγεῖν τὸν Δία μαγεύσαντας θεὸν δργιζόμενον τῷ Νουμᾷ, προσάσσειν ὡς χρὴ γενέσθαι κρμὸν ἀσφαλεῖς· ὑπολαβόντος δὲ τοῦ Νουμᾶ, κρομμύων, ἀνθρώπων· τὸν δὲ αὖθις ἐκτρέποντα τὸ τῆ πρεσάγματος ἐπίρεσθαι, θριξὶν· ἀποκριναμένου δὲ τῆ Διὸς ἐμψύχοις, ἵν· τὸν Νεμᾶν μαινίσι.* Arnobius initio lib. V, vbi ex Antiate eandem rem narrat: *Iouem diu cunctatum ex- ixe capite fulgurita, regem respondisse coepitio, Iouem humano: retulisse regem, sed capillo. Deum contra, ani- enae subiecisse Pompilium.* ita scribendus locus mendo- . vulgati *piscis subiecisse Pompilium.* sed codex Regius τὸ on agnoscit. vox *anima* absorpserat sequentem vocem ob cognationem literarum, quod et alii iam sunt subo- Μαινίδων meminit ex Graecis Oppianus libro primo, rides libro II. 31 et Alexander Trallianus libro VIII. Plautum Poenulo Act. V Sc. V *Deglupta maena.* vt libri s agnoscunt illic. cuius loci opportune me admonuit ocel- lus

Digitized by Google

lus ille bonarum artium Gronouius meus. Male viri eruditi *maena* illic *Maenadem* concinnant. *Degluptam maenam* vo lepide hominem glabrum et nullius pretii. recte etiam foe meum piſciculi molliuſculi nomen dat cinaedo. Sic Fidus Co nelius, Naſonis gener, Corbuloni *Struthiocamelus decpilatus* citur apud Senecam de Conſtantia ſapientis. Praeterea hom nem foetidum et male olentem hoc conuicio deſignat, quom do *halec viri* paulo ante dixerat. ita enim ſcribo. *Halec* v agitur, *faex viri*, et quidem ſalſamentaria, quae omnium p tidiſſime olet. vnde et *putre halec* Martiali dicitur. Pergit co viciando Plautus, et addit ἀλλαγοῆς *hama*. ita enim rectius l ges cum MS. Camerarii, quam ἁλὸς ἀγοραῖς. ἁλαγοὶ Fort ſalſamentarium hamae vaſis odor eſt ingratus. Foetorem qu que hominis deſignat, cum *alli vlpicique plenum* paulo poſt nu cupat. Salſamenta autem eſſe grauiſſimi odoris quis neſci quod iam ſupra in loco Martialis de vrceo, in quo maenae fuer conditae, vidimus; qui ad illuſtrationem huius Plautini nom hil facit. Vim diuinam maenis attributam fuiſſe cum ex Naſ nis, tum ex Plutarchi, Athenaei ac Arnobii locis iam vidim Idem Plutarchus libello περὶ Δεισιδαιμονίας tangit Syrorum perſtitionem, qui eſu maenarum ac apuarum abſtinerent, q perſuaſum haberent, tibias et corpus totum vlceribus impl illorum qui iis veſcerentur. quod alii ſcriptores ad omnia piſ lenta referunt. Denique maenarum etiam Noſter meminit Halieutico: *Foecundumque genus Maenae, Lampyroſque, Smar que.* ita enim eſt ſcribendum. Caeterum vt μαινίδες et μαινί hi piſciculi dicuntur: ſic Latinis *maenae* et *maenulae*, quome Plinio dicitur. etiam *maenominia* nonnullis dicti videntur. barbare. Caſſianus libro IIII Inſtitutionum cap. XII *Piſci minuti ſaliti, quos illi maenominia vocant, ſumma voluptas* vbi nolim μαινίδια ex Ariſtotele a Ciacconio aduerſus fid membraneorum reponi. *Maenomenae* videntur appellari ab tiquo ſcriptore in Vita S. Iohannis Eleemoſynarii cap. XVI *Mitte reſtes ſiccatorum piſcium, qui maenomenae dicuntur.* vt deatur alludi ad originem nominis tanquam μαινομένας. Atq haec pluribus forte, quam par erat. ſed in loco Naſonis, ha nus nulli, vt dicam quod res eſt, intellecto, ſi feliciter, ſpero, verſati ſumus, periculum non eſt, ne dicamur ni fuiſſe.

581 *Vinximus ora*] Quidam codices *vicimus*. alii *ἐπεσχέ* male. hinc *vincula* in magicis. In Pharmaceutria Virgilii: *neris dic vincula necto.* Huiuſcemodi deſixiones inter δέσμους magicos habebantur, de quibus nonnihil ſupra et A rum tertio Elegia VII. 29.

583 *Protinus a nobis requires*] *Forſitan requiras* duo vete vt ſaepe alii. de dea Muta Lactantius libro primo de Falſa R gione cap. XXII *Quis, cum audiat deam Mutam, riſum* queat? *Hanc eſſe dicunt, ex qua ſint nati Lares, et ipſam* ram nominant vel Larundam. *quae praeſtare coluit poteſt, loqui non poteſt?*

585

Digitized by Google

5 *Immodico Iuturnae victus amore*] *Indomito captus amo-*ri meliores magno numero. et ita Modius Nouant. Lect. XIII. Quidam tamen *victus*. de quo infra lib. IIII Fast. 224.
7 *Facebat*] *Latebat* rectius Voss. et tres alii.
9 *Latium quaecunque tenebant*] *Quotcunque* vnus Med. alius *unque tenebas*. venuste.
1 *Summo conubuisse deo*] *Iungere membra* meliores manumero cum prima editione. vide notas Rem. Am. 407. ertius tamen lib. II. 12. 16 *Dicitur et nudae concubuisse* de Endymione. et Noster IIII Fast. 32 *Electran concubuisse*. VI. 574 *Caelestemque homini concubuisse pudet. Summo* odex Pomp. Laeti. quomodo Virgil. et alii. Noster ipse hoc libro v. 70, vt est in nonnullis codicibus: *Inque summi caeditur arce bidens.*
3 *Nam quae mea magna voluptas*] *Nam quae est* meliores que. placet *nam quod* cum vno Mediceo. Gottorph. *quo-*
6 *Fluminea corpora mergat aqua*] Duo libri *mandet*. Pu*mineae corpora mandet aquae*. Attius Philocette apud Cicem lib. II Tuscul. *Heu quis falsis fluctibu' mandet Me ex ni vertice saxi?*
7 *Annuerant nymphae Tyberinides omnes*] Primo *annue*cum Naugeriano et vno Mediceo legendum. deinde scripti que *omnes Tyberinides vndae*. duo *nymphae Tyberinidos vn-* Lege *omnes Tyberinides vdae*. Similes errores notaui VI. 107.
8 *Ilia diua*] Lege *Ilia dia*. vt apud Ennium: *Ilia dia nequas aerumnas tetulisti?* Idem Annal. I apud Seruium lib. Georg. *Diuum ex se Anchisen generat*. vbi *Piun* perperam scribitur, claudicante versu. sic Homero saepe δῖος Ἀχιλ-, et δῖος Ὀδυσσεύς, et δῖα γυναικῶν, et δῖα θεάων. δῖα Iliad. E. δῖα Καλυψὼ Odyss. E. Etiam de ciuitatibus. sic δῖαν habes Iliad. B. et δῖαν Ἀρίσβην Odyss. Γ. Λακεδαίμονα δῖαν, et similia. *dia Camilla* Virgilio. Plura vide lib. IIII 535. Fl. Sosipatro *dius Vlysses* quoque dicitur. vbi de trogit. quomodo in veteri codice eius legi monet Pierius Valerius ad lib. II Aeneidos Virgilianae.
9 *Lar nomine*] *Lara* Mazar. Zulich. Laeti et sex alii. quo- et ex Lactantio Neapolis. optime. *Lara* etiam est Varro. *Lala* antiquis dicta, ἀπὸ τοῦ λαλεῖν. homines enim garet loquaces Graeci λάλους dicebant, et λαλίαν loquacitatem. contra ἀλάλους infantes. Gellius I. 15 *Quorum linguae orbidae effrenisque, vt fluat semper et aestuet verborum colluvie terrorrima, quod genus hominum a Graecis significantissimo vocabulo λάλους appellatos.* hoc igitur vult Naso Lalae ex garrulitatis nomen fuisse inditum. in Gruteri Inscriptionibus. MCVII. 8 L. GAVIVS. C. L. LALVS occurrit. et p. CVII IVLIVS. LALVS. et p. DCCCCLXXXII D. LABE S. D, L. LALVS. p. DCVI LALVS. ET. CORINTHVS. apparet id nomen seruis a Romanis frequenter inditum fuisse.

Digitized by Google

fuisse. rursus apud eundem Grutetum p. CCXXXVIII C. MVR DIVS. LALVS et C. MVRDIVS. DEMOSTHENES. *Lala Cyzicena* Plinio laudata inter picturae artifices lib. XXXV. 1.

601 *Dixerat Almo*] *Almon* opt. Ambros. et vnus Patau. sic et lib. XIIII Met. 329 veteres nonnulli, et lib. IIII Fast. 338.

605 *Miseratasque nuptas*] *Nuptam* rectius nonnulli. alii *nymphae*, vel *nympham*.

607 *Quaque est non vsa modeste*] Malim *quaque est minus vsa modeste*.

608 *Mercuriumque vocat*] *Monet* Vrsini, Voss. Zulich. Mazar. et quatuor alii. rectius. et pro *Eripit huic*, *Eripuit* iidem. Forte —— *Mercuriumque monet*, *Ducat vt ad manes*. vel etiam, cum libri proxime Pentametro nonnulli habeant *Nympham haec infernae*, legi possit: *Duc hanc ad manes* (*locus illi silentibus aptus Nympham, sit: infernae nympha paludis eris*.

612 *Duci tum placuisse suo*] *Placuisse deo* scripti plerique cum prima editione.

616 *Semper in aede Lares*] *In vrbe* scripti iidem. et recte. Lares enim non familiares tantum, sed publicos etiam seu viales designat, qui in compitis colebantur. nam in compitis gemini simul Lares collocabantur, nisi cum Genius Imperatoris tertius accederet, in domibus singulares. Infra *Mille Lares, Geniumque Ducis, qui tradidit illos, Vrbs habet, et vici numina trina colunt*. Larium originem tangit apud Diomedem Grammaticum Cassius Hemina in Historiis: *Pastorum vulgus sine contentione consentiendo praefecerunt aequaliter imperio Remum et Romulum, ita vt de regno pares inter se essent. Monstrum fit. sus parit porcos triginta, cuius rei fanum fecerunt Laribus Grundulibus*. nam *grundire* pro *grunnire* veteres dicebant. Emenda Marcianum Capellam lib. I p. 16 ed. Grotii, vbi pro eo, quod nunc legitur nullo sensu *Lar omnium cunctalis*, reponendum *Lar compitalis*. nisi mauis *Lar Comitialis*. hinc et forte in veteri Inscriptione apud Tertul. de Spectac. cap. V LARES COMPITO POTENTES legendum. vulgo *Comitio potentes*. in S. Agobardi codice *Coillo* legebatur. vnde Salmas. Exerc. Plin. p. 641 *Calio*. inepte. cum potius contracte pro *concilio* scriptum videri possit. De Laribus plura congessit Meursius Auctario Philologico cap. I.

618 *Ad socios turba propinqua deos*] Pro diuersa lectione in quatuor scriptis *dapes* inueni. in vno *patres*. in alio *cibos*. Quae arduum non fuit *socias dapes* coniectare. quod vnus Medicus postea confirmauit. *socias dapes* vocat ea conuiuia, quibus festum illud dabatur. Statius Satusnal. ad Domitianum: *Nobiscum socias dapes inisti*. Theb. VIII *Tum primum ad coetus, sociosque ad foedera dextrae Oedipoden exisse ferunt*. vide quae notat Illustriss. Neapolis ad hunc locum. Glossae Steph. *Cara cognatio*, Τιμὴ συγγενείας. Martial. lib. VIIII Ep. LV *Cara dabit solenne tibi cognatio munus*. quo alludens, *coros* etiam pro cognatis posuit Ausonius praefatione Parentalium, et carm. VIIII. *cari propinqui* apud Persium Sat. III. *Sociae dapes*, vt alibi *socii lares* et *penates*. de quibus nonnihil Epist. V. 126. et *sociare hospitio*,

Digitized by Google

ſpitia, menſas, penates, et ſimilia. hinc Valerio Flacco *iungere Penates*, pro hoſpitale foedus inire, libri tertii initio: — *manibuſque datis iunxère penates*. vt vere reſtituit Gronouius noſter. *Sacrare laribus fidem* idem Valerius eodem libro v. 174 *Nec tibi Theſſalicos tunc profuit, Ornyte, reges Hoſpitiis, aut mente moras foouiſſe benigna, Et Laribus ſacraſſe fidem*. vbi *diem* perperam legitur. de Chalybum gente idem lib. IIII. 614 *Hoſpitii quis nulla fides. Fidas hoſpitis aedes* Noſter dixit lib. VI Faſt. 689. vt illic recte codices ſcripti.

624 *In partus mater acerba ſuos*] *Tuos* recte codex Hamburgenſis.

631 *Dis generis date tura boni*] Vos mentes recti conſciae. in antiquo meo eſt *date tura bonis*. non reprobo ſcripturam. nam *boni* manes et *boni* lemures (alios vocarunt noxios et auerſos) erant dii lares, quibus modo ſupplicabant pro incolumitate reliquae familiae. huc ſpectat vetus hic lapis: LARIBVS PRO. SALVTE. ET. INCOLVMITATE. DOMVS. Q. SERTORII. NEAP. *Bonis* multi ex ſcriptis. vt in illo Virgiliano XII. 646 *Vos o mihi manes Eſte boni*. vbi videatur Seruius.

633 *Vt grati pignus amoris Nutriat intinctos miſſa patella cibos*] *Grati pignus honoris* Voſſ. Arond. Vrſin. Petau. Zulich. et multi alii melioris notae. vt in Triſt. III El. IIII *Ante volebatis, gratique erat inſtar honoris, Verſibus in noſtris nomina veſtra legi*. ſic recte vetus liber. Silius lib. II. 581 *Inde petit tumulum; ſummo quem vertice montis Struxerat, et grato cineres decorarat honore*. Martial. Apophor. Ep. XXXIIII *Militiae decus eſt, grati geſtamen honoris, Arma tribunitium cingere digna latus*. ita verſus iſti videntur eſſe legendi de Parazonio, ex veſtigiis veterrimorum codicum. Caeterum pro *Nutriat intinctos cibos*, quod Latinum non eſt, *inuentos cibos* Hamburg. *intactos cibos* Arond. *immiſſos cibos* vndecim alii. quinque *incinctos cibos*. Voſſ. *intinctos Lares*. quomodo Zulich. et Mazar. a manu prima. cuius ſcripturae fugitiua etiamnum veſtigia apparebant. Lege nulla fere mutatione et coniectura indubitata *incinctos Lares*. Lares enim in marmoribus ac ſignis aeneis antiquis exprimuntur incincti, ſeu ſuccincti, vt Perſius loquitur Sat. V. 30 *Cum primum pauido cuſtos mihi purpura ceſſit, Bullaque ſuccinctis Laribus donata pependit*. et plane in antiquis ſigillis aeneis, qualia et penes me ſunt, Lares incincti ſeu ſuccincti exprimuntur. Non recte ergo vir ſummus Caſaubonus ad habitum peregrinantium refert, quo lares induti. ſic *incincta Diana* Ep. IIII. 87. et *incincta Hebe* V Faſt. 695. *incinctus tunica mercator*, pro *ſuccinctus*, apud Noſtrum. *bis cinctam* Dianam dixit Auſonius Epigr. XXVIII *Nec bis cincta Diana placet, nec nuda Cythere*. ea enim eſt optimorum codicum ſcriptura, quam Vinetus non intellexit, dum *ſuccincta* mauult reponi. Claudian. III in Stilic. 248 de hac ipſa Diana: — *Duo cingula veſtem Crure tenus pendere vetant*. et lib. II de Rapt. Proſ. 33 *Criſpatur gemino veſtis Gortynia cinctu Poplite fuſa tenus*, de eadem. ſic *ſuccincti pepli* Propertio lib. III El. IIII. *ſuccinctus mercator* apud Perſ. Sat. V.

Digitized by Google

Sat. V. *praecincti pueri* de famulis Horat. II Sat. VIII. vt contra *discincti*. Denique alter Mazar. et vnus Medic. *uncta patella*. quomodo et Persio — *uncta vixisse patella Semper*, et *assiduo curata cuticula sole*. vnus Farnes. *iuncta*. Zulich. *iussa*. Sed cum τὸ *missa* vox sit conuiualis, vnde et *missus* pro cibo, et *missilia* pro donis, nil temere mutem. lib. V. 360 *Accidere in mensas vt rosa missa solet*. Art. lib. I. 582 *Huic detur capiti missa corona tuo*. hinc et *missae pullo fruges* apud Liuium in auguralis sacri descriptione. *Patella* autem proprie in vsus Larium adhibita et libationi. Varro Manio apud Nonium Marcellum in *patella*: *Quocirca oportet bonum ciuem legibus parere, et deos colere, in patellam dare μικρὸν κρέας*. sed et Vestae patella libabatur, quae focis praesidebat, vt Lares. Hinc Noster Fast. VI. 310 *Fert missos Vestae pura patella cibos*. Valerius Maximus libro IIII. 4 *C. Fabricius patellam suam cornco pediculo sustineri voluit*. apud Ciceronem libro secundo de Finibus *de patella edere* dicitur in homines impios et profanantes sacra. noti apud Plautum *dii patellarii*, hoc est minorum gentium. Persius vero quod *cultricem foci patellam* dixit Satyra tertia, tantundem est, ac si Larium cultricem dixisset. nam magno Casaubono aliter locum Persianum capienti non accedo. Bene Scholiastes Pithoei: *cultrix foci patella, quae delibandae dapes in ea positae ad focum feruntur*. sic scribendum. vulgo *delibantiae dapes*. Recte ergo Iuuenalis Satyr. V, vt paullo ante iam vidimus, tanquam de ferali Hecates libatione: *At tibi dimidio conspritus gammarus ouo Ponitur, exigua feralis coena patella*.

635 *Placidos nox humida somnos*] *Nox vltima* Voss. Asondel. Mazar. vnus Vatic. et Farnes. haud dubie recte. Atque ita fuerat in Zulichemiano a manu prima. Solenniora apud veteres conuiuia in multam noctem aut primam quandoque lucem protrahebantur, quod vespertino tempore instituerentur. sic Met. VII. 662 fabula Progues: — *lucis pars vltima mensae Ei data, nox somno*. ita codices vetusti. nam *lucis pars optima*, quod vulgo legitur, contra ritum veterem pugnat, vt dixi illic loci. Bene igitur *nox vltima* hoc loco, vt appareat tempus indulgendo genio fuisse datum solito spatiosius. atque ita Virgilianum illud lib. II pr. *Suadentque cadentia sidera somnos*, intelligendum esse opinor. vt extremam noctis partem designet. Propert. lib. IIII El. III *Et iam quarta canit venturam buccina lucem, Ipsaque in Oceanum fessa lapsa cadunt. Experior somnum*.

636 *Larga precaturi sumite vina manu*] *Parca vina* Mazar. et pro diuersa lectione Vossianus. optime. ne dubita. Non enim pocula describit in salutem Principis haurienda, quod volunt interpretes, sed libationem, quae parco mero in focum aut mensam effuso fiebat. vt iam videbimus. duo codices *precaturae manu*. vnus Medic. *manus*. Lege *Parca precaturae sumite vina manus*, vt supra monuimus. sic antea hoc libro 198 de Fabiis: *Sumite gentiles arma professa manus*. lib. IIII. 548 *Et ferimus molles taurea terga manus*. Trist. I. 3. 78 *Et fe-*

Digitized by Google

riunt moestae pectora nuda manus. Trist. III. 1. 82 *Sumite plebeiae carmina nostra manus.*

637 *Bene, tu patriae pater, optime Caesar*] *Bene te* meliores omnes. recte. de quo vide quae notaui lib. I Artis Am. 601. Nec accedo codicibus, qui *bene nos* habent. Augusto Caesari hic ingenioſe blanditur, idque ex ritu Graecorum, qui finito conuiuio poculum hauriebant, Διὸς σωτῆρος καὶ ἀγαθοῦ δαίμονος dictum, vt ex Athenaeo aliisque sat liquet. horum loco Ouidius Caesari, Patriae Patri, et Laribus libandum suadet. Nam ἀγαθοὶ δαίμονες nihil aliud quam Genii. vt recte Seruius etiam notauit ad Georg. III ἀγαθοὶ δαίμονες, *quos Latine Genios vocant.* Genii vero Laribus iidem. sic apud scriptorem Queroli a Petro Daniele editum ipse Querolus *Larem optimum Geniorum* appellat. sed de Geniis Domesticis videndus Censorinus cap. III. Agi autem de vino non bibendo, sed in focum effundendo illud, quod sequitur, *suffuso mero*, abunde ostendit, ac proinde *Parca vina* recte superiori versu a nobis reponi. Apposite omnino et ad rem Horatius lib. IIII Od. V ad Augustum: *Condit quisque diem collibus in suis, Et vitem viduas ducit ad arbores: Hinc ad vina redit laetus, et alteris Te mensis adhibet deum. Te multa prece, te prosequitur mero, Defuso pateris, et Laribus tuum Miscet numen, vti Graecia Castoris, Et magni memor Herculis.* Hanc libationem etiam Graecis in vsu fuisse Athenaeus lib. XV docet: φιλόχορος ἐν δευτέρῳ Ἀτθίδος καὶ Ἴσμηδε, φησὶν, ἐτίθη τότε προσφέρεσθαι μετὰ τὰ σιτία πᾶσιν ἀκρατόμενος, ὃν γεῦμα καὶ δεῖγμα τῆς δυνάμεως τῶ ἀγαθῶ θεῶ deinde mensas fuisse amotas ex eodem constat. quanquam Eustathius in Odyss. Γ id mensis iam remotis factitari solitum asseuerat. Salmasius in libro, quem sub nomine Simplicii Verini adversus virum summum Hugonem Grotium edidit, inter primas et secundas mensas hanc libationem solitam institui contendit, improbatque sententiam Scaligeri, qui mensis secundis id a Romanis factitatum, caliceſque circumferri solitos adfirmarit. Pro Scaligero tamen stat hic Nasonis locus, qui a conuiuis dormitum ituris sub vltimam noctem id fieri solere demonstrat. In Didonis apud Maronem conuiuio post libationem mensae secundae appositae. vnde tamen non sequitur, idem apud Romanos vsu veniſſe. Sed et in conuiuiis, si viri principis saluti poculum libarent, eidem bene precabantur, vt hic Augusto Ouidius. Apud Lucianum in Cataplo Megapenthes tyrannus iam mortuus: καὶ μὲν σπένδοντες ἐν τοῖς συμποσίοις, μεγάλῃ τῇ φωνῇ ἐπηύχοντό μοι πολλὰ καὶ ἀγαθά. In eo quoque gratificatur Augusto Noster, atque ex fide historiae agit, quod eum Laribus adiungit, cuius Genius inter duos Lares medius in compitis esset dedicatus, de quo infra: *Mille Lares Geniumque ducis, qui tradidit illos, Vrbs habet, et vici numina trina colunt.*

638 *Dicite suffuso per sacra verba mero*] Quidam veteres *post sacra verba. sint bona verba* Mazar. Voss. Laeti, pr. Ambros. atque alii nonnulli. In Zulich. Hamb. et Gottorph. *sint sacra.*

Digitized by Google

sacra. Petau. Arondel. Vrsin. et plurimi alii *in sacra*, hiante versu. Lege *sint rata verba*, vel *ter rata verba.* aut [redacted] *bona verba.* vt Tibullus lib. II Eleg. II *Dicamus bona verba.* Ternarius numerus boni erat augurii, etiam obseruatus apud Graecos. Apollonius in Paroemiis: Ἔθος εἶχον οἱ παλαιοὶ μετὰ τὸ δεῖπνον πίνειν ἀγαθοῦ δαίμονος, ἐπιῤῥοχέοντες ἄκρατον, καὶ τοῦτο δὶς τρίτον. neque aliter in Sacrificiis. Gratius Volcanalium descriptione v. 438 — *des lapsis vltima rebus Auxilia, et meriti si nulla est noxia tanti, Tot miserare animas, licentque attingere fontes, Sancte, tuos; ter quisque vocantes pinguia libant Thura foco.* ita versus isti scribendi. Noster Fast. IIII. 778 — *haec tu conuersus ad ortum Dic ter, et in viuo perlue rore manus.* quomodo bene optimi codices. Valerius Flaccus libro I. 193 *Ipse ter aequoreo libans carchesia patri, Sic ait Aesonides. Sint rata verba*, vt supra hoc libro: *Tu fore dixisti: sint rata dicta Iouis.* Senec. Oedipo: — *rata verba fudi.* De *ratis votis* ac *verbis* vide Notas ad Epist. XVI. 15. Noster lib. superiori v. 696 *Efficiatque ratas vtraque diua preces.* lib. III. 57 *Vox rata fit, patrioque vocat de nomine mensem.* Met. III. 341 *Prima fide vocisque ratae tentamina sumsit Caerula Liriope,* quae vera scriptura. ita *ratum opus* in Ibide dixit: *Quaeque ratum triplici pollice netis opus.*

640 *Indicio qui deus arua suo*] Libet adscribere verba Lactantii Firmiani ex libro primo de Falsa Religione cap. XX, quia ad illustrationem loci huius ac narrationis mox subsecuturae faciunt in primis: *Quid? qui lapidem colunt informem atque rudem, cui nomen est Termino. Hic est, quem pro Ioue Saturnus dicitur deuorasse. nec immerito illi honos tribuitur. Nam cum Tarquinius Capitolium facere vellet, eoque in loco multorum deorum Sacella essent, consulait eos per auguria, vtrum Ioui cederent. et cedentibus caeteris solus Terminus mansit. Vnde illud postea Capitolii immobile saxum vocat. Iam ex hoc ipso quam magnus Iuppiter inuenitur? cui non cessit lapis, ea fortasse fiducia, quod illum de paternis faucibus liberarat. Facto itaque Capitolio supra ipsum Terminum, foramen est in tecto relictum, vt, quia non cesserat, libero caelo frueretur, quo ne ipsi quidem fruebantur, qui lapidem frui putauerunt. Et huic ergo publice supplicatur, quasi custodi finium deo, qui non tantum lapis, sed etiam stipes interdum est.* Ex quo loco discimus Tarquinio regnante rem gestam de Termino Ioui non cedente. deinde hunc ipsum Terminum fuisse saxum illud, quod Rhea puerpera dederit Saturno deuorandum. Copiose rem omnem Liuius quoque libro primo et quinto primae Decadis est persecutus. narrat et Seruius Aeneidos nono, et D. Augustinus de Ciuitate Dei lib. IIII. 23 et 29. Huc refer aenigma vetus, quod ex Varrone profert A. Gellius Noct. Atticar. lib. XII. 6 *Semel minusne, an bis minus, sit non sat scio, An vtrumque eorum, vt quondam audiui dicier Ioui ipsi regi noluit concedere.* quorum primo versu τὸ *sit* est tollendum, vt versui senario pedes sui constent. versu tertio quoque praestiterit *Ioui ipse regi.*

642 *Tu*

Digitized by Google

642 *Tu quoque nomen habes*] *Numen* cum melioribus legendum. Gottorph. et tres alii *sic quoque*.

644 *Binaque dona ferunt*] *Binaque liba* Vrsin. Voss. Arond. Zulich. Mazar. Nauger. et multi alii, cum prima editione. supra lib. I. 670 *Et date paganis annua liba focis.* Iuuenalis Sat. XVI. 39 apposite de Termino: — *saxum Quod mea cum vetulo coluit pus annua libo. Pro parte* etiam superiori versu optimus Ambros. Mazar. Zulich. Voss. Arondel. et multi alii ex melioribus, de toto hoc ritu videatur Pithoeus in Aduers. II. 14 et Rigaltius ad Agrimensores p. 19. Caeterum tres domini simul Terminum in trifinio coronabant. qua de re Siculus Flaccus de conditione agrorum.

645 *Huc ignem curto fert rustica testu*] *Curta testa* Naug. et quidam alii. *Curto testo* Vrsin. et Mazar. *curto texto* Petau. Zulich. *tecto*. pro *testo*. omnia bene, nam *testum* idem cum *testa*. Similis diuersitas lectionum lib. V Fast. 510 *Et fumant testa prefsus vterque suo.* Nonius Marcell. *Testa genere foeminino saepe inuenitur: neutro apud obscurae auctoritatis sed summos scriptores legimus.* vbi de *testu* nihil. At Carisius libro primo: *Appellamus Heteroclita, vt gelu, genu, testu, ὄγκνον. sed Virgilio haec testa in Georgicis.* Idem: *Testu, vt genu. Fl. Caper veteres ait dicere solitos. Mummias in Astellana, Iunius ad spectacula est videre in testu quantum sit caput Astranius, indignum velut dici solet testu. at Maro testam dixit.* Petronius cap. CXXXVI *Necdum superaueram cellulae limen, cum animaduerto Enotheam cum testo ignis pleno venientem.* nam testa ignem petebant. Auctor Rhetoricae ad Herennium: *De tanto patrimonio testam, qua sibi petat ignem, non reliquit.* Sed et *testu* veteres dicebant, vt iam vidimus. vnde Varro lib. IIII de L. L, *Testuatium quod in testu calido coquebatur.* Perperam vero plurimi veteres *curua testa*, pro *curta*, in Nasone. supra *media testam relictam via* habuimus. Martial. lib. III Ep. LXXXII *Curtaque Ledae sobrius bibat testa.* sic et *curtam antliam* habes apud eundem lib. VIIII Ep. XVIIII, vbi *curua* perperam nunc legitur: *Sed de valle breui, quas det sitientibus hortis, Curta laboratas antlia ducit aquas.* ita optime libri veteres. *ducit* pro hausit. sic *ducere poculum, ducere vbera*, de quo supra. vulgatum illud *tollit aquas* frigidiusculum est, non dissimiliter Diuus Paulinus carmine ad Cytherium: *Iam cymba multam duxerat nimis aquam. Calicem curtum* idem Martialis dixit lib. I Epigr. XCII *Nec curtus Chiones Antiopesue calix.* et lib. XII. 32 *Matella curto rupta latere meiebat.* Iuuenalis Satyra III — *quoties rimosa et curta fenestris Vasa cadunt. Curtam ofellam* pro minuta habes Apophor. CCXXI *Rara tibi curta craticula sudet ofella.* ita optime Thuaneus liber, non *Parua craticula.* nisi quod nos *curta* reposuimus coniectura ducti, quod meminissemus *paruam* a Iuuenale etiam dici *ofellam.* Sat. XI. 144 *Exiguae frustis imbutus ofellae. Rara craticula*, quomodo apud eundem Iuuenalem Sat. XI. 82 *Sicci terga suis rara pendentia crate. Tabellam curtam* habes et apud Prudentium περὶ στεφ. Hymno XII

Digitized by Google

Buxa crepant cerasta genis impacta cruentis, Rubetque ab ictu curta et humens pagina. sic scribunt veterrimi codices. idque in suis Gifelinus inuenit non intellectum. *dolia curta* Lucretio lib. IIII. 1020. *Curtus centussis* Persio Sat. V. 191 — *centum Graecos curto centusse licetur.* Iuuenalis *curtum temone iugum* Sat. XII. 134. Caeterum quemadmodum *testa* hic *curta*, sic *tegula cursa* Propertio lib. IIII Eleg. V *Horruit algenti tegula curta foco.* ita vetus liber, vt et recte legit Salmasius, non *pergula.* Idem Eleg. VII *Laesit et obiectum tegula curta caput.* rursus eidem lib. IIII Eleg. V *Sit tumulus lenae curto vetus amphora collo.* denique apud eundem *curtus equus*: *Qualia nunc curto lustra nouantur equo.* *Curtum malum* Horatius dixit lib. I Sat. VI. et *curtos Iudaeos* Sat. VIIII. et *curtum Larem* lib. I Ep. VII *Gaudentem paruisque sodalibus et lare curto.* ita veterrimi libri, non *Lare certo.* *Canis curtus* auctori Queroli: SARD. *Ego in laqueos bos incidissem, si monita curti seruassem canis.*

647 *Concisaque construit alto*] Sic Vrsini liber. reliqui *arte*, maiori ex parte. duo *apte.* *Destruit* vnus Patau. ex optimis. Forte *concisa superstruit aras.* nam alter Petau. *aras.* Tibullus tamen lib. II Eleg. VI *At sibi quisque dapes et festas exstruet ante Cespitibus mensas, cespitibusque torum.*

648 *Et solida ramos figere pugnat humo*] Stipitem seu palum innuit, qui pro termino esset. De *solida terra* diximus Fast. IIII. 821.

649 *Irritat cortice flammas*] *Inuitat* alii, quod Grutero arridebat. nil muta. dixi Am. II Eleg. IIII. *Irritare flammas* non semel habes apud Corn. Seuerum in Aetna. Sed scribe pro *tum*, *dum*: *Dum sicco primas irritat cortice flammas.* et sic vnus Vaticanus.

651 *Inde vbi ter fruges*] Totum ritum copiose describit Siculus Flaccus de conditionibus agrorum. cum enim terminos disponerent, ipsos quidem lapides in solidam terram collocabant, proxime ea loca, quibus fossis factis eos defixuri erant, vnguento velaminibusque et coronis eos coronabant. in fossis autem, quibus posituri eos erant, sacrificio facto, hostiaque immaculata caesa facibus ardentibus in fossa cooperti sanguinem instillabant, eoque tura et fruges iactabant, fauos quoque et vinum aliaque, quibus consuetudo est terminis sacrum fieri, in fossa adiiciebant, consumtisque omnibus dapibus igne super calentes reliquias lapides collocabant. Tale ergo sacrificium domini, inter quos fines dirimebantur, faciebant; vbi plura huius argumenti. recte Iuuenalis igitur Satyra V, vt paullo ante iam vidimus, tanquam de ferali Hecates libatione: *At tibi dimidio constrictus gammarus ouo Ponitur exigua feralis coena patella.*

652 *Porrigit incisos fauos*] *Porricit* videri legendum Antonius Bynaeus, iuuenis doctissimus, me monebat, et ita reponi malebat Rigaltius Obseruatis ad agrimensores veteres, sacrificali verbo. Sed si recte attendis, apparebit sacrificium omne perfici

Digitized by Google

perfici a solo colono. filia igitur patri porrigebat fauos, (quem admodum fruges in canistro filius, alii vina, quod sequitur) non porriciebat in ignes, ne paternas hic partes perperam occuparet.

655 *Spargitur et caeso*] *Caesa agna* Iunianus. et placet, quia *lactens porca* sequitur. ita enim meliores omnes, non *lactans*. Horat. Epod. II *Vel agna fibris caesa Terminalibus, Vel haedus ereptus lupo.*

657 *Vicinia supplex*] Pro *vicinia supplex* multi veteres *simplex*. *simplices colonos* Manilius dixit lib. IIII. et Noster supra de Fabiis *simplex nobilitas*.

663 *Thyreatida terram*] Ita scripti potiores. tres tamen *Thyreida*. vt apud Statium dicitur IIII. 47 —— *Lacedaemonium Thyre lectura cruorem*. sed a Θυρέα, seu Θύρη, οἱ οἰκάντες Θυρεάτης, ὡς Τεγεάτης καὶ Ἠλειακὸς Θυρεάτις, inquit Stephani epitome. nihil igitur muta. *Thyria* est Solino et Eusebiano Chronico.

665 *Nec foret Othryades congestis tectus in armis*] Immo, quicquid obnituntur libri veteres, *lectus*. Papinius hac de re Thebaidos IIII. 47 *Et Lacedaemonium Thyre lectura cruorem*. nimirum Othryades, Lacedaemoniorum dux, de Argiuis victor, sed letalem in modum vulneratus, priusquam animam exhalaret, tropaeo clypei hostilis inscripsit, digitis cruore oblitis, Κατὰ Ἀργείων Ὀθρυάδης καὶ Λακεδαιμόνιος. Rem narrant plurimi ex antiquis, Herodotus, Plutarchus, Strabo, Pausanias, Maximus Tyrius, Stobaeus, Suidas, Valerius Maximus, alii. Vidit et veram in Nasone scripturam vir clarissimus, Gaspar Barthius ad Papinium lib. IIII. 48.

669 *Inuentus in aede*] *Conuentus* Maz. Voss. et tres alii. probe. sic lib. XV Met. 666 veteres codices: *Incerti quid agant proceres ad templa petiti Conueniunt operosa dei.* Fastorum III. 205 *Conueniunt nuptae dictam Iunonis in aedem.* lib. VI. 307 *Conuenere patres, et, si bene floreat annus, Numinibus nostris annua festa vouent.* Statius Theb. XII de ara Misericordiae Athenis: *Huc victi bellis, patriaque e sede fugati, Conueniunt.* Dictys Cretensis lib. III *Sed postquam reductae vtrinque acies, et iam in tuto miles noster erat, cunctis voces ad Achillem conueniunt.* libro V *At lucis initio senes omnes in aedem Mineruae conueniunt.* Liu. XXXIII. 21 *Ad Tempe Thessalica Philippus est conuentus.*

672 *Foramen habent*] Tale et templum Libero patri apud Thracas dicatum in colle Zilmisso. *Aedes ipsa specie rotunda, cuius medium interpatet tectum. summo tecto lumen admittitur, vt appareat solem cuncta vertice summo lustrans lucis immissu*, verba sunt Macrobii Saturnalium libro primo cap. XVIII.

673 *Clamato, suus est hic ager, ille suus*.] Sic vetustiores nonnulli. alii plurimi *tuus est hic ager, ille suus*. vel *suus est hic ager, ille tuus*. Gottorph. et vnus Medic. *meus est hic ager, illo tuus*. Puto *Clamato, Maus est, est ager ille meus*. sic apud Stat. *meus ille meus*. quomodo et alii loquuntur. quanquam et alterum

Digitized by Google

alterum *hic meus, ille tuus*, satis arridet. Ep. Med. *Clamarem, Meus est, iniiceremque manus.* Am. I Eleg. IIII *Et dicam, Mea sunt; iniiciamque manus.* Metam. IIII *Victimus, et Meus est, exclamat Nais.*

681 *Illa lanigeri*] Multi ex scriptis *Illic*. Arondel. *Illac*. quod placet. Mox Stroz. et vnus Med. *Nunc dicenda, mihi Regis, fuga.*

686 *Quintus ab extremo*] Sexto Kalendas Martias Regifugium celebratum. nec aliter diem designant Kalendaria antiqua. At septimo Kalendas celebratum fuisse ex hoc Nasonis loco euincetur, qui homines eruditos valde exercuit, Dionysium in primis Petauium. is variarum dissertationum ad auctarium operis de Doctrina Temporum libro V. 9 Nasonem oscitantiae ac supinitatis hic arguit; quod in diem ab extremo mense sextum Regis fugam faciat incidere, quae in diem ab extremo mense quintum inciderit. Defudauit et hic loci illustrissimus Neapolis, ac tandem eo recidit, vt ex peruetusto quodam codice *Quintum* diem pro *Sexto* reponi velit. Cui assensum praebere haud possum, cum nostri omnes pro vulgata stent scriptura praeter vnum Hamburgicum, in quo *Septimus extremo mense dies.* Fatigauit hic quoque locus Paulum Manutium et Iohannem Marium Matium cap. VI Annotationum in Varios Auctores. sed cum τὸ *ab* inconcinne prorsus bis hoc districho occurrat, loco posteriori, etsi membranis inuitis, scribo *Sextus in externo mense dies.* Caeterum vt hoc festum *Regifugium* dicitur, sic aliud festum sub *Populifugii* nomine postridie Nonas Iulias fuit celebratum, quod pridie re bene gesta populus a Tuscis in fugam versus sit. cuius festi meminit Macrobius lib. III Saturnal. cap. III.

689 *Alias euerterat vrbes*] *Auerterat* Naugerii liber, ex nostris Erfurtensis et vnus Vaticanus, vt sit furari, furto occupare, vel etiam auersas sibi reddiderat.

694 *Hoc cupiunt fratres*] Rectius Petau. et tres alii *cupiant*. vt Epist. Deianirae: *Hoc velit Euristhеus, velit hoc germana Tyrannis.*

700 *Adnuit ille*] *Adnuit illa* venuste vnus Medic. et Farnesianus.

702 *Perdendi Gabios quod sibi monstret iter*] *Quod*, vel *quo* Voss. *quo* etiam in multis aliis. in nonnullis *qui. Prodendi* quoque Iunianus, quomodo et infra v. 710 pro *Traduntur moenia* vnus Moretanus *Produntur.*

714 *Qui dederit primus oscula*] Praestantiores plerique *princeps*, non *primus*. quomodo apud Virgilium libro XI. 640 — *princeps turmas inuasit Asylas.* et apud Statium Theb. XII. 664 *Cuius in Ogygio princeps flet lancea muro.* Noster ipse supra hoc libro v. 160 *Et comitum princeps tu mihi, dixit, eris.* A. Gellius lib. XIII. 23 *Etiam opera princeps et prope omnis in litteris disciplinisque Graecis sumta est, non vsque eo tamen infrequens sum vocum Latinarum.*

715 *Properata dederunt*] *Tulerunt* codices praestantiores magno numero. *Oscula ferre* passim apud Nasonem aliosque occurrit.

Digitized by Google

rit. Apud Liuium libro I in narratione huius rei: *Imperium summum Romae habebit, qui vestrum primus, o iuuenes, osculum tulerit.*

719 *Ille iacens pronus*] Malim *Ille cadens.* Liuius libro I, quem Nostes in aliis quoque narrationibus studiose exprimit: *Brutus alio ratus spectare Pythicam vocem, velut si prolapsus cecidisset, terram osculo contigit.* Nostes libro VIII Metam. 379 *Pronus ab arborea cecidit radice retentus.*

721 *Cingitur interea*] Venuste in vno Mediceo legitur *interea cingi.* sed tunc versu sequenti lege *iamque pati.*

722 *Longas obsidione moras*] *Lentas moras* Mazar. Zulich. Voss. et sex alii. sic *lentum duellum* habes apud Horatium libro I Epist. II et lib. II Epist. II.

725 *Tarquinius iuuenis*] Lege *iuuenes socios.* agi enim de patre Tarquinio, non filio, quae sequuntur euincunt *ex illis rege creatus ait.*

727 *Dum nos sollicitos pigro tenet Ardea bello*] *Difficilis Ardea* Arond. Voss. Zulich. Maz. Laeti aliique complures. et recte. sic *Ianua difficilis* apud Nostrum libro Met. VIII. 173. et Propertium. *difficiles fores* lib. I Amor. Eleg. VI. ad quas facilis non erat accessus. Artis Amatoriae libro I. 433 *Tempore difficiles veniunt ad aratra iuuenci.*

732 *Et feruet multo*] *Feruent* Mazar. Zulich. Voss. Arondel. et octo alii ex praestantioribus. Superiori etiam versu *Quisque suam laudant*, non *laudat*, Gottorphianus. venuste. de quo alibi est dictum.

733 *Surgit cui dederat*] Scribendum vel inuitis membranis *Surgite.* vt Collatini socios alloquentis oratio hinc incipiat.

741 *Lucretia, cuius*] *Lucretia. nebat* Mazar. Zulich. duo Farnesiani, vnus Mediceus et pro diuersa lectione Vossianus. quod egregie auget felicissimae breuitatis artificium in hac narratione. Versu proximo *calathi lanaque mollis erant*, non *erat*, sex scripti.

744 *Sic ait illa*] *Ipsa* Mazar. Zulich. Arondel. et quinque alii. ex mox *uestra manu*, pro *nostra*, totidem.

747 *Nam plura audire potestis*] *Soletis* Laeti codex et vnus Farnesianus. Pro *auditis* etiam *audistis* multi veteres.

749 *Postmodo victa cades. melioribus, Ardea, restas*] Versus de mendo suspectus. Cogitabam aliquando *Dummodo victa cadas, melioribus, Ardea, resta.* vt sit vouentis.

751 *Sed enim temerarius ille Est meus*] Pro *ille* duo veteres *vltro.* in vno Vaticano satis antiquo *esto.* Forte *sed enim temerarius est o, Est meus.* Mox pro *qualibet ruit* multi veteres *quolibet.* vnus Moreti *quemlibet petit.* Posset et legi *quamlibet ense furit.* vt apud Valerium Flaccum lib. I. 144 *Hic Peleus, hic ense furens agnoscitur Aeson.* quod ex Carrionis codice non fuerat mutandum. vbi nos plura. Idem Valerius lib. VI. 103, vt castigandum censeo: *Te quoque venturis, ingens Ariasmene, saeclis*

Digitized by Google

Tradiderim; molem belli, lateque furentem Vndique falcato deferta per aequora curru. Pari modo et apud Propertium corrigo libro IIII Eleg. VI. 409 *Dixerat: et pharetrae pondus consumit in arcus. Proxima post arcus Caesaris hasta furit.* non *fuit*, quomodo frigide nunc legitur. Florus libro I. 17 *Strictis ensibus ante pugnam per ipsam viam furit.*

755 *Desinit in lacrimis, inceptaque fila remisit*] *In lacrimas* repone ex calligatioribus scriptis. Apuleius sub finem libri primi Milesi. *Senex fabularum quoque serie fatigatum in verba media somnolentum desinere, ac defectum incerta verborum salebra balbutire.* Deinde multi veteres *intentaque fila remittit.* quod et Naugerius in posteriori editione Aldina est amplexus. Sed lib. VI Met. 34 de Arachne: *Aspicit hanc toruis; inceptaque fila relinquit.*

757 *Lacrimae decuere pudicam*] *Cecidere pudicae* Vrsin. et octo alii. probe. neque aliter codex Naugerii. nonnulli *decuere pudicae.* proxime verum. *cadere lacrimae* passim Nostro aliisque dicuntur. Val. Flaccus libro I. 278 *lacrimae cecidere canenti.* Lucanus lib. III *Non lacrimae cecidere genis, non pectora tundit.*

759 *Pone metum, veni*] *Venio* plerique praestantiores. vt apud Statium Theb. XI *Eumenis eiecit fractis Etheoclea portis, Clamantem, venio.*

761 *Furiales regius ignes*] *Furiatus* Mazar. Vrsin. et sex alii. Puto *furiatos ignes.* sic *furiata mens* apud Maronem. Mox *captus amore*, non *raptus*, Arondel. Voss. et octo alii.

766 *Quoque minor spes est*] *Minus* primus Mediceus et duo alii. Forte *Quoque spes minus est.* Proximo versu *dederat cantum* meliores, non *cantus.*

772 *Iniectae collo sic iacuere comae*] *Neglectae comae* reponuntur ex auctoritate codicis Vrsini, quatuor Farnesianorum, Mazar. Zulich. Arondel. aliorumque complurium. Vetus poëta apud Scholiastem Persii: *Fortia neglecti velabant colla capilli.* et: *Per sua neglecti vohtabant colla capilli.* Terentius in Heautont. *Pannis obsita, neglecta, immunda illuuie.* Noster lib. V. 79 *neglecti capilli. Hypsipile neglecta comam* Statio Theb. IIII. 743. Vnus Moreti *Impexa.* non male.

776 *Qui fuit, vnda tumet*] *Qui fuit ante* sex scripti. sed nil videtur mutandum. A. Gellius Noctium Atticarum lib. II. 30 *Fluctus, qui flante Aquilone maximi et creberrimi excitantur, simul ac ventus pausit, sternuntur et conflaccescunt, et mox fluctus esse desinunt. at non idem fit flante austro, vel Africo, quibus iam nihil spirantibus vndae tamen factae diutius tument, et a vento quidem iamdudum tranquillae sunt, sed mare est etiam atque etiam vndabundum. Eius rei caussa esse coniectatur, quod venti, a septentrionibus ex altiore caeli parte in mare incidentes, deorsum in aquarum profunda quasi praecipites deferuntur, vndasque faciunt non prorsus impulsas, sed vi intus commotas.* vbi plura ad rem. Vides interim et illic *vndam tumere.*

780 *Vim-*

Digitized by Google

780 *Vimque metumque*] *Dolumque* cum praestantioribus. Pro *iniusti stimulis amoris* malim *incesti amoris*. De *incestis amoribus*, et qui sub illo nomine censeantur, videndus Andreas Querceus Elogiorum cap. XII.

782 *Audentes Forsque deusque iuuat*] Alii *Forsque Venusque* et *iuuant*. vel *Forsque metusque*. codex Politiani *Forsne deusne*. quomodo et Laeti liber et vnus Patauinus ex melioribus, huc et Vossianus alludit, in quo *Forsne metusue*. Lege *Viderit audentes Forsne deusne iuuet*. viderit Fors et deus, vter audentes iuuet. vide de hoc loquendi modo quae notamus lib. I Pont. Eleg. II. *Forsne deusne*, vt apud Statium Theb. II *Audenti deus et Fortuna recessit*. apud Ciceronem frequenter habes *De istis Fortuna viderit*. Mezentius apud Maron. —— *ast de me diuum pater atque hominum rex Viderit*.

787 *Penetralia Collatini*] *Collatina* vnus Mediceus. quomodo apud Maronem VI. 774 *Hi Collatinas imponent montibus arces*.

791 *Pescunt sua tempora somnum*] *Somni* meliores.

793 *Aurata vagina liberat ensem*] *Auratum* concinnius libri meliores. vt recte vidit Neapolis. Auien. Phaenom. l. 99 ed. Grot. de Orione: *Auratumque rubens demittit balteus ensem*. Idem *deripit ensem*. etsi non ignorem alterum quoque elegans esse. Met. VI. 551 *Quo fuit accinctus vagina liberat ensem*. vbi pari modo *deripit* in scriptis nonnullis veterrimis exaratum. vt lib. X. 475 *Pendenti nitidum vagina deripit ensem*. sic *ensem destringere*, non *distringere*, in antiquissimis codicibus passim legitur. *Liberare* tamen *ensem* dixit quoque Apuleius lib. II Met. *Gladium, quem veste mea contectum ad hos vsus* (libri veteres *hoc vsque*. puto *hoc vsus*) *extuleram, sinu liberatum arripio*. Noster Met. VI *Aures liberat arboribus*. auctor Moreti: —— *geminos tunc veste lacertos Liberat*. Dictys Cretensis libro IIII *Deiphobus amplexus inermem iuuenem, quippe in sacro Apollinis nihil hostile metuentem, exosculari gratulariquae super his, quae consensisset; neque ab eo diuelli aut omittere, quoad Alexander liberato gladio procurrens auersum hostem per vtrumque latus geminato ictu transfigit. At vbi dissolutum vulneribus animaduertere, parte alia quam venerant proruunt sese*. ita totus locus ex vetusto codice, qui penes me exstat, est constituendus. nisi quod *auersum hostem*, pro *aduerso*, reposui. *librato gladio* Latinum esse non opinor, sed *librata hasta*.

801 *Femina pugnans*] *Pugna* meliores. et *qui necet* proxime pentametro octo scripti, pro *vetet*. et *ensis adest*, pro *erat*, Vrsini codex optimus cum tribus aliis.

803 *Vrgentur pectora palmis*] *Vrgetur* ex veteri libro Modius in Nouantiquis Lectionibus cap. LXIII. eleganti Graecismo. sic supra: *Carpitur attonitos absentis imagine sensus*. atque ita passim Noster. *Nunc primum* sequenti versu vnus Moreti et Farnes.

809 *Cum*

Digitized by Google

809 *Cum quo deprensa foreris*] *Quocum* liber optimus Laet. Puto *qui cum*.

816 *Et posita*] Forte *vt posita venit vterque mora*; *Vtque vident habitum*.

818. *Quoue sit icta malo*] Codices nonnulli *modo*. et *acta*. caue quicquam mutes. Statius Theb. VIIII. 351 *At genetrix coetu glaucarum cuncta sororum Protinus icta malo, vitreo de valle solutis Profiluit furibunda comis*. apud Valerium Flaccum libro VIII. 35 *Icta timore graui*, *icta dolore* apud Lucretium. *icta* simpliciter Petronius de bello Ciuili: *Hos inter motus populi (mirabile visu) Quo mens icta iubet, deserta ducitur vrbe*. hoc est mens territa et consternata. Sic *percussus*, pro *perculsus*. de quo ad Maronem diximus libro Aen. V. 513.

824 *Non oculos ideo sustulit*] *Ad eos sustulit* Zulich. Mazar. Voss. et alii septem. Vrsini cum sex aliis *adeo*. Posset etiam *ad humo* legi.

831 *Fixit sua pectora ferro*] *Figit cultro* meliores. *culter* est etiam Liuio et D. Halicarnassaeo ξιφίδιον. etiam Diodoro Siculo in Excerptis Valesianis p. 252. vbi haec de Lucretia narratio occurrit: ξιφιδίου παράξασα τὸ στῆθος. plane vt Noster. Val. Maximus. lib. VI. 1 *ferrum* vocat, vt vulgati apud Nostrum codices. quod sequendum duco, cum *cultrum* mox sit dicturus.

833 *Ne non procumbat honeste*, *Respicit*] Vsus hoc versu Euripidis Plinius lib. IIII Ep. II in re simili de Maximilla Vestali.

840 *Ore minante*] *Micante* vnus Medic. Lege *minace*.

845 *Illa incens ad verba*] *Aduersa* octo veteres. quod placet.

860 *Perspicit ipse sua*] *Praespicit* rectius veteres multi.

861. *Locum tua tempora poscunt*] Lego *sua*. nam *tuo nomine* mox sequitur. sic supra: —— *Poscunt sua tempora somnum*.

864 *Iam mihi linter*] *Mea linter* quatuor codices. sic in veteri exemplari lib. VI Fast. 779 *Ferte coronatae iuuenum conuiua lintres*. Priscianus libro V *Apud Graecos masculinum est* λαῦτος, *apud nostros foemininum est*. *Liuius in VI, iam in altum expulsa lintre*. Sic et *celox* feminino genere legitur apud Plautum. apud Tibullum tamen est *Exiguus linter*. sic et *lembus* foeminini generis in antiquis codicibus Claudiani, vt *Phaselus*. Virgil. *Centauro inuehitur magna*.

Digitized by Google

FASTORVM

LIBER TERTIVS

6 *Non minus ingenuis*] *Num minus* meliores. vt monui ad Epist. XI. 19. atque ita Neapolis.

8 *Et quid inermis agas*] *Quod* cum melioribus. iam dixi Art. Amor. II. 707.

9 *Romana sacerdos*] Amor. lib. III El. VI monui rectius videri legendum *Troiana*. Sequenti versu pro *semina magna* Vrsini liber et vnus Patau. *semina digna*. vt et Nauger.

11 *Siluia Vestalis*] *Ilia* Arondelianus. vide quae supra observamus ad lib. II. 383. sic et infra paulo post vetus liber Moreti *Ilia fit mater*.

12 *Sacra lauaturas*] Intellige non de Tiberi, quod volebat Neapolis, sed de Numicio. Seruius ad illa Virgilii Aen. VII. 150 *Fontis stagna Numici*: *fontis stagna verum est. Namque Numicius ingens ante fluuius fuit, in quo repertum est cadauer Aeneae et consecratum. post paulatim decrescens in fontem redactus, qui et ipse siccatus est, sacris interceptus. Vestae enim libare non nisi de hoc fonte licebat.*

13 *Ventum erat ad mollem decliuo tramite ripam*] *Molli decliui* praestantiores omnes. vnus Farnes. *molli decliuum*. sic *per decliua*, pro *decliue*, Met. II. 206 in optimis membranis.

15 *Fessa resedit humo*] *Humi* meliores. quare frustra est Carrio, qui lib. I. 710 Val. Flacci *fessa humo* passim apud auctores contendit legendum.

19 *Victis obrepsit ocellis*] *Subrepsit* scripti plerique. *victis furtim subrepsit* opt. Ambros. vtrumque bene. Ep. Hero. XVIIII. 46 *Sed mouet obrepens somnus anile caput*. perperam alii *victos oppressit ocellos*. *subrepit* Voss. Mazar. et quatuor alii. bene. nisi Nasonem contendimus scripsisse *victos obrepsit ocellos*. quod verbum Lucanus quoque cum quarto casu coniungit. vide quae noto Met. VII. 155.

21 *Mars videt hanc, visamque cupit, potiturque cupita*] *Cupitam* opt. Ambros. Laeti et vnus Farnes. quomodo etiam legit hoc loco Diomedes Grammaticus. Apuleius Metam. VIIII *Nam sibi statutam decretamque mortem proximare, ni maturius cupito potiatur*. *rò potiri* cum quarto casu coniunxisse Naeuium, Accium, Pacuuium, Terentium, Lucretium ex Nonio Marcello discimus. idem passim aliorum auctoritate hac in re vtitur. Symmachus libro I Epist. XVIII *Potiris merito summa iudicia*. Cicer. I Tusc. *Cum ego doleam, si ad decem millia annorum gentem aliquam vrbem nostram potituram putem*.

24 *Conditor vrbis erat*] *Eras* Mazar. pr. Med. et Politiani Excerpta. bene. Sequenti versu *nec scit* meliores, *non nescit*. Zuliche-

Digitized by Google

lichemianus eleganter: *Langulda cum ſurgat, neſcit cur languida ſurgat.*

30 *Lanea vitta focos*] *Laurea vitta* multi ex ſcriptis. alii *vitta ſoluta*, pro *volata*. omnia bene. *laneam vittam* Virgilius quoque dixit. De *laurea vitta* habes ſupra initio lib. II. Triſt. IIII Eleg. II *Et dabitur merito laurea vitta Ioui.* ita enim ſcripti meliores.

34 *Sua ſidera ſumma coma*] *Noua coma* Mazar. Zulich. Voſſ. Arondel. et quatuor alii.

36 *Terreor admonitu*] *A monitu* editio Neapolis et aliae. ſed perperam. Epiſt. XIIII. 17 *Cor pauet admonitu etc.* Deinde *timore pauet* multi codices et editi. *Salis* Voſſian. et Moreti. *tremit* duo. *vacat* Gott. omnes fruſtra. vid. ad Epiſt. I. 45.

40 *Dum ſua viſa refert*] *Sata verba* prim. Medic. an *rata viſa?*

55 *Nutrix Laurentia*] Alter Mazar. *Larentia*, pro diuerſa lectione. quomodo et vnus Mediceus. *Acca* quoque *Larentia* dicitur in melioribus exemplaribus Fulgentii de priſco ſermone, et Ciceroni libro epiſtolarum ad Brutum et A. Gellio ter quaterue Noct. Attic. VI. 8, editione quam Ludouicus Carrion ex antiquiſſimis membranis caſtigauit. nec aliter caſtigandum in Euſebii Chronico ad annum MCCXV. neque aliter Plinio libro XVIII. 2 Nat. Hiſt. in optimo codice Chiffletiano. Sequenti verſu *Larentalia* ex vno ſuo Neapolis. recte. ita enim in Kalendariis marmoreis id feſtum, ita a Varrone, Feſto, Liuio, Halicarnaſſeo, aliis, appellatur. ſic certe in Liuii et Halicarnaſſenſis veruſtis ſcribi exemplaribus monet Sigónius. Codex veterrimus Egmondanus Prudentii libro II contra Symmachum v. 592 *Larentina* quoque agnoſcit. et antiquiſſima exemplaria Lactantii libro primo de Falſa Religione cap. XX *Auctor eſt Liuius Larentinae eſſe ſimulachrum, et quidem non corporis, ſed mentis et morum.* quanquam in nonnullis exemplaribus *Larentiae.* quomodo et Plutarcho appellatur in Romulo, Minucio Felici in Octauio, Tertulliano bis in Apologetico cap. XIII et XXV, et ter quaterue libro II aduerſus Nationes cap. X et XVII, Plinio Naturali Hiſtoria, eidem Plutarcho Quaeſt. Rom. XXXV, Victori de Viris Illuſtribus, denique in vita Procae regis Albani, Gellio libro VI. 6, Macrobio lib. I. 10. Caeterum cum ſcriptores Chriſtiani *Larentinam* hanc feminam appellare malint quam *Larentiam*, non dubito et Lactantium ſic enunciaſſe. apud eundem eodem loco *Larentinalia* feſtum *Larentinae* dicitur, nullis veterum librorum diſſentientibus. Macrobius quoque etſi *Accam* appellet *Larentiam*, non *Larentinam*, feſtum tamen eius *Larentinalia* nuncupat, non *Larentalia* cum Naſone. *Laurentilia* Ambroſianus.

58 *Acceptus geniis*] Quod eo menſe et Saturnalia celebrabantur, et indulgebatur per illos dies genio. Sed et vndecimo Kalendas Ianuarias feriae Laribus conſecratae, quibus aedem bello Antiochi Aemilius Regillus praetor in Campo Martio curandam vouiſſet,

Digitized by Google

vouisset, teste Macrobio. A. Gellius Noct. Atticar. libro VI. 7 docet a flamine Quirinali sacrificium fieri Accae Larentiae, quod populum Romanum bonis suis haeredem instituisset. idem ex Sabino Massurio narrat, *Fratres arvales numero duodecim institutos, quod Romulus Accae filium sese dederit, cum illa ex liberis duodenis unum morte sublatum amisisset. Ex illo et Romulum et caeteros fratres fuisse appellatos arvales, collegiumque permansisse fratrum arvalium numero duodeno, cuius sacerdotii insigne sit corona spicea cum albis infulis.* Simillima prorsus ex Rutilii Gemini libris Pontificalibus hanc in rem proferuntur a Fulgentio Planciade in libello explicationis Sermonum Antiquorum, voce *Arvales fratres.*

64 *Et rediguntque actos in sua iura boues*] *In sua rura* meliores.

65 *Vt genus audierant, animos pater editus auget*] *Audierunt* bene Patau. de quo Epist. VII. 166. neque aliter Nauger. Deinde *pater agnitus* Vrsin. duo Patau. duo Medicei. vt Ep. XVI. 90 *Regius agnoscor per vrata signa puer.* et Epist. VI. 123 *Si quaeris cui sint similes, agnoscetis illis.*

66 *In paruis casis*] *In paucis* Vrsin. prim. Farnes. Zulich. Maz. Nauger. Petau. et octo alii.

71 *Quae — pecorumque recessus*] *Qua* prim. Ambros. Laeti, aliique complures. quomodo apud Propertium libro IIII Eleg. I *Hoc quodcunque vides, hospes, qua maxima Roma est.* eam enim esse veram scripturam iam alii viderunt. Deinde *nemorumque recessus* duo codices. vt apud Lucanum lib. V. 125 *Castalios circum lasices nemorumque recessus.* Mazar. aliique duo *pecudumque recessus.* forte pro *specumque.*

74 *Pignora multa*] Sarrau. et duo alii *pignora certa.* quod in suis quoque Naugerius inuenerat. sic libro II Met. 91 *Pignora certa petis, do pignora certa timendo.* infra hoc libro v. 346 — *Imperii pignora certa dabo.* et mox 354 *Iuppiter imperii pignora certa dabit.* Pont. lib. IIII Eleg. XIII *Qui dederint animi pignora certa sui.* Seuerus in Aetna v. 516 *Certaque venturae praemisit pignora flammae.*

75 *A te principium Romano dicimus anno*] Repone *ducimus* ex potioribus scriptis. sic Germanicus Arateorum initio: *Ab Ioue principium magno deduxit Aratus.*

76 *Mensis erit*] *Eat* Zulich. Maz. Voss. Arond. et tres quatuorve alii. quomodo lib. II initio: *Alter vt ex mensis, sic liber alter eas. Eris* Petau. cum aliis duobus.

90 *Sextus apud*] *Habet* Vossian. et prior Puteaneus.

91 *Inter Aricinos Albanaque tempora constat*] *Constant* Vrsin. et quatuor alii. vt constructio sit *inter Aricinos et Albana moenia constant tempora. Restant* Mazar. *restat* Zulich.

93 *Aequiculus acer*] *Asper* praestantiores magno numero. Virgilius lib. VII. 746 *Horrida praecipue cui gens assuetaque multo Venatu nemorum, duris Aequicola glebis.* eadem paulo ante *Soracteque asper.* et *asper Acarnan* Statio in Achilleide.

94 *Turba*

Digitized by Google

94 *Turba Forensis habet*] Forum Appii Politianus intelligebat. Haeret et Neapolis in hoc loco. Sed Vrsin. Zulich. aliique decem ex melioribus nostris *turba Curensis*, cum veterrimo Naugerii libro, vt Cures Sabinorum intelligat.

101 *Nondum tradiderat*] Vnus Mediceus *nondum tradideras*.

111 *Non obseruata per annum*] *Et inobseruata* Vrsini, opt. Ambros. Mazar. Zulich. Vossi Arond. et sex alii ex melioribus. Metamorph. IIII. 341 *At puer vt vacuis it inobseruatus in herbis*. Martialis lib. VIII Epigr. XXXIII *Aëra per vacuum delapsa sedentis in ipsos Fluxit Arestullae blanda columba sinus. Fluxerat huc casu, nisi inobseruata maneret, Permissaque sibi nollet abire fuga.* ita opinor scribendum. *Luserat hoc casu* nunc legitur. Crederes casu huc fluxisse, inquit. Posses et legere *Lapsa erat huc casu*.

112 *Constabat sed tamen esse deos*] De diis haec praeter rem videntur. censeo corrigendum: *Libera currebant et inobseruata per annos Sidera, constabat sed tamen esse suos*. certe in praestantissimo Zulichemiano codice τὸ *deos* a manu secunda erat, erasa veteri scriptura. *Constabant sed tamen esse deo* veterrimus Petauianus. Posses et emendare: *Libera currebant, et inobseruata per annum Sidera, constabat sed tamen esse, diu.*

113 *Signa tenebant*] *Mouebant* Mazarin. Vossian. et quinque alii, tum versu proximo *quae magnum prodere crimen erat*, non *perdere*, alter Bononiensis. sic *signa mouere* et *prodere signa* apud Lucanum.

115 *Illa quidem foeno*] *Illaque de foeno* legendum. idque ex auctoritate vnius Vaticani et prioris Bononiensis. neque aliter editio Gryphiana. quomodo et Scaliger in ora codicis sui castigarat. vt mirer in contrariis fuisse Ciofanum. Forte tamen verior scriptura *Illa quidem è foeno*. quam alter Puteaneus confirmat.

122 *Hic numerus magno tunc in honore fuit*] *Hic nostris* Vossianus et Mazarinianus.

127 *Inde patres centum*] *Pares centum* ex potioribus scriptis. quomodo et Scaliger castigarat in ora codicis sui, et Lipsius de Militia Romana lib. II. 2. vide Liuium libro primo cap. VIII et XVII.

131 *Tatiensibus ille*] *Titiensibus* optimi codd. et recte. quomodo et apud alios scriptores in veterrimis membranis exaratum occurrit. vt apud Liuium, Florum, Propertium, Festum in *Sex Vestae*, Seruium ad Virg. V Aen. 560 et MSS. Varronem de L. L. et L. Ampelium in fine libelli memorialis. Et sane cum Liuius lib. I. 13 *Ramnenses a Romulo, ab Titio Tatio Titienses appellatos* affirmat, nihil necesse erat *Titi* praenomen addi, nisi eo *Titiensium* relatam voluisset originem. vid. ad lib. Fast. I. 260. Mazarinianus et tres alii tamen hoc loco *Cupientibus*. a *Tito* igitur vt *Titiensis*, sic *Titianus*. vnde *thermae Titianae* a Tito Vespasiano exstructae. Carisius: *Cum sit Nero vt leo, palles leoninas thermas Neronianas appellamus: Titus, vt lupus, thermas Titinas,*

Digitized by Google

Titinas, vt pelles lupinas, non dicimus, sed Titianas. Meminit et thermarum Titianarum B. Hieronymus in Chronico Eusebiano. *Titos* pro *Titiensibus* Persius Satyra prima videtur posuisse. quo Neronis terigit applausores, magnam partem ordinis equestris et robustissimae iuuentutis, ob hoc *Augustanos* dictos, de quibus Tacitus et Suetonius: *Tunc neque more probo videas, nec voce ferena Ingentes trepidare Titos, cum carmina lumbos Intrant.* Horatii illa Art. Poët. 342 nimirum in animo habebat: *Celsi praetereunt austera poëmata Rhamnes.* Sic a *Rhemo*, *Remenses*. Iuuenalis Sat. X. 72 bene habet: — *nil vltra interrogo, sed quid Turba Remens?* ita vetustus codex Leidensis. in multis aliis *Turba tremens.* in vulgatis *Turba Remi.* A Titi nomine *Titiorum* quoque gentem apud Romanos clarissimam deduci reor. nec *Titiam* tantum, sed *Titioniam* quoque. eius enim in familiae denariis compluribus, a Fuluio Vrsino iam probatis, Titi Tatii imago exhibetur.

140 *Ante tuas itidem*] *Eit idem* Vrsin. prim. Ambros. Zulich. Nauger. aliique complures.

141 *Vesta quoque vt niteat folio*] *Folio niteat* plerique veteres. Mox pro *laurea cana* alter Petauianus *laurea vitta.* vid. sup. v. 30.

150 *A numero nomina quisquis habet*] *In numero* decem codices antiqui.

155 *Etiam tunc*] *Etiam nunc* plerique veteres. vnus Regius *etiam non.* Lege *etiamnum.* Mox pro *in multis* complures scripti *vt multis.*

166 *Consumatur partibus, vna dies*] *Consummatur* Vrsin. Petau. et multi alii. sed *consumi dies* Latine et eleganter dicitur. sic *diem apparando consumere* Terent. Adelph. et Sulpicius ad Ciceronem Ep. Famil. lib. IIII Ep. XII. Noster Trist. V Eleg. V *Consumatque annos, sed diuturna, suos.* Senec. Ep. XV et II de Benef. 24. vbi vid. Lipsius. Sic Pyramides Aegyptiae altitudine sua *vmbras consumere* dicuntur Amm. Marcellinus XII. 15. quod ille a Lucano est mutuatus. Paulo ante pro *tempora quarto* Petau. pr. Ambros. Arondel. et plurimi alii cum primis editt. *quinta.* Maz. Vrsin. et quinque alii *iuncta.*

171 *Posita dixit mihi casside Mauors*] *Cuspide* prim. Ambros. Zulich. et quinque alii. bene. Sequens versus id comprobat. initio libri: *Bellice depositis clypeo pauliſper et hasta Mars ades.* et mox: *Palladis exemplo ponendae tempora fume Cuspidis.*

175 *Iuuat hac quoque parte morari*] Vterque Mazar. Zulich. Gottorph. et alii quatuor *moueri.* vt supra v. 11 *Ilia Vestalis, quid enim vetat inde moueri?* et lib. V. 820 *Sacra Palis suberant: inde mouetur opus.*

178 *Memori pectore dicta nota*] *Tene* duo veteres.

181 *Populis angusta futuris*] Ita distingue.

185 *Capiebat munera somni*] Quidam ex melioribus *carpebat.* quos inter opt. Ambros. vt apud Virgil. IIII. 522 *Placidam car-*

Digitized by Google

carpebant festa quietem corpora. et *carpere noctem securam* Val. Flacco IIII. 48.

189 *Spernebat generos inopes vicinia diues.*] Vrsin. Petau. Arondel. et sex alii *Spernebant.* vere. supra libro II. 657 *Conveniunt celebrantque dapes vicinia simplex.* Met. II. 687 *Senserat hoc furtum nemo, nisi notus in illo Rure senex: Bastum vicinia tota vocabant.* ita optime vetustiores libri. et lib. IIII. 636 ex optimo Florentino: *et humum vicinia nulla premebant.* lib. VIII. 689 *meritasque luent vicinia poenas.* sic et ibi scribendum censeo. Paullinus lib. VI de Vita B. Martini: *Interea trepido vicinia moesta pauore Pallebant tanti proceris discrimine.* Fast. II. 225 *Quo ruitis, generosa domus? male creditur hosti.* lib. III. 787 ex veteri libro: *Ergo vt tyronum celebrare frequentia possint. Chorus clamant* Fast. IIII. 451 *At chorus aequalis cumulatis flore canistris, Persephone, clamant.* apud Prudentium Psychomachia ex vetustissimo codice Puteaneo: *Auribus intentis expectant concio.*

191 *Et oues pauisse nocebat*] *Boues pauisse* rectius alter Ambros. et pro diuersa lectione Farnes. optimus. quomodo et Maz. a manu prima.

194 *Anguis habet*] *Auis habet* Vossian. Forte *abes.* Art. II. 481 *Ales habet quod amet.*

195 *Externis dantur connubia gentibus*] *Extremis* legendum, vt meliores libri.

200 *Illo festa die dum sua sacra facis*] Scripti praestantiores notae non pauci *Illa*, vel *Illo facta*, et *cum canes.* quanquam nonnulli recentiores notae *canas, facis, coles,* et similia. quare possis *illa gesta die.* sed cum *facta* sit in vetustioribus, assentior Gronouio nostro, qui Obseruationum editionis iteratae lib. II. 21 reponit *canes*, pro *canes.* scribe igitur arguto acumine: — *Consul tibi caetera dicet, Illa facta die cum sua sacra canet.* nam ipsum Consum haec narrantem introduxerat Sextili mense.

206 *Ausa Loqui*] *Orsa* multi veterum. quod magis arridet. Ep. XII. 72 *Orsus es infido sic prior ore loqui.* Cicero de Oratore: *Dicere in foro orsus est Hortensius admodum adolescens. Quas inter medias est nurus,* vel *sic* etiam nonnulli ex antiquioribus. Et superiori versu pro *nuptae* Iunianus *Nymphae.* sic Epist. prima pro nuptis ponitur: *Grata ferunt Nymphae pro salvis dona maritis.*

207 *Quoniam hoc commune tenemus*] Legebam aliquando *quod iam commune.* sed tres veteres *namque hoc.* Mazar. et tres alii *quaeque hoc.* Lego *quaeque hoc commune tenetis.*

209 *Sed vtra di sint pro parte rogandi*] *Tò sint* abest a nonnullis. Mazar. *dei pro parte.* alii tres *vtraque dei.* vnus *vtra dii.* Forte *sed vtrane dei pro parte.* At Strozz. *sed qua di sint pro parte rogandi.*

210 *Pater arma tenet*] *Tenent* melius nonnulli ex praestantioribus. et *malimus* pro *malitis* versu proximo. et mox *Consilium nobis dabo,* non *vobis.*

215 *Iam steterant acies ferro mortique paratae*] *Stabant* meliores.

Digitized by Google

. *Marti* etiam Gottorph. et quinque alii. sed vulgata
ura ferri poteſt. quomodo apud Maronem II. 333 — *ſtat*
acies mucrone coruſco Stricta, parata neci. Apuleius Met.
Omnes vino ſepulti iacebant, omnes morti parati.
6 *Iam lituus pugnae ſigna daturus erat*] *Iam lituos tubicen*
Mazar. a manu prima. Zulichemianus *Iam lituo, tubicen.*
dit haud dubie ex grammaticis non neminem, quod lituum
ubicini, ac improprie ſit locutus Noſter. idque haud im-
:o. Vt dicam quod res eſt, opinor Ouidium ſcripſiſſe:
'iticen pugnae ſigna daturus erat. Statius Situa IIII ad Maxi-
Iunium: *Non tamen portu retinent amoeno Deſides Baiae,*
nae notus Hectoris armis. Feſtus: *Lituus appellatus eſt, quod*
t teſtis. Eſt enim genus buccinae incuruae. quo qui cecine-
dicitur liticen. Nonius: *Siticines, vt liticines a lituo, vt*
ines a tuba. Cariſius libro primo: *Hic tubicen ex tuba lon-*
ubicinis, liticen ex lituo, tubae genus (lego *tubae curuae ge-*
liticinis, cornicen, ex cornu minore, cornucinis, tibicen, ex
, tibicinis, fidicen, ex fidibus, fidicinis. quibus ſimilia denuo
illum eodem libro habes. etiam apud Phocam Grammati-
et Priſcianum. Cato apud A. Gellium Noct. Attic. lib. XX.
'iticines et liticines et tubicines. ſic et *tibicines* et *cornicines*
. cicuricines Paues Sidonius Apollinaris: *Alta cicuricines li-*
mt Maenala Panes. Cornicines habes apud Iuuenalem plus
loco. Vox parum nota loco Ouidiano corrumpendo occa-
:m dedit.
9 *Stiſſis tetigere capillis*] *Paſſis* Mazar. Zulich. Vrſin. Voſſ.
rondel. *ſparſis* haeti codex et quinque alii. vide Notas lib.
6. *Medium campi tenuere*, pro *tetigere*, octo codices. quo-
o etiam nonnulli lib. II. 205 *Cremeram tenuere rapacem.*
III Amor. Eleg. vlt. *Moenia, quae campi iugera pauca tenent.*
VI. 401 ex antiquis libris: *Hoc, vbi nunc fora ſunt, vdae*
ere paludes. lib. II. 465 *Populus et cannae riparum ſumma*
baut. Met. VI. 335 — *tenet ima lacunae Lenta ſalix, iun-*
: leues, cannaeque paluſtres. Triſt. I Eleg. VIIII *Quaeque*
ut Ponti Byzantia littora fauces. Met. II. 3 ex antiquis li-
: *Cuius ebur nitidum faſtigia ſumma tenebat.* libro VIIII.
ex iiſdem ſcriptis: *Frondes caput omne tenebant.* adi Notas
. XI. 257. Superiori verſu meliores etiam *pignora ferunt,*
tenent. Calpurnius Eclog. V — *nateſque tepenti Ferte ſinu*
nulos. Horatius II Od. XVIII — *pellitur paternos in ſinu*
ns deos Et vxor et vir, ſordidoſque natos. Noſter lib. VIIII
. 338 *Inque ſinu puerum, qui nondum impleuerat annum,*
ce ferebat onus. Ferre natos quoque Liu. II. 40. et Tacit. I
9 *Incedebat muliebre et miſerabile agmen, profuga ducis vxor,*
uulum ſinu filium gerens. Noſter Ep. XX. 48 *Inque tui cupi-*
rapta ferere ſinu. Claud. Bel. Gild. 394 *Et quos ipſe ſinu*
uos geſtauerat.
25 *Animique cadunt*] *Animuſque* Mazar. et vnus Ambroſ. et
x pro *ſcuti dulcior vſus* Mazar. Zulich. Arondel. prim. Ambroſ.
quinque alii *ſcutis.*

Digitized by Google

229 *Inde diem primasque meas*] *Diem quae prima* meliores miro consensu. recte.

230 *Oebalides matres*] Prim. Ambros. Laeti et septem alii *Oebalides*. sex cum Arond. *Oebalidae*. quatuor *Italides*. vide quae noto lib. superiori v. 441 et Epist. VIII. 73.

231 *Aut quia commissi*] *An quia* Vrsin. Mazar. Voss. Arondel. bene. sic saepe Noster. supra lib. I. 327 *An quia praeuisos in aqua timet hostia cultros?* infra 709 *An quia cum colerent prisci studiosius agros? etc.* lib. V. 357 *An quia maturis albescit messis aristis?* Met. XI. 320 *An obest sua gloria multis?* I ex Pont. VI. 26 *Omnis an in magnos culpa deos scelus est?* Epist. II. 51 *Credidimus lacrimis, an et hae simulare docentur?* Epist. XII. 91 *Vidi etiam lacrimas, an pars sua fraudis in illis?* Virgil. VIIII Aen. 185 *An sua cuique deus fit dira cupido?* Sequenti versu malim etiam *Finierunt*. de quo ad Epist. VII.

232 *Et pereunt victae*] Ita Vrsin. prim. Ambr. Voss. Arondel. et pauci alii. reliqui *lapsae*. Mazar. *moestae*. Sed opinor scribendum *ictae*. Auctor Elegiae in mortem Drusi v. 101 *Liquitur, vt quondam Zephyris et solibus ictae Soluuntur tenerae vere tepente niues*. Seneca Hippolyto 383 — *qualiter Tauri ingis Tepido madescunt imbre percussae niues*. ita optimus liber Etruscus, non *perfusae*. vide Notas Met. V. 389.

237 *Detonsae frigore frondes*] Alii ex vetustioribus *excussae*, vel *excusso*. quomodo Art. Am. III. 162 *Vt Borea frondes excutiente cadunt*. Fast. V. 324 ex veteribus libris: *Et subita frondes excutiuntur aqua*. Fast. IIII. 509 *Excussaque mora rubetis*. lib. V. 215 — *foliis excussa pruina est*. apud Florum lib. I. 7 de Tarquinii Superbi filio: *Eminentia forte papauerum capita virgula excutiens*. ita scripti codices constanter. Noster *decutere lilia* dixit in eadem narratione. sed nil muta. sic *tondere brachia arborum* Virgil. II Georg. 368 dixit. hinc *tondere prata* et similia passim apud poëtas.

238 *Vuidaque in grauido palmite gemma tumet*] Alii *Humidaque*. primae edit. opt. Ambros. Mazar. et reliqui maiori ex parte *Viuidaque*. recte. Zulich. *Viuaque*. Lucretius lib. I. 179 — *viuida tellus Tuto res teneras effert in luminis oras*. Columella lib. III. 11 ex optimis membranis: *Nigrum tamen et rutilum fabulosum, qui sit viuidae terrae permixtus, probauerunt antiqui*. non *humidae*. et lib. V. 8 idem codex perantiquus: *Sed et densior terra, si viuida et laeta est, commode recipit hanc arborem*. Germanicus Arateis de Sirio: *Discernitque ortu longe fata: viuida firmat, At quibus haud vegetae frondes, aut languida radix, Exanimat*. ita scribo ac distinguo, nam duo veterrimi codices, quibus vsus sum, *adsuetae frondes*. vnde vir magnus, cui illum scriptorem castigatum debemus, *adsuetae. haud vegetae frondes* sunt aegrae, vt Noster loquitur supra: *palleat aegra seges*. Si malis *adfectae frondes*, vel *haud laetae*, nil repugno. nam *ad* non raro pro *aut* vel *haud* in vetustissimo codice Vossiano scribebatur. *Valles vinificare lympha* dicitur Auieno in Equo.

Digitized by Google

Equo. sic et *viua plantaria* Virgilius in Georgicis II. 27. *viuas arbores* Apuleio in Met. *Viuidum merum* Martiali VIII. 6. vt homines eruditi ad illum scriptorem dudum obseruarunt. Apud A. Gellium libro V Noct. Attic. II *Mediis hostibus regem viuacissimo cursu retulit*, de Alexandro Magno. et libro XV. 22 de Sertorii cerua: *Cerua alba eximiae pulchritudinis et viuacissimae celeritatis.* lib. VIIII. 4 *Homines monoculi singulis cruribus saltuatim currentes, viuacissimae celeritatis.* apud eundem Gellium lib. VII. 3 *Fortius atque viuidius non videntur potuisse dici.* Sic contra *morientes herbas* dixit Virgil. I Georg. 110. Caeterum libri veteres plerique *in tenero palmite*, non *grauido. e tenero* etiam Mazar. prim. Ambros. et tres alii. tamen libro primo 152 *Et nona de grauido palmite gemma tumet.* sic *pampineo grauidus autumno ager* apud Virgilium in Georgicis III. 5. et *grauidus culmus aristis* II. 111. et *grauidae fruges* II. 143. idem *grauidam imperiis Italiam* quarto Aen. 229. et decimo 87 *grauidam bellis urbem* dixit eleganti translatione. Val. Flaccus lib. II. 161 — *sic fata querelas Abscidit, et curis grauidam lacrymisque relinquit.* ita scripserat Valerius. nam *pauidam* insulse nunc legitur. Lucanus lib. V. 734 *Nocte sub extrema pulso torpore quietis, Dum fouet amplexu grauidum Cornelia curis Pectus.*

241 *Pecoris nunc hora creandi*] In Zulichemiano erasa vetus scriptura, in Mazariniano quoque ex parte. Vrsini liber et vnus Vatican. *pecori est nunc hora creandi.* Scribe *pecori nunc hora creando est.* sic loquebantur. Met. IIII. 695 *At opi breuis hora ferendae est.* quomodo et ibi scribendum. Statius Theb. I. 672 *Quando haec variis sermonibus hora est.* Virgil. initio Georg. *Qui cultus habendo sit pecori.* Georg. II. 9 *Principio arboribus varia est natura creandis.* Plinius lib. XV. 18 de ficubus: *Alexandrinae vix sunt vescendo.* Com. Celsus lib. VII. 13 *Transeundum ad medicamenta quae puri medendo sunt.* Liuius libro II ab V. C. *Vt diuites conferrent, qui oneri ferendo essent.* Noster libro VIIII Met. 684, vt castigauimus illic: — *iamque ferendo Vix erat illa grauem maturo pondere ventrem.* lib. XV Met. 403 *Cum dedit huic aetas vires, onerique ferendo est.* Auson. Ep. XXIII — *sed iniqua ferendo Conditio est oneri.* Martial. lib. XI Ep. LXXVIII *Viribus hic oneri non est.*

245 *Excubias vbi Rex Romanus agebat*] *Habebat* multi ex melioribus. sic φυλακὰς ἔχειν apud Graecos. Voss. prim. Ambros. et octo alii *ibi Rex.* At Vrsin. et Mazar. *Regi Romanus habebat.* quod tamen minus arridet, quamuis non minus Latinum, cum *habet* proximis versibus praecesserit ac sequatur. Apuleius Metam. VIIII *Atque illos, qui meae custodiae peruigiles excubias agitauerunt, ausculto de meis sic altercari fortunis. Iactare Excubias* in Giri Virgiliana: *Excubias foribus studio iactabat inani.* nisi *ductabat* illic legendum. sic *vigilias agere* apud Dictyn Cretensem libro III *Vbi custodes vigilias agere curarent.* sic *custodias agere regalis corporis* Naeuius in Lycurgo dixit. Pro *Esquilias nomina* Mazar. *Esquiliae nomine.* et sic tres alii. Zulich. prim. Ambros.

Digitized by Google

Ambros. Laeti et octo praeterea *Esquiliae nomina*. Lego *Adde quod excubias Regi Romanus agebat, Qua nunc Esquilias nomina collis habet.* Posset et *Esquilius collis*. vt lib. II *Monte sub Esquilio.* Varro: *Esquilias alii scripserunt ab excubiis Regis dictas, alii ab eo quod excultae a Rege Tullio sunt.* plurali autem numero efferebantur *Esquiliae*, quod duo montes haberentur, teste Varrone. de etymo nominis idem.

251 *Matrum me turba frequentat*] *Frequentant* sex scripti, vnde coniiciebam olim *matres me iure frequentant*. vnus Farnes. *matres tua vota frequentat*. In Zulich. haec omnia erant erasa. In Mazar. a manu prima *matres me turba frequentant*. Scribe leui mutatione *matris me turba frequentant*. nihil certius. sic in Amorib. ad Cupidinem: *Pieridum vates, non tua turba, sumus*. Sequenti etiam versu reponendum *nos*, pro *vos*, ex fide optimorum exemplarium. Omnia iam sunt perspicua, *turba, frequentant*, vt *turba ruunt* et similia, quorum pleni Nostri atque alii poetae, ad imitationem Graecorum, sic vetus interpres Matthaei cap. XXI. 8 *Plurima autem turba straverunt vestimenta sua in via* Ὁ δὲ πλεῖστος ὄχλος ἔστρωσαν ἑαυτῶν τὰ ἱμάτια ἐν τῇ ὁδῷ.

253 *Gaudet florentibus herbis Haec dea*] *Aruis* duo Farnesii. Puto *florentibus aris*. id est floribus incincta. sic *frondentes arae* apud Val. Flaccum libro III. 456 *Dixerat, et summas frondentibus intulit aris Libauitque dapes*. Trist. III Eleg. XIII *Fumida cingatur florentibus ara coronis*. Virgilius I Aen. 417 *Thure calent arae, sertisque recentibus halant. Altaria cingere seruis* Statio IIII Silu. ad Iulium Menecratem. et lib. III Lacrymis Etrusci *dare serta per aras. Ara floribus redimita* Apuleio sub initium Floridorum. Caeterum prim. Ambros. et Laeti codex legunt: *Ferte deae flores: tenero de flore coronas Nectite. de tenero cingite flore caput.*

257 *Si qua tamen grauida est*] Malim *Si qua tamen grauida es, resoluto crine preceris, Vt soluat partus molliter illa tuos.* vt infra v. 393 *Nubere si qua voles, quamuis properabitis ambo, Differ.*

260 *Mamuriumque canant*] Sic potiores scripti, non *vocant*. vide Iuret. ad Symm. lib. III Ep. XXXXIIII.

261 *Stagnoque operata Diana*] *Stagnoque adoperta* Excerpta Douzae et Putean. et quinque alii cum prima Veneta editione. forte rectius. lib. XV Met. 486 de Egeria: *Vallis Aricinae densis latet abdita siluis.* Glossae quoque Rumphii *adoperta*, vel *operata*, agnoscunt. sed nec *operari Dianae* dici potest, de qua ibidem: *Sacraque Orestea gemitu questuque Dianae Impedit.*

262 *Ad sua facta veni*] Veteres *festa*, vel *sacra*. vtrumque vulgatae lectioni praeferendum. IIII. 725 *Prosequor officia si tua festa pio.* et ita passim.

264 *Est lacus*] *Est locus* Vossii et plurimi alii. sed male. IIII. 370 — *at non dabat vltra Clotho dura lacus aramque videre Dianae.* vid. Serv. ad Virg. VII. 516.

865 *Hic*

Digitized by Google

265 *Hic latet Hippolytus loris direptus equorum*] Alii *iacet*, cum Vrſin. Voſſ. Arondeliano. fruſtra. ipſe Virbius lib. XV Met. 546 *Numine ſub dominae lateo, atque accenſeor illi. Furiis diſtractus* Voſſ. Arondel. Mazar. Zulich. prim, Ambroſ. et multi alii. Vrſin. et Nauger. *furiis direptus*. vtrumque bene. Faſt. V. 309 *Hippolyte infelix, velles coluiſſe Dianen, Cum conſternatis deripereris equis*. Art. Am. I, 338 *Hippolytum pauidi diripuiſtis equi*. At Virgil. in hac narratione lib. VII. 767 *Turbatis diſtractus equis*. Senec. Hippol. 1105 *Errant per agros funebris famulae manus Per illa, qua diſtractus Hippolytus, loca*.

266 *Nemus nullis illud aditur equis*] *Initur* rectius Mazar. Zulich. et duo alii. ſic Artis Am. lib. III. 712 *Ipſa nemus tacito clam pede fortis inis*.

271 *Fortes manibus*] *Fortesque manu* Voſſ. Arond. Maz. Zulich. et tres alii. ſequor.

274 *Inde bibi*] *Bibes* Mazar. et Zulich. *bibis* pr. Ambr. Laeti et quinque alii. *bibit* Vrſini, Petauii et caeteri maiori ex parte. Malim *bibunt*.

275 *Egeria eſt*] Lactantius libro primo de Falſa Religione cap. XXII *Harum vanitatum apud Romanos auctor et conſtitutor Sabinus ille rex fuit, qui maxime animos hominum rudes atque imperitos nouis ſuperſtitionibus implicauit. quod vt faceret aliqua cum auctoritate ſimulauit cum dea Egeria nocturnos ſe habere congreſſus. Erat quaedam ſpelunca peropaca in nemore Aricino, vno riuus perenni fonte manabat. Huc remotis arbitris inferre ſe conſueuerat, vt mentiri poſſet monitu deae coniugis ea ſacra populo ſe tradere, quae acceptiſſima diis eſſent. Videlicet aſtutiam Minois voluit imitari, qui ſe in antrum Iouis recondebat, et ibi diu moratus leges, tanquam ſibi ab Ioue traditas, afferebat* (malo *adferebat*): *vt homines ad parendum non modo imperio, ſed etiam religione conſtringeret. Nec difficile ſane fuit perſuadere paſtoribus*. perperam illic *in Ariano nemore*, pro *Aricino*, circumfertur, cum Arianum nemus ſit nullum, quod ſciam, in rerum natura.

279 *Ne fortior omnia poſſet*] *Firmior* plerique veteres. et recte. vt ad Liuium iam monuit doctiſſimus Gronouius. Plinius lib. I Epiſt. XII *Ego tamen tanquam et iuuenis et firmiſſimi mortem doleo*. ita vetuſtiſſimus codex Mediceus. Noſter III ex Pont. IIII. 7 *Firma valent per ſe, nullumque Machaona quaerunt*. et vox *firmior aere* I Triſt. IIII. 53. Silius lib. III *Inde vbi flore nouo pubeſcet firmior aetas*. Lucanus libro II. 475 — *nudatam deſeris arcem, Scipio Luceriae. quanquam firmiſſima pubes His ſedeat caſtris*. ita vetuſti codices, non *fortiſſima*. Guntherus Ligurini lib. VII — *firmiſſima noſtrae Robora militiae* vocat milites. libro X *Quingenti iuuenes fortiſſima robora belli*. Caeſar Belli Gallici libro VII *Is locus praeſidio non nimis firmo tenebatur*. et: *Quinque cohortes, quas minus firmas ad dimicandum eſſe exiſtimabat, caſtris praeſidio relinquit*. et: *Haec eadem noctu excubitoribus ac firmis praeſidiis tenebantur*. libro II Belli

Digitized by Google

Ciuilis: *Iisdem diebus Carmonenses, quae est longe firmissima totius prouinciae ciuitas.* libro III *Hic cognoscere licuit, quantum esset praesidii hominibus in animi firmitudine.* et: *cohortes firmissimas Pompeius se habere existimabat.* Auctor belli Africani: *Elige ex tuis cohortem vnam, quam putas esse firmissimam.* Auctor belli Hispanici: *Ita firmissimum eius praesidium Ateguam proficiscitur.* Pro *datae leges* vnus Vatican. *ratae leges.* quomodo et forte scribendum Trist. V Eleg. VIIII *Sic mea lege rata vincta atque inclusa Thalia.* Marcianus Capella libro VIIII *Te nunc astrisono carmine Iupiter, Quo gemmata poli voluere sydera Sueuit lege rata sacra recursio, Praefandum veneror.* vbi *astrisonum* male legitur.

291 *Ritum piandi Tradere*] *Prodere* Vrsin. Voss. Mazar. Zulich. alii sex. bene. est enim *Prodere* in lucem proferre. Est autem verbum sacris frequenter adhibitum. Cicero Miloniana: *Lanuuii a dictatore Miloni prodi flaminem necesse esse.* id est creari, renunciari. quod *capi flaminem* ab aliis dictum. Liuius *interregem prodi* dixit libro VI ab V. C. *prodi Dictatorem* Pomponius lib. II D. de Orig. Iuris. Quare et sequenti versu sit legendum *Nec sine vi prodent.* sic lib. V. 698 ex optimis codicibus *Causam facundo prodidit ore deus. Prodere Aenigmata* Auson. Epist. V ad Theonem. vide quae de eo verbo notauimus ad Claudianum initio libri primi de Raptu Proserpinae. Apuleius Met. X *Natam puellam prodidit vicinis alumnandam,* pro *tradidit.*

293 *Adhibe tu vincula captis*] *Adhibeto* rectius Vrsin. Mazar. Zulich. Voss. Arondel. prim. Ambros. Laeti et multi alii. quatuor tamen *adhibe tua.* Redde Ouidio suas elegantias et scribe *adhibe sua vincula captis.* Trist. IIII Eleg. VII ex fide membranarum: *Cur quoties alicui chartae sua vincula demsi, Illam sperani nomen habere tuum.* et Art. Am. III. 273 *Arida nec vinclis crura resolue suis.*

294 *Edidit arte capi*] *Erudit* venuste Voss. Arondel. Vrsin. pr. Ambros. Mazar. Zulich. Nauger. cum tribus aliis. infra hoc ipso libro: *Illa etiam flantes radio percurrere telas Erudit.* Trist. II. 244 *Romanas eruduntque nurus.* Art. Am. II. 66 *Erudit infirmas vt sua mater aues.*

301 *Disponit pocula Bacchi*] *Dis ponit* legendum esse iam monui Art. Am. I. 231.

307 *Pugnando vincula tentant Rumpere*] *Tentando pugnant* prim. Ambros. Laeti et plurimi alii. probe. nisi quod malo *luctando vincula pugnant Rumpere.* sic Persius Sat. V *Nam et luctata canis nodum abripit, attamen illi, Cum fugit, a collo trahitur pars magna catenae.* Met. lib. VII. 777 —— *iamdudum vincula pugnat Exuere ipse sibi, colloque morantia tendit.* Met. II. 685 *Ille tamen pugnat molles euincere somnos.* Fast. II. 648 *Et solida ramos figere pugnat humo.* lib. VI. 515 *Iniicinntque manus, puerumque euellere pugnant.* quibus locis multi veterum *tentat,* vel

Digitized by Google

vel *tentant*. perperam. In Ibide 18 *Naufragii tabulas pugnat habere mei.*

316 *Arbitrium eſt in ſua tecta Ioui*] *In ſua tela* Mazar. Zulich. Voſſ. Arondel. et ſex alii. vt de fulmine agatur. Atque ita Ianus quoque Vlitius noſter legendum coniiciebat. ingenioſe, vt ſolet.

321 *Valida perductus ab arce*] *Valida veniet deductus ab arce*, vel *arce*, Voſſ. Arond. prim. Ambroſ. Mazar. et multi alii. plures *ſumma deductus ab arce. Deducere* verbum magicum, hinc *carminibus deducere Lunam* paſſim apud Noſtrum et alios poëtas. Graecis ſcriptoribus καταγειν τὴν σελήνην, ſic καταγειν τὸν Δία Plutarcho in Numa hac ipſa narratione. de eo verbo plura ad Propertium Paſſeratius et nos ſuo loco. *Summam arcem* caelum quoque vocat lib. I Met. de Ioue: *Quae pater vt ſumma vidit Saturnius arce.* et lib. II de eodem: —— *ſummam petit arduus arcem.*

325 *Nefas homini eſt*] *Eſt* deeſt in melioribus. *Canantur* Helmaeſtad. rectius.

333 *Vt rediitque animus*] *Vt rediit animus* vera lectio, quicquid turbant libri veteres. diximus Notis ad Epiſt. VI.

337 *Ambage remota*] *Remiſſa* Strozzae codex. vide Notas Epiſt. VII. 149.

339 *Caede caput, dixit*] Similem ritus crudeliſſimi permutationem Macrobius ad Iunium Brutum referre Saturnalium primo, capite ſeptimo, videtur. qui Brutus, cum feſto Compitalium per Tarquinium Superbum reſtituto, Laribus ac Maniae Larum matri ex reſponſo de edicto Apollinis, vt pro capitibus ſupplicaretur, pueros immolari obtinuiſſet, capitibus allii et papaueris iuſſerit ſupplicari, vt reſponſo Apollinis ſatisfieret de nomine capitum, remoto ſcelere infauſtae ſacrificationis. Sed et Herculem in Italiam delatum pro humanis capitibus oſcilla ad humanam effigiem ſimulata atque efficta Saturno obtuliſſe. cumque oraculi lex eſſet: Καὶ ἀφαλὰς Ἄδῃ καὶ τῷ πατρὶ πέμπετε φῶτα, τὰ φῶτα non de viris ſed de luminibus eſſe interpretatum, atque inde morem exortum, vt Saturnalibus cerei miſſitarentur. eadem denuo repetit idem Macrobius eiuſdem libri capite vndecimo.

341 *Sumes, ait ille, capilles*] *Summos* malo cum quatuor noſtris, quod et in ſuis inuenerat Naugerius. *Addidit hoc omen* Mazar. pro *Addidit hic, Hominis.* in Zulichemiano vetus ſcriptura erat eraſa.

344 *Colloquio non abigende deum*] *Meo* rectius pro diuerſa lectione Arondelianus. quomodo et duo alii.

347 *Super aethera notum*] *Motum* ſcribe cum Voſſ. Arondel. prim. Ambroſ. Zulich. Mazar. aliisque nonnullis. lib. II. 439 *Cum ſubito motae tremuere cacumina ſyluae.* et poſt 501 *Cum ſubito motu ſepes tremuere ſiniſtrae.* Silius lib. III. 205 *Te ſtrages nemorum, te moto turbida caelo Tempeſtas, ſedeſque virum, magnaeque ruinae Idaei generis, lacrymeſaque fata ſequuntur.* idem lib. XII *Nullaque iam mitem credas habuiſſe tonantem Fulmina,*

Digitized by Google

mina, nec placido commota tonitrua caelo. idem lib. V *Sic vbi torrentem crepitanti turbine nimbum Illidit terris molitus Iupiter altas, Fulmine nunc Alpes, nunc mixta Ceraunia caelo, Intremuere simul tellus, et pontus, et aether, Ipsaque commoto quatiuntur tartara caelo.* Stat. Theb. V *Addita signa polo, lacrosque vlulante tumultu, Tergaque et aera dei motae crepuere per auras.* Corip. Afric. lib. V *Haud secus ac Libyci terra sitiente coloni Nubila suscipiunt, moto cum fulgura caelo Prima micant.* Propertius libro II Eleg. XVI *Vidisti moto sonitus procurrere caelo.* vbi *toto percurrere caelo* nunc legitur, etiam in scriptis. *tonitru caelum omne ciere* Maroni. idem Silius lib. XV. 144 *Addidit augurio fulmen pater, et vaga late Per subitum moto strepuere tonitrua mundo.*

351 *At certe credamus, ait*] *Credemus* scripti plerique. sed vere Sarrau. et duo alii *credemur.* Mox *sequatur* meliores, pro *sequetur.*

352 *Et audi crastina quisquis ades*] Puto scribendum *crastine.* pro quisquis crastinus aderis.

356 *A veniente die*] *Aduenientе* scripti plerique.

359 *Solio consedit acerno*] *Eburno* prim. Farnes. prim. Ambr. et tres alii.

360 *Stantque silentque viri*] *Sedentque* multi probae notae. sed male. Met. XIII *Consedere duces, et vulgi stante corona.* vid. inf. IIII. 304.

367 *Totum iam Sol emouerat orbem*] *Euolueras* quinque veteres. quomodo apud Statium Achill. I *Iam premit astra dies, humilisque ex aequore Titan Rorantes euoluit equos.* Virgil. III Aen. 284 *Interea magnum Sol circumuoluitur annum.* sic et *euolvere pectore questus* Valerio Flacco lib. IIII. Auienus Descriptione terrae: *Hic se Sarmaticis euoluens finibus.* post: *Eminus euoluunt hic sese pinguia Nili Flumina.* At Vatican. vnus et Thuan. *emerserat.* eleganter sane. Arusianus Messius apud me ineditus: *Emergit se: Sallustius Histor. IIII, vbi se laniata nauigia e fundo emergunt. Terentius in Andria, ex illis se emersurum malis.* Cornelius Nepos in vita Attici: *Quibus ex malis vt se emerserat.* Cicero de Aruspicum responsis: *Serpens, quae tum delituisset, tum se emergit.* Apuleius Apologia: *Veritas velut alto barathro calumniae se emergit.* sic contra *demergere orbem* idem infra dicetur v. 515, vt ex veteribus libris emendamus. Val. Cato in Diris: *Monstra repentinis terrentia saepe figuris Cum subito emersere furenti corpora ponto.* Manilius lib. V — *cum iam vicesima Cancri Septimaque ex vndis pars sese emergit in astra.* Auienus Descriptione terrarum: — *qua lux se rursus Eoa Emergit pelago.*

368 *Et grauis*] Malim *Ex grauis.* Pro *venit* alter Puteaneus *vergit.* non male, sic infra: *Stella Lycaoniam vergit declinis ad Arcton.*

371 *A media caelum regione debiscere coepit*] *Visum est* quidam veteres. Mazarinian. *A media subito caelum discedere visum est.*

Digitized by Google

est. neque aliter Vossianus. elegans sane et proprium *discedendi* verbum hoc loco. quod Nonius pro *hiare, diuidi, distendi,* interpretatur. Virgil. VIIII Aen. 19 — *vnde haec tam clara repente Tempestas? video medium discedere caelum; Palantesque polo stellas. sequor omina tanta.* vbi Seruius: *In Auguralibus etiam libris inter ostenta caelum discessisse dicitur.* eidem Georg. III. 24 *Scena versis frondibus discedere* hoc sensu dicitur. Cic. de Diuinatione lib. I *Exponitque initio belli Marsici et deorum simulacra sudauisse, et sanguinem fluxisse, et discessisse caelum, et ex hoc occulto auditas esse voces.* idem in Arato: — *pedibus subito percussa Dianae Insula discessit.* hoc est, vt Aratus ipse, Νήσου ἀνεμβήξασα μέσας ἐκάτερθε κολώνας. apud Iul. Obseq. C. Valerio, M. Herennio Coss. *Caelum visum discedere, cuius hiatu vertices flammae apparuerunt,* perperam illic *descendere* circumfertur. neque aliter capiendum illud Lucretii initio lib. III *Moenia mundi discedunt.* Idem Cicero Offic. lib. III *Hinc ille Gyges inducitur a Platone, qui cum terra discessisset magnis quibusdam imbribus, descendit in illum hiatum.* Silius lib. VI. 36 *Stagnantem caede et facilem discedere terram Ense fodit* — Calpurnius Ecloga VII *Ab tepidi quoties nos discedentis arenae Vidimus in partes ruptaeque voragine terrae Emersisse feras* — ita scribendus ille locus. quod et Lipsio iam ex parte praeuisum est. Barthius ad Claudianum p. 181 curis secundis inepte: *nolitem cedentis arenae.* nam quod negat esse, quo τὸ *arenae* referatur, non attendebat sequi *voragine.* Val. Flaccus lib. I. 285 — — *dirimique procul nullo aequore visa Coeperat a gemina discedere Sestos Abydo.* qui locus etiam vulgo deprauatus circumfertur.

372 *Cum duce turba suo*] *Suos* meliores.

378 *Quemque nates oculis*] *Quaque* Nauger. Zulich. Mazar. Vrsin. Petau. et quinque alii. Sed apud Isidorum libro XVIII. 12 *Quemque* legitur. et superiori versu *Idque ancile vocat,* non *Atque.* quomodo etiam Vrsin. Voss. Mazar. Zulich. Nauger. et octo alii.

384 *Difficile est vlli dicere, clausit opus*] *Illi* in nonnullis. Vrsini codex *illud.* vt referatur ad τὸ *opus.* quod sequor.

387 *A saltu nomina ducta*] *Dicta* plerique veterum. *quae saltu nomina ducunt* Voss. *qui saltu nomina ducunt* Sarrau. Zulich. Maz. At idem Zulichemianus tamen manu prima *a saltu nomina ducunt.* vere. quomodo et duo alii. supra lib. I. 467 *Ipsa mone, quae nomen habes a carmine ductum.* vbi etiam male scripti plurimi *dictum.* Horatius lib. III Od. XXVI — *tua sectus orbis Nomina duces:* et libro II Sat. I — *et qui Duxit ab oppressa meritum Carthagine nomen.* et Satyra II libri II — *Auidienus, Cui Canis ex vero ductum cognomen adhaeret.* Silius libro XI *Quos fugitis facios? quosue additis? ille ego sanguis Dardanius, cui sacra pater, cui nomina liquit A Ioue ducta Capys.* ita ex optimo codice illa scribenda. libro XVI *Discant, qui pecudum ducant ab origine nomen, Quantum diuini praecellant seminis ortus.*

Digitized by Google

tus. et libro XVII *Hic prisca ducens Clauſorum ab origine nomen Claudia. Ducere notam* Noſter ſupra primo libro: *Ille Numantina duxit ab vrbe notam.* Caeterum *a ſaltu nomina ducunt* breuis et elegans loquendi modus, vt *τὸ qui* ſubintelligatur. quomodo paſſim veteres hiſtorici, ſed locis plerumque ab inſcita manu interpolatis, vt ad Liuium abunde docuit Cl. Gronouius. Virgil. lib. II —— *iuuenisque Choroebus Mygdonides. illis ad Troiam forte diebus Venerat.* ita recte omnium veterrimus Mediceus. vulgo *illis qui ad Troiam.* Idem Maro libro I *Vrbs antiqua fuit. Tyrii tenuere coloni.* eodem libro ex optimis membranis: *Sum pius Aeneas: raptos ex hoſte penates Claſſo veho mecum.* vulgati codices *raptos qui.* Propertius libro IIII Eleg. IIII *Vrbi feſtus erat: dixere Palilia patres.* Auctor Moreti: *Interdum clamat Scybalen: erat vnica cuſtos Afra genus, tota patriam teſtante figura.* ſic vetus codex Petauianus. vulgo *Cybale haec erat vnica cuſtos.* Noſter Met. XIII. 723 —— —— *petebat Sicaniam: trinis excurrit in aequora linguis.* ita enim et illic cenſeo ſcribendum eſſe, cum *tribus haec* legatur inconcinne. Apuleius. Flor. I *Eſt praeterea genus apud illos praeſtabile. Gymnoſophiſtae appellantur.*

397 *Apicalis cincta Dialis*] Miras denuo turbas libri veteres hic excitant. Sed nos, omiſſis caeteris, ad fidos potiſſimum conuertamur. Vulgatam tuetur Vrſini codex et Nauger. *capitis diſtincta dialis* Petau. *apicatis cura* Mazar. prim. Ambr. et plurimi alii. *capitis diſtincta* Arondel. aliique tres. *apicalis cincta* Voſſ. *apicali cincta* Zulich. Excerpta Politiani et duo Medicei *apicati cincta.* recte. vides etiam *τὸ cincta* in omnibus fere vetuſtioribus apparere. Feſtus: *Cincta Flaminica veſte velata.* Quare fortaſſis lib. VI. 226 etiam ſcribendum: *Tum mihi ſic coniunx cincta Dialis ait.* vbi *ſancta* nunc legitur.

399 *Tertia nox emerſa ſuos vbi mouerit ortus*] Et hic non leuiter turbatum eſt. Vrſin. Voſſ. Arond. Mazar. pr. Med. Naug. quinque alii *de menſe.* Zulich. Excerpta Polit. duo alii *demenſa.* tres cum opt. Ambroſ. et Laeti codice *dimenſa.* Petau. cum aliis quatuor *dimerſa.* nonnulli *demiſſa*, vel *dimiſſa*, vel *immiſſa.* quatuor *demerſa.* Probe vnus Vatic. et editiones veteres *emerſa.* Val. Flaccus lib V. I *Altera lux haud laeta viris emerſis Olympo.* Noſter Met. XV. 186 ex antiquis codicibus: *Cernis et emerſas in lucem tendere noctes.* Statius Theb. I. 156 —— *quid ſi peteretur crimine tanto Limes vterque poli, quem ſol emerſus Eoo Cardine, quem porta vergens proſpectat Ibera?* ita vetus codex. Noſter paulo ante ex antiquis libris: —— —— *totum iam Sol emerſerat orbem.* Apuleius initio lib. XI *Vides praemicantis Lunae candore nimis completum orbem marinis emergentem fluctibus.* et mox de eadem: *Ecce pelago medio diuina emergis facies.* Marcianus Capella lib. VI *Si emerſi ſolis exortus concauis ſubductioris terrae latebris abderetur.* idem paulo poſt de Sole et Luna: *Qui mox, vt primi luminis fulgor emerſerit, confeſtim ad obtutus noſtros directis lineis dirigantur.* Dracontius Hexaëmero, vt legendum ex veſtigiis veterum librorum:

Digitized by Google

rum: *Aurorum iam quarta dies emerserat undis.* Caeterum pro *rutus* libri veteres multi *ignes*, cum Petau. et Voss. id est, stellas, vt lib. IIII Met. 81 et passim Noster in hoc opere.

403 *Cum croceis rorare genis*] *Rutilare* Zulich. Mazar. et vnus Vatic. pro diuersa lectione. neque aliter Sarrau. et vnus meus. duo *rorare comis*, vt *rorantes comas* Stat. II Theb. 130. vid. inf. lib. IIII. 141. Si quid mutem, *rutilare comis* libenter reponam. vide quae de *coma rutila* noto ad Metam. lib. V. 440.

408 *Parua docere mora est*] *Dicere parua* nonnulli. *parua referre* Maz. Zulich. Voss. et sex alii. quomodo saepe Noster.

411 *Tradidit huic vitem*] Distichon hoc adulteram et nugatorium manum sapit.

414 *Liber in astra tulit*] *Vehit* Voss. Arondel. Zulich. Mazar. et pr. Farnes. nempe tigribus, vt et Ariadnam. Propertius III. 15. 8 *Lynchus in caelum vecta Ariadna tuis.* sic lib. V Met. 644 *Et medium caeli terraeque per aëra vecta est.* vbi et MSS. *lata.*

415 *Vbi e terra*] *Vbi Oceano* Vrsin. Voss. Arond. Zulich. Mazar. Nauger. et tres alii. bene. sic apud Maronem XI. 1 *Oceanum interea surgens Aurora reliquit.* apud Apuleium Metam. VIIII *Sol ipsum quidem delapsus Oceanum subterrenas orbis plagas illuminabat. Scandit* et *carpit* etiam libri meliores. Pro *alatis quis* prim. Ambros. Mazar. Zulich. et tres alii *elatis.* hoc est, elatis e mari. Claudian. de Sole Cons. Olybr. v. 4 *Blandius elato rubeant temone iugales.* sic et alii saepe. sed et *alipedes* eosdem equos alibi vocat in Metamorph.

417 *Castaeque colis penetralia Vestae*] *Canaeque* Zulich. et a manu prima Mazar. bene. Virgil. V. 744 *Pergameumque larem et canae penetralia Vestae Farre pio et plena supplex veneratur acerra.* lib. VIIII. 259 *Assaracique larem et canae penetralia Vestae Obtestor.* et lib. I. 292 *Cana Ceres et Vesta.* Martial. lib. I. 71 —— —— *vicinum Castora canae Transibis Vestae, virgineamque domum.* Legitur quidem apud Propertium lib. II Eleg. XXXVIIII *Ibat et hinc castae narratum somnia Vestae.* sed controuersa est ea scriptura, cum in aliis libris sit *in casta veste*, quod Passeratius tuetur. Puto *carae matri* legendum, vel *incanae matri.* vt pluribus ad ipsum Propertium afferemus. interim vide de similibus in Propertio naeuis quae notaui supra lib. I. 287. sic et *Cana Tethys* poëtis dicta, quomodo *Cana Vesta* hoc loco.

418 *Gratare, Iliacis thuraque pone focis*] *Cratera* optime Vrsini, Zulich. et Maz. codices, vt in illo Virgilii V. 68 *Craterasque duos statuam tibi pinguis oliui.* nam et crateres sacrificiis adhibiti. Iuuenalis Sat. II. 86 *Atque Bonam tenerae placant abdomine porcae, Et magno cratere, deam.* de eorum in sacris vsu Eratosthenes etiam nonnihil apud Macrobium Saturnal. V. 21. Sic et *paterae* sacris adhibitae. has cum acerra similiter coniungit in Robigalibus Fast. IIII. 934 *Cumque meri patera thuris acerra fuit.* et apud Horatium lib. I Od. XX *Verbenas pueri, ponite, thuraque Bimi cum patera meri.*

419 *Quos*

Digitized by Google

419 *Quos maluit ille mereri*] *Quem* Mazar. Zulich. et Stroz. bene. quem honorem Pontificalem maluit mereri quam alios innumeros titulos. Mox *bonos* meliores, pro *honor*.

422 *Iuncta vides*] Scripti vetuſtiores omnes *videt*, aut *vident*. an *viden'*?

423 *DI veteris Troiae digniſſima praeda ferenti*] Vrſin. Nauger. Excerpta Polit. *De veteris Troiae digniſſima praeda fauilla*. optime. non enim de dis omnibus e Troia ablatis, ſed de vna Veſta nunc agitur. Argute igitur ignem Veſtalem vocat praedam e fauilla Troiae ablatam. Sic et Propertio lib. IIII Eleg. IIII *Veſta Iliacae felix tutela fauillae* dicitur. quare et pro *Numina* mox *Lumina* forte rectius legas.

429 *Vna nota eſt Martis*] Libri vetuſtiores *Vna nota eſt Marti*: *Nonis ſacrata quod illis*. recte. *Marti* pro Martio. *Vna nota*, quia quae ſuperius narrat de Pontificali honore Caeſari delato pridie Nonas Martias acta ſunt, vt liquet ex antiquis Kalendariis, templum Veiouis ipſis Nonis dedicatum. *Nonis illis*, vt lib. III *illis ſacrata Kalendis Templa deae*.

430 *Templa putant lucos Veiouis ante duos*] *Tuos* primae editiones et Politiani Excerpta cum quatuor aliis. quo prim. Ambroſ. et tres praeterea alludunt, in quibus *ſuos*. ſed nil mutandum. Liuius lib. I *Locum, qui nunc ſeptus denſis ſentibus, inter duos lucos Aſylum aperit*. ſic et Dionyſ. Antiq. lib. II τὸ γὰρ μεταξὺ χωρίον τοῦ τε Καπιτωλίου καὶ τῆς ἄκρας, ὃ καλεῖται νῦν κατὰ τὴν Ῥωμαίων διάλεκτον, μεσόριον δυοῖν ἀλσῶν etc. vbi de Aſylo agit. A. Gellius lib. V. 12 *Eſt autem aedes Veiouis Romae inter arcem et Capitolium*. Sed ne dubitare poſſis Liuium et Dionyſium de Veiouis lucis eſſe capiendos, en Vitruuium lib. IIII. 7 *Item generibus aliis conſtituuntur aedes ex iiſdem ſymmetriis ordinatae, et alio genere diſpoſitiones habentes, vti eſt Caſtoris in circo Flaminio et inter duos lucos Veiouis*.

432* *Huc dixit*] *Inquit* meliores. et pro *Quilibet* vnus Moreti ac Iunianus *Cuilibet*.

438 *Adſpice deinde: manu fulmina nulla tenet*] Lege ex melioribus ſcriptis: *Adſpice deinde manum: fulmina nulla tenet*. vel *Adſpice deinde manus: fulmina nulla tenent*. quomodo alii nonnulli cum primis editionibus.

439 *Gigantes*] *Gigantas* Vrſin. Laeti, Erfurt. et tres alii. ſic etiam lib. V. 37 ſcribendum. et Triſt. lib. II *Domitos Iouis igne Gigantas*. et lib. IIII El. VII *Serpentipedeſque Gigantas*. et Pont. IIII El. VII *Affectantes caeleſtia regna Gigantas*. Apud Silium quoque non vno loco ſic peccatur. plura ad Metam. lib. I. 137.

445 *Farra coloni*] *Colono* multi ex melioribus. at Vrſin. Petau. Voſſ. octo alii *colone*. Lege *colonae* cum Erfurtano. vt lib. II. 646 *Sumtum de tepidis ipſa colona focis*. et lib. IIII. 629 —— *tenebat Rus breue tum duro parca colona viro*.

449 *Variabunt ſidera caelum*] *Vallabunt* quatuor Farneſiani et tres alii cum Zulichemiano. nec audiendi Berſmannus et Grute-

Digitized by Google

Gruterus, *vacuabunt* reponentes. Sic Ep. IIII de Sole: *Frontem radiis vallatus acutis.*

452 *Prosiluisse comis*] *Iubis* Vrsin. Naug. Maz. Zulich. et tres alii. Oxon. pro diuersa lectione *iugis.* Val. Flaccus lib. II. 227 de Furiis: — *ast illum nocte remensa Eumenidum canis et sparsae iuba reppulit hydrae. Iuba* coma promissior. Seneca epistola vltima, vbi agit de Parthis, Scythis ac Germanis: *In quolibet equo densior iactatur iuba.* idem de Breuitate vitae: *Quomodo excandescunt si quid ex iuba sua decisum est? si quid extra ordinem iacuit?* de viris comendi capilli studiosis.

456 *Vngula fodit aquas*] *Fudit* Maz. Zulich. prim. Ambros. Laeti, Voss. et quatuor alii. Auienus in hac fabula: — *cornuque excita repente Lympha Camoenalem fudit procul Hippocrenen.* sed verior omnino vulgata scriptura. Rutilius libro primo Itinerarii: *Elicitas simili credamus origine Nymphas, Musarum latices vngula fodit equi.*

462 *Fila regenda viro*] *Legenda* Nauget. Maz. Zulich. Arond. Vrsin. Helm. et quinque alii. recte. vt iam monui ad Epist. X. 104. Vulgatam lectionem frustra ex Virgilio et Catullo Berssmannus tuetur. aliud enim est *regere vestigia filo*, aliud *regere fila.* — *vltima Lausi Parcae fila legunt* apud Maronem. Persius Sat. V *Quae dederam supra, relego, funemque reduco.* ita enim in veterrimis codicibus extare viri eruditi monuerunt, et nos quoque in Leidensis Bibliothecae exemplari pernetusto exaratum offendimus. debet autem ad *funem* referri, quod eruditi interpretes non deprehenderunt. *relegere* et *reducere* funem similia sunt. *relego* quidem primus restituit ex optimis membranis in Persio P. Pithoeus Aduersar. libro II. 4. sed male est interpretatus. nec tamen propterea vir summus Haacus Casaubonus pro recepta lectione digladiari debuit. Videtur modus loquendi ortus ab Ariadnes filo, quod Theseus in labyrintho relegebat. Sed modum loquendi hunc plurimis Epistola Ariadnes illustramus. In aliis minus bene *repeto.*

463 *Quid flebam rustica? dixit*] Codices septem *quid fles ab rustica?* Lege *quid flebas rustica?* vide Notas Epist. X. 75.

465 *Depexis crinibus Indos*] *Depexos* in melioribus. et *venit*, pro *edit*, sequenti versu.

471 *En iterum fluctus*] *Eu*, id est, *Heu*, tam hic quam versu sequenti opinor legendum.

476 *Causa relata*] *Nouata* Zulich. adi Notas Remed. Amor. 729.

486 *Haec ego verba loquor?*] *Queror* vnus Patau. Lege *quoties haec ego vera queror? Verba loquar* Vrsin. Petau. et alii nonnulli. *loqui* pro *queri* saepe irrepsit apud Nostrum. Poterat et *fera queror* reponi.

489 *Nesciat hoc quisquam*] Scribe *Ne sciat.* vt et apud Lucanum, vbi similiter peccatur: *Ne sciat hoc quisquam, nisi tu, quae sola meorum Conscia voterum es.*

495 *Vitio*

Digitized by Google

495 *Vitio tibi gratior ipsa est*] Malim *si gratior* cum vno Ambros. Met. XIII. 268 *Quid tamen hoc refert, si se pro classe Pelasga Arma tulisse refert.* Ep. XVI. 213 *Quid tamen hoc refert, si te tenet ortus ab illis?* Ep. VI. 136 *Quid refert, scelerata piam si vincis?*

498 *Assueui semper amare virum*] Lego *Coniugis assuetae semper amare virum.* nam *assuetum* erat in vno Farnesiano.

500 *Me tua: sed laedit ille pudendus amor*] Vrsin. prim. Ambros. Laeti, prim. Medic. Voss. aliique plurimi *Me iuuat et laedit.* Petauianus *Me viat et laedit. Me tua me laedit*, vel *laudat*, pro diuersa lectione Sarrau. et Arond. Zulich. et Mazar. *Me tua me laudant.* Scribo *Ceperunt matrem formosi cornua tauri, Me tua: at hic laudi est, ille pudendus amor.* ita sensus et lex carminis postulant.

507 *Dixerat: audierat*] *Audibat* recte Vrsin. Petau. Voss. Maz. Zulich. Epistola Hypermnestrae, ex optimo libro: *Et tamen audibam, quodque verebar erat.*

511 *Sumes*] *Sumis* Voss. et Arond. *sume* alter Petau. bene. et sequenti versu *Iam*, pro *Nam*, sex libri.

517 *Totidemque omiserit orbes*] *Totidemque cum deseret*, vel *deserit*, libri multi. quos inter Vrsin. et Petau. quidam *cum demserit*, vel *quos demserit.* alii aliter. Mazar. Zulich. Voss. *dimiserit.* prim. Ambros. Laeti aliique nonnulli *demiserit.* Strozz. *totidemque remiserit, totidem dimerserit* Arond. Scribe *Sex vbi sustulerit, totidem demerserit orbes.* sic lib. IIII. 388 *Ensiger Orion aequore mersus erit.* apposite Lucanus libro III. 40 —— *Titan iam pronus in vndas Ibat, et igniferi multum demerserat orbis.* idem *mersum Phoebum* libro IIII. 282 dixit: *Substituit merso dum nox sua lumina Phoebo.* Sic contra *emergere* supra in notis ad v. 367. 399. et ad IIII. 944.

522 *Accipies*] *Accipiat* meliores.

526 *Et accumbit*] Malim *et accumbunt cum pare quisque sua.*

528 *Sunt quibus e ramis*] Lege *e ramo*, vt ambiguitas sermonis vitetur. supra: *Nunc auis in ramo tecta laremque parat.* Non dissimilia habes apud Scriptorem belli Africani: *Quibus rebus attenuati oppido perquam pauci sub pellibus acquiescebant. reliqui ex vestimentis tentoriolis factis atque arundinibus scopisque contextis permanebant.* Rutilius libro I Itinerarii: *Paruula, subiectis facimus tentoria remis, Transuersus subito culmine contus erat.*

529 *Pars sibi pro rigidis*] *Pars ibi* rectius veteres magna ex parte. Puto scribendum *Pars, vbi pro Phrygiis calamos stauere columnis, Desuper extentas imposuere togas. Phrygiae columnae*, ex marmore Phrygio factae. Certe Bononiensis vnus *rigibis*, pro *rigidis.* Tibull. III. 3. 13 *Quidue domus prodest Phrygiis innixa columnis? Taenare siue tuis, siue Charistie tuis.* Iuuenalis Satyra XIIII. 305 —— *vigilare cohortem Seruorum noctu Licinus iubet, attonitus pro Electro, signisque suis, Phrygiaque columna.* idem Satyra VII. 182 de coenatione: —— *longis Numidarum fulta columnis.* sic et *Taenariae columnae* Propertio libro III Eleg. II

Quod

Digitized by Google

Quod non Taenariis domus est mea fulta columnis. Indae columnae Statio libro IIII Silu. Epulo Domitiani: —— *Indis innixa columnis Robora Maurorum.* sed illud pro ebore accipiendum, cui mensae citreae innitebantur. *Pariae columnae* Prudentio περὶ στεφάν. Hymno SS. Petri et Pauli: *Subdidit ex Parias fuluis laquearibus columnas. Syenaeae columnae* Festo Auieno Descriptione orbis 375 *Hic inter densas latae surgentia nubes Templa Syenaeis Iouis adstant nixa columnis, Diuite saxorum circumuestita metallo,* sic locus mendosissimus videtur constituendus. nam in veteri codice Ambrosianae Bibliothecae *Templa Sinopaei Iouis adstant.* in eodem et *densas nubes.* sic et *Poenae columnae* Propertii lib. II Eleg. XXXI *Quaeris cur veniam tibi tardior? aurea Phoebi Porticus a magno Caesare aperta fuit. Tota erat in spatium Poenis digesta columnis.* ita scribendum. male nunc legitur *in speciem.* quod quid sibi vellet non sunt assecuti viri magni, et meritò. Scaliger *in species* legebat, et picturas volebat intelligi. Aestuauit etiam in hoc loco Passeratius. *Tota in spatium,* pro in totum spatium, per omne spatium. Noster Metamorph. lib. II. 197 *Porrigit in spatium signorum membra deorum,* de porticu. Statius lib. I Siluarum de porticibus ad Claudiam vxorem: *Templaque et innumeris spatia interstincta columnis.* Cicero pro Muraena: *A quibus si domus nostra celebratur, si interdum ad forum deducimur, si vno basilicae spatio honestamur, diligenter obseruari videmur et coli.* vbi *basilicae spatium* habes. hinc et *spatiari* Noster, quoties agit de ambulationibus in porticu aliqua. Haec in transcursu. *Extentas* pro *extensas* vetustiores codices.

532 *Quot sumunt cyathos*] *Sumant* veteres plerique.

537 *Duras crateres choreas*] Multi veterum *longas.* alii *laetas,* vel *lentas,* vel *iunctas.* Meliores tamen pro vulgata scriptura pugnant. et recte. *Durae* enim *choreae* sunt incompositae, nullam artem praeferentes, quibus *molles* opponuntur. quomodo *mollia membra mouere* pro saltare apud Lucretium saepe. idem libro V. 1400 appositè de incompositis choreis et arte carentibus: *Atque extra numerum procedere membra mouentes Duriter, et duro terram pede pellere matrem.* Sed et ipsi coloni Virgilio passim et Nostro *duri* dicti.

539 *Et sunt spectacula vulgi*] *Vulgo* prim. Ambros. et Laeti codex. et *turba vocant* prim. Medic. bene.

541 *Occurrit nuper*] *Occurrit* Zulich. et Mazar. probe. modo distinctio adhibeatur commoda. Metuo autem ne post hoc distichon versus nonnulli desint.

543 *Quoniam rumoribus erras*] *Errant* rectius scripti. et mox *caecenda,* pro *tegenda,* Zulich. et prim. Ambros. cum decem aliis. *timenda* Mazar. Metus tamen est ne quid mendi hic lateat. nam Mazar. *Quae tamen haec dixi.* in Zulichemiano vetus scriptura erat erasa.

546 *Arserat exstructis*] Malim *et structis.* quidam codices *instructis,* vel *extinctis.*

Digitized by Google

547 *Compositusque ignis*] Imo *cinis*. vt meliores magno numero. hoc est, conditus ac humatus cinis. dixi lib. III Art. 736.

557 *Tertia nudatas acceperat area messes*] *Mandatas* prim. Ambros. quod placet. vt Ep. V *Quid arenae semina mandas*. et apud Maronem: *Mandare hordea sulcis*. quomodo et *committere* et *credere* dicebant. nisi quod non minus arridet *nudandas messes* cum Mazar. et Zulich. vt *nudari messes* dicantur, quomodo Medic. Faciei 69 —— —— *nec tu dubita nudare lupinos*. hoc est, vt ibidem loquitur, *de palea sua exuere*. si tamen ille locus est integer. Auctor Moreti de alliis: *Singula tum capitum nodoso cortice nudat. Permundabit aream* vertit vetus interpres illa Matthaei cap. III. 12 διακαθαριεῖ τὴν ἅλωνα. Auctor Moreti: *Subfidit fincera foraminibusque liquatur Emundata Ceres*. Sedulius carmine Paschali: —— —— *fonte superno Laetificata seges spinis mundatur ademtis*.

564 *Et est illis visa subesse soror*] *Et est illi* scripti fere omnes. nisi quod Petau. *illa*. Puto *et bis illi visa subesse soror*.

564 *Nacta ratem comitesque fugae*] *Comitemque* sex libri. Seneca Medea 272 *Profugere cogis? redde fugienti ratem, Vel redde comitem. fugere cui solum iubes? Non sola veni*. sic Hipp. 142 *Intrasses portus tuque comesque meos*. pro comites. Trist. I Eleg. III ex antiquis libris: *Non mihi seruorum, comitis non cura legendi*.

567 *Fertilis est Melite sterili vicina Cosyrae*] *Melitae vicina Cosyre* Vrsini codex. quomodo et Scaliger coniecerat legendum, de Emend. Tempor. p. 536. Sed nil mutuo. Κόσυρα enim et Κόσσυρα Graecis est, non Κοσύρη. quae vicina est Melitae, non Epiroticae, sed alteri in freto Libyco sitae, vt ex Plinio, Strabone, aliis manifestum est. idque vidit curis ad Gratium secundis noster Vlitius. Praeterea *asperrimam* vocat *Cosyram* Seneca Consolatione ad Heluiam cap. VI, quomodo *sterilem* Noster, vt *fertilis* dici non possit; *Nunc transi ab iis, quarum amoena positio et opportunitas regionis plures allicit; deserta loca et asperrimas insulas, Sciathum et Scriphum, Gyarum et Cosyrum pete*.

573 *Et tamen hospitii*] *Et tamen aeternum* quidam. forte *Ne tamen hospitii seruares ad vltima munus, Extinxit magnas Pygmalionis opes*.

575 *Signa recensebat*] *Recensuerat* meliores. Pro *exilio* sequenti versu *exulibus* Sarrau. et tres alii. Pro *paranda* Mazar. Voss. Arond. et quinque alii *exilio petenda*. Zulich *exulibus petenda*. bene. refer non solum ad Annam, sed eius quoque comitatum. supra dixerat *Nacta ratem comitesque fugae*.

582 *Purus ager, Cameren incola turba vocat*] *Purus ager* Voss. et Arond. quomodo lib. III Met. 709 *Purus ab arboribus spectabilis vndique campus*. Liuius quoque similiter *purum* et *patentem campum* dixit lib. IIII. Vetus inscriptio opere Gruteriano p. CCCXCVIIII *Huic monumento tutelae nomine cedunt agri*

Digitized by Google

agri prrè iugera decem. apud Maronem Aen. XII *Sed ſtirpem Teucri nullo diſcrimine ſacrum Suſtulerant, puro vt poſſent concurrere campo.* Auctor belli Africani: *In campis planiſſimis puriſſimiſque ab hora diei quinta vſque ad ſolis occaſum eſt decertatum.* Tacitus Annalium ſecundo: *Pone terram inſurgebat ſilua, editis in altum ramis, et pura humo inter arborum truncos.* A. Gellius, ſed ſenſu paululum diuerſo, Noct. Attic. lib. XVIIII. 12 *Cur tantam frondium ac ligni caedem faceret percunctatus eſt. Vicinus ita reſpondit: Vt ager, inquit, mundus puruſque fiat, eiuſque arbor atque vitis fecundior.* Columella lib. III. 11 *At vbi pura noualia et arboribus ſunt libera.* ſic ſcribendum ex membranis. ex libris editis *rè et* exſulat. *purum caput*, in quo capilli non dependent, Artis Amatoriae lib. III. 137. vt illic dictum. Praeterea vnus meus *turba vocant.* vt ſaepe alibi.

585 *Vela cadunt primo, et dubia librantur ab aura*] Duriores numeri. *in aura* Thuan. *rè et* abeſt a Voſſ. Arond. Zulich. Mazar. et tribus aliis. iidem *vibrantur.* Lego *Vela cadunt. primo dubia librantur vt aura, Findite remigio, nauita dixit, aquas.*

594 *Vtitur: at votis is quoque poſcit opem*] *Aut votis dis quoque* Vrſini. *at votis dis* Nauger. *aut votis* etiam Voſſ. Arondel. Petau. prim. Ambroſ. et multi alii. *a votis* Zulich. a manu prima. alii *ac* vel *et.* Pro *is* ſex libri *bis.* Mazar. et vnus Medic. *hic.* Lege *Vtitur, at votis: hic quoque poſcit opem.* vel *vix quoque poſcit opem.* De votis nautarum periclitantium alibi dicemus.

596 *Oppoſita lumina veſte tegit*] *Appoſita veſte* libri quatuor. ſic lib. IIII ex ſcriptis: *ante oculos appoſuitque manum.* Initio tamen libri huius: —— *Veſtae ſimulacra feruntur Virgineas oculis oppoſuiſſe manus.*

599 *Ducitur ad Laurens*] *Figitur* Marar. Zulich. prim. Ambr. Laeti, Voſſ. Arond. et ſex alii. bene. idque doctiſſimo Gronouio IIII Obſ. 8 memini probatum, ex illis Virgilii lib. I. 45 *ſcopuloque infixit acuto.* Ennius: *Tonſillas rapiunt, configunt lirtus, aduncas.* Lucanus de claſſe Caeſaris tempeſtatibus iactata lib. V. 460 *Laſſa Palaeſtinas vncis confixit arenas.* Claudianus bello Gildonio 491 *Quaſſatis cupio tellurem figere roſtris.* nec aliter capiendum illud Calliſtrati lib. VII de incendio, ruina, naufragio: *Si quando nauis vel inficta, vel fracta, intra finis agri cuiuſque fuerit. inficta* pro *infixa.* nam et ſic locuti veteres. Seneca Hercule Furente 323 *Deprenſus haeſit Syrtium breuibus vadis, Et puppe fixa maria ſuperauit pedes.* et Agam. 571 *Haerent acutis rupibus fixae rates.* atque inde Noſter in Ibide: *Viſcera ſic aliquis ſcopulus tua figat, vt olim Fixa ſub Euboico Graia fuere ſinu.* Propertius libro III Eleg. VI *Ah miſer Alcyonum ſcopulis affigar acutis!* vbi *affligar* perperam reponunt.

607 *Anna eſt, exclamat Achates*] Malim *Anna en.*

609 *Heu fugiat*] *Quo fugiat* prim. Ambr. Mazar. Voſſ. Arond. et multi alii. *Quid* Zulich.

Digitized by Google

612 *Admonitu mortis, Eliſſa, tuae*] *Admonitus motus tui* Vrſin. Petau. et tres alii. ſed nihil mutandum. In Epiſt. VIIII. 135 *Mens fugit admonitu.* Rem. Am. 729 *Admonitu revocatur amor*, et ſic ſaepe Noſter.

619 *Corpore digna*] Quidam vetuſtiores *pectore*, cum Mazar. Zulich. Voſſ. Arond.

633 *Falſumque Lauinia vulnus*] *Tacitumque* duo Medic. vnus *captumque*. Forte *cautumque vulnus*. Sequenti verſu *diſſimulataque fremens*, non *metus*, Vrſin. Mazar. Zulich. Nauger. et alii alii.

635 *Praeter ſua lumina mitti*] *Ferri* veteres fere omnes. male praeterea habitus erat a diſtinctione locus. et pro *cum videat* rectius Zulich. Mazar. Polit. et tres alii *vidit*. Pro *lumina* denique Laeti codex et ſex alii *limina*.

637 *Non habet exactum*] *Non tamen* Mazar. prim. Ambroſ. et tres alii. bene, vt τὸ *eſt* ſubintelligatur. in Amor. *Nec ſatis exactum eſt, corpus an vmbra forem.*

638 *Et parat inſidias*] *Praeparat* Vrſin. Zulich. Mazar. Voſſ. Arond. et alii quidam. praefero vulgatam.

641 *Effuge, ne dubita, moeſtum, ſoror, effuge tectum*] *Moeſtum fuge dicere tectum* Vrſin. Mazar. Zulich. Petau. Arondel. et plurimi alii. *ducere* Voſſ. quidam *fuge, deſere* cum Laeti codice. duo alii *fuge me duce*. prim. Medic. *moeſto diſcedere tecto*. alius *moeſtum tibi linquere tectum. moeſtum dimittere tectum* Iunii. Locus foede interpolatus, cui medicina noſtra nunc vix ſuccurrit. *Tectum* certe minus bene *moeſtum* dicitur. *Et fuge, ne dubita* Vrſin. quidam τὸ *Et* omittunt. In Zulichemiano codice poſterior huius verſus pars erat eraſa. Forte *Heu fuge, ne dubita, funeſtum, ait, heu fuge tectum.* quomodo vmbra Hectoris ad Aeneam apud Virg. II. 289 *Heu fuge nate dea, teque his ait, eripe flammis.* et ipſa Dido ad Annam in hac ipſa narratione apud Silium lib. VIII *His, ſoror, in tectis longae indulgere quieti Heu nimium ſecura potes?*

643 *Illinc ſuper auſa feneſtra*] *Alta feneſtra* Farneſ. vt apud Iuu. Sat. VI *Altae caliganteſque feneſtrae*. ſed in hac hiſtoria Silius lib. VIII —— *Humilique egreſſa feneſtra Per gradulos curris plantis pernicibus agros.*

645 *Cumque metu rapitur*] *Quaque* Vrſin. prim. Farneſ. Voſſ. Nauger. Mazar. Zulich. et tres alii. rectius omnino. Puto tamen ſcripſiſſe Ouidium: *quoque metus rapuit*. vt Epiſt. Laod. —— *huc illuc, quo furor egit, eo.* Epiſt. Medic. *Quo vocat ira, feror.*

647 *Tumidis rapuiſſe Numicius vndis*] Atqui *placidum* infra vocat, et *vndas* eius *tacitas. ſerpere* quoque dicitur et quidem *curſu tacito* Met. XIIII. 602 *Litus adit Laurens, vbi tectus arundine ſerpit In freta flumineis vicina Numicius vndis: Hunc iubet Aeneae quaecunque obnoxia morti Abluere, et tacito deferre ſub aequora curſu.* Silius lib. VIII *Haud procul hinc parvo deſcendens fonte Numicus Labitur, et leni per valles voluitur amne.*

Digitized by Google

annue. Prim. Ambros. *rapidis undis,* et Vossianus. qui pro diuersa lectione *cupidis.* recte. quomodo etiam Arondel. Maz. Zulich. prim. Farnes. et tres alii. Epistola Acontii: *Inque mei cupidos rapta ferere sinus.* et sic saepe alibi. forte scriptum Naso reliquerit — *cupidis rapuisse Numicius vinis Dicitur.*

650 *Signa notaeque*] *Notata* Vrsini codex et prior Vatican. sed Epist. XVIIII. 56 *Adsuetae signa notamque viae.*

652 *Tacitas aquas*] *Tenues* Zulich. Mazar. prim. Ambros. et duo alii. totidem *rapidas.* et sequenti versu pro *placidi Numici* Zulich. Mazar. Arond. prim. Ambros. Voss. Nauger. et tres alii *rapidi.* sed male. Posset tamen *placiti* legi. quomodo lib. I Met. 702 *placitum Ladonis ad amnem,* pro *placidum,* reposuimus.

662 *A veri dissidet illa fide*] *A vera fide* Vrsin. Zulich. Mazar. prim. Ambr. Laeti, prim. Med. et septem alii. bene. dixi Notis ad Epist. XVI. 60.

663 *Nullis etiam nunc tuta tribunis*] *Sat tuta* Mazar. Et sequenti versu pro *erat* codex Vrsin. prim. Ambr. Maz. prim. Farnes. et alii nonnulli *abit.* quod praestat.

664 *Sacri vertice montis*] Auentini, qui ob hanc rem *sacer* dictus. Sallustius apud Diomedem Grammat. de plebe hac: *Montem sacrum atque Auentinum insedit.* addit Diomedes: *Qui mons ob hoc, quod plebs illum insederat, postea sacer dictus est.*

665 *Defecerat illis*] *Illos* Vrsin. Voss. Petau. Sarrau. et tres alii. neque aliter loqui solere Nasonem iam monui Amor. lib. I Eleg. VIII. 93 et II Met. 383. Caesar libro II Belli Gallici: *Atque eos res frumentaria deficere coepit.* et sic scribendum opinor libro III *Cum iam amplius horis sex continenter pugnaretur, ac non solum vires, sed etiam tela nostros deficerent.* non *nostris.* libro II Belli Ciuilis: *Nostros vires lassitudine deficiebant.* videndus ad passionem B. Perpetuae Holstenius p. 116.

667 *Suburbanis Bouillis*] Vbi Milo Clodium occidit, oppidum vetustum in via Appia inter Romam et Aricium. Videtur autem scribendum *Bobillis*, si Nonio Marcello credimus, qui *Bobillas* a *Bous billis*, id est intestinis, deducit. et sic in editione Persii, quam ex veterrimis membranis adornauit P. Pithoeus, Satyra VI. Sed in contraria iuit Casaubonus. et ita apud Ciceronem, Propertium, Tacitum, Vellei. Paterculum, Frontinum, Florum, Ascon. Pedianum et alios, *Bouillae* leguntur. *Bobellae* sunt in Antonini Itinerario. Appiano Βοΐλλαι, vt et Stephano. Apud Plutarchum in vita Coriolani male circumfertur Βωλάνοι, pro Βοϊλλάνοι, et Βόλλας, pro Βοΐλλας, etiam apud Dionys. Halicarn. lib. VIII. *Suburbanas* quoque Propertius appellarat lib. IIII. 1. 33 *Quippe suburbanae parua minus urbe Bouillae.* Apud Frontin. de Coloniis: *Bouilla oppidum.* sed cum vetusti codices illic *Bobile* agnoscant, ne dubita *Bouillae oppidum* scribi oportere. *Bobile* etiam apud eundem alio loco perperam occurrit.

668 *Multae sedulitatis anus*] *Mundae sedulitatis* vnus meus cum Mazar. neque aliter Zulich. a manu prima. de quo lib. IIII.

Digitized by Google

108 dicetur. alii duo *mirae*. Supra tamen habes v. 380 *Consilium multae calliditatis*.

669 *Mitra canos incincta capillos*] *Redimita* libri meliores. parum refert.

673 *Perenne*] Lege *Perennae*, cum prim. Ambros. et quatuor aliis.

674 *Quid sibi defectis illa ferebat opem*] *Tulisset* meliores. recte. scribendum olim opinabar: *Quod dape defectis illa tulisset opem*. vt *Castilinates alimentorum facultate defectos* dixit Val. Maximus lib. VII. 6. *Psylli re aquaria defecti* Gellio XVI. 2. Sed nihil est mutandum. subintelligitur enim dape vel cibo. Contra Tertullianus in Pallio de chamaeleone: *ieiunus semper et indefectus*. quod male sollicitatur. *Defectis* pro *deficientibus*. de quo Passiui verbi vsu nonnihil dixi ad Epistolam V. 150. sic *defecta aetas* et *defecti anni*. In Epistola Penelopes Sabinianae: *Defectis Hecuben potius legisse sub annis*. Auctor Elegiae in obitum Maecenatis: *Viscera defecti mutauit in aristis agnum Aeetis*. ita scribendum. nam vetus liber *disiecti*. vulgati *dissecti*. Possis tamen quoque *Viscera et effaeti*. vt eundem arietem Noster libro Metamorph. VII *innumeris effaetum annis* vocauit. Columella praefatione Rei Rusticae: *E turbu pediseguorum lectis quoque iumentis defectissimum quemque annis et viribus in agrum relegat*. et lib. V. 6 *Diligentis patris familias est, defectam quamque arborem senio tollere*. libro VII. 5 *Agnis quoque succurrendum est vel febricitantibus, vel aegritudine alia defectis*. sic vetustus codex, non *adfectis*. Martialis XIII. 77 *Dulcia defecta modulatur carmina lingua Cantator Cycnus funeris ipse sui*. Lucanus libro II. 559 — *licet ille solutum Defectumque vocet. ne vos mea terreat aetas, Dux sit in his castris senior, dum miles in illis*. libro IIII. 599 de Antaeo: — *cum tetigere parentem, Iam defecta vigent renouato robore membra*. et ibidem 757 de equo: *Et defecta grauis longe trahit ilia pulsus*. lib. V. 533 *Vos defecta senes exhaustaque sanguine turba*. libro VI. 125 de Scaeua moribundo: — *labentem turba suorum Excipit, atque humeris defectum imponere gaudet*. Val. Flaccus libro VII. 116 — *solo moeret defecta cubili*. hoc est languida, deficiens. libro II. 463 *Truces manicas defectaque virginis ora Respicit*. et mox 489 *Annue: meque precor defectaque Pergama monstris Eripe*. Senex ille decrepitus apud Apuleium Met. VIII *Sed per corporis, vt videtis, mei defectam valetudinem opitulari nequeo*. libro VIIII *Iamque maxima diei parte transacta defectum aliquin me applicans praesepio*. vbi male Wouwerus *defessum*. *defecta latera* apud Apuleium Met. VIII, id est coitu exhausta. Terentius Adelph. II. 2 *Ego vapulando, ille verberando vsque ambo defecti sumus*. ita enim Scholiastes Iuuenalis Sat. II. 89. recte, cum *defessi sumus* nunc in Terentio circumferatur.

675 *Cur canteut*] Huius rei etiam meminit Martialis lib. IIII Ep. LXIIII *Et quod virgineo canore gaudet Annae pomiferum nemus Perennae*. ita enim scribo. legitur nunc: *Et quod virgineo cruore gaudet*. nec interpretes quid sibi velit *cruor iste virgineus*

Digitized by Google

meus assequuntur. Noster infra de hoc nemore: *Inde foci veteres obscoenaque dicta canuntur.* Si quis apud Martialem malit *virgineo rubore gaudet*, vt ad obscoena illa carmina respiciatur, nil repugno. quam coniecturam memini suggessisse nobis τὸν μακαϱίτην Albertum Rubenium, elegantissimi ingenii virum et dignum longiore vita. Cogitabam et aliquando *virgineo coborte.* et nondum displicet. Pergamus bene mereri de eadem Anna simul et Martiali. Is lib. VI Ep. XXXXVIII *Sine Numae coniux Triuiae te misit ab Anna, Sine Camoenarum de grege nona venis.* ita viri eruditi iampridem emendarunt, cum ante legeretur *antro*, vel *amne*. quomodo libri etiam nonnulli, quos inspeximus. Sed quid est *Triuiae Anna?* certe nemus illud ad Tyberim non longe ab Vrbe situm erat, et ex Ianiculo spectari poterat, vt Martialis nos docet. Alterum erat in agro Laiinio ad Numicium flumen. Sic et Egeria duplici loco colebatur. nam et Camoenarum nemus illi sacrum erat prope vrbem, et Aricinae quoque Dianae sacris accensebatur. *Triuias* igitur Egeria potest dici, Anna non potest. codex Thuaneus *Tribiae antris.* Rottendorphii *Tibiae Annae.* Lege meo periculo: *Sine Numae coniux Tyria te misit ab Anna.* Intelligit aquaeductibus fontem hunc deriuatum fuisse ex Numicio, qui est in Lauinienſi agro, per nemus Egeriae.

688 *Euicta est precibus*] Scripti multi *Et victa est.* Sed Regius et Sartauianus recte *Euictas precibus vix dedit illa manus. Euincere* pro vincere saepe apud Nostrum et Maronem quoque frequentatur. sic Met. II. 685. *Ille tamen pugnat molles euincere somnos.* Trist. III Eleg. I *Euictus longo tempore Caesar erit.* Apuleius Met. III *Euictus necessitate succumbo.* Plura de eo verbo Gronouius ad librum VIIII Theb. Statianae 839. Tacit. IIII Ann. *Sed ille precibus vxoris euictus. Dare manum* etiam vsitatissimum. sic Val. Flaccus libro I. 40 *Hanc mihi militiam, veterum quae pulcrior actis, Annue, daque manum.* vbi *animum* male nunc legitur.

689 *Credit amans*] *Gaudet* Vrsin. Mazar. Voss. Arond. prim. Ambros. et duo alii. vtrumque bene.

693 *Ludis amatorem*] *Ridet* prim. Ambr. Voss. Arond. Mazar. Zulich. et sex alii. bene. nam *elusum deum* praecesserat. sic Fast. II. 356 *Ridet amatorem Lyda puella suum.*

695 *Obscoenaque verba canuntur*] *Obscoenaque dicta* libri meliores magno numero. idque recte. *dicta* pro dicteriis. apud Phaedrum fabula I. *obscoena dicta et petulans iurgium* coniunguntur. Accius Oenomao apud Nonium Marcellum: *ore obscoena dicta segregent.* Paullinus carmine tertio: *Illecebras turpesque iocos obscoenaque dicta Oderis.* Noster ipse Metam. XIIII. 552 *Addidit obscoenis conuicia ruſtica dictis.* Audiamus Macrobium Saturnal. lib. II. 1 *Is iocus in oratione eius non exstat. mihi ex libro Furii Bibaculi notus est, inter alia eius dicta celebratur. sed in hoc verbum non casu incidi: volens feci. Iocos enim hoc genus veteres nostri dicta dicebant. testis idem Cicero, qui in libro Epistolarum ad Cornelium Nepotem secundo sic ait.*

Digitized by Google

Itaque nostri quae facete, et breuiter, et acute locuti essemus, ea proprio nomine appellari dicta voluerunt. Haec Cicero. Nouius vero Pomponiusque iocos non raro dicta nominant. Si ergo probatis inuentum, agite, quod cuique de dictis talibus in mentem venit, vicissim memoriam nostrum excitando referamus. Deinde subiungitur caput *de diuersorum iocis atque dicteriis.* ita scripti codices constanter, cum in editionibus superiori saeculo procusis *dicteria* pro *dictis* hoc Macrobii loco plus vice simplici essent inculcata. occurrunt et illo capite *dicta* hac significatione non semel. apud Scriptores certe antiquos frequenter offendas fieri mentionem *dictorum iocosorum, dictorum ridiculorum, procacium, vernilium, amarorum salsorumque*, et id genus alia. *Dicta iocularia* habes apud Lactantium lib. II. 4. Diuinar. Institut. de Dionysio tyranno: *Sacrilegia sua etiam dictis iocularibus prosequebatur. dicere* etiam pro iocari est vbi positum offendas. vnde illud Martialis: *Dicteria dicis in omnes. Probra dicere* etiam haud raro occurrit. vt apud Nostrum III. Art. 49 *Probra Therapnaeae qui dixerat ante maritae.* Apuleius primo Milesiarum: *Eadem amatoris sui vxorem, quod dicacule in illam probra dixerat, perpetua praegnatione damnauit. Dicere iocos* apud A. Gellium lib. IIII. 20 *Censor eum, quod intempestiue lasciuisset, in aerarios retulit, causamque sane ioci scurrilis apud se dicti subscripsit.* nec aliter vt *dictum* in illo Columellae loco capiendum lib. VIII. 16, vti ex vetustis membranis castigandus est: *Mox istam curam sequens aetas aboleuit, et lautitiae locupletum maria ipsa Neptunumque clauserunt, iam tum auorum memoria, cum circumferretur Marcii Philippi velut vrbanissimum, quod erat luxuriosissime factum atque dictum. Nam is forte Casini cum apud hospitem coenaret, appositumque e vicino flumine lupum degustasset atque exspuisset, improbum factum dicto prosecutus, Peream, inquit, nisi piscem putaui.* sic in membranis vetertimis scribunt. forte reponi potest *pari dicto prosecutus.* et *luxuriosissime factum aeque ac dictum.*

698 *Vesta locuta*] *Diua* Iunian. cuius *Vesta* sit interpretamentum.

706 *Polluerant pontificale caput*] Lege *polluerunt.* Placet etiam *pontificale decus* cum Zulichemiano, aut *sacrum* ex vno Vatic. sic Propert. IIII. 9. 8 *Furto polluit ille Iouem. Arcadiae sacrum pontificale deae* dixit lib. I. 462.

712 *Scorpius*] *Scorpios* Petau. bene. sic idem infra lib. IIII. 164 *Scorpios in viridis praecipitatur aquas.*

716 *Paruus inermis eras*] Quidam ex melioribus *eras.* Forte legendum *partus inermis eras. Refero* Zulich. superiori versui.

718 *Matris opus*] Rectius *onus* quatuor scripti. quomodo etiam infra legendum puto: *Non pater in Baccho matris haberet onus.* Claudianus Cons. Olybrii 145 — *cum matris onus Lucina beatum Solueret.* sic saepe Noster, vt Met. lib. VIIII. 481 *Vixque vteri portabat onus.* et lib. X. 506 *Tendit onus ma-*

treni.

Digitized by Google

trem. supra II. 432 *Maturumque utero molliter aufer onus.* Epist. IIII. 58 *Enixa est utero, crimen onusque suo.* Epist. XI. 64 *Et positum est uteri crimen onusque mei.* Phaedrus III Fab. XV *Portat onus incertum certis mensibus.* idem lib. I Fab. XVIII *Instante partu mulier actis mensibus Humi iacebat flebiles gemitus ciens. Vir est hortatus, corpus lecto reciperet, Onus maturum melius quo deponeret.* sic scribendum. non *onus naturae*, quomodo nunc circumfertur. Apuleius Met. I *Octo annorum onere misella distenditur.* Sidonius Panegyrico Auiti: *Soluerat in partum generosa puerpera casti Ventris onus.* Noster *pondus* alibi non vno loco appellat. vt libro Met. VIIII. 683 —— —— *iamque ferendo Vix erat illa grauem maturo pondere ventrem.* ibidem 705 —— *vt sese pondus in auras Expulit, et nata est ignaro foemina patri.* supra v. 42 *Caelesti tumidus pondere venter erat. farcinam praegnationis* bis terue dixit Apuleius. et sane *farcinam* Noster quoque non vno loco appellat. libro VI Met. 224 —— —— *qui matri farcina quondam Prima fuae fuerat.*

719 *Sithonas et Scythios longum est narrare triumphos*] Multi *Bistonas.* quod tantundem. Plures τὸ *est* non agnoscunt. vnus Moreti et Hamburgensis *longum enumerare.* vt lib. IIII. 95 ex veteri codice: *Illa deos omnes (longum enumerare) creauit.* et apud Statium Theb. II. 163 *Longum enumerare Pharaeos Oebaliosque duces.* et libro I Achill. 140 *Sed longum cuncta enumerare, vetorque.* Macrobius Saturnalium II. 3 *Longum fiat, si enumerare velim, quot instrumenta gulae excogitata sint.* huc alludit et Helmaestadiensis, in quo est *numerare.* Met. lib. I. 214 *Longa mora est, quantum noxae sit vbique repertum, Enumerare.*

721 *Mala praeda tacebere matris*] Lege *male praeda* cum primo Ambrosiano et Laeti codice. vide Notas libro II. 170.

725 *Causas exponere, quare Vilis anus populos ad sua liba vocet*] *Expromere* Voss. prim. Ambros. Mazar. et septem alii. Pro *vilis anus* Nauger. Mazar. Zulich. Vrsin. et tres alii *Vitiator.* quomodo Accio apud Macrobium aliisque Bacchus dictus. Sed pro vulgata scriptura pugnat Varro de Liberalibus, loco iam a Neapoli adducto. Pro *Tyrrhenaque monstra* paulo ante vnus Med. *Tyrrhenia monstra.* eleganti appositione.

739 *Pangaeaque flumina ventum*] Non video quae sint illa *flumina Pangaea.* quare fuit, cum *culmina* censerem scribendum. at Zulich. Mazar. et tres alii *Florida Pangaea.* recte, propter apes. sic Trist. V Eleg. VI *Florida quam multas Hybla tuetur apes.* hinc et *Hymettus semper florens* Nostro dictus Metam. VI. 365. et *florilegae apes* Met. XV. 366. *Pangaea* vero absolute posuit Claudian. IIII Cons. Hon. 178 *Nubibus exsuitur Thrace: Pangaea renidant.* et lib. I in Stilic. 134 *Dicite Bisaltae, vel quae Pangaea iuuencis Scinditis.*

740 *Aeriferae comitum cum crepuere manus*] *Concrepuere* meliores plerique. vt lib. V. 441 *Temesaeaque concrepat aera.* Martialis XI. 17 *Et Tarthessiaca concrepat aera manu.* Petro-

Digitized by Google

nius cap. XXI *Cum intrans cymbalistria et aera concrepans omnes excitauit.* apud Propert. III. 16. 6 *Cymbala Thebano concrepuere deo.*

742 *Quoſque mouent*] Sex *quoque.* Laeti liber *Quaque.*

746 *Quaerebant flauos per nemus omne fauos*] *Dulces* vnus Vaticanus. forte rectius, vt κακοφωνία vitetur. niſi malis *niueos fauos.* vt lib. I. 186 *Et data ſub niueo candida mella fauo.* Medicamine quoque faciei legi malim: *Adiice de niueis Attica mella fauis.* vbi ſimiliter *flauis* nunc legitur. In illo etiam Propertiano verſu lib. III. 5. 58 de Vlyſſe: *In mare cui ſoli nil valuere doli, ſoliti doli* eſt ſcribendum. quod Lipſius iam vidit.

747 *In exeſa*] *Excelſa* Douzae Excerpta et viginti fere codices. *extrema* prior Ambroſ. et Laeti. ſed nihil muta. Virgil. IIII Georg. 4 *Exeſae arboris antro.* inf. lib. IIII. 495 *Eſt ſpecus exeſa ſtructura pumicis aſper.* Auien. Orbis terr. 685 *Multus ibi exeſae ſinus eſt telluris ab alto.* et 725 — *vbi ſaxa debiſcunt Molibus exeſis, et curuo fornice pendent.* Calpur. Ecl. VI *Namque ſub exeſo raucum mihi pumice lymphae Reſpondent.*

751 *Ramoſo ſtipite nixus*] *Nexus* Petau. prim. Ambroſ. et Laeti. Scribe, vt de aſello nexo intelligatur: *Conſtitit ipſe ſuper ramoſo ſtipite nexum.*

754 *Oraque prima notant*] *Summa* Vrſin. prim. Ambr. Nauger, Mazar. Zulich. et ſex alii. Lege *oraque ſima.* quis nescit Silenos ac Satyros eſſe ſimos? Lucret. lib. IIII. 1162 *Simula, Silena ac Satyra eſt.* vulgata tamen lectio in hoc Naſonis loco ex iſtis Virgilianis defendi poteſt, III Georg. *Primaque ferratis inſectunt ora capiſtris.* ſed praeſtat alterum. Lucilius apud Nonium in *pecus*: *Laſciuire pecus ſimum roſtrique repandum.* ita ſcribo. quae vulgo mendoſiſſima ſunt. Poſſis et *roſtrique repandi.* agit autem de Delphinibus. idem apud eundem Nonium Lucilius, loco itidem corrupto in vulgatis exemplaribus: *Simaut taxim at nares, Delphinus vt olim. Simatae nares* Catalectis Pithoei: *Simataeque iacent pando ſinuamine nares.* ſed ad Silenos vt redeamus, Delphinibus omiſſis, ſimile mendum vulgatos Silii Italici codices inſedit loco, quem totum Notis ad lib. V Faſt. 102 caſtigamus. agit autem Silius de Pane lib. XIII. 333 *Staut aures, ſummoque cadit barba biſpida mento.* vbi vetuſtus codex Colonienſis *imoque.* ſed cum *imo cornu* praeceſſerit, non dubito Silium reliquiſſe *ſimo mento.* *Simum* enim de ſolis naribus non ſumitur. apud Theocritum σιμὰ μέλισσαι dicuntur. vt Seruius quoque ad Eclogam X obſeruauit. Apud Xenophontem Paed. VIII σιμὴ γαστὴρ καὶ γυνὴ γαστήρ. vt apud Latinos *ſimum* et *aduncum* contraria ſunt. Etiam ad res inanimatas transfertur. Columella libro V. 6 ex optimis membranis: *Quae vlmus bene prouenerit, virgae eius ſimae falce debent enodari.* vulgo et illic *ſummae virgae.* Σιμὸς, ὁ προσάντης τόπος, καὶ σιμὸν οὐδατέρως. *lacunoſam conuallem* diceret Apuleius. Plura de hac voce diximus Notis Metam. XIIII. 95. hinc *Similus* nomen viris. Auſonius Epigr. LXXIIII *Daphnen et Nioben ſaltauit Similus idem.* ita ſcriben-

Digitized by Google

scribendum, non *Simius*. nam in Graeco est Σιμὸς· Ἀσσύριος καὶ Νίνου ἀρχήσατο. Μέμφις ὁ σιμός.

757 *Concurrunt Satyri*] *Occurrunt* quatuor libri. Puto *Accurrunt*. vide Notas lib. II. 372. sic et apud Silium libro X. 201 optimae membranae: *Transfixus gladio propere accurrentis Amorgi*. et libro XV. 606 *Pulueris in clypeis vestigia visa mouebant. Id properi signum accursus*. ita scribendum. vulgo mendose legitur: *Et propere signum ad cursus*.

759 *Limumque inducere monstrat*] Malim *limoque*. vt *ora*, quod sequitur, subintelligas. *inducere* est linere. sic *auro linere* et *auro inducere* dicebant. consule Notas Met. IIII. 408. quod aliis *perducere*. apud Matronem IIII Georg. 415 — *Ambrosiae liquidum depromit odorem, Quo totum nati corpus perdurat*. Ausonius Symmacho: *Paginam tuam legi, quae me blanditiis inhiantem suis velut succo nectaris delibuta perduxit*. sic optimae Vossii membranae. Persius Sat. II — — *Auro sacras quod ouato, Perducis facies. Obducere* Solino cap. VIIII *Diluuialis irruptio cum vniuersa obduceret humido situ*. apposite Plinius de hippopotamis: *Plagam limo rursus obducit*. quod Solinus in ea narratione dixit *coeno plagam oblinere*. Ammianus: *saucias carnes coeno oblinit*. Sic et Paulus libro V Receptarum Sententiarum locutus.

762 *Splendida mella*] *Candida* meliores omnes. de quo dixi lib. V. 186. Superiori versu pro *fruitur* liber Erfurtanus *petitur*.

763 *Femina cur praestet*] *Praesset* Vrsin. Petau. et vnus Patauinus. bene. nam de libis agit. Reliqui magno numero *presset*, vel *praestat*. proxime verum.

765 *Cur anus hoc faciat*] *Haec faciat* multi ex scriptis. sed refer ad *libum*. *Libum facere*, vt Nostet lib. IIII Fastorum 775 — — *et nos faciamus ad annum Pastorum dominae grandia liba Pali*.

766 *Haec erat*] *Haec est* rectius Laeti liber et alii nonnulli. idem *amans*, pro *amat*. vt et Nauger. Vrsin. Mazar. Zulich. prim. Ambros. et alii nonnulli.

770 *Hanc frondem cunis opposuisse ferunt*] *Apposuisse* ptim. Medic. et sex alii. *oppositae nouis* Mazar. Zulich. Voss. Arondel. prim. Ambros. et vnus Vatican. Superiori quoque versu iidem *Nysiades Nymphae*, pro *Nysiadas Nymphas*. Lege *apposuisse nouis*. et vide quae notaui Epist. VII. 100. *Hanc frondem cistis* Hamburgensis.

772 *Luciferis pueris*] Valde turbant hoc loco libri veteres. plerique tamen *Luci feris tuis*, vel *tua*. vel *Luce feris pueris tua*. *Luciferi tua* Petau. alii aliter. At Vrsin. Mazar. Zulich. prim. Ambros. et sex alii *Lucifero pueri*, *candide Bacche, tuo*. eleganter et vere. hoc est, tuo die, tuo festo. Sic Propert. II. 19 *Memento Venturum paucis me tibi Luciferis*; pro paucis diebus. supra lib. I Fast. 46 *Non habet officii Lucifer omnis idem*. lib. II. 568 *Nec tamen hoc vltra, quam tot de mense supersint Luciferi, quot*

Digitized by Google

quot habent carmina nostra pedes. et alibi non raro. Tibullus lib. I Eleg. III —— —— *illum nobis Aurora nitentem Luciferum roseis candida portet equis.* Apud Persium Sat. V *Nauem si possat sibi personatus arator, Luciferi rudis, et clamet Melicerta perisse Frontem de rebus.* Luciferi rudis, est imperitus illarum dierum, quibus nauigatio sit instituenda. nam et nauigationi obeundae certos dies, vt aliis rebus agendis, veteres captabant. locus ille interpretibus parum intellectus, dum Luciferum simpliciter interpretantur pro stella illa, aut ad cognitionem siderum referunt. sic et *Aurora* et *Phoebus* pro die, *Luna* pro nocte.

774 *Et media est aetas inter vtrumque tibi*] *Inter vtrumque* alter Mazar. sed frustra. Claudian. I in Eutrop. 469 *Missa duplex aetas inter iuuenemque senemque.* Noster XII. 464 —— —— *Huic aetas inter iuuenemque senemque; Vis iuuenilis erat.*

787 *Tyronum celebrare frequentia possit*] *Possint* vnus Mediceus. de qua locutione vide Notas supra v. 181. Praeterea *Tyrones* scribendum. quomodo Vrsini codex et Mazarin. cum Politiani libro, neque aliter pro diuersa lectione in tertio Mediceo. *tyronem celebrare* est tyronem ad forum deducere et comitari, ipso tyrocinii die. vocatur autem *tyrocinii* dies, quo toga libera sumebatur, *tyro* is, qui togam liberam sumebat. neque aliter castigauit hunc locum Gronouius noster Obseruationum secundae editionis libro II. 21, additis Suetonii locis. Octauio cap. XXVI *Caium et Lucium filios suo quemque tyrocinio deduxit ad forum.* Caligula cap. X *Vno eodemque die togam sumsit et barbam posuit, qualis contigerat tyrocinio fratrum eius.* Nerone cap. VII *Deductus in forum tyro populo congiarium, militi donatiuum proposuit.* Adde Plinium libro VIII. 48 *Et prima Tanaquil texuit regiam tunicam, qua simul cum toga pura tyrones induuntur nouaeque nuptae.*

792 *Haec, si commemini, praeteritaque die*] Naugerius edidit *sicut memini.* quod in plurimis scriptis occurrit, etiam prim. Ambrosiano. alii *si quid memini.* sed vulgata scriptura bene se habet. quomodo Plautus saepe, Terentius etiam, Cicero, Gellius atque alii. exempla in re prottrita piget proferre.

793 *Vergit declinis ad Arctos*] *Declinis* multi ex scriptis. at Vrsin. Vossian. prim. Ambros. Laeti, prim. Farnes. *proclinis.* Lege *proclinis*, cum vno Mediceo et vno Farnesiano. sic et *acclinis, declinis, reclinis* dicebant. pari modo scribi puto debere apud Claudian. III Conf. Honor. 178, vbi Theodosium in sidus mutatum alloquitur: *Fortunate parens, primos cum detegis ortus, Aspicis Arcadium, cum te proclinior vrges occiduum visus remeratur Honorius ignem.*

794 *Miluius*] *Miluis* libri meliores. vt et paulo post. de quo Amorum lib. II Eleg. VI. 34.

796 *A Ioue*] *Ab Ioue* meliores. dixi lib. I. 236.

798 *Quaeque fuit fatis debita*] *Quaeque sit in fatis* duo libri, in Zulich. vetus lectio erasa. codex Laeti et alii tres *debita.* Puto

Digitized by Google

Puto *Quaeque sibi fatis debita.* Pto *tentat opem* etiam *poscit* Mazar. Voss. Arondel. prim. Ambros. prim. Farnes. Posset et *fatis edita.* infra 856 *Quam sterili terrae Delphicus edat opem.*

809 *Et fiunt*] *Vt fiant* puto. *Post fiunt* Helmaestadiensis. non male.

810 *A iunctis quinque diebus habent*] Multi ex scriptis *Numinaque adiunctis quinque diebus habet*, vel *habes.* Lege *Nomina quae iunctis quinque diebus habent.* alludit enim ad nomen *Quinquatrium.* Moreti codex *Muneraque adiunctis quinque diebus habet.* Puto scribendum *Vna dies media est, vt fiant sacra Minervae: Munera quae iunctis quinque diebus habet.* vt ad munera tam Circensia quam gladiatoria respiciat.

813 *Rasa celebrantur arena*] Placet haec lectio Illustrissimo Neapoli et Ciofano. at Nauger. Mazar. Zulichem. Vrsin. Voss. Arondel. et XV alii *strata.* sic Trist. II *Martia cum durum sternet arena solum.* Amor. II Eleg. XIIII *Sternetur pugnae tristis arena tuae.* Propertius lib. IIII Eleg. IIII *Nec cum lasciuum sternet arena forum.* Prim. et sec. Ambros. Laeti et alii XII *fusa arena.* Excerpta Polit. prim. Med. Sartau. et Arond. pro diuersa lectione etiam non male *sparsa.* Art. Am. I *Sparsaque sollicito tristis arena foro.* duo alii *plana.* vide quae Neapolis hic notat.

817 *Mollire puellae Discant*] *Discite iam* Mazar. duo Farnes. et totidem alii. Arond. *Discite et plenas.* Scribe — *lanam mollite, puellae: Discite iam plenas exonerare colos.* Cogitabam aliquando latere verbum parum obuium, ac scribi posse: *Discite et enetas exonerare colos.* pari modo *pernere*, et, quod ratius verbum, *renere*, dicebant. de quo ad Elegiam in mortem Drusi diximus. Posset et *Discite, et impletas. Plenae colus*, quomodo apud Iuuenalem Sat. II *Praegnantem tenui stamine fusum* habes.

820 *Densat opus*] *Denset* vetustiores magno numero cum primis editionibus. sic et in Metamorph. non semel. vt lib. XIIII. 369 — *Cantato densetur carmine caelum.* ita codices veterrimi. de quo verbo pluribus ad Claudianum. Sic apud Horatium lib. I Od. XXVII *Mista senum ac iuuenum densentur funera* libri veteres, quos ego aliique vidimus. Prudentius Cathemerin. *Densetur cuneis turba pedestribus.* idem Hamart. *Surgit in auxilium Chananeus atque agmina denset.* et postea: — *quamuis densata grauentur Nubila.* ita illis locis codex Puteaneus vetustissimus et literis maioribus Romanis scriptus. Silius lib. XIIII — *sociata examina densent Infandi Senones.* et lib. XIIII *Perculsi cuneo Poeni densentur in vnum.* sic optimae membranae. et puto alibi quoque apud eundem sic scribi debere, quicquid obstant libri veteres. Virg. Ciri: *Quem circa tristes densentur in omnia poenae.* neque aliter apud alios auctores passim in optimis libris legitur. hinc *condensari.* vtitur vtroque verbo passim Lucretius.

823 *Nec*

Digitized by Google

823 *Nec quisquam inuita faciet* l. *Faciat* quatuor libri.

826 *Irata Pallade mancus eris*] *Inuita* Mazar. Zulich. prim. Ambros. Laeti, prim. Med. decem alii. quod placeret, nisi iam praeceſſiſſet. notum adagium, quo Cicero non ſemel, Horatius, alii vtuntur.

829 *Cenſu fraudata magiſtri*] Locus vexatiſſimus. pro *ſenſu* eſſe ſcribendum *cenſu*, recte in Miſcellaneis Politianus iamdudum vidit, atque illum ſecuti poſtea Berſmannus et Neapolis, neque aliter duo Ambroſiani et quinque alii ex noſtris. niſi quod in iis *cenſu fraudante*. aliquanto plures *ſenſu fraudante*. quatuor *ſenſus fraudata*. vnde *cenſus fraudata* ſcribebam, quales Graeciſmi ſollemnes ſunt Naſoni. vel *cenſum fraudata*. et per *cenſum* Minerual intelligebam, vnde victitant magiſtri. quomodo in illis Metam. IIII de piſcatore: *Ars illi ſua cenſus erat: cum traderet artem, Accipe, quas habeo, ſtudii ſucceſſor et haeres, Inquit, opes*. vbi quaeſtum ex piſcatura factum deſignat. *cenſus* ex opificio. Quinctilianus Declamatione XV de paupere: *Excuſare non poſſis, ſi tantum perdideris dies, cuius cenſus ex manibus, ex laboribus ſubſtantia, quem quotidie poſcit vltra rationem dimenſus*. militibus olim iure Romano id priuilegii conceſſum, vt ſtipendium in illorum cenſu non haberetur, dum minorennes erant, ac proinde in parentum poteſtate. hinc Iuuenalis Sat. XVI — *nam quae ſunt parta labore Militiae, placuit non eſſe in corpore cenſus. Ciuitas tenuis cenſu*, pro opibus tenui, Feſto Auieno Ora Maritima: — *hic ſat anguſti laris Tenuiſque cenſu ciuitas Polygium eſt*. Iniurius igitur Theodorus Marcilius ad Satyram tertiam Perſii v. 46, dum ſugillat illos, qui hoc Naſonis loco *cenſu*, quam *ſenſu*, malunt admittere. Sed perpendamus paulo accuratius ſcriptos codices. optimus Vaticanus a manu prima *cenſu fraudata*. veterrimus Petauianus *ſenſu fraudare*. vt et Patauinus praeſtantis notae. Mazarinianus optimus *turba ferae ſenſus fraudare*. Pro *turba* etiam in duobus *verba*. vnde argute et ingenioſe mehercules noſter Gronouius cap. II lib. IIII de Pecunia Veterum: *Nec vos thure feri cenſum fraudare magiſtri Spernite*. Mihi videbatur in codicibus, qui *verba* pro *turba* exhibent, et in illo Mazariniani libri *ferae* pro *feri* praeferentis, ſupereſſe manus Naſonianae veſtigia, quae reliquiſſet nobis: *Nec vos aere breuem cenſum fraudare magiſtri Spernite*. vel etiam *aere breui fraudare*, pro exiguo aere. ſic *mus breuis*, et *rus breue*, pro paruo, apud Noſtrum in hiſce ipſis Faſtorum libris. ſed et *breuem cenſum* Horatius dixerat. per *aes breue* ſtipem deſignat. ſic *aes paruum* Petronio. *Stipem* Mineruae Quinquatribus conſecrabant magiſtri, vt ex Tertulliano mox videbimus. Poſſis etiam *cenſus fraudare*, vt accedamus quam proxime ad ſcripturam Mazariniani codicis, qui lectiones paſſim fidas optimaſque nobis conſeruauit. a quo nec multum abludit Petauianus, vt iam vidimus. Sed et in duobus aut tribus aliis minoris rei *Nec vos turba deam*. quae diuerſitas ſcripturae locum interpolatum eſſe ſatis euincit. quod *aes breue* dixit hoc loco Noſter, id *exiguae ſtipis aera* Elegia prima libri primi Ponticorum: *Aute deam matrem*

cornu

Digitized by Google

cornu tibicen adunco Cum canit, *exiguae quis stipis aera neget?* Caeterum de votiuis Quinquatribus locus exstat apud Iuuenalem Sat. X obiter castigandus: *Eloquium ac famam Demosthenis aut Ciceronis Incipit optare, et totis Quinquatribus optat, Quisquis adhuc uno parcam colitasse Mineruam; Quem sequitur custos angustae vernula capsae.* sic enim scribo, non *parcam Mineruam*. *parcam Mineruam* dicit, qua puer parce adhuc est imbutus. *tenuis Minerua* Virgil. Aen. VIII. 409, vbi Seruius non dissimili modo *rudem* quoque *Mineruam* dicebat: et *pinguem crassamque*. sed iste Iuuenalis locus discipulos tangit. quod manifestum fit, quod de vernula capsae custode herum sequente subiungit. hunc *capsarium* vocabant. vide Suetonium Nerone cap. XXXVI. quem locum opportune amicissimus noster Graeuius suggessit. Caeterum in Symmacho quoque, vbi de Quinquatribus agit, *conuictus parcus*, pro *parco*, scribendum: *Oro praesentia tua augeas honorem festorum dierum. Nempe Mineruae tibi solemne de scholis notum est, vt fere memores simus etiam procedente aeuo puerilium feriarum. Ad eum diem conuictum tibi paramus agrestibus holusculis parcum: quia luxuries offendit deam sobriam.* Hieronymus Commentario in Epistolam Pauli ad Ephesios: *Mineruale munus, quod Grammaticus et Rhetor in sumtus domesticos aut in templi stipem aut sordidum conuertebat lucrum.* Tertullianus de Idololatria: *Quis ludimagister si non tabularia idolorum, Quinquatria tamen frequentabat? ipsam primum noui discipuli stipem Mineruae et lumori et nomini consecrat.* Quinquatribus feriabantur discipuli. Laudat Plinius in Naturali Historia pulcherrimam picturam pueri Quinquatribus ludentis. atque huc etiam drama comicum Pomponii Quinquatria Nonio Marcello laudata referendum. Si quis Gronouianam de *thure* coniecturam mauult, quae ad vulgatam lectionem propius accedit, castigare poterit *thure breui censum fraudare.* nam feros hoc loco magistros dici ad rem non facit. *aere breui* optime videtur respondere iis, quae de Medicis proxime praecessere. nam et hi ex lucro honorarioque nonnihil Mineruae consecrabant. *Munera de vestris pauca referte deae.* vbi significanter *referte deae* dixit, nimirum cuius fauori haec ipsa munera ferebantur accepta. Locus etiam Tertulliani, et quae subiungit Noster de discipulis, satis subindicant, aes illud breue capiendum esse de stipe nouorum discipulorum, quam Mineruae Magistri dedicare erant soliti. *aes breue* etiam apud Auienum occurrit Fabula XXXVIII. *Te simul aere breui debile vulgus emet.* ita et *aes paruum. parvo recuperare thesaurum* Petronio. Videndus ad Symmachum Iuretus libro VII Ep. CXXVIIII. *Exiguae stipis aera* Noster in Ponticis. Contra *grande aes* Senecae Ep. XVIIII, Columellae libro VIII. 16, Ammiano Marcellino lib. XXX. quod aliis *magnum aes* dicitur. Pro *discipulos attrahit illa nouos* veterum nonnulli *attrahet*. quod malo. in Mazariniano *attrahet ipse nouos*, quod quid sibi velit non assequor.

835 *Qua mons descendit in aequum*] *Aequa* prim. Ambr. Voss. Mazar. et tres alii. in eodem Mazar. et Oxon. pro diuersa lectione *aequor*.

Digitized by Google

aequor. sic et Zulichemianus. Forsan recte. *aequor* enim dicitur omnis planities ab aequalitate. vnde *aequor* pro campo saepe ponitur apud poëtas. sic et variant codd. Maronis Aen. VIIII. 68.

837 *Captae delubra Minervae*] Alii *castae*. Satrauii codex et quinque alii *captae*. In vulgatis P. Victorii de regionibus Vrbis exemplaribus *capta* etiam dicitur. sic apud Graecos Ἀθηνᾶ φυλακίτις. cuius Photius in Excerptis Nicomachi Arithmeticorum meminit. miror Nasonem inter tot causas huius nominis non meminisse capti Palladii.

844 *Et hoc signo littera prima docet*] *Et hoc ipsum littera prisca* bene Vrsin. Arond. Mazar. et septem alii.

846 *Iubeat furta recepta loco*] *Furta reperta* Vrsin. Mazar. prim. Ambros. Voss. Arondel. XIII alii. bene. id est, deprehensa. Plautus Mostellaria V. 1. 62 *Male facta vestra repperi raditus.* Virgil. IIII. 128 *Annuit, atque dolis risit Cytherea repertis.* Amat id verbum Noster. sic Trist. II. 12 —— *Ingenio est poena reperta meo.* lib. IIII Fastorum 466 *Si non turbassent signa reperta sues.* et lib. IIII. 27 *Venerem repertam* dixit, vt habent codices vetusti. lib. V. 22 *Tethys et extremo saepe reperta loco est.* ita et illic priscum exemplar. Art. Am. I. 86 *Flammaque in arguto saepe reperta foro est.* supra hoc libro 728 —— *in gelidis herba reperta focis.* Trist. IIII Eleg. V. 2 *Vnica fortunis ara reperta meis.* Ita et Graeci non raro. vt in illo Aeliani Varia Historia lib. X. 6 Ἀρχίσεμος δὲ ὁ μάντις ὑπὸ πολεμίων ἁλοὺς, καὶ ὑπὸ ζυγὸν ἀναβληθεὶς, βόλοῦ ἁλιᾶν ἔχων εὑρέσθαι, ὃς φασι. et in illo Matthaei Euang. cap. primo: Εὑρεθὴ ἐν γαστρὶ ἔχουσα· quae vetus interpres vertit: *Inuenta est in vtero habens.* et Lucae cap. XVII. 18 *Vt non est inuentus, qui rediret et daret gloriam deo.* Οὐχ εὑρέθησαν ὑποστρέψαντες δοῦναι δόξαν τῷ Θεῷ.

850 *Forti sacrificare deae*] *Deo* Vrsin. Mazar. et a manu prima Zulich. vt *deum* pro dea dixerit Graecorum more. an *fortem deum* Martem innuit, cui sacra sint Tibilustria haec mensis Martii, quemadmodum altera illa mensis Maii Vulcano?

859 *Vsque recusantem*] *Vtque* duo veteres. rectius. Deinde *compulerunt* sequenti versu, pro *compulerant*, cum Petauiano. vnus Puteaneus *compulerint*. proxime verum.

861 *Vittis*] *Ramis* Vrsin. Nauger. Mazar. Zulich. Arond. prim. Ambr. et prim. Farnes. vtrumque bene. sed sequor vetustiores codices. sic apud Virgil. lib. VII —— —— *indult albos Cum vitta crines, tum ramum innectit oliuae.* nihil magis obuium apud poëtas in descriptione victimarum aut sacrificiorum.

865 *Inque Draconigenam*] *Draconigerum* quidam ex vetustioribus. sed frustra.

875 *Lito-*

Digitized by Google

875 *Littoribus tactis*] *Captis* Voss. Arondel. Mazar. Zulich. prim. Ambros. Laeti et quatuor, alii, et mox iidem maiori ex parte *ad Colchas domos.*

878 *Aequa diurna feret*] *Feres* Mazar. Petau. prim. Ambros. Laetii et octo alii. Vrsini et vnus Vaticanus cum Politiani Excerptis *ferens.* vt haec ad sequentia referantur. sed praestat alterum. sic infra: *Templa feres, et me victore vocaberis victor.*

FASTORVM

LIBER QVARTVS

1 *Alma, fave, dixi*] *Alma, fave vati* quatuor veteres. vt vi *dixi* subintelligatur. quod elegans.

5 *Scis, dea, respondi*] Venustius videtur, si legas *scin, dea?* vt iam monui ad Epist. XII. 61. nam in Gottorph. vltima litera *vou scis* erat erasa. Voss. et Arondel. *Sic.* Deinde *aether,* pro *aër,* meliores.

7 *Saucius aut sanus nunquam tua signa reliqui*] *An sanus* iidem recte. vt iam monui lib. II. 394. Tum *nunquid* meliores quoque, pro *nunquam.*

8 *Tu mihi semper opus*] Scripti plurimi *onus.* Lege *bonos,* cum vno Vatic. ex antiquioribus.

15 *Mota Cytherea est leuiter*] *Cytheriaca* quatuor veteres cum Zulichemiano. sic *Cytheriacae aquae* Epist. VII. 60.

20 *Caesar in Aprili, quod tuearis, habes*] *Quo tenearis* Vrsin. Zulich. Nauger. et sex alii. at Mazar. *quo tenearis, habe. quo tuearis* Voss. et Arondel. Remed. Amor. 150 *De vacuae menti, quo teneatur, opus.* eleganter. sic *teneri ludis* et *spectaculis* Ciceroni de Finibus libro V *Studio rei alicuius teneri* idem frequenter et Horatius libro I Epist. I. Solinus de Macedonum regibus cap. VIIII *Plurimos, qui fidibus sciebant, in vsum oblectamenti donis tenuit liberalibus.* tenebantur illi donis. Superiori versu *pars te de fastis dicere debet,* non *tangere,* Mazar. Lege *ducere,* id est, oblectare, trahere.

21 *Descendit origine mensis*] Plurimi ex melioribus *imagine.* sollemnis illa variatio. vid. I Met. 79 et I Fast. 65. Epist. VII *Pyrrhus Achillides animosus imagine patris. Magna* autem, vt licet alia notione, Stat. III Theb. 418 —— *nam Tydea largus habebat Perfusum magna virtutis imagine somnus.* Virgil. IIII. 654 *Et nunc magna mei sub terras ibit imago.*

24 *Auctores rettulit ipse suos*] *Tuos* Vrsin. Petau. et quatuor alii. *Sensit* etiam prim. Ambr. et Laeti codex.

Digitized by Google

26 *Quod sibi nascendi*] *Nascenti* plerique veteres. et sequenti versu *in gente repertam*, non *receptam*, meliores. recte. vt dictum supra lib. III. 845.

29 *Revolutaque quaerens saecula*] *Revoluta requirens* Erfurtanus, vt sit appositio.

31 *Quis nescit Atlantide natum?*] Veteres codices *nescirt*. probe. vt per interrogationem haec dicantur. quatuor etiam libri *cretum*, pro *natum*.

34 *Assaracum creat hic*] *Assaracon* Petau. et vnus Vatican. et tum lego *Assaracosque Capyn*. sic et *Electran* superiori versu alter Petauii. Graecorum more. vt in Trist. libro II. 395 *Qui legis Electran, et egentem mentis Orestem*.

35 *Proximus Anchises*] *Anchisen* Maz. et Voss. nempe creat. *Proximus*, Capys.

37 *Hinc fatus Aeneas*] *Hoc fatus* bene vnus Vatican. nisi *huic* malis. vt paulo post *Posthumus huic*. ita enim meliores libri, non *hinc*. sic supra: *Huius Erichthonius*.

41 *Qui quod filuis fuit ortus in altis*] Ita meliores. cum ante legeretur *Siluis est natus*. quatuor alii *fuit altus in altis*. vnus Med. *fuit actus*. prim. Ambr. *fuit artus*. alter Put. *filuis natritus*.

44 *Epitus*] *Epitor* Vrsin. Patau. *Epicos*. Lege *Epitos*. et sic Met. XIIII. 612 quidam codices. Chronicon Eusebianum ex editione Pontaci ad annum MXXX *Latinorum septimus Siluius Athys*, *siue Aegyptus*, *Albae superioris filius*. editio Scaligeri *Silaius Attus*, *siue Aegipus*. sed omnino *Epitus* scribendum, quod in nonnullis exemplaribus exstare fatetur. in aliis quibusdam *Aegippus*. forte tamen et legendum *Epytos*. quod Troianum est nomen. Videantur obseruata nostra ad Maronem Aeneidos II. 539. Ex eodem Eusebii Chronico, vt et ex Dionysio Halicarnasseo Liuioque haec regum Albanorum series illustrati potest.

45 *Ille dedit captae*] *Capyi* emendat magnus Scaliger notis ad Eusebium et Canonum Isagogicorum lib. III et Gronou. ad Liu. I. 3. Paulus Merula ad Annales Enaii *Capyis*. Politianus in ora codicis sui *Capys*. incertum an ex veteri libro. *Capetum* vnus Vaticanus. alius *patriae*. alter Petau. *coepiae*. *Ille dedit Capis repetita* Seruius ad lib. X. 145 Aen. citat. et certum est *Capyos* nomen hic latere. Pro *repetita* Mazar. et tres alii *recidiua*. nec dubito in primo etiam Ambrosiano ita fuisse. erat enim erasa vetus scriptura. In Vossiano quoque et primo Farnesiano aliisque duobus sic pro diuersa lectione erat exaratum. de qua voce multis ad Claudianum Idyllio Phoenicis v. 66 egi. Totum igitur versum lego hoc modo: *Edidit ille Capys, recidiua vocabula Troiae*. vel *Ille Capyn genuit. recidiuum* habes lib. X Met. 726 ex vestigiis veterum codicum: — *recidiuaque mortis imago Annua plangoris peraget similamina nostri*. *Recidiui* vocem adhuc mendosam latere apud Apuleium libro XI Met. opinor. *Varie quisque munerabundi festinant ilico ad mensam diuinum reducemque ab inferis conspectum*. pro *diuinum* scripti nonnulli *diurnum*. lego *reciduum*. Apud Paulinum quoque sensu Natali

Digitized by Google

Natali Felicis opinor scribendum esse: *Membra latent positi: placida caro morte quiescit, In spem non vacuam recidiuae condita vitae.* non *rediuiuae vitae.*

47 *Cumque patris regnum post hunc Tyberinus haberet*] Non respondet Ouidiano nitori hic versus. Veteres plerique *Accipiens regnum post hunc Tyberinus ab illo.* nihilo melius, nisi forte legas *Tyberinus auitum.* sed Met. XIIII. 614 *Regnum Tiberinus ab illis Cepit.* Eusebius in Chronico: *Latinorum rex decimus Tiberinus Siluius, Carpenti filius, a quo fluuius appellatus est Tiberis, qui prius Albula vocabatur.*

49 *Iam tamen Agrippam natum Remulumque nepotem*] *Agrippam genitum* Zulich. prim. Ambros. et Laeti. Pro *nepotem* veteres multi *nepotes.* quod est contra fidem Historiae. Forte scribendum *Remulumque ferocem.* nam lib. Met. XIIII. 610 vtrumque filium facit Tiberini. atque illic etiam *ferocis* vtitur vocabulo: — *de quo* (Tiberino) *Remulusque, feroxque Acrota sunt geniti. Remulus maturior annis Fulmineo periit imitator fulminis ictu.* vides hominem stolide ferocem et alterum Salmonea describi. mox addit: *Fratre suo sceptrum moderatior Acrota forti Tradit Auentino.* quidni ergo *ferox Remulus*, quo *moderatior* sit *Acrota*, seu Agrippa, quem ferocem et ipsum iam appellarit? Remulum quoque fulmine percussum testatur Eusebius in Chronico, qui *Aremulum Siluium* vocat, *praesidiumque Albanorum inter montes, vbi Roma est, posuisse* adseuerat.

55 *Ense cadit patrui Lausus*] Petau. *patrio.* Lege *patruo.* quomodo codex Iunianus. vide omnino quae notamus ad Amor. lib. III Eleg. VI. 49. sic Homerus Il. I. 563 πατροφόνον φόνον pro fraterna caede. et similia passim apud Graecos ac Latinos. Paulo ante pro *duri Amuli* quinque veteres *diri.* rectius. supra lib. III. 49 *Hoc vbi cognouit contemtor Amulius aequi, Nam raptas fratri victor habebat opes.*

63 *Graeco rem nomine dioi*] *Grato* Mazar. duo alii *Graio.* rectius. Puto tamen scribendum *patrio nomine.* sic Seneca in Epigrammatis: *Corfica, Phocaïo tellus habitata colono, Corfica, quae patrio nomine Cyrnus eras.* ita vetustissimus codex, non *Graio nomine.*

69 *Dux quoque Naritius*] *Naritius* meliores. et recte. vide quae noto Remed. Amor. v. 264.

72 *Argolicae quae posuere manus*] *Quod posuere* Mazar. Zulich. prim. Ambros. Petau. et decem alii. recte. de solo Tibure intellige. Horat. Od. VI lib. II *Tibur Argeo positum colono.* hinc et *Herculeum Tibur* dictum. Catillus quoque Coras et Tiburtus Tiburis conditores. *Argiua iuuentus* Virgilio appellantur. Sequenti etiam versu *Atrides Halesus* legendum, non *Atridae*, cum Vrsini libro et Naugerii aliisque multis.

79 *Huius erat Solymus Phrygia comes vnus ab Ida*] *Cuius* Mazar. et Voss. Deinde *comes exul* bene Oxonienses liber. in Zulichemiano erasa haec erant. in Hamburgensi τὸ *vnus* erat omissum. sic lib. II. 444 *Nuper ab Etrusca venerat exsul humo.*

Digitized by Google

Stat. I Theb. 312 — *patriis vagus exsul ab oris.* Pro *Solymus* plurimi veteres *Solenus.* in veterrimo codice Silii Italici *Solimus* dicitur passim.

83 *Euge age*] *Ergo age* veteres. Vrsin. cum quatuor aliis *longas et supprime. iam supprime* Helmaest. Primus vero Ambros. *Ergo ego? tam longas sed.* cum Glossa *ibo. subaudi in exilio.* Zulich. et Mazar. *Ergo ego tam longe?* eleganter. vide Notas ad Epist. XII. 207.

85 *Quo non Liuor adit?*] *Abit* Mazar. Zulich. prim. Amb. et quinque alii.

88 *Foetaque terra patet*] *Parit* tres veteres. vide Notas Met. XV. 92.

91 *Temperat annum*] *Orbem* Mazar. Zulich. Petau. Vrsin. Voss. Arond. aliique plurimi cum prim. Ambros.

95 *Longum est narrare*] *Longum enumerare* rectius vnus Vatican. vt iam monui supra lib. III. 719. Vrsin. et sex alii *longum est narrare.* quatuor *memorare.*

101 *Et idem*] Lege *at idem*, cum melioribus. III Trist. XI. 27 *Hector erat tunc cum bello certabat; at idem Vinctus ad Haemonios non erat Hector equos.* vnus etiam Vaticanus *Cum mare mas aries*, pro *trux aries.*

104 *Nemus omne tremit*] Vel *tremunt* Vossianus. quod amplector.

108 *Venerunt cultus multaque cura solo*] *Mundaque cura sola* Vrsin. Petau. Arondel. Nauger. et plurimi praeterea. alii octo cum Mazar. Zulich. prim. Ambr. et Laeti codice *mundaque cura sui.* optime. nam de solo nugae sunt. sic supra lib. III. 668 *Pauper sed mundae sedulitatis anus.* ita veteres libri. Art. Am. *munda verba.* vide quae noto Amorum lib. I Eleg. VIII. 39.

109 *Vigilatum*] Arondel. Vossian. et decem alii *modulatum.* forte pro *meditatum.* sed nihil muto. ita II Trist. 11 *Hoc pretium curae vigilatorumque laborum.* Trist. I. 1. 108 *Quos studium cunctos euigilauit idem.* Iuuen. Sat. VII. 27 *Vigilata proelia poëtarum.* Catalect. Scalig. p. 212 — *Arateis multum vigilata lucernis Carmina.* Geiri: *Accipe dona meo multum vigilata labore.*

111 *Duram exorare puellam*] *Eloquiumque fuit dulce* Mazarin.

113 *Mille per hanc artes notae*] Mazar. Zulich. Vrsin. et duo alii *motae.* bene. sic supra lib. I. 268 *Ipse meae mouit callidus artis opus.* Remed. Amor. *Quin etiam quacunque caret tua foemina dote, Hanc moueat blandis vsque precare sonis.* *Artes initae* prim. Ambros. etiam bene.

122 *Ab nolim victas hoc meminisse deas*] *Dictas hoc meminisse* Mazar. Zulich. et prim. Ambros. Pro *Ab* tres *Has.* vnus *Haec.* Forte *Quam nolim!* vt Met. VIIII *Quam nolim rata sint!*

130 *Continuata suo est*] *Viro est* Iunii codex. vt II Trist. 296 *Stat Venus Vltori iuncta viro ante fores.*

132 *Hybernas iam timuisse minas*] *Meminisse* codex Vrsini. prim. Ambros. et duo Patauini optimae notae.

135 *Aurea*

Digitized by Google

135 *Aurea marmoreo redimicula demite collo*] *Soluite* libri meliores, quos sequor.

136 *Demite diuitias: tota lauanda dea est*] Hunc versum et sequentem addidi ex Vrsini, vtroque Mazar. Zulich. Arond. et multis aliis. quorum tamen plerique *inuanda dea est*, vel *videnda*.

141 *Littore siccabat sudantes rore capillos*] *Rorantes nuda* meliores omnes. recte. sic Met. V. 489 *Roranteſque comas a fronte remouit ad aures*.

143 *Oppoſita texit ſua tempora myrto*] Lege *appoſita myrto*, vt prim. Ambros. Laeti et nouem alii. ac vide notas Ep. VII. 100. Deinde reponendum *corpora*, cum melioribus omnibus. huc refer illud in Catalectis de Menſibus p. 175 *Contectam myrto Venerem veneratur Aprilis*.

146 *Gelida qui locus humet aqua*] *Calida* Vrsin. Mazar. prim. Farnes. et duodecim alii. quod sequor. etsi non satis constat, vbi hoc factum sit. vide Notas lib. I. 271.

148 *Et vitium nudi corporis omne videt*] *Patet* Voss. Arondel. plurimique alii. quod si sequamur, superiori versu pro *Accipit* cum nonnullis legam *Aſpicit*, ne bis idem dicat.

149 *Vt tegat hoc celetque viros*] *Viris* Vrsini codex et quatuor alii melioris notae. sic et Terentius Phormione: — *ſi hoc celetur patri, in metu ſum*. Dracontius Hexaëmero: *Nec celantur ei quaecunque obſcura geruntur*. vbi perperam Riuinus *eum* reponit. Auctor Belli Alexandrini: *Quo facto dubitatione ſublata tantus inceſſit timor, vt ad extremum caſum omnes deducti viderentur, atque alii morari Caeſarem dicerent, quin naues conſcendere iuberet, alii multo grauiorem extimeſcerent caſum, quod neque celari Alexandrinis poſſet in apparanda fuga, neque illis imminentibus vllus in naues receptus daretur*. ita vetustus codex Louaniensis et libri duo sub initium artis typographicae editi, qui penes me exstant. non *celari Alexandrinos*. Paulinus Natali Felicis sexto: *Atque ideo occulti fures quacunque latebra Non tibi celantur*. Cicero tamen, si sanus est locus libro II Epist. XV *Non enim te celaui ſermonem*. Terentius in Adelph. *Ea ne me celet adſuefeci filium*.

156 *Bona fama manet*] *Manent*. Voss. bene.

160 *Verſo nomina corde tenet*] *Numine corda* veteres plerique, vel *nomine corda*. Sed scripturae vulgatae controuersiam mouere noli. Pausanias in Atticis Ἀφροδίτην ἐπιτροπίαν describit.

164 *Scorpius in viridi*] *Scorpio* Petau. Lege *Scorpios*. de quo supra lib. III. 712.

171 *Seu quod in amplexus*] *Amplexum* meliores, et *incipiunt* paullo ante. *humeros releuare paternos* refer ad occasum heliacum Pleiadum, quae, cum occidunt, Atlantis humeris se subducunt. male hunc locum accepit Salmasius Solinianis Exercitationibus p. 746 de Pleiadum ortu matutino.

Digitized by Google

172 *Steropen*] *Asteropen* vocat Scholiastes Germanici p. 115. et ipse Germanicus v. 248. vbi tamen Grotius legit *ac Sterope*. Hyginus etiam Fab. CCL. *Asteropen* vocat. Seruius vero ad Virg. VIII. 130 facit *Steropen* Atlantis vxorem.

174 *Maian, et Electram, Taygetamque*] Scripti meliores *Electran*, vt supra diximus. iidem *Taygetenque*.

178 *Oppofuitque*] *Appofuitque* tres calamo exarati.

181 *Inflexo cornu*] Phrygiam tibiam designat, quae incurua erat, ac proinde et cornu poëtis dicebatur, cum aliae tibiae essent rectae. Plura diximus Metamorph. III. 533.

191 *Quam fciter*] *Da dea quam fcite* Politianus et Naugerius coniecerunt. nam veteres plerique *quam fcite*. tres *quem fciter*. Zulich. *quae fciter*. alii aliter. Scribo *quas fciter*. Musas innuit: atque ita vnus Patauinus ex melioribus. vide notas lib. I. 165. Deinde proximo versu idem Patauinus pro diuersa lectione *Audit*. quod confirmant vnus Vatican. vnus Moreti et Regius. atque ita diu est quod scribendum conieci. Vulgo *Vidit* perperam legebatur.

203 *Pro magno teste vetustas*] *Magna teste* rectius vnus Patauinus.

205 *Caelesti gutture fedit*] *Viscere* Zulichem. probe. sic saepe Noster.

207 *Resonat*] *Resonant Idae* tres libri et vetus edit. Romana 1470. vt *ardua Idae* sint loca ardua, sed nihil muto.

209 *Pars manibus clypeos*] *Clypeos manibus* veteres. nisi quod prim. Ambros. Laeti codex et vnus Vatic. *clypeos fudibus*. quomodo et Lactantius agnoscit cap. XXI lib. I Diuinar. Instit. a quo haec quatuor districha illic proferuntur. Mazar. et Zulich. *rudibus*. proxime verum. nam *rudem*, cum virga subintelligitur, non recordor me legisse apud veteres nisi singulari numero. Hyginus Fab. CXXXVIIII *hastas* vocat. *Ne pueri vagitus exaudiretur, impuberes conuocauit, eisque clypeola aenea et hastas dedit, et iussit eos circum arborem eunres crepare, qui Graece Curetes sunt appellati.* ὑγχιεῖδια sunt Halicarnasseo lib. II.

Tundit inanes] *Pulsat* Vrsin. liber, vnus Patau. et vnus Vatican. sed aliter Lactantius, qui et *habent*, cum vulgatis sequenti versu, licet *agunt* Voss. et quatuor alii agnoscant. Curetum et Corybantum genealogiam et historiam omnem Epimenides Cretensis versibus quinquies millenis sub Olympiadem XXXXIIII dicitur complexus.

211 *Res latuit patrem*] Prim. Ambros. Laeti, Excerpta Politian. Vossian. Arondel. Maz. Zulich. et sex alii cum Lactantio *Res latuit, prisique manent imitamina facti*. sed vulgata lectio longe elegantior.

215 *Genus acre leonum*] *Leones* Vrsini codex et vnus Vatic. cum Naugeriano. quod Bersmanni quoque editionem occupauit. elegans et vera lectio. sic et apud Virgilium in optimo Medicео legitur Georg. II. 151 *At rabidae tigres absunt et saeua leonum Semina*. Lucretio tamen V. 860 *Genus acre leonum saeuaque secla*.

219 *Turri-*

Digitized by Google

219 *Turrifera caput est onerata*] *Ornata* Laeti codex et multi. nonnulli etiam *turrita corona*. vt apud Claudian. III de Rapt. 271 *turrita Cybele Me quoque Saturno genuit*. Propertius IIII. II. 52 *Claudia turritae rara ministra deae*. vbi *cara* malim. alii *turrigera*. sed *turrita* praestat, cum alterum mox sequatur.

220 *An primis turres urbibus*] *Phrygiis urbibus* bene Vrsin. liber et vnus Vatic.

224 *Turrigeram casto inuxit amore deam*] *Vinxit* Vrsin. Petau. Nauger. et quinque alii. sic supra lib. II. 585 *Iupiter immodico Iuturnae vinctus amore* libri veteres. et idem Trist. I Eleg. VII *Temporis et longi vinctus amore tibi*. Epistola Acontii 86 *Sed neque compedibus, nec me compesce catenis, Seruabor firmo vinctus amore tibi*. Statius II Theb. 365 — *tantus post iurgia mentes Vinxit amor*. Idem Theb. VIII. 808 — *deuinctus amore pudico*. hinc *nodi Veneris* Lucretio IIII. 1142. et Nostro Epist. IIII. 136 *Imposuit nodos cui Venus ipsa suos*. et *vincula Veneris* Virg. Eclog. VIII. 78 *Veneris dic vincula necto*. apud Lucretium lib. I. 34 *In gremium qui saepe tuum se Reiicit aeterno deuinctus vulnere amoris*. etsi illic inueni ipse in tribus veterrimis libris *deuictus*. sed bene iidem *reiicit*, pro *reficit*. *Reiicit* etiam agnoscit Scholiastes Statii Theb. III. idem Lucretius IIII. 1199 *Veneris compagem* appellat, et *nexum*.

228 *Vltima, qua fallam, sit Venus*] Prim. Ambr. et sex alii cum Erfurtano et Francof. *quam fallam*. bene. sic Ep. Paridis: — *metuis Venerem temerare maritam, Castaque legitimi fallere iura thori*. vide Notas Epist. II. 37 et VII. 18.

230 *Hinc poenas exigit ira deae*] *Huic* Vrsin. prim. Ambros. Mazar. et tres alii. de quo ad Claudianum iam monui VI Cons. Honorii v. 113.

231 *Illa perit*] Hanc theologiae gentilis partem fusius Noster est prosecutus Metamorphoseon libro octauo in fabula Erisichthonis; vbi illi quercum annosam succidenti vox haec offertur: *Nympha sub hoc ego sum Cereri gratissima ligno, Quae tibi factorum poenas instare tuorum Vaticinor moriens, nostri solatia lethi*. Naidas siue Hamadryadas igitur cum arboribus, quas inhabitabant, interire antiquis fuit creditum. Atque hinc castigandus e Papinii Siluis locus, qui etiamnum mendosus circumfertur, Tiburtino Manlii Vopisci, quem hac occasione emaculabimus: *Quid te, quae mediis seruata penatibus arbor Tecta per et pestes liquidas emergis in auras? Quo non sub domino saeuas passura bipennes? At nunc ignarae forsan vel lubrica Naïs, Vel non abruptos tibi debet Hamadryas annos*. ita, inquam, corrigo. cum versu quarto *Et nunc ignaro*, hactenus sit lectum: quinto *demet annos*, pro *debet*. Tibi ignarae nunc Naïs vel Hamadryas forsan debet annos non abruptos, quia tecum senescit. Seruius ad Eclogam X Maronis: *Nymphae Hamadryades sunt, quae cum arboribus nascuntur et pereunt, ἀπὸ τοῦ ὕμα καὶ τῆς δρυός. qualis fuit illa, quam Erisichthon occidit; qui cum arborem incideret, et vox inde erupit, et sanguis, sicut docet Ouidius*. Scholiastes Cruquianus Horatii libro primo Ode

Digitized by Google

XXX, vbi de Nymphis agit: *Suos et Hamadryades, quae cum arboribus et oriuntur et occidunt.* adeatur et Scholiastes Apollonii Rhodii Argonauticon secundo v. 475.

233 *Credens thalami procumbere tectum*] Vel *tegnam* Zulichemianus. Maz. *tecta.* quomodo etiam prim. Ambr. Laeti et tres alii. Scribe *tigna.* vt Metam. lib. IIII. 179 *Summo quo pendet aranea tigno.* et lib. VIII. 648 *Sordida terga suis nigro pendentia tigno.* Paulinus quinto Natali Felicis: *Propter in attiguis habitabat foemina tignis*, pro *in tectis.* octauo Natali: *Ne posset rapidus procedere longius ignis, Per contexta volans focariim tigna domorum.* Natali decimo: *Diffusoque sinu simul et coëunte penates Aemula consertis iungunt fastigia tignis.* et max: *Per contextarum coëuntia tigna domorum. Tigna* pro Tabulatis Propert. libro IIII Eleg. III *Sine in finitimo genuit sibi nocte nigro.* vide Met. XIIII. 534. vbi plura. Prudentius lib. II contra Symmachum: *Adscribunt senis Lachesis male fortia fila, Tectorumque trabes fusis pendere rotatis, Credunt, atque ipsis tribuunt decreta tigillis.* hinc FABRI TIGNARII et TIGNARII apud Gruterum in magno Inscriptionum Opere p. XXXXV et XCVIIII et alibi saepe. hinc et *contignatio* passim apud scriptores. et *contignata fabris coenacula tectis* apud Paulinum Natali nono Felicis.

235 *Remoue modo verbera, clamat*] Ita Voss. et Arond. *modo verbera summoue, clamat.* Mazar. *metu verbera. summoue.* in Zulichemiano omnia erasa. latet nescio quid mendi.

239 *Meritas do sanguine poenas*] *Meritas de* Arond. et octo alii. vnus Medic. *dum.* Lege *meritas dem sanguine poenas.* dixi Ep. XVIII. 81.

242 *Subito signa relicta viri*] Malim *subito viro.* vide Notas Ep. XVIII. 160.

244 *Caedunt iactatis vilia membra comis*] *Laeuia* putabam legendum. quo modo supra lib. III. 745 *Vt Satyri laeuisque senex tetigere saporem.* sed et *viles Galli* Arnobio p. 168 dicuntur. Superiori versu *furor hinc*, pro *hic*, bene Vrsini codex. Malim etiam *Iuit in exemplum*, quam *venit.*

249 *Es amoenam fontibus Idam*] *Iden* meliores. sic supra 205 iidem: *Ardua iamdudum resonat tinnitibus Ide.*

254 *Adsuetis subsiteratque locis*] *Consiteratque* multi. vt I Art. 60 *Mater et Aeneae constat in vrbe sui.*

258 *Inspectum tale faisse ferunt*] *Refert* Erfurtanus. vt de sacerdote intelligatur.

261 *Patres ambagibus errant*] Malim *haerent* tam hic quam infra hoc libro 669 *Expedit errantem memori gratissima comiti.* sic et *pendere in re dubia* dicebant.

263 *Accersite*] Bene vetustiores *arcessite.*

270 *Quo deus omnis eat*] Malim *eant*, si liceat per membranas. adeantur notae ad Met. VIIII. 426.

276 *Caelestum matrem*] Alii *Caelestem.* sed frustra. sic *caelestum matres* infra hoc ipso libro. Gratius de Gigantibus: *Nonne vides veterum quos prodit fabula rerum Semideos: illi aggeribus tentare*

Digitized by Google

sentare superbis Aethera, tum matres auxi tractare deorum. sic locus mendosissimus scribendus.

277 *Fertur tutissima nati*] *Iustissima* Mazar. Zulich. Voss. Arondel. et duo alii. *cultissima* totidem. quod placet. hoc vult a dis Marinis fuisse cultam.

279 *Rhoeteumque capax Sigeaque littora*] Prim. Ambros. Laeti et multi alii *xapax.* bene. vide infra notas v. 566.

280 *Et Tenedum*] *Tenedon* veteres libri nonnulli. atqui Thebis is imperauit. Politianus *Emathionis* legebat, Samothraciam intelligens, aut *Oenopionis*, Chion. sed frustra. Scribe *Et Theben veteres Eetionis opes.* *Eetioneas Thebas* Nostet dixit Met. XII. 110. Homerus lib. Iliad. A Θήβην ἱερὴν πόλιν Ἠετίωνος. vt et Iliad. X. at Iliad. Z Ἀνδρομάχη θυγάτηρ μεγαλήτορος Ἠετίωνος· Ἠετίων ὃς ἔναιεν ὑπωπλάκῳ ὑλήεσση· Θήβῃ ὑποπλακίῃ, Κιλίκεσσ' ἀνδράσιν ἐνναίων. Q. Calaber lib. III Ἀμφόνου τε ξανθέην Κιλίκων τ' αἰπὺ πτολίεθρον, Θήβην Ἠετίωνος ἀλάων.

282 *Quaque Caryfteis*] *Caryftois* Vossianus. sic *Naupactous* libro II. 43 ex codicibus scriptis. *Campi Gelai* Virgilio III Aen. 701, a Gela.

287 *Vbi tingere ferrum*] *Fingere* vnus Bononiensis et vnus Vatican. Sisius libro VIII. 617 *Non totidem Ilua viros, sed laetos fingere ferrum Armarat patrio, quo nutrit bella, metallo.* sic scribo. Vulgati *lectos cingere.* vetus codex *laetos gignere* non male. sed apud Virgilium de Cyclopibus lib. VIII. 450 — *alii stridentia tingunt Aera lacu.* et lib. XII. 90 *Ensem, quem Dauno ignipotens deus ipse parenti Fecerat, et Stygia candentem tinxerat vnda.* Nostet Met. VIII. 260 *Ceu lamina candens Tincta lacu stridit.* Isidorus lib. XVIIII. 10 *Nam et intinctio ferri in aqua instructura est; nisi enim candens tingitur, stringi et cohaerere non potest ferrum.* vnde fit, vt in hoc Nasonis loco nihil opiner mutandum.

288 *Aemonideſque ſolent*] Scripti fere omnes *Acmonides*, aut *Agmonides.* bene. idem qui Virgilio *Pyracmon.* Arpes est Apollodoro: μετὰ τέτους δὲ αὖθις τεκνοῖ Γῇ Κύκλωπας Ἄρπην, Στερόπην, Βρόντην, ὧν ἕκαστος εἶχεν ἕνα ὀφθαλμὸν ἐπὶ τῷ μετώπῳ. sed lege Ἄργην. Callimachus Hymno Dianae: Μήτηρ μὲν Κύκλωπας ἰῇ ἐπὶ παιδὶ καλίσσει Ἄργην, ἢ Στερόπην. Hesiodus Theogon. Βρόντην τε Στερόπην τε καὶ Ἄργην ὑβριμόθυμον. ita et Eustathius in Homerum. Steropes aliis est Asteropes. quod tantundem est Graecis. sic et Sterope vna Pleiadum, nonnullis Asterope. apud Plinium libro XXXV. 10 Historiae Naturalis habes *Astrapen* pro *Asteropen*: *Pinxit et quae pingi non possunt, tonitrua, fulgetra fulguraque; Bronten, Astrapen, Ceraunobolon appellans.*

289 *Aequoraque Afra legit*] Duo libri *Littora. Littora legere* passim obuium apud poëtas, et *saxa legere.* Pro *Respicit a Remis* alii veteres *Despicit*, vel *Prospicit.*

295 *Natique, virique*] Iunianus *nataeque*, et tres alii. Vrsini liber et Petau. optimus *natique, nurusque.* lege *nataeque, nurusque.*

Digitized by Google

ruſque. Metam. XV. 729 ex veteribus libris: *Huc omnis populus paſſim, matreſque, nuruſque, Obuia turbâ ruit, quaeque ignes, Trïia, ſeruant Veſta tuos.*

296 *Sanctos focos*] *Caſtos* alter Petauii. quod placet. ſic et *Veſta* paſſim *caſta*, vt et de Cerere infra: *Parua bonae Cereri, ſint modo caſta, placent.* Triſt. IIII El. II. de Veſtalibus: — *quae ſine crimine caſtos Perpetua ſeruant virginitate focos.*

300 *Limoſo vado*] *Arenoſo* alter Put. quomodo libro primo 242 *Radit arenoſi Tibridis vnda latus.* Pro *preſſa* priſcae editiones et ſcripti tres *feſſa.* etiam bene. Apud Maron. Aeneid. I. 168 — *hic feſſas non vincula naues Vlla tenent.* Poſſet et *prenſa* pro deprenſa legi. vt apud Horatium II Od. XVI *Otium diuos rogat in patenti Prenſus Aegaeo.*

305 *Referebat ab Asto*] *Ab alto*, ab antiquo. nihil ergo *Aſto* legi neceſſe cum Neapoli, praeſertim obnitentibus conſtanter membranis. ſic in Pont. lib. IIII Eleg. VII *At tibi progenies alti fortiſſima Dauni.* Virgil. VI Aen. 742 *Deiphobe armipotens, genus alto a ſanguine Teucri.* et apud eundem lib. VIIII. 697 *Thebana de matre nothum Sarpedonis alti Coniecto ſternit iaculo.* hoc eſt *nobilis*, teſte Seruio. Statius Theb. III — *Ortonis alti Non falſus virtute nepos.* Iuuenalis Satyr. VI. 385 *Quaedam de numero Lamiarum et nominis alti.* ita ſcripti. et recte. non *Appi*, niſi putamus e Iuuenale relictum *nominis Aili*, pro *Aelii.* vt in vetuſtis nummis ac marmoribus frequenter. *Lamiae* enim cognomento Aelia gens dicta. notum illud Horatii III Od. XVII *Aeli vetuſta nobilis ab Lamo.* Stat. VIII. 131 *Tunc licet a Pico numeres genus, itaque ſi te Nomina delectant.* et ibidem 40 *Plaute, tumes alto Druſorum ſtemmate, tanquam Feceris ipſe aliquid, propter quod nobilis eſſes.* Claudianus Conſ. Olybrii 142 *Sunt mihi pubentes alto de ſemine fratres, Pignora clara Probi.* Noſter Triſt. IIII El. IIII *In quo pars altae nobilitatis erat.* Pont. II El. III *Quique dolor pectus tetigiſſet Caeſaris alti.* Auctor Elegiae in obitum Maecenatis: *Regis eras genus Etruſci: tu Caeſaris alti Gloria.* ſic ſcribo, non *almi.* Epicedio Druſi: *Hoc domus iſta docet per te mea Caeſaris alti.* Horatius libro III Od. IIII *Vos Caeſarem altum, militia ſimul Feſſas cohortes vrbibus abdidit, Finire quaerentem labores, Pierio recreatis antro.* Silius libro VIII. 405 *Tullius aeratas raptabat in agmina turmas Regia progenies et Tullo ſanguis ab alto.* idem ibidem v. 440 *Quae Picus quondam nomen memorabile ab alto Saturno ſtatuit genitor. Clauſum* igitur *altum* pro antiquo et veteri poſuit. Silius lib. XIII. 466 oratione Scipionis ad Appium: *Gens o veteris pulcherrima Clauſi.* vbi *Claudi* perperam legitur. Idem libro VII. 413 *Ecce inter primos Theraenaeo a ſanguine Clauſi Exſultat rapidis Nero, non imitabilis auſis.* libro XV. 647 *Clauſorum decus, atque erepto maxima Romae Spes Nero, Marcello rumpe atque expelle quietem.* lib. XVII. 33. *Hic priſca ducens Clauſorum ab origine nomen Claudia.* Claudiam quoque gentem a Clauſo deducit Virgilius lib. VII Aeneidos 707.

307 *Caſta*

Digitized by Google

307 *Casta quidem, sed non est credita*] Lege *sed non et credita*, cum melioribus. dixi lib. IIII. Met. 373.

309 *Fudisse*] *Cultus et ornatos varie prodisse capillos* Vrsin. Ali quidam *Cultus et ornatus variis prodisse capillis.* at Mazar. Urlich. Nauger. prim. Ambr. et alii nonnulli *ornatis varie prodisse capillis.* recte. nisi mauis *ornato capillo.* Pro *prodisse* male quidam *fudisse*, aut *posuisse.* Saepius enim in publicum prodire, inspectum in foemina, quod et *procedere* dicebant. Propert. lib. I El. II *Quid iuuat ornato procedere, vita, capillo?* Tibull. lib. IIII. 2. 11 *Vrit, si Tyria voluit procedere palla.* Noster Art. Am. III. 131 *Nec prodite graues infuto vestibus ostro.* Idem Propertius libro II Eleg. XXV *Vidistis quondam Argiua prodire figura.* Tibullus libro I Eleg. VIIII — *auroque lacertos Vinciat, et Tyria procedat apta stola.*

310 *Ad rigidos linguaque promta senes*] *Ad rigidos senes* scribendum cum Petauiano, Mazar. Vrsin. Laeti aliisque plurimis ac primis editionibus. *rigidi senes* bene. Sidon. Apol. Propempt. 7 *Cuius Cecropiae patres Mineruae Mares, et rigidi senes, et ipse Quondam purpureus socer timebant. Promtae gens linguae* Sil. IIIII. 31. v. Herald. ad Arnob. p. 109. *ad* pro apud. Trist. II de Idea: *Haec est ad nostros non leue crimen auos.* Pont. lib. I Eleg. VI, vt scribendum puto: *Omnis an ad magnos culpa deos Celus est?* P. Syrus: *Bonum ad virum cito moritur iracundia.* idem: *Casta ad virum matrona parendo imperat.* Phaedrus libro III *Pendere ad lanium quidam vidit simium.* vbi plura doctissimus Faber. etiam ad Pallium Tertulliani Salmasius p. 214. et Heru. ad Virgil. I Aen. 28. Sequenti versu pro *recti* quidam ex melioribus *veri.* Pro *ridet* plerique *risit.*

315 *Ter tollit ad aethera*] *In aethera* multi veterum. et paulo ante *ad agmina* Vrsin. et Petau.

318 *Fixit, et bos dixit*] *Et edit eos* prim. Ambros. quidam *egit.* Helmaest. *reddit.* Forte *peragit sonos.* quomodo infra *peragit preces.* lib. V. 680 *Et peragit solita fallere voce preces.* II. 26 *Et peragit tales arbore nixa sonos.*

323 *Tu nostrae pignora vitae Re dabis*] Eleganter profecto et ingute Gronouius Obseruat. secundae editionis lib. II. 21 *nostrae vitae* corrigit. vt *vitam* posuerit Naso pro pudicitia. quomodo Arte Amatoria: *Este procul vittae tenues, insigne pudoris.* Sed *vita* defendi potest. vt in illo II Trist. 352 *Vita verecunda est, Musa iocosa mihi.* et in lib. I Trist. VIII. 59 *Vita tamen tibi nota mea est. Scis artibus illis Auctoris mores abstinuisse sui.* de Nuce: *Nux ego iuncta viae cum sim sine crimine vitae.*

326 *Mira sed in scena*] *Sed et scena* meliores. et *loquar*, pro *loquor.* Et mox *in astra*, pro *ad astra.* opinor tamen a Nasonis manu esse *sed et scenae testificata.*

329 *Tiberina priores Atria dixerunt*] Nemo ex antiquis scriptoribus, quod sciam, atriorum Tiberinorum meminit. Vrsin. Laeti, Nauger. prim. Ambros. et sex alii *Hostia.* de Tiberinis ostiis

Digitized by Google

ostiis passim veteres. Martianus Capella libro VI *Vmbri mox, Latiumque atque Ostia Tiberina.*

331 *Religant in stipite funem*] *A stipite* Arond. Voss. Mazarin. Zulichem. et quinque alii. vt apud Virgilium VII. 106 *Graminea ripae religauit ab aggere funem.* Noster lib. XIIII Met. 445 *Solvitur herboso religatus ab aggere funis.*

335 *Ante coronarunt puppem*] *Puppim* multi ex melioribus. alter Ambr. *coronarum.* quinque alii *coronatam.* Scribe *Ante coronata puppe sine labe iuuencam Mactarunt.*

337 [redacted]] *Almon* seu veteres. vide notas libro II. 601. Sementi versu *ab amne* plerique meliores, non *in amne.*

347 *Templi non perstitit auctor*] *Tunc exstitit* prim. Ambros. Laeti. Zulich. Erfurt. et tres alii. quod probo. quanquam a Mss Liuio et C. Claudio censoribus primo structum, si Liuio credimus. falsum ergo non perstitisse auctorem templi. Duo *non exstitit.*

349 *Mora fit. sic caetera quaero*] *Si caetera quaeram* Vrsin. prim. Ambros. Mazar. Zulichem. Voss. et tres alii. bene. multi *si quaero.* Legebam olim *dic caetera quaeso.*

353 *Cur vicibus factis ineant conuiuia*] *Ineant conuiuia quaedam,* et *concelebrent* sequenti versu, veteres plerique. Sed et illud *Tum magis* habui aliquando mendosum. Nec dubitabam sub iis verbis nomen aliquod latere peculiare, quo istiusmodi conuiuia ludis Megalensibus instituta designarentur. Gellius autem nos docet lib. II. 24 et lib. XVIII. 2 *Mutitare* siue *mutuitare* (nam de lectione non satis constat) dixisse veteres, pro conuiuia inire Megalensibus. atque huc alludere Ouidium ex sequenti versu colligebam. *mutuitare* autem veram esse lectionem apud Gellium opinor, quam et codex scriptus optimae notae confirmat. vt *mutuitare* sit dictum pro *mutuare.* vnde *mutuitor* pro *mutuo* apud Varronem teste Nonio. Quare et *mutuita* haec conuiuia arbitrabar fuisse dicta. ac proinde in Nostro scribendum (nam libri meliores *Tum magis*) *Cur vicibus factis ineunt conuiuia, quaeso, Mutuita, inditas concelebrantque dapes?* Pro *vicibus factis* etiam *pactis* legendum rebar. Caeterum patriciorum fuisse Megalensibus mutuitare, plebis Cerealibus, idem Gellius docet lib. XVIII. 2. quo respexit haud dubie Iuuenalis Sat. VI. 69, cum *a plebeiis longe Megalesia* dixit, quod patriciorum festum esset. quod interpretes non percepere.

362 *Cum tantum a Phrygia Gallica distet humus*] *Cum tanto* Vrsin. Petau. et alius. In Mazar. Voss. Arundel. duobus aliis *tò a* non apparet. alter Puteaneus *Gallia humus.* sic *Galliae mulieres* apud Sallustium pro *Gallicis*, teste Nonio. *Gallia terra* apud A. Gellium libro II. 22. lib. III *terra Graecia.* apud eundem frequenter *terra Italia. Vmbria terra* lib. III. 11. *terra Sicilia* lib. III. 7. *terra India* libro VIIII. 4. *terra Africa Hispaniaque* libro X. 27. *terra Boeotia* lib. XII. 5. *terra Asia* libro XVIIII. 9.

364 *Annis*

Digitized by Google

364 *Amnis it insana, nomine Gallus, aqua*: *Qui bibit inde, furis*] Callimachum hic secutus Naso, quod ex Plinio discimus libro XXXI. 2. Naturalis Historiae: *Idem in Syriae flumine iuxta Taurum montem auctor est M. Varro: et in Phrygiae Gallo flumine Callimachus. Sed ibi in potando necessarius modus, ne lymphatos agat,* Plane idem Stephanus Byzantinus de nomine Gallorum prodit: Καὶ τὸν μὲν Γάλλον λαβεῖν ἀπὸ τοῦ Τυρίαν ποταμοῦ, καὶ οἰκῆσαι κὰ τὸν ποταμὸν Γάλλον καλέσαι· ἀπὸ ἐκείνου γὰρ τὰς τεμνομένους τὰ αἰδοῖα Γάλλους καλεῖσι· B. Hieronymus Commentario in Oseam cap. V aliam causam profert huius nominis, sed ridiculam omnino et indignam tanto viro, quasi Romani sacerdotes Idaeae matris castratos et effeminatos appellent Gallos in contumeliam Gallorum Senonum, qui Romam olim expugnauere. Galli cognomentum Ptolemaeo Philopatori fuit inditum, eo quod stigmatis in formam foliorum hederae ad exemplum Gallorum Dionysiacis minoribus inurereretur, vt testis est auctor Etymologici.

369 *Lacte mero*] *Nouo* Moreti vnus et Iunian. vt Virg. Ecl. II. 22 *Lac mihi non aestate nouum, non frigore defit.* Deinde *vsi memorantur* meliores, non *narrantur.*

371 *Elixae miscetur caseus herbae*] Imo *elisae*, cum ptim. Ambros. Petau. Zulich. Mazar. aliisque multis. atque ita in Apophoretis Adrianus Behotius lib. I. 2. Pistillo herbas elisas ac contritas designat. de quibus videndus auctor Moreti, vbi inter alia: *Dextera pistillo primum fragrantia mollit Allia; tum pariter mixto tenet omnia succo.* Varro lib. I de R.R. cap. XXXXVII *Ea summa integanda binis tabellis dextra et sinistra deligatis, herbaeque elidendae, et dum tenerae sunt vellendae.* Reddendum id verbum quoque Horatio opinor lib. III Od. XXVI *Quid morā cessas? potes hac ab orno Pendulum zona bene te secuta Elidere collum.* vbi nunc *laedere collum* circumfertur. Naso Met. XIIII. 738 *Atque onus infelix elisa fauce pependit.* Lucanus libro II. 154 *Hic laqueo fauces elisaque guttura fregit.*

374 *Luna leuarit equos*] *Lauarit* sex scripti. quomodo Passeratius etiam ad Propertium p. 192. sed frustra. vt iam monui ad Claudianum II in Eutrop. 137. *Tollere* dixit lib. V. 160 de Aurora: *In matutinis lampada tollit equis.*

375 *Sacrata est colle*] *Valle* [illegible] ex melioribus, male. Vetus Kalendarium FORTVN. PVE[illegible]G. PR. IN COLL. Festus Rufus de Regionibus Vrbis: *Aedes Fortunae Publicae in colle.* Caeterum opinor legendum *colle Quirino.* vt Metam. XIIII. 836 — *lucum pete, colle Quirino Qui vires.* ita enim meliores libri. Horat. lib. II Epist. II — *cubat hic in colle Quirino.* sic et ibi scripserim libens. vetusta exemplaria apud eundem lib. I Od. II *populo Quirino.* apud Nostrum supra lib. II et III *collis Esquilius* et *Esquilius mons. Capreae palus, penetralia Collatina, Carmens porta,* et similia. apud Statium *Caelia tecta* Arbore Melioris, quanquam perperam *Caelica templa* nunc ibi legitur ambigua significatione: *Iamque et belligerum Iani nemus; atraque Caci*

Digitized by Google

Caci Rura, Quirinalesque fugæ suspensa per agros: Cælia tecta subit. ibi demum victa labore, Fessa metu, qui nunc placidi Melioris operta Stant sine fraude lares, fluidos collegit amictus Arctius, et niueæ posuit se margine ripæ.

377 *Ludis erit*] *Erat* Vrsin. prim. Ambros. multique alii. vnus *eat*. Mazar. et Zulich. ac octo aut nouem praeterea *Tertia lux, memini, ludis erat. at mihi quidam.* optime. quomodo et Gruterus in schedis suis coniecerat. Mox pro *contiguus* plerique veteres *continuus*.

381 *Meruisse Tribunus*] *Tribunal* Mazar. Zulichem. Voss. et tres alii. vt stipendium sit militare Tribunal. sed nil mutandum censeo.

385 *Subducimur imbre*] *Seducimur* Arondel. et septem alii cum Mazar. Zulich. et Erfurtano. hoc est, separamur. bene. quomodo Ep. XVIIII. 142 *Seducit terras haec breuis vnda duas.* Mox *Ensiger Orion* meliores, pro *Ensifer*. quomodo etiam lib. II Art. 55 —— *comesque Bootae Ensiger Orion aspiciendus erit.*

394 *Hinc Cereris ludi*] *Hic* Vrsin. et tres alii. Lege *Hi Cereris ludi*. Pro *indice causae* praestantiores omnes *indice caussa*. et bene. sic supra v. 328 *Index laetitiae fertur ad astra sonus.* et apud Lucretium lib. II. 1079 *Indice mente.* apud Liuium lib. VII. 37 *Clamor omnium assensus index.* et lib. XXIII. 46 *Clamor fauoris index.* lib. XXXVI. 24 *Clamor capti oppidi index.* Plinius lib. VIII. 16 *Leonum animi index cauda, sicut et equorum aures.* Pont. IIII Eleg. XIII *Vnde saluteris, color hic tibi protinus index.* Met. VIIII. 535 *Esse quidem laesi poterat tibi pectoris index Et color et macies.* Rutilius Itinerario: *Nec locus ille mihi cognoscitur indice fumo.* et mox: *Index semiruti porta vetusta soli.* Auienus Phaenom. —— *vero sollers mox indice discas.* sic et *Index cura deum* Statio Epicedio in Patrem.

395 *Panis erant primis*] *Messis erat* Zulich. et Mazar. a manu prima. Patauinus quoque vnus melioris notae et Francof. *Messis eram.* probe. messem pro pane ponit. Superiori versu *patent*, pro *patet*, vnus Mediceus. et id placet.

397 *Viuax e cespite gramen*] *Viuaci cespite* Vrsin. Nauger. et alii nonnulli. *viuo de cespite* Monienſis.

399 *Postmodo glans nat*[illegible]] *Orta est* quatuor libri.

401 *Prima Ceres homine ad meliora alimenta vocato*] Versus paulo durior. *homini* Mazar. Zulich. Voss. prim. Ambr. et tres alii. *ad alimenta* abest a tribus. Forte *Prima Ceres hominum victus ad meliora vocato.*

405 *Chalybis iam massa placebat*] *Chalybe iam* Petau. *chalybeia* Nauger. bene. Sed nondum sanatus est locus. Vrsin. Mazar. Zulich. vnus Vatican. et vnus Patau. *chalybeia massa latebat.* optime. quo et alludunt prim. Ambros. et Laeti, in quibus *chalybaeaque massa latebat. latebat* etiam in Erfurtano aliisque nonnullis.

406 *Ha*

Digitized by Google

406 *Heu heu perpetuo*] Alii *Heu*, vel *Ebeu*. At Laeti codex, prim. Bonon. et tres alii *Heu quam perpetuo*. vt in Amoribus: *Heu quam, quod studeas ponere, ferre graue est!* Trist. III El. IIII *Heu quam vicina est vltima terra mihi!*

407 *Et vos orate coloni Perpetuam pacem pacificumque ducem*] *Optate* meliores. bene. Deinde *ac vos* Arondel. Vossii et tres alii. etiam rectius. Mazar. Zulich. et multi alii *perpetuumque ducem*. quod et in suis inuenerat Naugerius. lib. I. 289 *Iane, face, aeternos pacem pacisque sequestrem, Neue suum praesta deserat auctor opus*. et eodem libro 721 *Vtque domus, quae praestat eam, cum Pace perennet, Ad pia propensos vota rogate deos*. et de Vesta lib. III. 427 *Quos sancta fouet ille manu bene viuitis ignes. Viuite inextincti flammaque duxque precor*.

414 *Ignauam sacrificate fuem*] *Ignauum* prim. Med. pr. Farnes. Gottorph. et multi alii.

418 *Plura recognoscet*] Malim *recognoscis*. Mox pro *ea posset* Zulich. et alter Ambros. *ibi*.

422 *Enna*] *Henna* meliores tam hic quam infra. de quo ad Claudianum Raptu Proserpinae I. 121 et III. 72.

429 *Tot fuerant illic*] Vrsini liber *florent*. quod placeret, nisi *flore* sequeretur. Scribo *Tot vernant illic*. et sequenti versu *flore renidet humus*, alius *nitebat*. nam vnus Patauinus melioris notae *ridebat*. alius *virebat*. Exaratum fuerat *flore nidet*, aut *nitet*, pro *renidet*. et *verant*, pro *vernant*, superiori versu. hinc natus error. *Vernae rosae* Fast. IIII. *vernantia lilia* Columella: *Cum Cereris proles vestris intenta choreis Aequoris Hennaei vernantia lilia carpsit*. sic Met. XV. 204 — *florumque coloribus almus Ridet ager*. ita enim vetusti codices. vbi plura. apposite Prudentius περὶ Στεφάν. Hymno S. S. Petri et Pauli Apostolorum: *Sic prata vernis floribus renident*. Apuleius Met. IIII *Inter varias herbulas et laetissima virecta fulgentium rosarum minius color renidebat*. ita scribendum. et est id verbi saepe in illo a librariis perperam mutatum. libro XI *Arbores germine foliorum renidentes*. quod male mutauit Elmenhorstius.

432 *Plenos flore referte sinus*] *Vestros referte* multi ex scriptis. *vestros replete* alii nonnulli. bene.

433 *Animos oblectat inanis*] Alii *delectat*, ex melioribus. Sed vere Petau. et Vrsin. *prolectat*. quo spectant etiam primus Med. et Politiani Excerpta cum quatuor aliis, qui *proiectat* agnoscunt. Plautus Bacchidibus Act. III Sc. VI *Etiamne vltro tuis me prolectas probris*. Prudentius Amartig. *Aſt aliae, quas nullus amor prolectat edendi*. Ausonius Epist. XIIII. *Editionis alienae prolectat audaciam*. Cyprianus sub finem Ep. I *Prolectet aures religiosa mulcedo*. Apuleius Met. libro V *Mox prolectante studio pulcherrimae visionis miratur singula*. et mox: *Et illae sedatae lachrymae postliminio redeunt prolectante gaudio*. et VIIII *Canorae etiam auiculae prolectante verno vapore concentus suaues adsonant*. et in Apologia: *Quod institui pergam disputare, nullam*

mihi

Digitized by Google

mihi causam fuisse Pudentillam ad nuptias prolectandi. Marcianus Capella libro VIII *Tunc etiam nuptialis gratiae nomine prolectatus, inundantis temeti se infusione proluerat.* Vsus etiam est eo verbo Cicero, vt et Ammianus Marcellinus. sic et *electare* Plautus dixit. et *allectare* Cicero Catone cap. XVI. *inlectare* Val. Flaccus libro IIII. 388 *Haud procul inlectans Argum, languentia cantu Lumina cunctа notat.* sic scribo. *infectans* perperam vulgo. de Mercurio Argum cantibus demulcente est sermo. hinc et *illex cantus. prolicere* restituimus apud Nostrum libro II Attis 718. vbi adeantur notae.

434 *Et non sentitur*] Lamprid. Alex. Seuer. *Laborem in victoria nemo sensit.* forte *sentitur.*

435 *Calathos e vimine naxos*] *Textos* Voss. prim. Ambros. Zulich. Mazar. Laeti, prim. Farnes. et multi alii. quod sequor. Claudianus lib. II Rapt. 138 — *nunc vimine texto Ridentes calathos spoliis agrestibus implet.* Martial. lib. VIIII Ep. LXXIIII *Clausa mihi texto cum prandia vimine mittas.* Nemesianus Eclog. II de Luscinia: *Quae licet interdum contexto vimine clausa.* Virgil. IIII Georg. 34 *Seu lento fuerint aluearia vimine texta.* Statius Theb. I. 583 *Gramineos dedit herba toros et vimina querno Texta domus.* sic passim veteres. Noster lib. VI. 26 *Et paries lento vimine textus erat.* et II Met. 555 — *texta de vimine cista.* Virgil. Eclog. II *Viminibus mollique paras detexere iunco.* et lib. I Georg. 266 *Nunc facilis rubea texatur fiscina virga.* et XI Aen. 65 *Arbuteis texunt virgis et vimine querno.* Senec. Epist. XC *Quid ergo? non quamlibet virgeam cratem texuerunt manus.* Tibull. II. 3. 15 *Dum fiscella leui detexta est vimine iunci.* Hieron. ad Rusticanum Monachum: *Vel Fiscellam texe iunco, vel canistrum textis plectе viminibus.* Caes. VI de Bel. Gal. *Contexta viminibus membra. Plectere* tamen *vimine* dixit Sallust. apud Non. in *Patma.*

440 *Pars thyma, pars rorem, pars meliloton amant*] *Pars casiam* bene optimus Vrsini liber et Naugerianus. tres alii *parsque rosas.* multi *pars rores.* Strozzae codex *pars crorem.* alius *pars violas.* coniunxit in Georgicis thymum et casiam quoque Virgilius; — *ipse thymum casiamque ministrat.* in Bucolicis idem: *Tum casia atque aliis intexens suauibus herbis.* in Cirī: *Narcissum casiamque herbas incendit olentes.* quibus locis herba *casia* designatur, quam multi cum *casia* Arabiae frutice confundunt. cum errorem et Seruius ad Maronem non semel errauit.

441 *Sunt et sine nomine flores*] *Et sunt* scripti potiores. Puto scribendum: *Plurima lecta rosa est, lecti sine nomine flores.* vt *lecti* exciderat negligentia librariorum, quia *lecta* praecesserat.

448 *Absciderat que sinus*] *Exscideratque* multi veterum. Virgil. lib. V. 685 *Tum pius Aeneas humeris exscindere vestes, Auxilioque vocare deos.* ita vetustissimus Mediceus. *discindere* dixit Silius Italicus libro XVI *Auratam medio discindit pectore vestem.* et sic Terentius in Adelphis; *Vestem discidit? resarcietur.* Apuleius lib. II Met. *Calcibus insultare, capillos distrahere, vestes discindere.*

Digitized by Google

dere. Maro Aeneid. XII *Purpureos moritura manu discindit amictus.*

449 *Namque diurnum*] Lege *iamque*, cum vno meo.

451 *Cumulatae flore miniſtrae*] *Cumulatis caniſtris* primae editiones, codex Naugerii et ex noſtris quatuor. bene. Corippus IIII. 148 *Qualia foecundi conuectant munera campi Agricolae, cum prata virent, pleniſque caniſtris Lilia cana ferunt.* Columella libro X ad Nymphas, vbi agit de floribus: *Hac facili greſſu teneras advertite plantas, Telluriſque comas ſacris aptate caniſtris.* vbi male *optate* circumfertur. Noſter lib. II *Stat puer et manibus lata caniſtra tenet.* Vtitur eadem voce Met. II et VIII. etiam Virgilius, Statius, alii. *calathos* vocauit ſupra. et lib. VI, vbi Flora: *Inque leues calathos munera noſtra ferunt.* Apud Claudianum quoque in Epithalamio Palladii — *tum vere rubentes Deſuper inuergunt calathos; largoſque roſarum Imbres, et violas plenis ſparſere pharetris. Plenis caniſtris* parum abeſt quin cenſeam ſcribendum.

452 *Ad tua dona veni*] Venuſte prim. Ambroſ. *ad tua vota.* hoc eſt, ad tua gaudia. Sequenti verſu lege cum melioribus *Vt clamata ſilet*, vulgo perperam *Et.*

454 *Et feriunt nuda*] *Moeſtae* Vrſin. Nauger. et vnus Patau. lege *moeſtae manus.* repetit hunc verſum Triſt. lib. I Eleg. III. vide Notas lib. II. 100. ſupra 342 *Et feriunt molles taurea terga manus.*

456 *Filia, clamat, vbi es*] *Dixit* praeſtantiores.

457 *Vt quas audire ſolemus*] *Quales audire* iidem. et *paſſis comis*, pro *fuſis*, ſequenti verſu. de quo ad lib. I. 646.

460 *Et quaerit foetus*] *Queritur* vnus Vatican. vt Rem. Am. *Et queritur vitulum mater abeſſe ſuum.*

465 *Erroris ſumma fuiſſet*] *Errori* elegantius Zulich. Nauger. *errorum.*

467 *Aniſenaque flumina curſu*] *Amenenaque* Petau. *Amenaque* Zulich. Mazar. et multi alii. quidam *Antenaque*, vel *Amaſenaque.* et ſimilia. Sed *Amenanaque* tam hic quam lib. XV Met. 279 ſcribendum eſſe ex Strabone primus monuit Fuluius Vrſinus, et poſt illum, in Sicilia. Phil. Cluuerius. Vrſino eam emendationem Ciofanus ſublegit. Neque aliter Muretus in codice ſuo caſtigarat, adſcripto inſuper Strabonis loco. prim. Ambroſ. *Armenaque.* Malim etiam *curſim*, quia *curſu* paulo ante praeceſſit.

471 *Liquerat Ortygiam*] *Ortygien* meliores. ſic et in Metamorphoſi.

475 *Agrigentaque*] Veteres *Acracantaque*, aut *Agragantaque.* Lege *Acragantaque.* ὁ Ἀκράγας Graecis. Latinis *Agrigentum.* Gratius *Cantatus Graiis Agragas.* Virgilius lib. III. 703, vbi Siciliam deſcribit: *Arduus inde Acragas oſtentat maxima longe Moenia.* vbi Mediceus veterrimus *Agragans.* et ſic plerique omnes, niſi quod in vno vetuſtiſſimo Vaticano *Acragas. Acragantinus Empedocles* apud Lucretium lib. I. 717. Ἀκραγαντῖνος. nam *Agragantinus* tres vetuſtiſſimi codices, quos inſpexi, non

Digitized by Google

Agrigentinus. in Chronico etiam Eusebiano Hieronymi vetustissima exemplaria: *Phalaris apud Agragantinos tyrannidem exercet.* et sic apud Plinium lib. XXXV. 15, etiam apud Silium, scribunt antiqua exemplaria. in antiquis numis AKRAΓANTOΣ, quales plurimos Philippus Pharuta exhibuit. tres tamen sunt sub titulo *di Drago fiume*, in quibus manifeste exaratum occurrit AΓPAΓAΣ. vnus AKPAΓAΣ. Pro *Tauromenoque* vnus Patauinus *Tauromenenque.* recte. atque ita apud veterem poëtam Graecum nescio quem legisse me sum certus. locus tamen nunc non succurrit. Ταυρομένια Straboni est. aliis Ταυρομένιον. apud Latinos nonnunquam effertur *Taurominium.* Sic apud Iuuenalem Sat. V. 94 in scriptis, quotquot vidi, omnibus: *Tauromenitanae rupes.* *Melan* etiam pro *Melam* meliores paulo post, quomodo et *Camerinan* mox dicet. *Sacrorum* etiam *boum*, non *sacrarum*, aliquot scripti. *Camerina* autem Latinis, quae Graecis Καμάριvα. *Camerina* enim in optimis Virgilii, Nasonis, Chronici Eusebiani exemplaribus constanter.

478 *Quaque iacet Zephyro*] *Patet* meliores. et recte. Rutilius Itinerario: *Inque omnes ventos littora nuda patent.* Rufus Festus Ora Maritima 198 *Poetanion autem est insula, ad Zephyrum iacet Patulusque portus.* vbi male legitur *ad se fumum latet.*

480 *Terrae cornua prima suae*] Ingeniosissimo Iano Vlitio videbatur legendum *cornua trina.* vt ad etymon Trinacriae alludat. nec dissentio. vid. notas ad Met. XIII. 724.

491 *Typhoëos Aetna*] *Aetne* meliores. sic saepe alibi.

496 *Non homini facilis*] *Non homini regio* Vrsin. Voss. prim. Ambros. Laeti, Mazar. Zulich. Nauger. et multi alii. Apuleius Met. IIII *Ac dum trepidi regionis vrgemur graui tumultu, et instantis periculi metu terremur ad fugam.* Vulgata scriptura quomodo defendi possit vide Vossium de Constructione cap. V. Et sequenti versu meliores magna ex parte *Quo simul aduenit*, pro *simul ac venit.* tamen lib. II. 603 *Quae simul ac tetigit Iuturnae stagna sororis.*

498 *Iunxit*] Meliores *Iungit.*

499 *Effugit ad Syrtes*] *Et Syrtes* iidem. Lege etiam *Charybdi*, ex vno Mediceo, pro *Charybdis.*

500 *Nisei canes*] Male alii *Scyllaei*, et *Phorcei* vnus Ambros. de quo ad Sabini Epist. I est dictum. Pro *naufraga monstra* quidam *turba*, ex melioribus.

501 *Bimaremque Corinthum*] *Corinthon* alii.

507 *Qui nunc Cerealis Eleusis Dicitur, hic Celei rura fuere senis*] *Eleusin* meliores. de quo ad Epist. IIII. 67. Deinde *quo nunc* Vrsin. vnus Patau. et tres alii. et sequenti versu *hoc* Vrsin. et vnus Patau. *haec fuisse.* alius *hoc fuisse. hic fuisse* Helmaest. Lege *quo nunc Cerealis Eleusin, Dicitur hoc Celei rura fuisse senis.* nempe loco. *Dicitur* pro dicuntur. sic A. Gell. XVII. 16 *Anates Ponticos dicitur edundis vulgo venenis vicitare.* Plin. lib. II. 5 *Ita fertur a Medea pellicem crematam.* Commodianus in Instructionibus de Ioue: *Dicitur et fulmen Cyclopas illi fecisse.* Fragmentum vetus de nominibus, quod Val. Maximo attexitur: *Fertur*

Digitized by Google

Fertur enim Caiam Caeciliam Tarquinii Prisci vxorem optimam lanificam fuisse. Hyginus de Limitibus agrorum: *Has terras fertur inhabitare Indos atque alias gentes.* nec quicquam causae erat, cur Rigaltius ex suis codicibus *ferunt* pro *fertur* reponeret.

511 *Redigebat monte capellas*] *Rupe* Vrsin. et vnus Patau. bene. sic Remed. Amor. 179 *Ecce petunt rupes praeruptaque saxa capellae.* Pont. lib. I Eleg. VIIII *Ipse ego pendentes (liceat modo) rupe capellas, Ipse velim baculo pascere nixus oues.* Virgil. Ecl. I *Ite meae, felix quondam pecus, ite capellae. Non ego vos posthac viridi proiectus in antro Dumosa pendere procul de rupe videbo.* Martial. lib. XIII. 100 *Pendentem summa capream de rupe videbis, Casuram speres. despicit illa canes.* Auienus Fab. XXVI *Viderat excelsa pascentem rupe capellam, Cominus csuriens cum leo ferret iter.*

514 *In solis locis*] *Iugis* Voss. et nouem aut decem alii.

515 *Perstitit et senior*] *Restitit* Zulichem. Mazar. prim. Ambros. Arondel. et alii nonnulli. etiam rectius. sic et infr. VI. 606.

522 *Lucida gutta*] *Lurida* prim. Ambr. *liquida* Medic. alius *liuida.*

523 *Flent pariter molles animis*] *Molles animi* rectius Zulich. prim. Ambros. Laeti et tres alii. sic *Felices animi* Fast. I. 297. *indociles animi* lib. II.

524 *Iusti senis*] *Lassi* Zulich. prim. Ambr. et duo alii. sed *iustus senex* VIII Met. 704 et Epist. I. 29.

525 *Sic tibi, quam raptam quaeris*] *Quereris* Zulich. Mazar. et multi alii. etiam probe.

527 *Cui dea sic inquit*] *Duc, inquit* Vrsin. Nauger. Voss. Arond. Mazar. Zulich. et quatuor alii. sic Trist. III Eleg. I *Duc, age, namque sequar.* Seneca Troad. 993 *Duc, duc, Vlysse. nil moror. dominum sequor.* Statius Achilleid. I. 144 — *Duc, optima, quaeso, Duc, genitrix, humilique deos infringe precatu.* Quinct. VIIII. 11 ex Controuersia quadam Senecae citat: *Duc, sequor, accipe hanc senilem manum.*

536 *Tempus habent coenae fidera visa sibi*] Non ero nunc multus in annotandis diuersis codicum scripturis. Optime Zulich. Mazar. Vossian. Laeti et sex alii *Tempus habent mystae fidera visa cibi.* multi alii *mistae sibi.* proxime verum. Genuinam lectionem ex vestigiis veterum librorum iam est odoratus doctissimus Gronouius Obseruat. lib. IIII. 15. Mystae proprie sacerdotes Cereris, aut Epoptae. Ipsa sacra μυστήρια per excellentiam dicta, aut ἐποπτικά. Noster Epistola Phyllidis: *Taediferae mystica sacra deae.* Statius Silu. IIII ad Iulium Menecratem: *Tuque Actaea Ceres, cursu cui semper anhelo Votiuam taciti quassamus lampada mystae. Attici mystae* apud Senecam in Tragoediis.

539 *Mater Menalina*] *Menalia* Petau. et prim. Ambr. *Meloniae* Helmaest. *Materna* Mazar. *Melanira* Vrsin. et duo alii. Zulich. et vnus Vatic. *Metanie.* Scribe *Metanira.* *Μετανείρα* est Nicandro in Theriacis eiusque Scholiastae, Nonno Dionys. lib. XXVII

Digitized by Google

et XXXXVII, cui ἀρχαίᾳ dicitur κατ' ἐξοχήν, vt et Nicandro. Μεταναίραν vocat etiam Apollodorus libro primo bis, Aristides in Eleusinia Oratione, Athenagoras Legatione pro Christianis et Ioannes Tzetzes in Hesiodum. Μεγανείρα Pausaniae in Atticis et Scholiastae Nicandri Alexipharmacis mendose dicitur. Male etiam *Meganira* Diomedi Grammatico, nisi volumus veteres in hoc nomine proferendo sibi haudquaquam constitisse. apud auctorem Argumentorum in Fabulas Nasonianae Met. lib. V *Torrida ad casam cuiusdam anus nomine Misme, aut vt alii volunt, Megnira, deuenit.* Lege *Metanirae.* Hephaestionis Scholiastes, de Cerere: Καὶ πλανωμένην παρεξωνήθη τινὶ ἐνίῳ Κελεῷ, καὶ τῇ αὐτοῦ γαμετῇ νύμῃ. scribe καὶ τῇ αὐτοῦ γαμετῇ Μεταναίρᾳ. Huius nominis scortum etiam nobile fuit Athenis, cuius meminit Athenaeus lib. III et lib. XIII non semel, a Lysia atque Isocrate amatum, nisi vt diuersae fuerint illae, sic et cognomines. Hyginus in Mythologia *Corboneam* facit Triptolemi matrem, Eleusini regis vxorem. et Lactant. ad Stat. II. 382.

543 *Domus laeta est, hoc est*] *Haec est* prima editio cum decem scriptis. forte *tota domus laeta est. domus est mater quae etc.*

546 *Et in ceris aurea mella fauis*] *Teneris fauis* Vrsin. Zulichem. et duo alii. Forte *cereis fauis.* de quo libro, Metam. VII. 223. vbi similiter *Creteis regionibus.* pro quo codices plerique *Cretis.*

561 *Inque dracones Transit*] Forte *inde dracones Scandit.* sic contra Art. Am. lib. III. 809 — *cygnis descendere tempus, Portarunt collo qui iuga nostra suo.* Mox *aligero axe* meliores.

564 *In dextrum quae iacet ora latus*] *Qua iacet ora* quidam. nonnulli *qua iacet Ossa.*

566 *Ioniumque capax*] *Rapax* meliores omnes. sic *Rhoetaeumque rapax* supra 279. vbi similis diuersitas lectionum. apud Senecam Thyeste 477 *Rapax aestus Siculi maris.* sic et Elegia in obitum Drusi: *Danubiusque rapax.* vt quidem illic scribendum. similiter *rapidum mare, rapidi fluuii.*

593 *Victore Gyge*] Ita libri. Scaliger *Gye.* vide Notas Amor. lib. II Eleg. I. 12.

599 *Posita est mihi regia caelo*] *Cessit mihi regia caeli* Gottorph. ita inf. v. 373. et V Met. 368. Posset et legi *posita est mihi regia, caelum.*

611 *Caelum est habitabile*] *Est* deest in tribus. et duo habent *habitabere.* Forte *nec caelum nobis habitabere.*

612 *Tartarea valle*] *Taenaria* Mazar. Zulich. Vrsin. Petau. Vossian. et multi alii. bene. *Taenara* pro Tartaro passim apud poëtas. Prudentius Apotheosi: — *vbi Taenara triflia vasto In praeceps deiecta chao.*

615 *Tum demum vultumque*] *Vultusque* Mazar. Zulich. Voss. et Arond. Mox pro *Largaque* iidem, prim. Ambros. et sex alii *Longaque.*

627 *Sit licet et fuerit*] *Scilicet* Vrsin. Petauianus et sex alii. *Sit licet vt fuerit* Mazar. Zulich. prim. Ambros. Voss. Arondel. et

Digitized by Google

et quinque praeterea. Lego *Scilicet vt fuerit.* quamuis fuerit. Pro *tamen haec* meliores *hac.*

628 *Contudit arma*] *Perculit* Voſſ. Ambroſ. Mazar. Zulich. Vrſin. Petau. aliique multi, niſi quod *pertulit* in nonnullis. prim. Ambroſ. *pertudit.* optime. plus eſt enim *pertundere* quam *contundere,* quomodo ſupra de diuo Iulio v. 480 *Perfida magnanimi contudit arma Iubae.* lib. VI. 361 *Iamque ſuburbanos Etruſcaque contudit arma. pertundere* eſt penitus contundere. apud Florum *percaedere* de Spartaco: *In Appennino Lentuli caſtra percecidit.* Sic *perprimere* Art. Amat. I. 394. ex antiquis codicibus. *perdomare, peruincere* paſſim apud antiquos. Sed et *perculit* bene ſe habet. vt ad τὸ *grandine* alludat hoc verbo. quare et vulgata lectio ferri poteſt. ſic *grando contudiſſe vites* dicitur Horatio lib. I Epiſt. VIII. vide Nonium in *Percello.*

633 *Grauidae quoque ſemine terrae*] *Grauidae nunc* prim. Ambroſ. Voſſ. Arondel. Mazar. Zulich. concinnius. et paullo ante *ferundo,* pro *ferendo,* Zulichemianus. ἀρχαϊκῶς.

652 *Hic geminas Rex Numa mactat oues*] *Hinc mactat* plerique veteres. ſed fruſtra. *hic,* in hac ſilua. Superiori verſu pro *Ille* Vrſin. Mazar. Voſſ. quatuor alii *Illa.* Puto *Inde dabat.*

656 *Tempora fronde tegit*] *Premit* Voſſ. Mazar. et ſex alii. placet.

659 *Veſper vbi eſt, tectum*] *Veſte rudi tectus* Mazar. Zulich. Vrſin. prim. Ambroſ. Laeti multique alii, quidam *Veſper vbi eſt tectus.* Lege *Veſte rudi tectum.* corpus videlicet. *veſtem rudem* videtur appellare ex lana rudi contextam. Epiſtola Penelopes: *Forſitan et narres quam ſit tibi ruſtica coniunx, Quae tantum lanas non ſinit eſſe rudes. Lanam ſolocem* innuit, quam *craſſam* Feſtus Pompeius interpretatur. hinc apud Symmachum libro I Epiſt. I *Habes laboratam ſoloci filo cantilenam.* Iunius Philargyrus ad tertium Georgicon: *Quia laeta paſcua ſolocem lanam faciunt, hoc eſt minutam, duram atque birſutam.*

664 *A dextro talia verba toro*] *Talia dicta* Mazar. Zulich. Voſſ. Arond. ſex alii. vt lib. I *Talia non tacito dicta dolore dedit.*

666 *Dat ſacris animas vna necata duas*] *Det vna iuuenca* plurimi ex ſcripti. nonnulli *Det vna necata.* vel *Detque.* vnus Mediceus ex melioribus *Detque ſatis.* hoc eſt frugibus. non male. nam ſupra dixerat: *Saepe Ceres primis dominum fallebat in herbis.* vetuſtiores libros ſecuti ſumus.

667 *Numa viſa reſoluit*] Zulich. Erfurt. et decem alii *reuoluit.* recte. quomodo etiam Neapolis. Sequenti verſu legendum *caecaque iuſſa* cum libro Vrſin. Maz. Voſſ. prim. Ambroſ. Laeti aliiſque multis, non *viſa,* quod praeceſſerat.

669 *Expedit errantem*] Malim *haerentem.* vt monui ſupra v. 261. Vid. tamen lib. V. 362.

671 *Foecundior annus Prouenit*] *Felicior* Zulich. et quatuor Vaticani. *felix* enim pro foecundo paſſim ſumitur apud veteres.

Digitized by Google

674 *Iussit, et admissos*] *Aethereos* Arond. et multi alii. hoc est, solares.

677 *Sed iam praeteritas vbi quartus Lucifer Idus*] *Quartus vbi* plerique veteres. sed sequor quod primae editiones, Mazar. Petau. aliique nonnulli agnoscunt, *quartas tibi.* vt apud Virgil. *Tibi deserit Hesperus Oeten.* Pro *Hyades Dorida nocte tenent,* malim *petunt,* cum Voss. Arondel. Mazar. Zulich. et sex aliis.

681 *Iunctis ardentia taedis*] *Victis* Petau. Lege *vinctis,* cum Vrsini libro. *ferat vulpes* Strozzae codex.

683 *Frigida Carseolis nec olinis apta ferendis Terra*] *Carseoli* malim, si per libros veteres liceat. vt per appositionem haec dicantur *Frigida Carseoli terra.* nam Zulichemianus *pars esli.*

686 *Sed assiduis humida semper aquis*] *Obuia* veteres magna ex parte. Scribe *vuida.* atque ita Oxonienſis pro diuersa lectione. vide Notas lib. III Amor. Eleg. V. 6.

687 *Solitas intrauimus aedes*] *Fidas* Zulich. Voss. Arondel. et octo aut nouem alii. lib. VI. 529 *Hospita Carmentis fidos intrasse penates Diceris.*

690 *Vnde meum praesens*] Malo *mihi.*

694 *Seu curuae falcis*] Alter Maz. *siue citruae. siue cauae* prim. Ambros. Laeti, pr. Farnes. et sex alii, quomodo a manu prima Mazar. et Zulich.

695 *Haec modo verrebat stantem tibicine villam*] Ita Vrsin. Mazar. Zulich. Nauger. Voss. et tres alii. bene. quatuor *stanti tibicine villam.* quidam *telam.* male. nam de *tela* mox aget. nonnulli *raro tibicine pratum.* Zulich. pro diuersa lectione *stanti tibicine cellam.* alii aliter. nos veram lectionem expressimus.

700 *Aduersusque*] *Aduersumque* Sarrau. Gottorph. et duo alii. ἀσχαλῶς.

703 *Vulpem conualle salicti*] Quidam ex melioribus *de valle.* Vrsini codex et vnus Patau. *sub valle.*

709 *Monumenta manent*] *Patent* vnus Moreti. non male, vide Notas lib. II. 265. Mox pro *dicere certam* lege cum Vrsin. Voss. Nauger. et tribus aliis *viuere captam. dicere curtam* Mazar. *dicere cautam* Zulich. *dicere caecam* vnus. *cernere cassam* vnus Vatic. *ducere certam* Bonon. Forte *ducere captam.*

711 *Vsque luat poenas genus hoc*] *Gens haec* Vrsin. Arondel. Petau. Mazar. ac multi alii. sic de cane Met. III *Spartana gente Melampus. gens* et *natio* idem quod genus. vide Locos Controversos Roberti Titii lib. VIII. 18.

715 *Qui perdidit Hellen*] *Prodidit* optime Petau. Mazar. Vrsin. Arondel. Excerpta Politiani ac septem alii. Germanicus Caesar: *Nobilis hic Aries aurato vellere, quondam Qui tulit in Colchos Phryxum, qui prodidit Hellen.* hinc idem *proditor Helles* dictus Martial. lib. VIIII Ep. LXXI *Quid meruit terror Nemees, quid proditor Helles.* Lucan. IIII. 56 *Sed postquam vernus caldum Titana recepit, Sidera respiciens delapsae proditor Helles.* quibus locis libri etiam nonnulli veterrimi *portitor.* quomodo

et

Digitized by Google

et apud Columellam in Horto: *Mox vbi Nubigenae Phryxi nec portitor Helles. Signorum et pecorum princeps caput efferet vndis.* ita scribitur locus ille tam in vulgatis libris quam in veterrimo codice S. Germani, cui medicinam nunc non adhibeo. In Catalectis Scaligeri p. 162 *Proditor est Helles et proditor Europaeus.* vbi etiam *portitor* nonnulli codices. sic equi, aut aurigae vectorem *prodere* dicebantur. Virgil. X. 592 *Leucage nulla tuos currus fuga, segnis equorum Prodidit.* Claudian. laude Serenae 265 *Prodidit Oenomai deceptum Myrtilus axem.* Apud Hyginum lemma cap. CCL. *Quae quadrigae rectores suos prodiderunt.* Silius lib. XVII. 137 *Corruit asper equus, confixaque cuspide membra Huc illuc iactans rectorem prodidit hosti.* Seneca Oedipo 143 *Segnior cursu solipes in ipso Concidit gyro, dominumque prono Prodidit armo.* de *prodendi* verbo nos nonnulla ad lib. XII Met. 596. et ad Silium lib. XVII. 629. et Gronouius complura lib. III Obseru. cap. XX. Lege praeterea hoc loco *E duce lanigeri pecoris sol abit.* lib. VI. 727 *Sol abit e Geminis, et Cancri signa rubescunt.*

721 *Oriturque Aurora*] Mallem *Orerisque Aurora*, si per vetustos codices liceret. nam vulgatum et duriusculum est, nec numeros Nasonianos exacte refert.

Palilia poscor] *Parilia* Petau. et Mazar. sic et lib. VI. 257. Vrsini codex. et lib. XIIII Met. 774 plerique veteres. *Palilia*, non *Parilia*, dicendum esse contendit Carisius libro primo Institutionum Grammaticarum, a Pale dea. quanquam monet nonnullos *Parilia a partu Iliae* deriuare. vti a Solino factum videmus Polyhistoris siue Collectaneorum capite primo. Scholiastes etiam Persii ad Satyram primam monet *in honorem Iliae* a nonnullis credi hoc sacrum esse institutum. Idem ex Philippicis Ciceronis profert locum, quem nunc illic non inuenio: *Palilia, quae nunc Parilia mutatis literis dicimus.* Par scripturae discrepantia in Persio Satyra prima: *Fumosa Parilia faeno.* sic Pithoeus edidit, cum in tribus vetustis exemplaribus ego *Palilia* repererim. Par discrepantia etiam in priscis Cltronici Eusebiani codicibus. Marcus Victorinus in Orthographia *Parilia* dicendum esse contendit, quod sub id tempus fata arboresque pariant. In veteri etiam Calendario rustico PAR. quod *Parilia* recte interpretantur. Stant et Graecorum plerique pro ea lectione, quos inter Dionysius Halicarnasseus libro I. Dio libro XXXXV, Athenaeus libro VIII. In postremis etiam Ciceronis editionibus passim *Parilia* video praeferri. Solus ex Graecis Plutarchus in vita Romuli *Palilia* agnoscit. Meminerunt eius festi Varro de L. L. Propertius, Censorinus, Solinus, Liuius, Paterculus.

724 *Profequor officio si tua facta meo*] *Tua festa pio.* meliores.

726 *Februa tosta*] Sic initio lib. II, vbi agit de februis, habes *Torrida farra.* hic tamen libri veteres multi, quos inter prim. Ambros. Laeti, Maz. Zulich. *februa casta.* sic alibi *Casta placent superis.* et supra hoc libro: *Parua bonae Cereri, sint modo*

Digitized by Google

modo casta, placent. hinc et *mola casta* in sacris, de qua Seruius v. 82 Eclog. VIII. vide quae noto Pont. II Eleg. I, 33. Vrsini liber et vnus Patau. *fercula tosta.* Superiori versu alii *stipulaeque fabales.* alii *stipulamque fabalem.* Forte *stipulaque fabali.* nam Patau. *stipulamque fabalis.* Sequenti versu rectius veteres *transilui*, quam *transilii.* ita enim optimos auctores locutos notant Grammatici.

727 *Certe ego transilui positas ter in ordine flammas*] Flammas de stipula aut foeno. hinc *fumosa Palilia foeno* Persio dicta. vbi Scholiastes antiquus: *Palilia dicit diem sacrum in honorem Palis deae pastoritiae cognominatum, quo die positis in foco manipulis foeni ludibundi rustici saliebant: qui expiari se hoc sacrificio credebant. Cicero in Philippicis: Palilia, quae nunc Parilia mutatis literis dicimus, vel quod eo die condita Roma est, accensis manipulis, accenso foeno colitur. Varro sic ait: Palilia tam publica quam priuata sunt. et est genus hilaritatis et lusus apud rusticos, vt congestis cum foeno stipulis ignem magnum transiliant, his Palilibus se expiari credentes.* Tibullus libro II Eleg. V de Parilibus: *Ille leuis stipulae solennes potus aceruos Accendet, flammas transilietque sacras.* Propertius libro IIII El. prima: *Annuaque accenso celebrare Palilia foeno.* Idem Elegia quarta eiusdem libri: *Vrbi festus erat. dixere Palilia patres. Hic primus coepit moenibus esse dies. Annua pastorum conuiuia: lusus in vrbe; Cum pagana madent fercula deliciis: Cumque super varios foeni flammantis aceruos Traiicit immundas ebria turba dapes.* vbi versu tertio scribendum *Hinc primus coepit moenibus isse dies.* versu sexto *Traiicit immundos pedes.* vti mox videbimus. Plura de hoc ritu erudite vt omnia collegit magnus Casaubonus ad Persium.

728 *Vdaque rorales laurea misit aquas*] *Virgaque* rectius. sic *pinea virga* lib. II. 28. Pro *rorales-aquas* meliores plerique *roratas.* vt Epist. XVIII. 124 *Mersaque roratis nata flexatur aquis.* Met. IIII. 479 *Roratis lustrauit uquis Thaumantias Iris.* Fast. III. 357 *Mollis erat tellus rorata mane pruina.* Tres alii *rorantes.* vulgatum alibi non legi.

730 *Iam mea vela*] *Tua vela* Maz. et Zulich. et pro diuersa lectione Voss. Lege — *naualibus exi Puppis; habent ventos iam tua vela suos.*

732 *Vestae munere purus eris*] *Mundus* vnus. *, purus abi* prim. Ambros. Laeti et vnus Moreti. Forte *abi.*

736 *Virgaque verrat humum*] Ianus Vlitius noster *Vda.* quomodo et Laeti codex. sic libro V. 677 in simili purgatione: *Vda fit hinc laurus, lauro sparguntur ab vda Omnia, quae dominos sunt habitura nouos.* Pro *verrat* vnus Patauinus optimae notae *vergat.* quomodo et in Zulichemiano a manu prima. Forte *tergat.* de quo lib. II. 23. Superiori versu pro *lustret* multi ex melioribus scriptis *lustrat.* Petau. Voss. Arond. plurimique praeterea *lustra.* vt pastorem alloquatur.

739 *Caern-*

Digitized by Google

739 *Caerulei fiant puro de sulfure fumi*] Voss. Arond. Mazar. Zulich. prim. Ambros. Laeti et octo alii *viuo sulphure*. quod verum est. Remed. Amor. 260 *Nec fugiet viuo sulphure victus amor*. sic passim auctores.

740 *Tectaque fumanti sulfure bales ouis*] Primo *Tactaque* legendum cum Vrsini, Naugerii, Zulich. Mazar. et sex aliis. sic Remedio Amoris: *Vt pene exstinctum cinerem si sulfure tangas*. Propertius libro IIII Eleg. VIIII *Terque meum tetigit sulfuris igne caput*. et lib. V. 441 ex veteri codice Noster: *Rursus aqua tangit, Temesaeaque concrepat aera*. et libro XI Met. 498 mare dicitur *summas aspergine tangere nubes*. Postea hoc ipso libro ex antiquis codicibus: *Ignibus et sparsa tangere corpus aqua*, de eadem lustratione. *Vncta manu lumina tangere* Artis Amatoriae libro primo 662. *Tangere oculos oliuo* apud Persium Satyr. III. quomodo in optimis membranis exaratum illic offendi. *Tonsum tristi contingere corpus amurca* apud Maronem III Georg. 448. vbi *amurcam* interpretatur Seruius *amaras olei sordes*. Noster lib. VI *Tactaque erit posito rore bis vda seges*. vt et ibi legendum censeo. sic et *contingere* dicebant. libro II Met. 122 — *ora sui sacro medicamine nati Contigit*. *Contactus torrido sole caseus* apud Columellam lib. VII. 8. Lucretio I. 936 *Pocula circum mellis liquore contacta*. vide indicem Lucretianum Gifanii in eo verbo. Plura de hoc verbo exactissimus Gronouius Obseruationibus iteratae editionis libro III. 18. Nonius Marcellus: *Malleoli, manipuli spartei, pice contacti*. Martialis libro VI Ep. LVII *Mentiris tactos vnguento, Phoebe, capillos, Et tegitur pictis sordida calua comis*. ita scribo. nam Thuaneus codex optimae notae *fictos*. vulgati *fictos*. infra Epigr. LXXIIII *Calvam trifilem, semitactus vnguento*. vt illic castigarunt viri docti. vbi plura Scriuerius ex Catone, Varrone et Plinio. Virgilius Georgicon IIII. 415 *Haec ait, et liquidum ambrosiae diffundit odorem, Quo tactum nati corpus perduxit*. ita inueni in praestantissimo codice, cum vulgo circumferatur *totum corpus*. Propertius libro IIII Eleg. III *Seu voluit tangi parca lucerna mero*. Praeterea *fumaci sulfure* vnus Moreti. de quo dixi Amor. lib. II Eleg. VI. 23.

741 *Vre mares oleas*] *Maris rores* Mazar. Zulich. et decem alii. *Maris vorem* notat ex suis Naugerius.

744 *Rustica praecipue est hoc dea laeta cibo*] *Cibo est* Mazar. vt τὸ *est* geminetur. Lege *Rustica praecipue quo dea laeta cibo est*.

745 *Adde dapes in vtrumque suas, dapibusque refectus*] *In vtramque* Petau. Arondel. Vossian. Vrsin. et plures alii. *multramque* codices plurimi praeterea. duo *in vtraque*. Lego *Adde dapi multramque suae*. de dape enim iam egit superiori versu. nisi *multrumque* malis. vt Horatio Epod. XVI *Iniussae veniunt ad multra capellae*.

Dapibusque paratis Siliqolam tepido lacte precare Palem] Petau. Arondel. prim. Ambros. plurimique alii *refectis* Voss.

Digitized by Google

Polit. et plures *refectis*. Vrſin. aliique nonnulli *relictis*. quinque *remotis*. duo *refertis*. placet *refectis*.

749 *Siue ſacro paui*] *Sacra* alii. vt ad arborem referatur.

751 *Si nemus intraui*] *Seu* bene vnus Vatic. quomodo mox etiam legendum *Seu mea falx*.

755 *Nec, dum degrandinat, obſit*] Pro grandinat. male pro grandinare definit interpretantur. tum enim legendum eſſet *dum degrandinet*. ſed, cum verbum id minus obuium ſit, fortaſſis dederit nobis Naſo *nec, dum, dea, grandinat, obſit*.

756 *Agreſti fano ſuppoſuiſſe pecus*] Perperam *Fauno* plerique veteres. Vrſini codex veram lectionem refert.

758 *Mota vngula*] Arond. *Nota*. Lege *Lota*. Kalendarium Ruſticum Menſe Maio OVES TVNDVNT. LANA LAVA TVR. et ſuperiori verſu cum melioribus *Nec noceat*, pro *Ne*, reponendum. Propertius lib. IIII Eleg. 1 *Lotus et Heſperia quid Capricornus aqua*. apud Iuuenalem Satyra XI. 65 *De Tiburtino veniet pinguiſſimus agro Haedulus, et loto grege mollior*. ſic videtur eſſe ſcribendum, non *toto grege*. per frequentem enim lauationem lana redditur mollis.

759 *Fontanaque placa*] Mazar. Zulich. et duo alii *praeſta*. forſan recte.

761 *Nec Dryadas, nec nos videamus labra Dianae*] Malim *Dryadum*, vt ad *labra* referatur. *labra* pro lauacris ponit et fontibus, in quibus ſe lauabant Dryades et Diana. In Ibide de Actaeone v. 479 *Quique verecundae ſpeculantem labra Dianae, Quique Crotopiaden diripuere Linon*. Gloſſae Stephani *Labrum*, χεῖλος, λουτήρ. Foſſae lapideae in Balneis *labra* vocabantur, vt ex Vitruuio diſcimus. quandoque et pro vaſe aeneo balneari fumitur. Redde eam vocem Apuleio Met. X *Erat mons ligneus, ſublimi inſtructus fabrica, conſitus viretis et viuis arboribus ſummo cacumine, de canalibus labri fonte manante, et fluuiales aquas eliquans*. ita videtur ſcribendum. Vulgatum *de manibus fabri* inſulſum eſt. Feſtus: *Canales, per quos aqua confluit in vas lapideum ſtatis*. Priſcianus Periegeſi de Heliotropio: *Si quis eum fuſo labris immergat aëneis*.

765 *Neue minus multas redigam*] Oues intelligit. ſed Vrſin. Voſſ. Arondel. pluresque alii *multo*. nec pauciores cum Mazar. Zulich. prim. Ambroſ. Petau. *multos*. τὸ *minus multo* arridet. ſic Val. Max. lib. IIII. 4 *Vnus in agro Veiente fundus, minus multo cultores deſiderans quam dominos habebat*. vbi nihil neceſſe *multos* reponi cum Lipſio.

772 *In ſtabulis meis*] *Stabulo meo* meliores.

775 *Quae precor eueniant, et nos faciamus ad annum*] Lege *euenient. at nos faciamus*. Pont. II Eleg. 1 *Quod precor, euenias*. Epicedio Druſi: *Euentura precor*. vide Notas Met. III. 524.

778 *Dic quater, et viuo perlue rore manus*] Laeti codex et primus Ambroſianus *Dic ter et in viuo*. Scribe *Dic ter, et e viuo perlue rore manus*. vt iam monui ad Epiſtolam XIIII. 136. vide Notas lib. II. 638. lib. VI. 155 *Protinus arbutea poſtes et in ordine tangit Fronde: ter arbutea limina fronde notat*.

779 *Dum*

Digitized by Google

779 *Dum licet*] *Tum* ſcribendum cum Zulich. Mazar. prim. Ambroſ. aliiſque nonnullis. quidam etiam *Tunc*. Pro *lac niveum* Zulich. *lac miſtum*. probe. vide Feſtum in *Burannica potio*.

781 *Moxque per ardentes ſtipulae crepitantis aceruos Traiicias celeri ſtrenua membra pede*] *Traiiciat ſtrenua turba* Vrſini liber. et *Moxque fac* ſuperiori verſu. Lege *Moxque face*. *Traiicias ſtrenua turba* alius Vatican. Propertius lib. IIII Eleg. IIII de hoc eodem feſto: *Cumque ſuper raros foeni flammantis aceruos Traiicit immundos ebria turba pedes*. ita ſcribo. vulgati legunt *immundas dapes*. quod contra fidem ſacri. idque iam a Paſſeratio occupatum ſerus animaduerti. vnus Patau. et Gottorph. *Tranſilias*. vt forte iit ſcribendum: *Moxque ter ardentes ſtipulae crepitantis aceruos Tranſilias celeri ſtrenua turba pede*. vt ſupra v. 727 *Certe ego tranſilus poſitas ter in ordine flammas*. Niſi *traiicias* malis. quomodo Virgil. *Iam medium aetherio curſu traiecerat axem*. ſic *transferre* Catullus: *Transfer omine cum bono Limen aureolos pedes*. Aut *Traiicias ſtrenua membra*. vt D. Brutus apud Ciceronem lib. II Ep. Famil. *Si ſe Alpes Antonius traiecerit*. Val. Maximus lib. V. I ex antiquis codicibus: *Quibus ſe bene ac tuto cum ſuis in Africam traiiceret*.

785 *Vitiumque metalli Excoquis*] *Metallis* meliores. vt apud Virgil. Georg. I. 89 —— *aſt ollis omne per ignem Excoquitur vitium*. Idem lib. I Aeneid. 174 *Ac primum ſilici ſcintillam excudit Achates*. ita veterrima exemplaria.

788 *Diſcordes ignis et vnda dei*] Forte *diſſortes*. de quo ad Epiſt. primam Sabini.

790 *Ignibus et ſparſa tingere corpus aqua*] *Tangere* meliores plerique. vt ſupra v. 740 iam monuimus.

791 *Haec perdidit exul*] Malim *perdit et*.

794 *Nimias Deucalionis aquas*] *Vias* prim. Ambroſ. Laeti et quatuor alii. vnus *multas*. alius *veras*. Forte *veteres*. certe latet mendum. Pro *Credant* lego *Edant*, vel *Prodant*, vel *Tradant*. nam praeceſſerat *vix equidem credo*.

795 *Saxis ſaxa feribant*] *Fervebant* plerique ſcripti. Lege *terebant*. vetuſtiſſimus mos ignem excudendi lignis inuicem attritis. hoc Latinis *ignitabulum*, πυρεῖον Graecis. vetus Schol. ad illa Apollon. Rhod. lib. I. 1184 τὸ δ' ἀμφὶ πυρήϊα δινεύσκον, ἀντὶ τῦ ὑστερον, πυρέτριβον. Τὰ γὰρ ξύλα πυρέτριβον, καὶ ἐπ' αὐτῶν πῦρ ἔβαλλον. πυρήϊα γὰρ ταῦτα φησὶ τὰ προσῳβόμενα ἀλλήλοις πρὸς τὸ πῦρ ἐγγενᾶν. Ad ſaxa redeamus. Lucretius lib. I. 883 *Cum lapidem lapidi terimus*. Plautus Aſinaria Act. I ſc. I *Num me illuc ducis, vbi lapis lapidem terit?* Columella libro VI. 14 *Itaque cum id acidit, veteri lateri later conteritur, eoque intrito, priuſquam disiungantur, colla conſpergi oportet*. quae verba in veterrimis membranis Gallicis, quas euolui, ſic leguntur: *veteri lateritio trito, priuſquam disiungatur, colla conſpergi oportet*. Idem Lucretius lib. V. 1099 *Mutua dum inter ſe rami ſtirpeſque teruntur*. Val. Flaccus lib. II. 448 —— *tracto pars frangit adorea ſaxo Farra, citum tritis alius de cotibus ignem Excudit,*

Digitized by Google

Excudit, foliisque et sulphure pascit amico. ita scribendus locus mendosissimus. Vulgati pessime — *strictis alius de cautibus ignem Ostendit foliis.* Virgiliana mimesis: *Ac primum silici scintillam excudit Achates, Suscepitque ignem foliis.* et quae ibi porro sequuntur. idem in Georgicis: *Et silicis venis abstrusum excuderet ignem. Extundit* pri[or] exaratum fuit. hinc *Ostendit* factum in Valerio. Caeterum manifestius liqueat *torendi* et *excudendi* vocabula in hac re propria esse, locum ex Plinii Historia Naturali luculentum adscribam. Is igitur lib. XVI. 40. vbi agit de arboribus: *Calidae, morus, laurus, hederae, et omnes, ex quibus igniaria fiunt. Exploratorum hoc vsus in castris, quoniam ad excudendum ignem non semper lapidis occasio est. Teritur ergo lignum ligno, ignemque concipit attritu, excipiente materia aridi fomitis, fungi vel foliorum facillime conceptum. Sed nihil hedera praestantius quae teretur, lauro quae terat.* vbi *ad excudendum* vera scriptura est, quicquid variant libri veteres, *excutiendum, extundendum, excludendum* substituentes. Corrigendum quoque *facillima conceptu.* materia videlicet. ex eodem loco apparet, cur pastorum mentio hic a Nasone sit facta. Elegantur autem vocat *ligna igniaria*, ex quibus ignis excutiatur. Glossae Isidori *Igniarium, ignem concipiens.* Glossarium vetus *igniarium, πυρεῖον.* huc spectat iocus Apuleii Metam. VII. loco insigniter mendoso: *Affirmauit me sponte vicinorum foculos transeuntem, titubanti gradu prolapsum, igne vltroneo exarsisse. Mihi etiam arridens addidit: quousque ergo frustra pascemus igniarium istum.* ita opinor scribendum. Vulgo *ignem vltroneum accessisse* vel *arcessisse*, et *ignigenum istum.* veteres membranae *ignignum istum. Igniarium* vocat, quem vltroneo igne exarsisse mentiebatur. Miram vbique Apuleius eruditionem prae se fert in proprietatibus vocabulorum obseruandis, quae virtus illius iniuriae librariorum frequenter expositi. *Ignitabuli* voce eodem vsus est Solinus et Macrobius Saturnalium secundo: *Agite, antequam surgendum nobis sit vino indulgeamus. Quod decreti sui auctoritate faciemus, qui existimabat fomitem esse quem et ignitabulum ingenii.* ita enim vetustus codex bibliothecae Thuaneae, non *incitabulum*, quod est in vulgatis. apud Gellium tamen libro XV. 2, vnde Macrobius id hausit, *incitabulum* est legere. Forte etiam *pistores* legendum in hoc Nasonis loco. agit enim de mola manuali.

798 *Hoc argumentum*] Alter Petau. *argumentis.* Sed lumen recte *argumenti.* vide Notas Ep. VIII. 104.

800 *Cui dedit ignis iter*] Malim *cum dedit.* Sequenti pro *Hoc tamen* multi ex melioribus *Nunc tamen.*

805 *Saliisse pecus, saliisse colonos*] *Saluisse* ex auctoritate Pithoei lib. I p. 906 et meliorum codicum reponatur.

807 *Ipse locum vati casus facit*] *Casus vati* plerique vetustiores. Vrsini liber et vnus Vatican. et Petau. cum Naugeriano *Ipse locus, causas vati.* Scribo *Ipse locus casu vati facit.* et adi quae hac locutione notamus ad Epist. II. 39.

Digitized by Google

808 *Aedes factis, magne Quirine, tuis*] Lege *fastis*, vel *festis*, vel *sacris*. quicquid obnituntur libri veteres. qui error et alibi in istis libris occurrit.

810 *Pastorum vulgus erat*] *Pastoris* Zulich. Puto scribendum: *Pastores gemino sub duce vulgus erant*.

812 *Ambiguum est*] Scriptura nostra *ambigitur*.

Nomina ponat vter] Vrsin. Petau. et multi alii *moenia*. sequentia confirmant: *Arbitrium Romulus vrbis habet*. quanquam et de nomine verum. vnde Ennius: *Certabant vrbem Romam Remuloumne vocarent*.

815 *Alter init nemorosi saxa Palati*] *Adit* Voss. et sex alii. nec bis eodem verbo vtatur.

817 *Sex Remus hic volucres, bis sex videt ordine: pacto Statur*] Haec vera lectio, quicquid turbant codicum nonnulli. Met. M. 818 *Stemus, ait, pacto velox Cyllenius isto*.

821 *Fossa fit ad solidum*] *Ad solitum* in plurimis veterum. sed frustra. vulgatam scripturam illa Valerii Maximi lib. II. 4 abunde tuentur: *Is quod eo loci nullam aram viderat, desiderari credens vt a se construeretur, aram emturus in Vrbem perrexit, relictis qui fundamentorum constituendorum gratia terram ad solidum foderent*. Columella lib. IIII. 30 *Amerina salix gracilem virgam et rutilam gerit, atque hae vel cacuminibus vel taleis deponuntur cousque, dum ad solidum demittantur*. apud Maronem. Georg. II. 230 *Ante locum capies oculis, aiteque iubebis in solido puteum demitti, omnemque repones Rursus humum, et pedibus summas aequabit arenas*. nec abludunt illa eiusdem Maronis ibid. v. 79 *Finditur in solidum cuneis via. Ad solidum* igitur, ad solidam terram. Sic *terra solida* Siculo Flacco de conditione agrorum: *Cum enim terminos disponerent, ipsos quidem lapides in solidam terram collocabant, proxime ea loca, quibus fossis factis defixuri eos erant, sacrificioque facto, tum et fruges eo iactabant*. Ex quo loco apparet etiam fruges in fossam iactatas esse dum termini dedicabantur, quod Noster hic auspicium condendae ciuitatis facit. atque ita capiendum illud Nostri libro II. 648 de Terminalibus: *In solida ramos figere pugnat humo*.

824 *Fungitur igne focus*] *Finditur* vetustiores plerique. in aliis compluribus *funditur*, vel *fingitur*. sed male. libro II Fast. 791 *Functus erat dapibus. fungitur* rectum est. lib. IIII. 332 *Corpora functa cibo*. Hermiones epistola: *Per somnos oculi lacrymis funguntur obortis*. Iurisconsultis *fungi res* dicuntur, *quae officium suum praestant*. *Pignoribus fungi* pro dare pignora L. VII D. de Praetoriis stipulationibus. *Poena functi* L. XXII D. de Poenis, qui poenam sustinuerunt. *Fungi monumentum*, in quod corpus infertur, L. XXXXIII D. de rei Vindic. *Dotem fungi*, quae in Matrimonium datur, Vlpiano Tit. VII Regular. *Dos quae semel functa est, amplius fungi non potest, nisi aliud sit matrimonium*. Paulus L. VI D. Eodem: *Id certum esse, cuius species vel quantitas, quae in obligatione versatur, aut nomine suo, aut ea demonstratione, quae nominis vice fungitur, qualis quae-*

Digitized by Google

quantaque sit ostenditur. quae locutio paullo post ibidem demo occurrit. Vides, ad res inanimatas id verbum frequenter transferri. Glossae veteres *Fungi, συντελεῖν. Functio, λειτουργία, τέλεσμα. Functionum, εἰσφορῶν.*

826 *Alba iugum niueo cum boue vacca tulit*] Varro lib. II. I Rei Rusticae: *Et quod vrbs cum condita est, tauro et vacca, qui essent muri et portae, definitum.* Columella lib. VI praefatione: *Quod caeteras pecudes bos honore superare debeat, praesertim et in Italia, quae ab hoc nuncupationem traxisse creditur, quod olim Graeci tauros Ἰταλοὺς vocarent, et in ea vrbe, cuius moenibus condendis mas et foemina aratro terminum signauerunt, velut metam: quod item Atticis Athenis Cereris et Triptolemi fertur minister.* ita locus ille ex vetustissimo codice scribendus. *velut metam* restituimus, cum *petam* in membranis esset. Pessime vulgati *velut pecus. Atticis* etiam, pro quo membranae *Atticus*, refinximus, quod vocabulum a vulgatis abest exemplaribus.

839 *Factam vomere fossam*] *Factos sulcos* Gottorph. *factam fossam* Zulich. Mazar. et duo alii. *versam terram* Laeti. *tactam terram* prim. Ambros. *fractam terram* vnus Patauinus. Vulgatum non mutem temere. paulo ante habuimus *Fossa fit ad solidum.*

843 *Retro Celer occupat ausum*] Pro *retro* nonnulli *rastro.* sex *vltro.* vnus *ristro.* in Mazar. et Zulichem. erasa erat vetus lectio. Scribe *rutro.* de quo rustico instrumento vide Nonium et Varronem de L. L. Auctor de Viris Illustribus in vita Procae, de Romulo Romam condente: *Edixit, ne quis vallum transiliret. quod Remus irridens transiluit, et a Celere Centurione rutro fertur occisus.* ita libri veteres. nam vulgati perperam *rastro.* quae tetidem quoque verbis exhibet vetus Fragmentum de Origine gentis Romanae P. Victori subnexum: nisi quod ibi *rutro vel rastro fertur occisus*, cum posterius illud *vel rastro* sit delendum. Similis etiam diuersitas scripturae in Chronico Eusebiano: *Romae Palilibus, qui nunc dies festus est, Remus rutro pastorali a Fabio Romuli duce occisus est ob transmissum saltu vallum.* Halicarnasseus in hac de morte Remi historia σκάφιον hoc instrumentum rusticum appellat: πλῆξαι τῷ σκαφίῳ κατὰ τῆς κεφαλῆς, καὶ αὐτίκα ἀποκτεῖναι. huc etiam respiciunt ista Varronis apud Nonium: *Cui, cau Celer*, δὶ ἑνὸς λήμματος λέγει *Antipatri Stoici filius rutro caput displanat.* ita legendus ille locus, qui mendosissimus circumfertur. λόγος *Antipatri filius* tantundem est, ac si Antipatrum Patrem τὸ λόγου diceret. quemodo Epicurus *pater veri* dictus. sic μετάμελος *inconstantiae filius* eidem Varroni. lege Maeuia apud Nonium in *Biuira.* atque ita saepe veteres de rebus inanimatis. Noster in Ibide 635 *rustica* vocat *rutrum*, quo Remus obtruncatus est: *Vtque Remi muros auso transire recentes, Noxia sint capiti rustica tela tuo.* Festus: *Rutrum tenentis iuuenis est effigies in Capitolio ephebi, more harenam ruentis exercitationis gratia.* Graeci vocant σκαπάνην et σκάφιον, vbi agit de hoc exercitamenti genere, vt iam

Digitized by Google

ex Halicarnaſſenſi vidimus. Perperam Gloſſae veteres *Raſtrus*, ἐπάφιον. diſtinguit enim Cato de R. R. manifeſte inter *raſtrum* et *rutrum*.

849 *Dat tamen exſequias*] Ita locutum eſſe quenquam veterum ignoro. et rectius legeretur *dat tamen inferias*. vt inf. lib. V. 422. Sed quia in Mazariniano eraſa erat vetus lectio, et reſtabat initio verſus, loco *dat*, litera vnica *I*, legendum puto *It tamen exſequias*.

855 *Tunc iuuenes*] Imo *iuuenem* cum ſcriptis. et mox *vlli credere* rectius, quam *illi*, ex antiquorum nonnullis lego. quod et Naugerius vidit.

863 *Idem vinalia dicam*] *Vinalia* Veneri ſacra, quod vulgo creditum, vt ex ſequentibus patet. Hinc duplex inſcriptio Varronianae Satyrae apud Nonium, voce *Sartores*: *Vinalia*, ſiue περὶ ἀφροδισίων. quae Satyrae illius inſcriptio Varroni arriſit, vulgi opinionem ac ſententiam ſecuto: cum Vinaliorum feſtum reuera Ioui eſſet conſecratum. Hinc noſter erudite et caute paullo poſt Veneris quidem id feſtum dici, ſed eſſe reuera Iouis feſtum innuit v. 877. Maſurius Faſtorum ſecundo apud Macrobium Saturnal. libro primo cap. IIII *Vinaliorum dies Ioui ſacer eſt, non, vt quidam putant, Veneri.*

866 *Multa Venus*] Non damno hanc lectionem. praeferam tamen *Culta*, ſi per libros veteres liceat. Vulgatam tamen lectionem ſi tuemur; τὸ *Multa* non cum *profeſſis*, vt ad Arnobium doctiſſimus Heraldus p. 133 opinatur, ſed cum *Venere* erit conſtruendum.

868 *Dignaque verba loco*] *Ioco* ſcripti potiores. probe, *iocum* ponit alibi quoque pro luſu Venereo. ioci, παιδιά· vt lib. II Artis Amor. 723 *Accedant queſtus, accedat amabile murmur, Et dulces gemitus aptaque verba ioco.* Epiſtola Sapphus: *Crebraque mobilitas aptaque verba ioco.* ſupra lib. I Faſt. 395, vt quidem legendum: *DI quoque cultores gelidi venere Lycaei, Et quicunque ioci non alienus erat. Panes, et in Venerem Satyrorum prona iuuentus.* ſic et ſaepe aliis locis. de *iocis* et *ioculis* videatur Salmaſ. ad Solin. p. 1123.

869 *Cumque ſua dominae*] *Cuncta ſua* Mazar. forte *iuncta ſua*. ita enim ſaepe Ouidius II Metam. 701 *Iuncta ſuo pretium dabitur tibi ſemina tauro.* inf. VI. 357 *Vt referam breuiter mala iuncta pudori.*

872 *Tenet*] *Tenens*, templa videlicet, multi ex ſcriptis. Rem. Amor. 549 *Eſt prope Collinam templum venerabile portam: Impoſuit templo nomina celſus Eryx.*

879 *Turnus, an Aeneas*] Hiſtoriam paullo aliter ex Catone narrat Macrobius Saturnalium libro III. 5 *Ait Cato Originum libro primo, Mezentium Rutulis imperaſſe, vt ſibi offerrent quas diis primitias offerebant, et Latinos ſimilis imperii metu ita vocaſſe* (puto *ita Iouem inuocaſſe*, vel *vocaſſe*) IVPPITER. SI TIBI. MAGIS. CORDI. EST. NOS. EA. TIBI. DARE POTIVS. QVAM. MEZENTIO. VTEI. NOS. VICTORES FACIAS

FACIAS. *Ergo quod diuinos honores sibi exegerat, merito dictus a Virgilio contemtor deorum. Hinc pia illa insultatio sacerdotis, haec sunt spolia et de rege superbo Primitiae, vt nomine contumaciae, cuius poenas luit, raptas de eo notaret exuuias.*

880 *Etruscas Turnus adorat opes*] *Adoptat* Zulichemianus optime. hoc est, adsciscit, externas et auxiliares copias suis adiungit. Vatinius apud Ciceronem lib. V Ep. Famil. VIIII *Ego autem quem potius adoptem aut inuocem, quam illum, quo defendente vincere didici?* Statius Theb. VII. 259 *Iungunt se castris, regisque in nomen adoptant Ocaleae Medeonque.* Nonius Marcellus: *Optiones in cohortibus, qui sunt honesti gradus, vt optatos, quod est electos, et adoptatos, quod est adscitos, Varro de vita populi Romani libro tertio exiſtimat appellatos. Referuntur Centurionibus, adoptati in cohortes, subibant, vt semper plenae essent legiones.*

885 *Vulnera testor*] *Testes* a manu prima optimus Mazarinianus et tres alii. elegantius vtique. sic lib. XIII Metam. 262 — *sunt et mihi vulnera testes*, vt duo vetusti codices illic exhibent. et VI Fast. 765. Curtius lib. IIII *Nec duces quidem copiarum sua laude fraudandi sunt. quippe vulnera, quae quisque excipit, virtutis indicia sunt.* apud Virgilium: — *vos coryli testes et flumina nymphis.* et apud Propertium lib. II Eleg. VIIII — *sunt nobis sidera testes.* Horat. IIII Od. IIII *Testis Metaurum.* Stat. II Achill. 344 *Testes arae.* Iuu. VIII. 149 *Sidera testes.* atque ita passim veteres.

894 *Musta feres*] *Feras* Petauianus. est enim vouentis.

899 *Iuppiter illa vindicat*] *Illam* Vrsini, prim. Ambr. Mazar. Zulich. aliique multi. nempe diem. Mox *quae restant*, non *restent*, meliores.

904 *Exoriturque Canis*] Plinius eatem hoc tempore ait occidere, etiam Columella et Ptolemaeus, Nostro in contraria eunte. quod miror. reprehendit iam Nasonem hoc nomine Solinianis Exercitationibus Salmasius.

906 *In media candida turba via*] Rectius *pompa* primus Ambros. Mazar. et septem vel octo alii. sic *pompam* vocat comitatum illum Prudentius, qui Martyres ad supplicium ductos sequebatur περὶ Στεφ. Hymno primo: *Quo viros dolore tortor, quaue pompa ornauerit.* ita enim ex vetustissimis libris scribendum, non *poena*.

907 *Rubiginis ibat*] *Rubiginis* duo codices ex iis, quos inspexit Neapolis. atque ita ex nostris veterrimus Petauianus. et mox *Robigo*. sic idem codex libro primo supra: — *scabrae Robiginis expers*. Pro *Robigine* dea deus *Robigus* est Varroni et Festo. hinc *Robigalia* apud eosdem. et in Veteri Kalendario. *Robigus* etiam Gellio lib. XII. 12. quem cum Auerruncо deo coniungit. apud Virgilium quoque libro primo Georg. 150 codex Mediceus longe vetustissimus aliique, quos Pierius Valerianus consuluit: *vt mala culmos Esset. Robigo.* vbi Seruius: *Inde et Robigus*

Digitized by Google

Robigus deus, et sacra eius septimo Kal. Maias Robigalia appellantur. ita scribe. vulgo *Rubigus deus*, et *decimo Kal. Maias Rubiginalia.* sed Festus bene *septimo Kalendas* habet. nam et eo die Kalendarium in marmore antiquo *ROB.* hoc est *Robigalia* agnoscit. Plinius lib. XVIII. 19 *Robigalia Numa instituit.* et cap. XVIIII *Tria tempora fructibus metuebant, propter quod instituerunt ferias diesque festos, Robigalia, Floralia, Vinalia. Robigalia Numa instituit anno regni sui undecimo, quae nunc agunt ad VII Kal. Martias.* sic lege. Idem Virgilius eodem libro 495 *Exesa inueniet scabra robigine pila.* Georg. II. 220 *Nec scabie et salsa laedit robigine ferrum.* quomodo et illic iidem vetustissimi codices. apud Columellam quoque lib. X scribendum censeo: *Hinc mala Robigo viridis ne torreat herbas.* et apud Prudentium contra Symmachum: *Nunc consumit edax segetem Robigo maligni Aëris ex vitio.* Glossae veteres Σὴς καὶ Σήψις, *tinea, Robigo.* Neque aliter vetusti codices apud Horatium lib. III Od. XXIII *Nec pestilentem sentiet Africum Foecunda vitis, nec sterilem seges Robiginem.* apud Iuuenalem Sat. XIII. 148 vetertimae membranae: *Pocula adorandae Robiginis.* et optimus Thuaneus apud Martialem libro V Ep. XXVIIII *Robiginosi dentes.* sic et lego apud Lactantium libro I de Falsa Religione: *Haec enim semper excusatio est illorum, qui mala sua pro Diis habent, vt Romani Robiginem et Febrem.* apud Agrimensores: *Fructus Robigine occidentur.*

912 *Et tremat in summa lene cacumen humo*] *Laeue cacumen* omnino scribendum cum nonnullis membranis. quod codex vnus Moreti recte interpretatur *sine rubigine.* apud Claudianum quoque Bello Gild. V. 215 opinor reponi debere: *Laeuis et exusta micuit rubigine conus.* quanquam in scriptis editisque, quos inspexi, *Et leuis* legatur. laeue enim scabro opponitur. *Laeuare saxa* apud Statium Via Domitiana v. 51 *Hi caedunt nemus eruuntque montes, Hi ferro scopulos trabesque laeuant.* ita versus isti constituendi. nam in vetusta editione, quae Parmae prodiit anno MCCCCLXXIII *trabesque leuant* exhiberur, quod occupasse video Gronouium cap. XXXX Diatribes. Vulgatae *trabesque caedunt.* quod terti non potest, cum superiori versu praecesserit. *Eruuntque montes* quoque rescripsi, cum *exuunt* minus placeret. agitur enim de saxis ad viam sternendam effossis.

923 *Durum amplectere ferrum*] *Cantere* primus Ambrosianus et Laeti codex.

926 *Otia mundus agat*] *Otia mundus agit*, non *agat*, melliores.

927 *Sarcula nunc*] *Nunc* deest vni codici. Forte *Sarculaque, durusque bidens.* lib. XI Metam. 36 *Sarculaque rastrique graues.*

927 *Vomer aduncus*] *Vomis* Laeti exemplar. vt apud Virgilium Georg. primo 46 in veterrimis membranis: — *sulco attritus splendescere vomis.* et mox v. 162 *Vomis et inflexi primum grauc robur aratri.* Deinde perperam *Ruris opus* quidam ex praestantio

flantioribus. Triſtium lib. III. 10. 59 *Rariſ opes paruae pecus, et fridentia plauſtra.*

933 *Dixerat: a dextra*] *Ad dextram* agnoſcit Priſcianus lib. VI p. 681. *At dextra* Vrſini et duo alii.

A dextra villis mantele ſolutis] *Mantele* vetuſti. vt apud Virgil. IIII Georg. 377 —— *tonſis mantelia villis*, Mediceus codex longe veterrimus aliique omnes vetuſti, ſic *mantella* apud Lucilium, et *mantellum* apud Plautum.

939 *Eſt canis* (*Icarium dicunt*) *quo fidere moto Toſta ſitis tellus*] Sidus frugibus maxime noxium. hinc ἀστροβολία, et ἀστροβλητα, et ἀστροβολισμὸς, *ſideratio*, quae vocabula ad plantas et fruges a canicula adfectas Theophraſtus libro de Cauſſis plantarum frequenter transfert. apud eundem habes non vno loco ἀστροβλητα γίνεσθαι τὰ φυτὰ ἀστροβλητα δένδρα etc. apud Ariſtotelem occurrit. Heſychius ἀστροβολήτους τοὺς ὑπὸ τοῦ Κυνὸς βαλλομένους. Videndus de Canicula Aratus et eius interpretes Cicero, Germanicus, Auienus.

940 *Praecipiturque ſeges*] Non ſunt audiendi codices, in quibus *Praeripitur* eſt inuenire. Columella lib. de Arbor. cap. II *Nam quaeſcunque generis vuae, quae inſcriptae ad maturitatem perueniunt, longe melioris ſaporis vinum faciunt, quam quae praecipiuntur aeſtu.* ita locus ille ex optimis membranis eſt caſtigandus. De *praecipiendi* verbo hac ſignificatione nos complura ad Valer. Flacc. IIII. 341 et 751. *Praecipi ſeges aeſtu* dicitur, cum ante maturitatem areſcit. quare perperam apud eundem Columellam libro VIII. 16 circumfertur: *Si propter exilitatem ſoli, quae plerumque litori vicina eſt, fructus terrae praecipere non poterit, ex mari reditum conſtituat.* cum ex auctoritate eiuſdem codicis *percipere* illuc ſit reuocandum. denuo Columella ex optimo exemplari membraneo libro XI. 2 *Nam colorem nulla res vinaceis poteſt adferre, niſi naturae maturitas, praeſertim cum ita in media parte acinorum ſint, vt et a ſole et a ventis protegantur, humorque ea non patiatur praecipi* (male et contra mentem Columellae codices vulgati *percoqui*) *aut infuſcari, niſi ſuapte natura.* E contra apud eundem paullo poſt ex iiſdem membranis reſtituendum: *Nam ad percipiendum ſemen vltima parte Octobris circa Calendas Nouembres melius obruitur.*

942 *Et quare fiat*] *Quare pereat* Zulich. Mazar. Voſſ. Arondel. et octo vel decem alii. quod verum eſt.

943 *Tithonia*] *Tithonia coniux* recte Virgilio ac Silio Italico Aurora dicitur. vt et Noſtro infra initio lib. V. ſed *Tithoniam*, vt hoc loco, παρονομαστικῶς recte dici non opinor. et tamen ſic locuti quoque alii. Statius inprimis Silur. lib. I Epithalamio Stellae: *Nec ſi alma per auras Te potius preniſa veheret Tithonia biga.* et libro IIII Vindicis Hercule: *Donec ab Elyſiis proſpexit ſedibus alter Caſtor, et beſternas riſit Tithonia menſas.* et libro V pietate Abaſcantii: —— *citius genetrix Sipylea feretur Exhauſiſſe genas.* ſic ſcribe, non *Sipylida fertur.* et: —— *citius Tithonida moeſti Deficient rores.* ad Somnum: —— *potius noſtros*

Digitized by Google

aestivos Tithonia questus Praeteris. et libro Theb. VI. 25 *Clara laborifero caelo Tithonia currus Extulerat* ——. et libro XII. 3 —— *trepidas subito Tithonia nubes Discutit, ac reduci magnum parat aethera Phoebo.* et apud Valerium Flaccum initio lib. III *Tertia iam gelidas Tithonia soluerat umbras.* et libro I. 311 *Alma nouo crispans pelagus Tithonia Phoebo.* Sed iis omnibus locis, et si qui alii apud poëtas veteres occurrunt, *Titania* reponendum censeo. Fuit enim Hyperionis Titanum vnius filia, soror Phoebi et Lunae. hinc et Luna pari modo *Titania* est dicta.

944 *Sustulit immenso ter iubar orbe suum*] *Immenso ore* sex libri. *emerso orbe* Puteani codex. Lege *emerso ore.* vt Amor. I Eleg. XIII *Iam super Oceanum venit seniore relicto, Flaua pruinosum quae vehit axe diem.* de *emergendi* verbo vide quae notamus lib. III. 399.

947 *Festum Florale*] *Sacrum* vetustiores.

949 *Aufert Vesta diem. cognati Vesta recepta est Limine*] *Aufer* Vrsini, primus Petauii, Mazar. et decem alii, *Aufers* alter Petauii. et tum *recepta es* sit legendum. Praeterea *cognato limine* Arondelianus et quatuor. venuste. sic *Cognatae aquae* Fast. III *cognata lumina* et *cognatum caput* Fast. IIII. atque ita passim.

FASTORVM

LIBER QVINTVS

1 *Grata Medusaei signa senetis equi*] Ita libri veteres constanter. Malim nihilominus *Graia.* sic Noster saepenumero. Met. lib. IIII. 536 *Si tamen in tumido quondam concreta profundo Spuma fui*; *Graiumque manet mihi nomen ab illa.* vbi simili errore erat peccatum. infra v. 166 *Ora mi ant Tauri septem radiantia flammis, Nauita quas Hyadas Graius ab imbre vocat.* lib. VI. 299 —— *vi flandi Vesta vocatur, Causaque par Graii nominis esse potest.* Arte Amatoria libro I. 686 *Grataque in Iliacis mouibus vxor erat.* pro *Graiaque,* vt hactenus scribebatur. et Amorum III El. XIII *More patrum grato.* pro *Graio.* Corrigenda in transcursu Lactantii de Phoenice Elegia: *Tum legit aërio sublimem vertice palmam, Quae Graium Phoenix ex auo nomen habet.* vbi pari modo peccabatur. Plura loca possent congeri, si hoc ageretur.

9 *Dissensere deae*] *Dissedere* primus Farnesianus. eleganter. sic lib. XV Met. 648 *Dissidet et variat sententia* —— sed si silent, quod sequitur, cur dissentire dicuntur? rectius igitur forsan Iunianus *Assensere.* vt sub finem libri VI *Sic cecinit Clio: doctae assensere sorores.* Sed puto *Desedere* reponendum esse pro *Consedere.* in Helmaest. *discessere.*

Digitized by Google

Quarum Polybymnia cepit] Graecis est Πολύμνια. sic Herodoti liber septimus inscribitur. sic Diodorus Siculus, Plutarchus eam appellant. vel etiam Πολύμνεια, quod poëtis vsitatius, formato vocabulo ex πολὺ et μνεῖα. vide magni Etymologici auctorem in Εὐρύπυλος. Scribendum igitur *quarum Polymneïa cepit*. nec apud Nostrum tantum, sed apud Horatium quoque ac alios poëtas, quotquot ex Latinis hoc vocabulo vtuntur. Sic in *Polymnestor* duae priores, tam Nostro quam reliquis poëtis, corripiuntur. de quo ad Metamorphoses libro XIIII. Horatius II Od: IIII primam corripuit in *Tecmessa*: *Forma captiuae dominum Tecmessae*. Noster et Petronius priorem in *Procne*, vt libro VI Metamorphoseon ostendimus. Horatius et Ausonius priorem in *cycno*. Silius secundam in *Therapnaeus*: *Ecce inter primos Therapnaeo a sanguine Clausus*. Ausonius secundam in *Clytemnestra*. Mirtialis secundam in *Smaragdos* libro V *Sardonyches, smaragdos, adamantas, iaspidas vno*. neque enim assentior illis, qui *smaragos* ibi reponunt. etsi haud ignoro σμάραγος etiam a Graecis vsurpari. Apud Pausaniam Phocaicis in veteri quodam Epigrammate corripitur secunda in *Polygnotus*. Sed plena sunt hisce Graecorum monumenta.

21 *Et latus Oceano quisquam deus aduena iunxit*] Metuo, vt ab Ouidii manu sit hic versus. In Zulichemiano vetus lectio penitus erat erasa. Mazar. *Nam latus Oceano quis quando leue tegebat*. alii etiam multi *Nec*. Lege *Nec latus Oceano, quamuis grandaeua, tegebat Tethys*. ea enim Oceani vxor. *Tegere latus*, vt apud Horat. lib. II Sat. V *Vtne tegam spurco Damae latus*. Statius Theb. II *Hunc tegit Iasiusque pater, placidusque Phoroneus*. Auctor belli Alexandrini: *Racilius Cassii latus tegebat*.

22 *Tethys es*] Hoc aduersus Petrum Marsum tuetur Vossius Artis Grammat. libro II. 36, ex antiquis, vt ait, libris. Sed libri veteres plerique *Et Thetis*. vel *et Themis*.

25 *Hinc fata Maiestas, quae mundum temperat omnem*] *Hinc fata Maiestas, hos est dea censa parentes* Mazarinianus et vnus Farnesianus ac Mediceus. venuste, et, si quid iudico, vere. vide omnino quae notamus ad Epist. VII. 47. Neque aliter fuisse videtur in Zulichemiano. nam vetus scriptura erat illic deleta. quidam etiam *His fata*.

30 *Vultus composuisse suos*] *Cultus* Vrsini codex. et placet.

32 *Fit pretium*] Duo Vaticani *Fert pretium*. eleganter. Tacit. XI Ann. VI *Nunc vt quomodo vis morborum pretia medentibus, sic fori tabes pecuniam aduocatis ferat*.

37 *Mille manus illis dedit et pro cruribus angues*] Non agnoco hic numeros Ouidianos, etsi minime nescius hanc quoque exhiberi? Scholiaste Statii lectionem ad lib. V Theb. 569. Opinor scribendum: *Mille manus et mille dedit pro cruribus angues*. nisi distichon totum ab interpolatoris manu est, quod parum abest quin persuadear vt credam. Paulo ante pro *Terra feros partus* quidam *ferox*. alii *ferax*. vt *ferax partus terra* dicatur.

quomodo

Digitized by Google

quomodo in Amoribus lib. II Eleg. XVI *Terra ferax Cereris. Gigantas* quoque Vrſini et Laeti codex. vt alibi non ſemel. Vide ſupra lib. III. 439.

38 *Atque ait*] Forte *ite, ait*, vt lib. I Art. Am. 322. *Atque, ait, aura tenus, ite, placete meo.*

44 *Culta manet*] Multi ex melioribus *firmâ*. quatuor *tuta*. Sequenti verſu *illa*, pro *inde*. et *coniux*, pro *cuſtos*, nonnulli. Forte *conſors*. vt Claudiano Iuſtitia, Conſul. Olyb. 128 — — *conſors adiuncta Tonanti.*

46 *Et praeſtat fine vi ſceptra tenenda Ioui*] *Timenda* multi ex melioribus. prim. Ambroſ. et Laeti *tremenda*. quatuor *tenere.*

49 *In honore ſuo*] *Pio* meliores magno numero.

62 *Saepe ferebat opem*] Ita veteres conſtanter. Pro *ſaepe* tamen *turba*. reponendum videtur, vel quid ſimile, vt ſit, ad quod referatur τὸ *illa* in ſuperiori verſu.

64 *Nomen et aetatis mite ſenatus habet*] *Erat* longe venuſtius decem ex melioribus.

71 *Corpora patres*] Idem *pectora*. vtique et hoc melius. de conſilii enim, non de virium, praeſtantia agitur. Propertius libro IIII Eleg. I *Pellitos habuit ruſtica corda patres.* ſic apud Maronem: — *iuuenes fortiſſima fruſtra Pectora* —. et alibi: — *lectos iuuenes fortiſſima corda Defer in Italiam* —. Statius Theb. II. 482 — *iuuenum fidos, lectiſſima bello Pectora, nunc pretio, nunc ille hortatibus implet.* vbi nihil neceſſe *Corpora* ex antiquis membranis reponi. Silius libro VI — *iuuenes parat aſpera bello Pectora captiuos.* Guntherus Ligurini libro IIII — *iuuenesque ducentos Pectora ſignifero fortiſſima tradit Othoni.*

73 *Tribuiſſe vocabula*] Iidem *poſuiſſe*. etiam recte. *Nomina ponere* Noſtro vſitatum. Virgilius lib. VIII. 329 *Saepius et nomen poſuit Saturnia tellus.* Silius libro VIII *Sed populis nomen poſuit metuentior hoſpes.* Horatius libro I Epiſt. VII *Si velles, inquit, verum mihi ponere nomen.* quae illic genuina eſt praeſtantiſſimorum codicum ſcriptura. Virgilius denuo libro VII *Laurentesque ab ea nomen poſuiſſe colonis.*

Hinc ſua maiores tribuiſſe vocabula Maio Tangor, et aetati conſuluiſſe ſuae] Macrobius Saturnal. primo cap. XII *Maium Romulus tertium poſuit, de cuius nomine inter auctores lata diſſenſio eſt. nam Fuluius Nobilior in Faſtis, quos in aede Herculis Muſarum poſuit, Romulum dicit, poſtquam populum in maiores iunioreſque diuiſit, vt altera pars conſilio, altera armis rempublicam tueretur, in honorem vtriuſque partis hunc Maium ſequentem Iunium vocaſſe.* addit deinde et alteram rationem, quam Noſter indictam praeteriit: nimirum Romanos a Tuſculanis hunc menſem eſſe mutuatos, apud quos deus Maius ſit Iuppiter a magnitudine et maieſtate dictus.

76 *Auum ſuſtinuiſſe nepas*] *Auo* prim. Ambroſ. Laeti, Mazar. Zulich. prim. Farneſ. et quatuor alii probae notae, quod non eſt de nihilo. vt *negare* vel quid ſimile ſubintelligatur. libro ta-

Digitized by Google

men XIIII Met. 188 *Has rogat auxilium: nec Nymphae iussa potentem Sustinuere deam.*

77 *Nec leue propositi pignus successit honoris: Iunius, a iuuenum nomine dictus, adest*] *Proposito honori* Laeti codex et primus Ambrosianus et tres alii. quidam *propositum*. quinque *praepositi*, quod sequor. Deinde in Zulich. et Mazar. *successor* a manu prima. et *habet*, pro *adest*. *Successor* etiam est in vno Farnes. et Mediceo. et *habet* in Vrsini optimo, primo Farnesiano et vno Patauino. Scribe *Nec leue praepositi pignus successor honoris Iunius, a iuuenum nomine dictus, habet*. nisi *praeposito honori* mauis.

82 *Qui terram*] Malim *Quae*. aliter tamen libri vetusti.

83 *Cum caelifero Atlante*] Nonnulli *stellifero*. Sed Virgilius lib. VI. 797 quoque *caeliferum Atlantem* dixit, et summus Virgilii imitator cum Silio Italico Valerius Flaccus, si per correctores ignauos et inscitos licuisset. is ergo Valerius lib. V. 411 — *stat caelifer Atlas Oceano, genibusque tumens infringitur vnda*. nunc in vulgatis libris *stat ferreus Atlas*. quod sciolorum commentum est. cum enim syllaba vna aut altera librariorum supinitate excidisset ipso vocis initio, pro *fer* reposuerunt *ferreus*, metro magis consulentes quam auctori, nihil absonum aut ineptum molito. nam si respiciebat ad materiam, ex qua statua illa Atlantis facta, *aeneus* potius dicendum erat quam *ferreus*. atque ita forte scribendum. Idem Atlantem *cani* epitheto donarat, recte atque erudite. Sed ne hoc quidem illi licuit per librarios. locus est lib. II. 621 — *stupuitque fragore Canus, et occiduis regnator montibus Atlas*. vbi *Ianum*, si dis placet, inculcarunt satis importune et praeter rem. Nota sunt illa Virgiliana de Atlante IIII. 250 *Nix humeros infusa tegit, tum flumina mento Praecipitant senis, et glacie riget horrida barba*. Silius Italicus libro primo de Atlante appositе v. 205 *Canet barba gelu, frontemque immanibus vmbris Pinea silua premit. quassant cana tempora venti, Nimbosoque ruunt spumantia flamina rictu. Tum geminae laterum cautes maria alta fatigant*. secundo versu *quassant*, pro *vastant*, reposuimus ex coniectura. quarto pro *fauces*, ex fide optimi codicis, *cautes*. Recte igitur *canus*, qui et senex fit, et glacie ac niue obsitus. sed ad rem. *caelifer* quoque Auieno in Phaenom. p. 96 dictus: *Poenus Atlas, fubiit celsae qui pondera molis Caelifer*. ita enim malo cum Aldina, quae omnium prima, quam cum reliquis *caeliger*. Germanicus Aratеus p. 42 de Pleiadibus: *Parente caelifero genitus*. Stat. Silu. I Equo domit. *Caeliferique attrita genu duraſſet Atlantis*. V Theb. 440 — *et paullum respiras Caelifer Atlas*.

89 *Ladonque rapax*] *Ladoque* multi ex scriptis. et *Maenales*, pro *Maenalus*, Zulich. et optimus Patauinus. Mazar. et duo Medicei *Maenalon*. recte forsan. quanquam enim Grammatici veteres *Maenalus* et *Maenala* in plurali agnoscant, Stephanus tamen περὶ πόλεων ita videtur distinguere, vt Μαίναλος vrbs sit Arcadiae, τὸ Μαίναλον mons.

Digitized by Google

91 *Exsul ab Arcadia*] *Arcadiis* prim. Ambr. opt. Pateu. Max. Zulich. agris nimirum.

102 *Cum lustrans celebres vallera secta vias*] *Verbera* veteres plerique. sed frustra. nisi *tergora* cum duobus amplectendum censes. *celeres* etiam iidem veteres. et pro *vias* Laeti, prim. Ambros. et multi alii *manus*. Puto *Cum lustrant steriles tergora secta manus*. vel *vellera secta*. tergora nempe caprina. lib. II. 44 in hac de Lupercis narratione: *Illa caprum mactas: iussae sua terga puellae. Pellibus exsectis percutienda dabant*. et ibidem 425 de Lupercis: *Nupta quid expectas? non tu pollentibus herbis, Nec prece, nec magico carmine mater eris. Excipe foecundae patientes verbera dextrae. Iam socer optatum nomen habebit avi*. Iuuenal. Sat. II. 140 — *steriles moriuntur, et illis Turgida non prodest condita pyxide Lyde, Nec prodest agili palmas praebere Luperco*. vbi Scholiastes: *Steriles mulieres februantibus Lupercis se offerebant, et ferula verberabantur*. et mox: *Palmas ideo dicit, quia aut castomis caedebantur, aut manibus vapulabant*. Ergo tam manus quam terga caedebantur. Plutarchus in Caesare, de Lupercis: Πολλοὶ δὲ καὶ τῶν ἐν τέλει νεανιῶν ἐπιτρέχουσι, παίζοντες ἐν διδασκάλου, τῷ χαίρε, ταῖς πληγαῖς, πεπεισμένοι πρὸς σύνοικίαν συβαιτεῖ, ἀγίνοις δὲ πρὸς κύησιν ἐγκύδιν εἶναι. Plura de Lupercalibus idem in Romulo et in Romanis Quaestionibus. Ex his itaque Plutarchi ac Iuuenalis locis iam liquet, cur *steriles manus* in Nasone censeam reponendas. Seruius lib. VIII Aen. 343, vbi de Lupercali sacro: *Nonnulli propter sterilitatem hoc sacrum dicunt a Romulo institutum, ideoque et puellae de loro capri caedantur, vt careant sterilitate et foecundae fiant*. Pro *cinctutis Lupercis* male *succinctos* quidam codices agnoscunt. Puto et eandem vocem Statio reddendam esse Siluar. lib. V Epicedio patris v. 185 — — *et tua multum Verbera cinctui formidauere Luperci*. cum *succincti* in vulgatis libris dicuntur. vid. Ferr. de Re Vest. I. 9. Emenda locum insignem Silii Italici ad hos ritus Lupercales alludentis, lib. XIII. 326 *Pan Ioue missus erat seruaxi tecta volente Troiae pendenti similis Pan semper, et imo. Vix vlla inscribens terrae vestigia cornu. Dextera lasciuis caesae Tegeatica. caprae Vellera secta mouens festo per compita ludo, Cingit acuta comas et opacat tempora pinus, Ac parua erepunt rubicunda cornua fronte. Stant aures, simoque cadit barba hispida mento. Pastorale deo baculum, pelliſque sinistrum, Velat nupta latus teneras de corpore damae*. qui locus plurimis mendis erat inquinatus. Versu quinto legebatur: — — *caesa Tegeatide capra. Verbera laeta mouens festa per compita cauda*. vbi fortasse *Verbera foeta*, hoc est, *foecunda*, sit legendum. secundo *cornu. imo*, pro *vna*. quod et vidit Gronouius. versu septimo *erepunt cornua*, non *erumpunt*. de qua voce Metamorph. lib. XV. 620. versu octauo pro *summo mento*. vetustus codex *vno mento*. quod ferri non potest, cum *imo cornu* paullo ante praecesserit. quare *simo* reposui. Adeantur quae supra ad lib. III Fast. 754

Digitized by Google

obseruamus. Denique postremo versu *rapta* pro *grata* castigavi. de quo dictum Metam. libro III. 52.

106 *Pletadum numero fila*] *Numerum* Vrsini codex multique alii. qui loquendi modus Ouidio familiaris. Mox pro *laudata est* quatuor scripti *laudatque*. scribe *laudataque voce ferorum est*.

113 *Signum pluuiale*] Scripti, duobus aut tribus exceptis, *signum*. Mox pro *Cretaea* Vrsini et optimus Pataunus *Cretaes es*. Moreti codex *Cretacaque*. Puto *Cretside nobilis Ida*. vel *Curetide*. de quo dixi ad lib. VIII Met. 153. vbi *Curetida terram* pro Creta habes.

115 *Nats Amaltheae*] Ioui aduersus Titanas pugnaturo clypeum fuisse consutum ex pelle caprae Amaltheae testis est Musaeus apud Lactantium libro primo de Falsa Religione cap. XXI. vnde Iuppiter αἰγίοχος postmodum sit dictus.

123 *Cinxitque decentibus herbis*] *Cinctumque* rectius vnus Vaticanus. *decoribus herbis* Vrsini, Arondel. prim. Med. plurimique alii. quod non est de nihilo. Priscianus libro VI. *Indecor, Indecoris. Virgilius in XI Non tamen indecorem tua te regina reliquit. idem in XII Neq; genus indecores. Inuenitur tamen etiam simplex decor decoris, quando pro decorus, decora, decorum accipitur. Naeuius in carmine belli Punici, Magnamque domum decoremque diem vexexant. Sallustius in III Equis et armis decoribus cultus. idem, Dedecores multi per tergum ab hostibus caedebantur.* plura illic ad rem. Idem libello de Accentibus: *Immemor et indecor, cuius simplex decor penultima correpta inuenitur apud vetustissimos, quando pro decorus accipitur. Vestem decorem* A. Gellius dixit Noct. Attic. VII. 16: *Foeminis solis vestem longe lateque diffusam decorem existimauerunt.* Symmachus pater: *Ponemus. Proculum vitae morumque decorem.* Sed *recentibus* cum opt. Patau. Mazar. Zulich. prim. Ambros. Laeti et duodecim aliis scribendum. tres *virentibus*. Virgil. I. 430 *Thura calent aras sertisque recentibus halant.* hinc apud Theocritum Idyll. XXVI ῥοδόεντες βωμοὶ, aras herbis floribusue recentibus vinctae. Propertius libro IIII Eleg. VI *Spargite me lymphis, carmenque recentibus aris Tibia Mygdoniis libet eburna modis.* Noster Met. VIII. 727 — *pendentia vidi Serta super ramos, ponensque recentia, dixi, Cura deum sit sua.* lib. III Fast. 34 *Vesta quoque vt folio niteat velata recenti.* lib. IIII. 346 *Sparguntur iuncti flore recente boues.* sic *flore recenti vincire comam* Senecae Thyeste Act. V, vbi perperam *decente* reponunt. In Priapeis: *At, o Priape, saepe floribus nouis Tuas sine arte deligauimus comas.* Apuleius Met. III *In meditullio Equum deae simulachrum praesidens equili, quod accurate corollis vestis equidem* (lege *et quidem*) *recentibus fuerat ornatum.* ita corrigendum censeo locum hunc. nam vulgo circumfertur *Equum deae simulachrum residens aediculae. equile* stabulum equorum R. Rescriptoribus. Hesiodus Θεογονίᾳ· Ἱμερτὸς περὶ πᾶσι θεοῖσι τε θνητοῖσι τέτυκται.

Digitized by Google

128 *Quae — nomen habent*] *Quod habes* meliores plerique. cornu Amalthaeum intelligit.

132 *Longa vetuſtas*] *Multa vetuſtas* Mazar. Zulich. Voſſ. prim. Ambr. Laeti et quatuor alii. recte. nam *longa ſenecta* mox ſequitur. vide quae notamus Rem. Amor. 632.

137 *Et canis ante pedes*] *At canis* plerique.

145 *Mille Lares geniumque ducis*] Turbant libri veteres, magna ex parte. ſed nihil eſt immutandum. Perſeus Satyra VI. *Dis igitur Genioque ducis, centum paria ob res Egregie geſtas indico.* ſic Pithoei codex, non *induco*.

148 *Ius habet*] *Dabit*, aliquanto rectius Laeti, prim. Ambroſ. Arond. Mazar. et ſex alii.

152 *Regna dediſtis aues*] *Signa* Vrſini codex et vnus Patauinus, cum Naugerii libro. Superiori verſu *Hunc Remus inſtiterat* Zulichemianus a manu prima, non *Huic*. ſic *inſiſtere limen, inſiſtere veſtigia* dixit Virgilius. *inſiſtere viam* et *iter* Plautus Terentiuſque.

156 *Corpore paſſa virum*] *Nefas* primus Farneſianus pro diverſa lectione. forte rectius. quia *ſecuta virum* mox ſequitur. niſi illic *ſuum* malis, vt ad τὸ *maritum* referatur. Praeterea *eſt omni* Sarraulanus, Mazar. et infiniti alii. forte *Vt eſt omni parte ſecuta ſuum*.

160 *Tollet equis*] *Tollit* meliores. et *inducunt*, pro *inducent*, paulo poſt.

167 *Pars Bacchum nutriſſe putat*] *Putant* veteres nonnulli, venuſtius. Mox *niſibus*, pro *nixibus*, prim. Farneſ. prim. Ambroſ. et ſex alii. vide notas ad Epiſt. IIII. 126. et deinde τὸ *eſſe* poſt *lanugo* meliores non agnoſcunt.

178 *Praeda cruenta leae*] *Ferae* Zulich. Mazar. Voſſ. Arond. Laeti, opt. Patau. et quatuor alii. probe. nam *leae* et *leaenae* iam praeceſſerant.

188 *Ille vel ille*] *Vel iſte* meliores. et mox *Ipſa doce, quae ſis*, non *ſcis*. et *reſpondit diua*, pro *reſpondet*, et *efflat*, pro *adflat*.

195 *Chloris eram, quae Flora vocor*] Lactantius Firmianus libro primo de Falſa Religione: *Flora cum magnas opes ex arte meretricia quaeſiuiſſet, populum ſcripſit heredem, certamque pecuniam reliquit, cuius ex annuo foenore ſuus natalis dies celebraretur, editione ludorum, quos appellant Floralia. quod quia ſenatui flagitioſum videbatur, ab ipſo nomine argumentum ſumi placuit, vt pudendae rei quaedam dignitas adderetur. Deam finxerunt eſſe, quae floribus praeſit, eamque oportere placari, vt fruges cum arboribus aut vitibus bene proſpereque floreſcerent. Eum colorem ſecutus in Faſtis Poëta non ignobilem nymphan fuiſſe narrauit, quae ſit Chloris vocitata, eamque Zephyro nuptam, quaſi dotis loco id accepiſſe muneris a marito, vt haberet omnium florum poteſtatem. Honeſte quidem iſta dicuntur, ſed inhoneſte a ſapientibus creduntur.*

Digitized by Google

205 *Danda mihi nomina nuptae*] Alii *nymphae*. et tum *numina* malim cum vno Patauino.

207 *Semper nitidissimus annus*] *Tepidissimus* opt. Patau. prim. Farnes. Maz. et a manu prima Zulich. et duo alii. sed infra mox habebis v. 265 *Si bene floruerint oleae, nitidissimus annus.* vid. lib. IIII. 126. Pro *semper* Zulich. et duo alii *per me*. vnus Moreti *vere est*. liber Strozzae *vere*. Lege *veri nitidissimus annus*. nempe *est*.

217 *Conueniunt pictis incinctae vestibus*] *Pictis floribus* tres veteres. quomodo *incingi mitra* alibi dixit. terte Horae εὐφαννοφόρῳ Alcaeo dicuntur. et πολυάνθεμοι Pindaro Olymp. Od. XIII. Sed nil temere mutandum in Nasone. nam et pictis vestibus flores subintelligi possunt. sic et Sileni theatris veste floribus contexta inducebantur, teste Halicarnasseo lib. VII. Orpheus in Hymnis: Ὥρας θυγατέρας θέμιδός τε καὶ Ζηνὸς ἄνακτος, Εὐνομίην τε, Δίκην τε, καὶ Εἰρήνην πολύολβον, Πέπλους ἐννύμενον ἀρήτους ἀνθῶν πολυθρέπτων. Apuleius Met. VI *Vulcanus coenam coquebat, Horae rosis et caeteris floribus purpurabant omnia.* vbi nuptiae et conuiuium Cupidinis ac Psyches describit. et libro X *Inde Gratiae gratissimae, hinc Horae pulcerrimae, quae iactatis floris serti et soluti, deam propitiantes, dominae voluptatum veris coma blandiuntur.* scribe ex hoc ipso Nasonis loco *calathis floris serti. et Ingue leues calathos munera nostra ferunt* subdit Noster. Horis eadem adsignat nomina Hesiodus in Theogonia, quae Orpheus loco supra producto. de iis plura congessit doctissimus Graeuius Hesiodearum Lectionum cap. XX. Taliter et Floram ipsam fuisse vestitam sit verosimile. Lactantius in eruditissima de Phoenice Elegia eleganter *vestem Florae* appellat flores. sed locus est foedissime deprauatus, qui sic restituatur: *Qualis inest foliis, quae fert agreste papauer, Cum pandit vestem Flora rubente polo.* codices vulgati *Cum pandens vestis sole rubente polus.* scripti *Cum pandit vestem flore rubente polo.* hinc nos veram lectionem indagauimus.

219 *Protinus accedunt*] *Accipiunt* Mazar. Zulich. *arripiunt.* quod placet. *accidunt* optimus Patau.

227 *Quid crocon, aut Acin referam*] Acis non in florem, sed in amnem, mutatus apud poëtas, si quid memini. *Astin* Pomponii Laeti codex et vnus Mediceus melioris notae exhibent. quod et in suis inuenerat Ciofanus. Plurimi ex antiquis *Asbin*, vel *Asym*, vel *Astim*. *Asbin* Zulichemianus. Vossianus *Asyn*. *Astyn* Vrsini codex. Lege *Astyn*. cuius cruor in violam mutatus, vt ex Arnobii lib. V apparet, qui multis fabulam hanc persequitur.

228 *Sanguine surgit*] Pro *sanguine*, quod paulo ante praecesserat, veterrimi maxima ex parte *vulnere* agnoscunt.

233 *Facta Maristi*] Ita libri veteres. malim nihilominus *Faryn.* qui frequens error est in antiquis libris. neque aliter altus Petauianus.

241 *Cur*

Digitized by Google

241 *Cur ego desperem*] *Desperem* octo ex melioribus: tres *despicerem*. Forte *despuerim*, vel *respuerim*. quod praestat. Mox *laetis terris*, pro *latis*, Maz. et Zulich. hoc est fertilibus. dixi supra lib. I. 545. *Latiis* perperam Vrsini codex et Patauinus mus. infra v. 280 *laetam dives habebat humum* cum Patauino.

250 *Testificabor aquae*] *Testificatur* magis arridet cum optimo Patauino, Maz. Zulich. et tribus aut quatuor aliis.

253 *Qui dabat hunc, dixit*] *Qui dabat, hoc dixit*. ita dilingue. Sequenti versu aliud agebat illustrissimus Neapolis lum legit: *Tangit, et intacta concipit illa sinu*. agitur enim de unione, non de sterili iuuenca.

259 *Qui memor*] *Cum* vel *Tum* veteres plerique.

262 *Tangit numen et arua meum*] *Tangunt* praetulerim cum Vrsiano et vno Patauino.

266 *Poma quoque euentum*] *Pomaque prouentum* Naugerii, Vrsini et vnus Patauinus codex. recte. sic *prouentus anni* et simile apud Rei rusticae scriptores.

274 *Corporaque ipsa vigent*] *Virent* Mazar. et Zulich. a manu prima. eleganter. *viridis aetas*, *virides anni* et similia passim apud poëtas, sic et Graeci. vnde χλωρὸν apud Theocritum. quod Horatius Epod. XIII est imitatus.

276 *Ius sibi dicendi est*] *Discendi* meliores plerique, omisso *s*. vidit iam ex suis Ciofanus.

285 *Seruabas sua publica vulgus*] *Seruabant* optim. Patau. utabam aliquando scribendum *Vindice verſabant nulla sola pudica vulgus*. hoc est, vertebant. Noster Pont. II El. VII *Temperat in aruorum cultu consumere dulce est. Non patitur verti barbarus hostis humum*. quidam legunt *pascua*. quos inter Demetrius in Rosinum. quomodo vnus Mediceus. aliis duodecim *tabula*.

287 *Perducta*] *Delata licentia*, pro *perducta*, notat ex suis augeriis. quod placet.

293 *Parte locant cliui*] Omnino *cliuum* cum vetustioribus plerisque reponatur. quod Neapolis iam vidit. *qua tunc* iam, non *qui*. Zulichemianus.

297 *Honor*] *Honos* praestantiores.

307 *Eadem dea tela tenebat*] Imo *vota*, ex fide historiae, quae aliter scripti. de Agamemnone ad Troiam profecturo et Aulidis portu cum aduersis ventis luctante agitur. dormitauit e Neapolis.

311 *Longa referre mora est collecta obliuia damnis*] *Correcta* ex scripti. totidem *collata*. *collecta* optimus Patau.

314 *Exigerent*] *Exigerem* plurimi ex scriptis.

322 *Grandine laesa seges*] *Ceres* prim. Ambr. et sex alii. vt hor. lib. III El. VII *Carmine laesa Ceres sterilem vanescit in herbam*. Mox pro *frondes decutiuntur* prim. Farnes. et quinque *excutiuntur*. vide notas lib. III. 237. *flores* etiam alter Puteus. sic supra *Si bene floruerit vinea, Bacchus eris*.

329 *Annuimus votis*] *Vota* libri veteres.

330 *Per-*

Digitized by Google

330 *Perfoluere mihi*] *Rite vouere* Pighius emendat in Annalibus tom. II. ex scripto codice p. 361. quod leges prosodiae non ferunt.

335 *Tempora futilibus cinguntur tota coronis*] Censeo scribendum, quicquid scripti codices dissentiunt, *tempora pota*. hoc est, potu madida. *tecta* est in editione Gryphii et quinque manu exaratis. τὸ *pota* confirmatur a sequentibus.

337 *Ebrius incinctis*] *Phyliras* Voss. et vnus Mediceus. vt in Graecismus. vt *incinctus tunicam* inf. v. 675.

340 *Habent vultae mollia serta comae*] Iam de sertis constat rum supra dixerat. Opinor itaque scribendum *habent vultae mollia serta fores*. amicarum enim foribus serta appendebant, et illinebant vnguentum. de quo ritu multi. Lucret. lib. III. 171 *At lacrymans exclusus amator limina saepe Floribus et sertis operit, postesque superbos Vngit amaracino.* —— apud Persium quoque Sat. V illo loco: —— *dum Chrysidis vdas Ebrius ante fores exstincta cum face canto*, videtur reponendum *Chrysidis unctas ante fores*. sic *Iunonem vnxiam* dictam ex Marciani Capellae libro II discimus. quod nouae nuptae, quando domum maritam deducebantur, fores inungebant. Scholiastes certe antiquus in Persio non aliter videtur legisse. *vdas fores dixit, quas amatores vnguento solent perfundere*. si *vdas fores* non permittit immutari apud Persium inrellige de foribus vino adspertis, vt in Plauti Curculione, amator vino fores irrigat amaras. Scholiastes Aristophanis in Plutum de Laide: Λύτης δὲ πολλοὶ τῶν ἐραστῶν ἠράσθησαν, καὶ ἔφυτε τὰ πρόθυρα αὐτῆς ἄνω ὕβριστον. *vnctae fenestrae* apud eundem Persium Satyra eadem, in quibus candelae disposita. *vdae* tamen *fores* pro *unctis* in Persio ferri possunt. sic apud Iuuenalem Satyra VIII —— *assiduo Syrophoenix vdus amomo*. vbi tamen *unctus* inueni exaratum in veterimo codice Vossiano.

349 *Turba quidem cur hoc celebres*] *Celebrent* prim. Bonnensis.

350 *Non ex difficili cognita causa fuit*] Plurimi ex veteribus *causa petita fuit*. sex *petita mihi est*. *petita subest* Zulich. Maz. Voss. prim. Farnes. opt. Patau. aliique quatuor. *duo petenda subest*. lib. II. 514 *Parua quidem causa, sed apta, subest*. lib. IIII. 142 *Causaque, cur iubeat*, (*discite*) *certo subest*. et postea 368 *an sua causa subest*. et infra hoc libro 604 *haec scena fabula nota subest*. et VI. 266 *formae caussa probanda subest*.

354 *Contemnunt spinam*] *Contemni* bene Maz. Zulich. prim. Farnes. opt. Patau. et quatuor alii.

358 *Et color*] *At color* prim. Ambros. Laeti, Mazar. Zulich. et duo alii. placet.

360 *Decidere in mensas*] *Accidere in mensas*, pro *decidere*, veterum plerique. etiam probe. sic Lucretius lib. IIII. 216 *Arboris ex oris in terrarum accidere oras*, pro cadere, dixit. ita enim rectius libri veteres, quos vidi, quam *ad oras*. Silius libro IIII. 238 —— *frontem in mediam grauis accidit ensis*. ita scribo, cum

Digitized by Google

cum in vetustis codicibus legatur *occidit*. in vulgatis *incidit*. Varro Parmenone apud Nonium in *Trabs*: *Alia trabs pronis in humum accidens proximae frangit ramos cadens*. Seneca Hippol. 583 *Terrae ropente corpus exanimum accidit*. ita optimus Mediceus, non *cadit*. Idem Troasin *accidere ad genua* dixit. vt et Ennius Pancratiaste. Lucretius *Res noua miraque menti Accidit*. et idem sic passim. Liuius Andronicus apud Nonium in *Struices*: *Quae Castalia per struices saxeas lapsu accidit*. Apuleius Metam. V *Nec quemquam tamen illa videre poterat, sed verba tantum dicebat accidentia, et solas voces famulas habebat*. sic scribe. vulgo ibi perperam *excidentia*. Paulo post sequitur *Clemens quidam sonus aures eius accidit*. Priscianus: *Vocem definiunt philosophi ictum auribus accidentem*. quae emendationem loci Apuleiani vnice confirmant. Plautus in Sticho: *Paternae vocis sonitus aures accidit*. Valerius Flaccus: — *vox accidit aures Flebilis accedens*. Attius Meleagro: *Simulac agnitus vox ad aures eius accidit*. Idem: *Timide eliminor clamore, simulac nota vox ad aures accidit*. Auctor Rhetoric. ad Herennium: *Quod, vbi ad aures accidit, res animum accidens* Aulus Gellius lib. XVIIII. 10.

368 *Tertia caussa venit*] *Fuit* vnus Mediceus. an pro *fuit*?

371 *Cur tibi pro Libycis claudamur*] *Claudantur* prim. Ambros. Laeti et quatuor alii. vt superiora illa *dixit et illa licet*, vel *dixerat illa*, vt est in Erfurtano, per Parenthesin legantur.

382 *Summa virent pinu*] *Vires* codex vnus ex meis, alius itidem ex Mediceis. eleganti Graecismo. Met. lib. IIII. 526 *Imminet aequoribus scopulus. pars ima cauatur Fluctibus, et tectas defendit ab imbribus vndas, Summa viret*. vbi perperam a nonnullis *virent* reponitur. Eodem libro, ex fide optimorum codicum: *Quaque patet nunc terga cauis superobstita conchis, Nunc laterum costas ferit ense*. sic et apud Auienum corrige Descriptione Orbis ipso statim initio: — *qua se salis infinitus vis, Terrarumque cauis illabitur arduus Atlas, Qua iuga celsa tumet, Libyae sese explicat ora*. idem mox: — *Ab Zephyro hinc rupes dorsum tumet*. et: *Scire sibi late dorsum tumet*. idem *Dorsum tumet hic Erythia*. nihil in illo frequentius his Graecismis.

387 *Exhausta parte laborum*] *Exacta* quidam veteres cum primo Ambrosiano.

393 *Respitit interea clauam*] *Perspicit* Zulich. et quatuor alii. sic Met. II. 111 *Dumque ea magnanimus Phaethon miratur, opusque Perspicit*. —

400 *Et gemit Alcides*] *Ingemit* Zulich. Mazar. alter Petauianus. tres *Adgemit*. vt Trist. I Eleg. III. 112 *Adgemit et nostris ipsa carina malis*. Statius Theb. XI. 246 *Fleut moesti retro comites, et vterque gementi Adgemit*. Idem VI — *migrantibus aggemit illis Sylua*. apud eundem *adstridere, adstupere, adsibilare, adtremere, aduerberare*. *Tumulis magistri accanture* Statio Siluar. libro IIII. 4. 55. *Admugire* apud eundem IIII. 5. 17

Non

Non mille balant lanigeri greges, Nec vacca dulci admugit adulto. male *mugit* nunc legitur. Noster Arte Amatoria I. 279 *Mollibus in pratis admugit femina tauro, Femina cornipedi semper adhinnit equo.* Plautus Clitellaria, in fragmentis: *Adhinnire equuleam possim ego hanc, si detur sola soli.* sic Horatius Arte Poëtica v. 101 *Vt ridentibus arridentur, ita flentibus adsunt.* ita iam pridem Theodorus Marcilius in notis ad poëtam illum suis monuit scribendum, quam emendationem postea alii vindicarunt. *adsuspirare* apud Apuleium non semel occurrit. vt libro IIII *Tunc fletibus vius anus adsuspirans. Adlacrimare* apud Maronem in optimis exemplaribus Aeneidos X. 628 *Et iam adlacrymans quid si, quod voce gauaris Mente dares?*

402 *Vana vulnera mulcet ope*] Naugerii, Vrsini et octo alii *varia*. ne his idem dicat. nam vanam fuisse opem proximis versibus est designaturus.

406 *Tempora nulla dabat*] *Dabant* optimus Patau. et sex alii. quae locutio est inprimis elegans. atque ita vitabitur *cacozelia* omnis, cum *Stabat* proxime sequatur.

410 *Morum, quos fecit, praemia doctor habet*] Valde moueo, ne hic versus grammatici aut paedagogi alicuius commentum sit, cum oscitantia librarii genuinus Ouidii esset omissus. adeo nihil spirat praeter merum frigus et Latinitatem seminecem.

414 *Corpora cinctus eras*] *Tempora* Naugerii, Vrsini et vnus Patauinus. In toto Chironis corpore stellas XX recensent Scholiastes Germanici, XXIIII Hyginus.

417 *Scorpius*] *Scorpion* duo veteres. Lego *Scorpios*. et mox *notandus erit*, cum melioribus, non *videndus*.

421 *Ritus erit veteris, nocturna Lemuria sacri*] Puto scribendum *Ritus eunt*. Pro *nocturna* quidam veteres *celebrat*. vnus *celebrate*. vt sit *Ritus eunt veteris* (*celebrate*) *Lemuria sacri*. sic lib. II. 632 *Fauni sacra bicornis eunt*. vide notas lib. II. 146.

423 *Februa norant*] *Norat*, scil. annus, prim. Ambros. Mazar. Zulich. et duo alii.

429 *Somnosque silentia praebent*] *Somnoque silentia praebet* meliores magno numero.

435 *Cunique manus pure ter.*] *Manus puras* multi ex antiquis. vt Met. VIIII. 701 —— *purasque ad sidera supplex Cressa manus tollens. Terque manus* prim. Ambros. vnus Farnes. et Laeti liber. Puto *Terque manus puras fontana vbi perluit vnda*, vel *proluit*, vt est in aliis. vid. lib. IIII. 778. Sequenti versu *accipit ante*, non *ore*, multi ex antiquis. sed male. lib. II. 576 *Et septem digras versat in ore fabas.*

441 *Rursus aquam tangit*] *Aqua* Mazarinianus. recte, vt puto. *aqua tangere*, lustrare. vt ad aera concrepata respiciat. dial lib. IIII. 740.

450 *Ex ipso cognita causa deo est*] Ita meliores.

460 *Qui*

Digitized by Google

460 *Qui modo talis eram*] *Qualis eram* Zulich. Mazar. Vrſin. prim. Ambroſ. Arond. aliique multi ex melioribus. ſic apud Plautum Moſtellaria I. 3. 42 *Hem vide quae ſim; at quae fui ante! Qualis* pro *quantus*, vt *talis* pro *tantus*. Plautus Captivis V. 5. 2 *Quid me oportet facere, vbi tu talis vir falſum autumas?* Salluſtius de Mario Iug. LXVI *Tamen ad id locorum talis vir conſulatum appetere non audebat.* Phaedrus III. 9 *Quaeſo tam anguſtam talis vir ponis domum?*

463 *Nunc ſum elapſa*] Quidam ex ſcriptis τὸ *ſum* non agnoſcunt.

471 *Pietas aequalis in illo eſt*] Putabam aliquando *aqualis*. hoc eſt *ab qualis*, vel *at qualis*, vel *dl*, *qualis*. vt dixi Epiſt. XVIII. 102. vel *en qualis*. Mox pro *manibus ille* multi ex melioribus *in mea fata*. et pro *noſtro honore* prim. Ambr. et Laeti codex *feſto*.

490 *Menſe malum Maio*] *Malas* in melioribus.

498 *Et pronus*] Man. et Zulich. *pronum*. optime. vnus Moreti *promeum*.

499 *Forte ſenex Oriens*] *Hyrtheus* Mazar. *Hirtheus* Zulich. vnus Moreti *Hyereus*. vnus Puteani *Hereus*. alii aliter. Scaliger *Iereus*. optimus Vrſini liber tam hic, quam infra, *Hyrieus*. vere omnino. ne dubita. ſic et lib. VI *proles Hyriea* ſcribendum. Τριὰς Graecis eſt, quem Orionis patrem faciunt Parthenius Eroticis cap. XX, Antoninus Liberalis Metamorphoſi XXV, Palaephatus περὶ Μύθων, Scholia antiqua in Homeri Iliados lib. Β et Σ et Nicandrum Ther. 15. vbi tamen perperam ὠριὰς pro ὠριὼς nunc legitur. Narrat quoque fabulam ex Ariſtomacho Scholiaſtes Germanici et Hyginus duobus locis poëtico Aſtronomico. ſed vtrique pro *Hyrieo* eſt *Erytbreus*, neſcio an mendoſe. Hunc Neptuni et Halcyones filium facit Homeri Scholiaſtes, et Palaephatus, vt et Hyginus poëtico Aſtronomico fabula Tauri. vbi tamen *Hyrea* pro *Hyriea* ſolemni errore ſcribitur. In Mythologia Hygini Fab. CLVII inter Neptuni filios *Rias ex Alcyone Atlantis filia* memoratur. etiam corrupte pro *Hyrieus*. Scholiaſtes Statii Theb. VIIII, vbi agit de Driante Orionis filio: *Auus enim Drias Neptuni filius fuit.* lege *Hyrieus*. Apud Hyginum quoque Fab. CXCIIII in hac narratione male omnino legitur: *Iupiter, Neptunus, Mercurius in Thraciam ad Byrſeum regem in hoſpitium venerunt.* cum reponendum ſit *ad Hyrieum regem*. Caetera huius fabulae foedis etiamnum modis illic corrupta ſunt. Scholiaſtes Statii Theb. III. 27 *Neptunus cum ad Oenopionem regem in hoſpitium veniſſet.* vbi, cum vetuſtus codex ad *Oriem regem* exhibeat, *ad Hyrieum regem* non dubito eſſe reponendum. Notetur autem in tranſcurſu, Hyrieum quibusdam regem dici, quem Ouidius anguſti agelli cultorem facit. Similiter variant auctores de Celeo, Triptolemi patre. Quidam Oenopionis filium faciunt Orionem, quos inter Seruius ad lib. I. 538. et X Aeneidos, ac Scholiaſtes Statii Theb. III. ſed de loco Statii mendoſo vidimus, vt fortaſſe Seruius pari etiam modo

Digitized by Google

do sit castigandus. alii enim rectius Oenopionis generum dicunt, cuius filiam Merope duxerit vxorem, quanquam Apollodorus Sidenaei vxorem adsignet ante Meropes nuptias. Apud Parthenium de Orionis et Herus Amoribus fabula minus nota occurrit. Noster ei Lyricen amicam dat lib. II Art. Amat., si sana illic lectio est: *Pallidus in Lyrice siluis errabat Orion.* sed *Dirces siluis* scribendum videri suo loco monui. Caeterum Scholiastes Statii ad lib. VII Theb. 258 *Pelasgum* dat Orioni patrem: vbi vetus liber *Pelargum* agnoscit. Apollodorus e terra natum asserit, vel etiam ex Neptuno et Euryale, idque Pherecyde teste. Hesiodus apud Nicandri Scholiasten ex Neptuno et Gelone, Minois filia. Atque haec de Hyrieo et Orione.

507 *Ipse genu nixus flammas excussit ab aura*] *Genu posito* Laeti, vnus Farnes. et prim. Arnbrosianus vtrumque rectum est. adi notas ad lib. III Met. 240. Deinde probe Zulich. Mazar. optimus Patau. prim. Farnes. et quatuor alii *flammas exsuscitat aura.* cui verbo frequens apud Tullium vsus est. Liuius Belli Punici libro I cap. III *Ne quandoque paruus hic ignis incendium ingens exsuscitet.* Turpilius Demiurgo: *apertae furae, brachia autem procera horrorem mihi ex corde exsuscitabant,* Furius in Annalibus apud Macrobium: *Confirmat dictis simul atque exsuscitat acres Ad bellandum animos.* sic *sopitos suscitare ignes* Virgilio duobus locis. *excitare foculum bucca* Iuuenalis Satyra III. Lucanus libro VIIII *Excitat inualidas admoto fomite flammas.* Auctor Moreti, qui similem descriptionem dedit: *Excitat et crebris languentem flatibus ignem.* *Flatibus*, hoc est quod *bucca* Iuuenalis. Noster *aura* dixit, quomodo alibi in his libris: *Ipse sui flatus ne sonet aura cauet.* *Inflagrare halitu ignem* dixit Solinus cap. V *deinde nullo inflagrante halitu, ab ipso numine fit accendium.* Noster lib. VIII Met. de Philemone: *ignes suscitat hesternos.* male ergo Neapol. amplectitur *extremo stipite.* quod est in quibusdam scriptis, cum *hesterno* optime sese habeat. adi Notas Met. IIII. 662. Amor. III Eleg. VII — *hesterna languidiore rosa.* Trist. I Eleg. III ex vestigiis veterum librorum: *Contigit hesternos ore tremente faces.*

508 *Et promit quassas*] *Profert* multi ex melioribus. nam *promit* mox sequitur: *Promit fumoso condita vina cado.* vbi tamen Mazar. *Prodit*, eleganti locutione, cum vno Patau. et Gotorphiano. Mer. IIII ex optimo codice v. 655 — *laeuaque a parte Medusae Ipse retro versus squallentia prodidit ora.* Virgilius libro II Aeneid. 259 — *illos patefactus ad auras Reddit equus, laetique cauo se robore produnt.* ita monet in vetustissimo codice Longobardico legi Pierius Valerianus, non *promunt.*

509 *Olus alter habebat*] *Habebant* Strozzae liber. et paulo post pro *fumat vterque* multi *fumant.* Laeti, prim. Ambros. et quinque alii *fumas.* Lege *fumant.* sic apud Iuuenalem Satyra XIIII *grandes fumabant pultibus ollae.* sed apud Martialem Xenia

Digitized by Google

Xeniis Epigr. lib. XIII. 7 habes: *Si fumet rubra conchis tibi pallida testa.* conchis enim faba, vt notum. nisi et illic *fumet* reponis.

510 *Et spumat testu pressus vterque suo*] Pro *testu* plurimi veteres *testo*. alii *testa*. minus bene. dixi lib. II. 611.

515 *Vt rediit animus?*] Haec vera lectio, quicquid turbant libri veteres. vide Notas Epist. VI. 31.

520 *Incubuere toris*] *Discubuere* duo veteres. vt lib. VIII Met. *Discubuere toris Thesei comitesque laborum.*

522 *Terra rubens crater*] Forte *Testa rubens*. nam crateres et aere solebant confici. sic et *testa rubens* Sedulio in praefatione carminis Paschalis: *At nos exiguum de paupere carpsimus horto, Rubra quod oppositum testa ministrat olus.* quod Ennodius est aemulatus carmine ad Olybrium: *At mihi vix tellus transmittit pauperis horti, Rubra quid accipiam testa refutat olus. Rubrum catinum* dixit Persius Sat. V. et *rubra patella* apud Martialem lib. XI. 88. et libro XIIII. 114 *rubicundam testam* habes.

525 *Cura fuit coniux prima mihi cura iuventa*] *Primae mihi cura iuventae* Maz. Zulich. prim. Farnes. et quinque alii. Lege *Cara fuit coniux primae mihi cura iuventae.* sed praestat vulgatum. Statius Epicedio Patris: —— *vna tibi cognita taeda Coniugio, vnus amor.* vel *prima iuuenta*, vt Strozzae liber et vnus Moreti. multi alii *prima mihi cara iuuenta.* Vrsini Codex *Cara fuit coniux, carae mihi prima iuuentae.* Pro *Cognita* Mazar. Zulich. prim. Farnes. et quatuor alii *Condita.* vt ad vnam refertur.

530 *Sed pater*] *Et pater* bene Zulich. Mazar. et alii quatuor.

532 *Constiterant*] Vnus Farnes. *Constiterunt.* et tum *Annuerunt* quoque legendum. Scribe etiam *iuuencae.* vaccam ab iis initam describit.

547 *Liquido iubar aequore tollit*] *Vitreo* pro diuersa lectione alter Mazarinianus. vt *vitreus pontus* Horatio. multi alii *nitido.* Mox pro *arma sonabant* malim *sonarunt.* vt in Ibide 126 *Laeua sonauit auis*, non *volauit*, ex antiquis libris.

559 *Perspicit*] Libri meliores tam hic, quam paulo post, *Prospicit.*

560 *Et probat inuictos illa tenere deos*] *Inuictas summa tenere deas* Vrsini, prim. Ambr. Zulich. et tres alii. Mazar. Voss. Arondel. Laeti plurimique praeterea *inuictos summa tenere deos.* quidam etiam *sola tenere.* infra lib. II. 74 *Aurea possedit facie Capitolia templo Mauer, et, vt debet, cum Ioue summa tenet.*

563 *Oneratum pondere caro*] *Sacro* prim. Medic. et Thuaneus. placet, vt ad patrem simul et deos penates respiciat. Met. XIII. 625 — *sacra, et sacra altera patrem, Fert humeris venerabile onus Cythereius heros.* Fastorum I. 527 *Iam pius Aeneas sacra, et sacra altera patrem, Afferet.* lib. IIII. 37 *Hinc fatus Aeneas (pietas spectata per ignes) Sacra patremque humeris altera*

Digitized by Google

altera sacra, tulit. Dido Aeneae: —— *nec quae mihi, perfide, iactas Pressserunt humeros sacra paterque tuos.*

571 *Adstanti milite iusso In coniuratos*] Haec sunt nihili. Scribe cum optimis maxima ex parte libris —— *hinc stanti milite iusso, Hinc coniuratis.*

574 *Nomen vtrumque paro*] *Numen vtrumque* Vrsini, Naugerii, prim. Farnes. Voss. Arond. plurimique alii. et placet. Vestam et Diuum Iulium innuit. sic supra libro III. 421 *Iguibus aeternis aeterni numina praefunt Caesaris.*

579 *Nec satis est meruisse*] *Nec satis est meruisse semel cognomina Martis* meliores. nempe *Marti* scribendum. nam vnus Patau. *sui cognomina Marti.* alius *sui Martem.* Zulich. et Mazar. *meminisse mei.* mendose. alii *meruisse sibi*, vel *sui*, vel *satis*, vel *quidem*, vel *viro.* male omnia.

580 *Parthi manu*] *Parthis* Voss. Vrsin. Maz. prim. Medic. et quinque alii. Lege *Partha manu.* Remed. Amor. *Vince cupidinem pariter Parthasque sagittas.* sic et *Partha vropaea* Propertio. et *Partha tellus* et *Parthi foci. Parthum aequor* Prisciano in Periegesi v. 869 *Quae protenta diu cinguntur ab aequore Parcho.* ita veterrimus codex Reginae Suecicae, quo sum vsus. nam vulgati *aequore Perso.* sic *Maura iacula* Horatio lib. I Od. XXII *Non eget Mauris iaculis.* ita enim meliores scripti. quomodo alibi *Mauram undam* et *Mauros angues* dixit. Silius libro III —— *iuga Pyrenes venatibus acer Metiri iaculone extendere praelia Mauro. Maurae postes* Statius Tiburtino Manlii Vopisci. et *Maura rura* Theb. VIII. *Maurus Abilen* Festus Auienus Descriptione Terrae.

591 *Quid tibi nunc solitae sagittae*] *Solitas sagittas* Erfurt. quare legebam *Quo tibi nunc solitas mitti post terga sagittas?* vt iam monui ad Ep. IIII.

595 *Nomenque Bisultor*] Lege *Bisulto* cum Zulich. Mazar. plurimisque aliis. nonnulli *Bisultum.* minus bene. Vrsini liber *nomenque bisultum.* Sequenti etiam versu *Et meritus* meliores, pro *Emeritus.*

597 *Solemnes ludos Circi*] *Circum* Vossian. Arondel. et plurimi alii. vt sit appositio, in qua assiduus Noster. sic apud Livium lib. XXX. II libri meliores: *Certatim ludos Dictator et Magister Equitum ex Senatus consulto fecerunt.* et lib. XXXVIII. *ac Ludi Taurilia facti sunt.* nec pauciores *Circo.* Helmaest. *circa.* Sed ne quid dissimulem, placet impense cum Mazar. Zulich. et Hamburgensi legi *Solemni ludos Circo.*

610 *Sic fueras aspicienda Ioui*] *Accipienda* prim. Ambros. et duo alii. hoc est Iouis tergo. Mox lege *tergum demittis*, cum Mazar. Zulich. et multis aliis. plures *dimittit.* proxime verum. Vulgati *dimisit. dimittis* Farnes. et tunc sequenti versu *collo* legendum.

621 *Virgo simulacra virorum*] *Vulgo simulacra deorum Mitt solent* codex Politiani et Vrsini. nisi quod in illo posteriori *sollet.* et pro *vulgo*, *virgo* cum vulgatis. optimus Patau. *Tu* que-

Digitized by Google

que prisc. virgo s. virorum Mit. rob. scir. pon. solas. eo et septem alii alludunt, in quibus *Tu solet. Virgo* ad Vestales referendum, de quibus Festus in *Argei.* quae tamen non solae faciebant haec simulacra, sed pontifices etiam, vt Halicarnasseus nos docet. quare *vulgo* magis arridet cum Politiani codice. Varro: *Argaei fluunt ex scirpeis. Simulacra sunt in hominum XXIIII et quotannis a Ponte Sublicio sacerdotibus publice iaci solens.* Praeterea pro *virorum* Gottorph. et septem alii *deorum.* pro *reorum*, vt puto. frequenti errore. sic Pont. lib. I Eleg. IIII scribendum censeo: *I nunc et veterum nobis exempla reorum, Qui forti casum mente tulere, refer.* et in Ibide v. 189 *In te transcribet veterum tormenta reorum, Manibus antiquis causa quietis eris.* quibus locis *virorum* nunc legitur. Claudianus lib. II in Rufin. *Veteresque reos ex ordine quaerit.* Hic tamen nihil censeo temere mutandum, cum totum distichon sic, vt nunc legitur, in vulgatis libris, a Lactantio citetur lib. I Inst. Diuin. cap. XXXI.

626 *Fatidici dicta fuisse Jenis*] *Fuere* meliores. Pro *senis* optimus Mediceus *dei.* vt de Apolline agatur, sic lib. II *Fatidicum verbis fallere vellet deum.* certe *seni* proximo versu denuo sequitur. Sed Dodonaeum fuit Oraculum, vt ex Macrobio lib. I. 7 et Lactantio lib. I Institut. Diuinar. 38 discimus. quare scribendum *fatidici Iouis.* prior syllaba in *senis* ex vltima praecedentis vocis fuit repetita. quod errori causam dedit. et sic Erfurtanus a manu prima.

627 *Falcifero libata seni*] In denariis antiquis Saturni imagini falcem videas subiectam, quod huic deo insertiones surculorum pomorumque educationes, et omnium cuiuscemodi fertilium, tribuebant disciplinas. antiqui praeterea e stercore foecunditatem agris ab illo comparatam. vnde *Stercutus* sit dictus. Cyrenenses quoque mellis ac fructuum repertorem censebant Saturnum. videatur Macrobius Saturnal. libro primo cap. VII. De falce tamen Saturni aliam rationem idem capite mox subsequenti addit, *κρόνον* nempe et *χρόνον* eosdem esse, cui falcem ideo assignari, quod tempus metat omnia et incidat. probabili sane argumento. Nec tamen respuenda prior ratio est. nam et Saturni falcem in Siciliam decidisse fabulati sunt veteres, quod haec insula prae caeteris a fertilitate commenderur. quid quod ipsum *Saturni* nomen a *Satu* Grammatici deducunt?

630 *Tristia Leucadio sacra peracta deo*] Imo *Leucadio modo* cum Naugerii, Vrsini, Mazar. Zulich. et duobus aliis. nec aliter Lactantius. vide Strabonem lib. X de hoc ritu.

640 *Sparsas boues*] *Sparsos* meliores.

641 *Et quem nunc gentes Tyberim noruntque timentque*] *Tyberis* Vrsini et vnus Puteaneus. *Tyberim* prima editio. Putabam aliquando *Tyberinum horrentque timentque.*

648 *Caco debita poena fuit*] *Poena venit* Maz. Zulich. prim. Ambros. prim. Medic. opt. Patau. Voss. et septem alii. bene. dixi ad Epist. IIII. 113. Trist. IIb. II. 126 ex veteri libro: *Cuius*

Digitized by Google

in euentu poenae clementia tanta est, Venerit vt nostro lenior ira metu. non *vt fuerit*, quod est in vulgatis. lib. IIII Eleg. V *Dum veniat placido mollior ira deo.* sic *Vent amor grauius quo ferius* Epistola IIII. et alia his similia passim, de quibus vide Passeratium ad Propertii Eleg. V lib. I v. VI.

651 *Magnaque pars horum desertis mansit in agris*] *Venerat agris* Vrsini, prim. Ambros. Mazar. Zulich. et tres alii. scribe *venerat Argis.* hinc enim Argei dicta simulacra scirpea, quae in Tyberim iactata. de quibus Halicarnasseus lib. I, Varro loco, quem supra adduximus, et Festus in *Argei.* Argis enim comitatum omnem Hercules in Latium excurrens adduxerat. sic Virgil. lib. X. 778 *Egregium Autorem latis inter et ilia figit, Herculis Autorem comitem, qui missus ab Argis Haeserat Euandro.*

652 *Montibus his ponunt*] Collem Saturnium occuparunt. vnde et *Saturnii* dicti, et *Saturnalia* primi instituerunt comitatus hic Herculis. rem narrat Macrobius Saturnalium libro primo capite septimo. Malim etiam *remque.* Porphyrius Panegyrico ad Constantinum: — *seruire volunt, mirabile dictu! Remque Lauremque suum.*

655 *Mittite me in Tiberim*] Τὸ *in* libri quidam non agnoscunt. *me Tyberis* Strozzae codex. scribe *Mittite me Tyberi.* sic infra *Tybri iactatur imago.* vbi non est audiendus Neapolis, qui *in Tyberim* ex antiquis codicibus reponit. sic apud Maronem lib. XI — *Spolia occisis derepta Latinis Coniiciunt igni.* pro in ignem.

659 *Scirpea pro domino*] Paulo aliter originem huius ritus persecutus est Macrobius Saturnal. libro primo capite II. Epicadus *refert Herculem occiso Geryone cum victor per Italiam armenta duxisset, ponte, qui nunc Sublicius dicitur, ad tempus instructo, hominum simulacra, pro numero sociorum, quos casu peregrinationis amiserat, in fluuium demisisse, vt aqua secunda in mare aguecta pro corporibus defunctorum veluti patriis sedibus redderentur. et inde vsum talia simulacra fingendi inter sacra manasse.* addit idem Macrobius deinde et aliam originis causam, quam nos exhibuimus Fastorum tertio v. 339 de ambiguo oraculi praecepto: καὶ τῷ πατρὶ πέμπειν ὄβριν.

661 *Hactenus vt viuo*] *Vt viuo* Vrsini, Mazar. Vossian. Arundel. plurimique alii. vt Epist. Sapphus: *Hactenus; vt media cetera nocte silent.*

668 *Quo docente*] *Fauente* bpt. Patau. Laeti, prim. Ambros. Mazar. Zulich. Voss. et duo alii. quod magis arridet. supra initio libri IIII *Alma faue dixi geminorum mater amorum.* Apuleius Metam. XXXX *Sequebatur chorus carmen venustum iteratis, quod, Camenarum fauore sollers poëta modulatus, ediderat.*

670 *Haec tibi festa dies*] *Facta* Mazar. Zulich. Vrsin. prim. Ambr. et sex alii. an *pacta?* an *sacra?* quod posterius in multis scriptis occurrit. sic et supra non semel *factis* pro *festis* aut *sacris* legitur. Mox *profitetur* et *rogat* prim. Farnes. prim. Medic. Arondel. Gottorph. et tres alii.

675 *Hae*

Digitized by Google

675 *Hue venit incinctus tunica*] *Tunicas* Maz. Zulich. Laeti. opt. Medic. prim. Ambros. Voss. et duo Farnesiani, eleganti Graecismo. nisi malis *tunicam*, quod pro diuersa lectione in vno Moreti erat notatum. Mox pro *vrna suffusa* lege *suffita*. nam Vrsini praestantissimus *suffitam*. optimus Mediceus pro diuersa lectione *suffitas*. Naugerii liber *suffecta*. Mazar. Zulich. et vnus Vatic. *suffit aquam*, *suffit et hausit aquam*. quae turbatissima sunt. Pro *quam gerit* idem Vrsini codex *ferit*. puto *quam gerit*, vrnam nempe. Aluearia *thyma suffire* Virgil. IIII Geor. 141. Propertius libro IIII Eleg. VIIII *Suffiit et puro limina sparsit aqua*. sic scribo. Caeterum vt in hoc Nasonis loco *suffusa* pro *suffita* legebatur; ita etiam apud Apuleium peccatur libro Milesi. VIIII, quem locum non possum quin hac occasione ex emendem et turpi liberem glossemate. *Ergo nostra repente turbata praesentia subitario adducta consilio, eundem illum subiectum contegit viminea cauea, quae fustium flexu in rectum aggerata cumulum lacinias circumdatas suffitu sulphuris inalbabat.* vulgo *suffusas candido fumo sulphuris*. sciolus aliquis, qui non satis intelligebat, quia suffitus esset, credidit, fumum esse candidum. quia *inalbabat* sequitur, idque pro glossemate adscripsit. quod contextum postea occupauit. Sequentia apud Apulejum sic castiganda: *Interea dum acerrima grauique odore sulphuris iuuenis infestatus atque obnubilatus intercluso spiritu deficiebatur* (nisi mauis *iuuenis enecatus*. nam sequitur *non te sulphuris letbali fumo necabo*). cum nunc legitur: *Interdum acerrima grauique odore sulphuris iuuenis inescatus atque obnubilatus intercluso spiritu diffluebat. Diffluere intercluso spiritu* parum propie dictum, vt et *inescari odore sulphuris*. cum is odor sit grauissimus. *defici spiritu* elegans, de quo ad Epistolam Oenones v. 150. Apuleius pari modo libro primo: *Et nunc etiam spiritu deficior*, atque ita passim. illae duae priores literae τοῦ *vsque* proximo sequentis absorpserunt duas posteriores in *deficiebatur*. Caeterum in priori loco Apulei, vt eo reuertar, minime satisfacit τὸ *fustium flexu*. atqui *vimineam caueam* iam dixerat, multum autem interest inter *vimina* et *fustes*. Quare cum sciam exploratumque habeam, Apuleium esse admodum industrium et tantum non operosum in obseruandis verborum proprietatibus, opinor ab illo relictum esse *quae fastigatius* (vel *fastigatum*) *in textum aggerata tumulum*. nam in optimis membranis Florentinis *intercum*. in Bertin. *intectum*. *texi* proprie de viminibus dici [illegible] abunde demonstrauimus supra ad lib. IIII. 435.

680 *Incipit et solita fallere voce preces*] Scripti fere omnes recte *Et peragit solita fallere voce preces*, nisi quod *solitas preces* est in nonnullis. *Peragit preces voce solita fallere*. ita construendum; quod decepit Neapolim impulitque, vt pro vulgata lectione pugnaret. Sic *peragere sonos* lib. III, 26.

682 *Praeterita perfida verba fide*] *Die* scripti fere omnes paucis exceptis, iisque minus castigatis. vnde Scaliger et Gruterus *praeteritae die*, pro *diei*. vt *fide* pro *fidei* passim apud Nostrum. *praeteriso die* Mazar. et Zulich. Puto scribendum *praeteritis*

Digitized by Google

teritis perfida verba deis. hoc est, neglectis, spretis. Met. VIII. 277 —— *solas sine ture relictas Praeteritae cessasse ferunt Latoïdas aras.* Epistola XXI. 179 *Praeteriine tuas de tot caelestibus aras?* Sequenti versu *falsisue*, pro *falsoue*, Zulich. et alii tres scripti. sed nil muta. sic Art. Am. I. 635 *Per Stygà Iunoni falso iurare solebat Iupiter.*

684 *Non audituri nomina vana Iouis*] *Numina magna* opt. Patau. prim. Farnes. Mazar. Vossian. aliique multi. et recte. sic Am. lib. II Eleg. VIII, vbi etiam de periurio agit: *Per Veneris foci numina magna fidem.* sic et *di magni* passim dicti.

686 *Improba verba*] *Dicta* Mazar. Zulich. Voss. prim. Farnes. opt. Patau. et duo alii. *verba* iam praecesserat.

687 *Et pereant veniente die*] *Pateant* Zulich. Mazar. Vrsini, Voss. prim. Farnes. et decem alii. recte. Pateat ac detur, inquit, die veniente aditus ad noua mihi periuria. Vulgatam lectionem si admittamus, bis idem dixerit.

691 *Poscentes risit*] *Poscentem* Vrsini, prim. Farnes. et quinque alii. omnino bene. nam ad mercatorem, de quo supra, est referendum. Opt. Patau. Mazar. et Zulich. *poscenti.*

693 *At mihi pande precor, multo meliora petenti*] *Tanto meliora* Mazar. Zulich. Vrsin. prim. Ambros. et caeteri fideliores plerique. recte. nisi quod pro *pande* in quibusdam *parce.* perperam. sic *tanto melior* apud Plautum et Phaedrum. vide Gronovii nostri Obseruat. lib. II. 21. Seneca Epist. XXI *Tanto melior surge et respira.* Apulei. VIIII Metam. *Quanto melior Phistacrus adolescens formosus.*

697 *Dic, ego respondi*] Mallim *Dic age.* nam τὸ *ego* a manu recentiori erat in Zulichemiano, veteri lectione erasa. ita lib. I. 149. Et sequenti versu pro *reddidit ore* prim. Ambr. et Laeti codex cum vno Patau. *Prodidit.* bene. dixi lib. III. 292.

704 *Ex causa*] *A causa* prim. Ambr. Mazar. Zulich. Lege *e causa.*

708 *Constiterant illo nomina fida loco*] *Constiterunt* vnus Patauinus. quantiuis pretii lectio est, quam Zulichemianus exhibet: *Constiterant illic. nomen Aphidna loco.* neque aliter in Mazariniano fuisse videtur. nam *illic* discrtim apparebat, caeteris vocibus in menda cubantibus. Aphidnas Laconicas distinguit ab Atticis Stephanus περὶ πόλεων, quas Dioscori post raptam a Theseo Helenam expugnarunt. Apposite omnino Stephanus: Ἀφίδνα δῆμος Ἀττικῆς τῆς Λεοντίδος φυλῆς, ἀπὸ Ἀφιδνα αὐτόχθονος. ἔστι καὶ πόλις Ἀφίδνιαι. ἔστι καὶ τῆς Λακωνικῆς, ὅθεν ἦσαν αἱ Λευκιππίδες θοῖβη καὶ Ἱλάειρα. quanquam Theocritus in Dioscuris et Pindarus Nemeis Od. X, qui historiam luculentis versibus descripserunt, ad Apharei tumulum pugnam hanc commissam fuisse asseuerant. Aphareus autem cum Messeniis impensrit, fit verisimile, monumentum eius Messena in regione exstitisse. certe Apollodorus in hac fabula in Messeniorum tractu concurrisse Dioscuros cum Idae Lynceoque contendit. Habes et historiam apud Hyginum Fab. LXXX. sed vbi pugna sit commis-

Digitized by Google

missa is non addit. apud quem perperam *Laïra* pro *Ilaïra* appellatur altera Leucippidum. mala et Ἐλάειρα pro Ἰλάειρα apud Scholiasten Pindari. Caeterum Anienus in Arateis videtur innuere Leucippas fuisse raptas a Dioscuris bello Athenienſi, quod ob raptam a Theseo Helenam gerebatur. sed quemadmodum bella duo confundit, ita etiam Atticas Aphidnas cum Lacedaemoniis. Locum ecce, vt in veterrimo codice Voſſiano legitur: *At capiti ſuberunt Gemini, proleſque Tonantis Egregia, et patrio poſt reddita numina caelo. Nam Lacedaemoniis cum Mars caluiſſet Aphidnis, Caſtora Cetropii tulit inclementia belli. At frater lucemque et fata ſuperſtitis aequi. Protinus alternae germanos tempora vitae Iupiter attollit, caelique in celſa receptans Aeternae flagrare facis iubet ignibus ambos.* neque aliter Hygînus in Geminis: *Sed qui de Caſtore et Pollvce dicunt, hoc amplius addunt, vt Caſtor in oppido Aphidnis ſit acciſus, quo tempore Lacedaemonii cum Athenienſibus bellum geſſerunt.* ita emenda. perperam vulgati *in oppido Ariadnis.*

712 *Qua ceruix humeros continuata tegit.*] *Premit* meliores.

719 *Dixit, et alterna fratrem ſtatione recepit*] *Redemit* probe veteres plerique. Maronis illa cogitabat: *Si fratrem Pollux alterna morte redemit.* Sequenti verſu *fidus vterque* Zulichem. prim Farneſ. et ſex aut ſeptem alii. non *vtrumque.* ſic lib. III. 292 de Pico et Fauno: *Romani numen vterque ſoli.*

725 *Proxima Vulcani lux eſt, quam Luſtria dicunt*] Primus ad Feſtum incomparabilis Scaliger vidit, *Tubiluſtria* eſſe reponendum. certe in veterrimo Vrſini, Zulichemiano, Mazariniano, opt. Patauino, Helmaeſt. et tribus aliis *vbiluſtria.* in optimo Mediceo *tubiluſtria* erat emendatum. neque aliter in ora codicis ſui Politianus. Scribe nulla mutatione: *Proxima Vulcani lux eſt; Tubiluſtria dicunt.*

727 *Quattuor inde notis locus eſt*] *Locis* Zulich. Mazar. et vnus Farneſ.

731 *Dixes aquis acceperit*] *Aquas* vnus Patauinus. *ſuſceperit* prim. Farneſ. et prim. Mediceus. Lege *dixes aquae ſuſceperit.*

733 *Auferet*] *Auferas* bene Zulichemianus et alii duo. nonnulli *Aufert.*

Digitized by Google

FASTORVM

LIBER SEXTVS

2 *Ipse leges*] *Lege* Vrſini, Naugerii et vnus Patauinus. Laeti et prim. Ambr. *legas*. Mox *loquantur*, pro *loquentur*, meliores.

39 *An facient*] *Faciunt* multi ex ſcriptis, at prim. Ambroſ. et octo alii *faciant*.

45 *Foui*] *Foueo* meliores.

49 *Iunoniculoſque Faliſcos*] *Iunonicolaſque* cum ſcriptis.

52 *Hic color, hic teneo*] *Colar*, et *teneam*, caſtigatiores.

57 *Nec praeſtat*] *Praeſtet* Zulich. et vnus Patauinus. Lege *Ne praeſtet*.

59 *Aricia faſtos*] *Faſtus* prim. Med. de quo egimus ſupra initio libri primi.

60 *Et populus Laurens*] Merri ratio exigit reponamus *Lauiniumque*, pro *Lauiniumque*, cum ſcriptis nonnullis. Vrſini codex *Lauiniumque nemus*, pro *Lauuiumque*, elegantet. fuit enim ingens illic lucus Iunoni Soſpitae ſacer, quod ex Aeliani Hiſt. Animal. et Cicerone diſcimus. quanquam Aelianus Lanuuium cum Lauinio confundit. Apud Silium quouue Italicum non ſemel pari modo peccatur.

61 *Aſpice Tibur*] *Inſpice* meliores.

66 *Signa dolentis erant*] Scripti plerique *vigoris*, vel *doloris*, quidam etiam *decoris*, duo *ruboris*, vnus *pudoris*. nil muto. Faſt. IIII de Cerere v. 586 *Maximaque in vultu ſigna dolentis erant*.

72 *Et fauces cauſae forſitan ipſe meae*] Alii *fauces ipſa*. vt ad Iunonem reſpiciat.

74 *Vt debet, cum Ioue ſummia tenet*] *Templa tenet* in nonnullis. ſed nil mutandum, cum *ſacia templo* praeceſſerit. arcem Capitolinam intelligit, vbi Iuno Moneta colebatur. Faſt. VI. 183 *Arce quoque in ſumma Iunoni templa Monetae Ex voto memorant facta, Camille, tuo*. et ita lib. V. 560 *Et probat inuictos ſumma tenere deos*.

77 *Romane, dediſti*] *Dediſtis* Vollianus et duo Medicei. vt ad poſteritatem quoque referatur.

86 *Bellum ſuadeat*] Lege cum ſex ſcriptis *ſuadet, at illa gerit*, vel *ſuades et illa geris*, cum Vrſini et nonnullis aliis libris praeſtantioris notae. Amor, lib. I Eleg. VIII *Ille fores dominae ſeruat, at iſte ducis*. et mox: *Hic portas frangit; at ille fores*.

88 *Iunius eſt iuuenum; qui fuit ante, ſenum*] Sic diſtingue, *Iunius hic* Zulich. Puto *Iunius hinc iuuenum; qui fuit ante, ſenum eſt, qui fuit ante*, qui praeceſſit. Maius videlicet.

92 *Placi-*

Digitized by Google

92 *Placidi numen opusque ducis*] *Munus opusque* Hamburg. Iunian. et alter Petauianus. sic haec duo coniunxit etiam Pont. lib. IIII Eleg. prima: *Tutelaeque feror munus opusque tuae.* infra hoc ipso libro v. 774 *Ite deum laeti Fortem celebrate Quirites, In Tyberis ripa munera Regis habet.* in obitum Drusi v. 287 *Nec sua conspicies (miseram me!) munera Drusus., Nec sua pro templi nomina fronte leget.* Art. Amat. lib. I de Concordiae Templo: *Aut vbi muneribus nati sua munera mater Addidit; externo marmore diues opus.* Trist. lib. II. 241 ex antiquis libris: *Venerit in magni templum, tua munera, Martis.* vbi *numina* in vulgatis nunc circumfertur.

98 *Res est arbitrio non dirimenda meo*] *Lis dirimenda* ab Ouidio scriptum fuisse existimo, vt Iutisconsulti passim. etsi vulgata lectio membranas omnes habet auctores.

100 *Quam iuuat vna*] *Iauet* Arond. prim. Farnes. Gottorph. et vndecim alii.

101 *Dea Cardinis haec est*] Macrobius Saturnal. lib. I. 12 *Nonnulli putauerunt, Iunium mensem a Iunio Bruto, qui primus Romae consul factus est, nominatum. quod hoc mense, id est Kalendis Iuniis, pulso Tarquinio, sacrum Carnae deae in Coelio monte voti reus fecerit. Hanc deam vitalibus humanis praeesse credunt; ab ea denique petitur, vt iecinora et corda, quaeque sunt interiusecus viscera, salua conseruet, et quia cordis beneficio, cuius dissimulatione Brutus habebatur, idoneus emendationi publici status existisse, hanc deam, quae vitalibus praecst, templo sacrauit, cui pulte fabacia et lardo sacrificatur, quod his maxime rebus vires corporis roborentur. nam et Kalendae Iuniae vulgo fabariae vocantur, quia hoc mense adultae fabae diuinis rebus adhibentur.* in quibusdam Macrobii exemplaribus non *Carna*, sed *Carnea*, haec dea nuncupatur. *Corda* est Tertulliano libro de Corona, qui eam cum *Forculo* forium deo coniungit cap. XXIII. vbi tamen tres codices Vaticani *Carnam* agnoscunt. quod a Pamelio non debuit damnari. at libro de Idololatria cap. XV et in Scorpiaco aduersus Gnosticos eidem Tertulliano haec dea *Cardea* dicitur. item Cypriano de Idolorum vanitate et Augustino de Ciuitate dei lib. IIII. 2. si integri istic locorum sint codices. certe Tertullianus is ipse libro II ad Nationes cap. VIIII *Dii sunt Publici et Aduentitii dicti. Id enim erat docent. aduentitiorum ad fanum Carnae, publicorum in palatio.* ita scribendum, frustra ediderunt ex S. Agobardi codice, cui libellos istos debemus, *ad fanum Carnae.* nam capite XV eiusdem libri, vbi meminit denuo huiusce deae, *Carna. Car* loco mutilo est scribendum, vel *Cardea.*

103 *Vnde datas habeat vires*] Puto *ratas.* sed pro vulgata lectione stant libri veteres.

105 *Tiberino lucus Hilernae*] Malo *antiqui Helerni* cum prim. Ambrosiano et duobus aliis. *antiquus Tyberini lucus* Maz. Caeterum de *Helerno* et diuersis hoc loco lectionibus vide quae notauimus lib. II. 67.

Digitized by Google

116 *Ducis in antra, sequar*] *Sequor* meliores. sic apud comicos saepe *I prae, sequor*. Trist. III El. 1 *Duc age; namque sequor*. sic et ibi veteres.

117 *Credulus anteiit*] *Ante iniit* alii. plurimi *ante subit*. alii aliter. Sed recte, si quid iudico, Regius et prior Bononiensis *antra subit*. lib. II. 315 *Antra subit tofis laqueataque pumice viuo*.

124 *Nil agis, et latebras respicit ille tuas*] Lege *Nil agis, en*. quomodo Arondelianus. Sequenti etiam versu censeo scribendum *Nil agis, en. dixin?* cum scripti ac vulgati perperam *dixi* agnoscant. sunt enim non Iani, sed poetae interpellantis. cum *dixi* est in Iuniano, Erfurtensi et vno Vaticano. vnus Pataui *dico*. vide Notas ad Epist. XII. 71.

126 *Teque potitus ais*] *Speque potitus* Vrsini et vnus Patau. probe. simile mendum insedit Elegiam primam lib. III Pont. *Capias, vt spe potiaris, oportet*. vbi *re* male legitur. sic Met. lib. XI *Spe potitur tandem*. sic et *auso potiri* passim. et *votis* Stat. Achil. I *Vi potitur votis*. et Noster XI Met. 265 *Et potitur votis, ingentique implet Achille*.

140 *Stridere nocte solent*] Lege *horrenda voce*, vel contra libros veteres. lib. II Art. Amat. 308 etiam *noctis* pro *vocis* legitur. Isidorus Etymolog. *Strix nocturna auis habens nomen de sono vocis. quando enim clamat, stridet*. Virgil. lib. VIIII. 112 — *tum vox horrenda per auras Excidit*. Val. Flaccus lib. I. 209 — *vox reddita tandem*; *Vox horrenda viris*. sic *horrendi clamores* apud Virgil. II. 222. Noster Fast. IIII. 109 *horrendo lotos aduncat sono*. et *horrendum murmur* in Ibide 75. Ianus Vitius *horrendum stridere* legebat. vt apud Virgilium lib. VI *Idaea Lernae Horrendum stridens*. sed de *nocte* iam praecesserat.

142 *Naeniaque in volucres*] *Naenia Marsa* Vrsini, Naugerii, vnus Patau. et vnus Mediceus. optime. dictum Art. Am. lib. II. 102. Hanc etiam lectionem in vno suo Neapolis inuenit. in alio *Naenia saga*. etiam non male.

157 *Spargit aquis aditus, et aquae medicamen habebant*] Duo veteres, vnus Vatican. alter Bononiensis *et quae*. lege *sed quae medicamen habebant*. aquas lustrales intelligit.

163 *Sub aethera ponit*] *Aethere* meliores. et sequenti versu *quique sacris adsunt* Voss. Helmaest. et sex alii, non *adsunt sacris*.

165 *De spina sumitur alba*] *Ponitur* Arond. Voss. et plurimi praeterea veteres. recte. nisi cum Iano Vlitio nostro manus *subditur*.

170 *Sit faba farre rogas*] Lege *si rogas*. quanquam scripti cum vulgatis hic consentiunt.

173 *Piscis*] De luxuria veterum in piscibus vide copiose Athenaeum Deipnosophisticis, et Gell. lib. VII. 16.

Piscis adhuc illi populo] Alii *illis populis*. vel *illic populi*. Putabam aliquando *Piscis adhuc vilis populi fraude notabat*.

176 *Gaudet*

Digitized by Google

176 *Gaudet Auis*] *Auem* Vrſini, Voſſii, vnus Vatican. et Medicaeus. venuſte et vere. ſic apud Virgilium libri meliores Eclog. II *Inuenies alium, ſi te hic faſtidit, Alexin.* ita apud Iuuen. X. 254 ex MSS. — *cum quaerit ab omni, Quiſquis adeſt, ſocio.* quod in *ſocius* in eo mutari non debuit.

178 *Nec tellus captas miſerat ante feras*] *Arte* pro diuerſa lectione alter Pureaneus. quid, ſi legatur *tellus Afra*, vel *Inda*. ſi *arte* mauis, intellige de leonibus, tigribus, pardis, elephantis et ſimilibus, qui Romam capti mittebantur ad ſpectacula.

185 *Fueras*] *Fuerant* Mazar. Zulich. Sarrau. et alii tres ſcripti. templa videlicet.

192 *Dextrae porta Capena viae*] *Tectae viae* veteres plerique, niſi quod in nonnullis *rectae*. ſed *Via Recta* campi Martii hic locum non habet. Emenda Martialem Lib. III Ep. V *Proximus hunc primae quaeſitum i limina Tectae. Quos tenuit Daphnis, nunc tenet ille Lares.* ita ex veſtigiis membranarum ſcribendum, quicquid iſti *tectae viae* viri docti obloquuntur.

193 *Meritam delubra fatemur*] Haec illuſtrentur ex veteri lapide Romae ante XI annos effoſſo, et de L. Scipione intellige, qui Corſicam expugnauit, non de M. Marcello, quod interpretes volunt.

195 *Si quaerimus aſtra*] *Quaeritis* Vrſini et tres alii. vt ſaepe alibi Noſter.

200 *Factaque erat poſito rore bis vda ſeges*] De hoc loquendi modo ad Ep. XX. 82. Hic tamen *Tactaque rore* malim reponi. vt ſupra *tactae rore querentur aues.* vide notas lib. IIII. 740.

205 *Proſpicit a tergo ſummum breuis area Circum*] *Summus Circus* pars anterior Circi. quid ergo *Proſpicit a tergo?* ſi de tergo areae accipis, debet legi *reſpicit. proſpicere* enim a tergo nemo dicitur. ſi de tergo templi interpretaris, peccas in hiſtoriam. Area enim haec ante aedem Bellonae erat, vt ex Feſto in *Bellona* et Pub. Victore in Regione VIIII diſcimus. Optime igitur Vrſini liber veterimus et vnus Patauinus *Proſpicit a templo.* mutarunt nempe locum, qui aedem Bellonae templum dici poſſe non opinabantur.

210 *Quod deus*] Multi *Qui*. Iunianus *Quam*. nempe alteram partem. ſic in Triſtibus ex antiquis libris: *Quam prius a miti Caeſare munus habet.* nempe *vitam.* Art. Am. II *Munus habe caelum; caelo ſpectabere ſidus.*

211 *Qui Nonas Lucifer ante eſt*] Vrſini *quo*. Lege *qui Nonas Lucifer anteit.* Sequenti verſu *Sylla probauit opus* non eſt ſollicitandum, nec mutandum in *rogauit*, quod Vlitio amico meo, viro doctiſſimo, videbatur. Cenſorum proprie eſt *probare.* vide veterem inſcriptionem apud Neapolim hoc loco.

213 *Quaerebam Nonas Sancto, Fidione referrem*] Scribe *Sanco*, et *Sancus* ſequenti verſu, cum optimo Vrſini libro et duobus Mediceis. adi praeterea Neapolim hoc loco. Pro *Semo pater* libri veteres conſtanter *Semi pater*, niſi quod in nonnullis mendoſe *Semi caper*, vt *Ennipater*. Nihil muto tamen. nam quod

Digitized by Google

quod Neapolis ex Reatina inscriptione notat et ad Rostratum Quillii Ciacconius, SEMI PATRI SANCO: apud Gruterum p. XCVI alioque SEMOPATRI legitur, sic in Sardinia locus, qui Σαρδοπάτορος λιμὴν Ptolemaeo dicitur, a Sardo heroë nominatus. apud Propertium lib. IIII Eleg. X *Sic Sancum Tatius composuere Cures*, quo loco videndus Passeratius, et apud Festum in *Praedia*: *In aede Sanci, qui deus Fidius putatur*. Livius lib. VIII. 20 *Semonem Sangum* vocat. sed et illic *Sancus* est scribendum, vt et Σάγγιον, pro Σάγγιον, apud Halicarnassenm et Plutarchum in Problematis Romanis. quanquam Augustinus vtrumque nomen in libris de Ciuitate dei videtur agnoscere: nam in veteri inscriptione SANCTO SANCO SEMONI DEO FIDIO SACRVM. τῷ SANCTῼ titulis potius quam nominibus Semonis adscribendum. Ouidius certe non nisi terna eius nomina agnoscit. Si tamen a *sanciendo orbe* dictus est, vtrumque nomen ex Augustini sententia possit admitti. apud Silium Italicum libro VIII, vbi nunc legitur *Ibant et leti pars Sanctum voce canebant*, codex Oxonienſis *Sangum*, pro *Sancum*. sed et apud Tertullianum lib. II ad Nation. cap. VIIII videtur corrigendum: *Est et Sancus propter hospitalitatem a rege Ploto fanum consecutus*, non *Sanctus*. apud Lactantium lib. I de Fals. Relig. codex Bononienſis longe antiquissimus: *Summa veneratione coluerunt Aegyptii Isidem, Mauri Iubam, Latini Faunum, Sabini Sancum*, vbi *Sabum* aliasque lectiones inculcarunt.

216 *Nomina terna*] *Trina* quinque scripti, vt lib. V. 146 *Vici numina trina colunt. Trinum Forum* Statius Silua quarta ad Gryphum. Plura diximus alibi, vid. ad lib. XIII Met. 724.

221 *Hanc ego cum vellem genero dare*] Optima codici Vossiano interpretatio adscripta *Haec fuit vxor Fidi Cornelii Falii*. recte, Seneca libro de Constantia sapientis cap. XVI *In Senatu flentem vidimus Fidum Cornelium, Nasonis generum*. hinc Senatorem fuisse colligo. De genero hoc Quidii nihil notatum ab iis, qui vitam eius contexuerunt.

223 *Tum mihi post sacras monstratur Iunius Idus*] Macrobius Saturnalium primo cap. XV *Nec hoc praetermiserim, quod nuptiis copulandis Kalendas, Nonas et Idus religiosas, id est deuitandas censuerunt*. plura idem illic ad rem, id quoque inter caetera, omnes postriduanos dies, seu post Kalendas, siue post Nonas Idusue, ex aequo atros esse, idque ad v. 58 libri primi iam obseruauimus. Quomodo igitur dies post Idus Iunias, vtilis nuptiis hic dicitur? intelligit haud dubie diem ante XVIII Kal. Iulias, Idibus iam exactis, quare etiam atque etiam videndum, ne Naso scripserit *post actas Idus*, sequens vero versus ostendit diem esse interciſum.

226 *Coniunx sancta Dialis ait*] Non damno hanc lectionem, quam et membranae veteres tuentur, fors sit tamen, vt scripserit Naso *coniunx cincta Dialis*, cuius coniecturae rationem ex Festo iam reddidimus supra libro III. 397. *Cinctum flaminem* pro veste posuisse Gellius videtur libro X. 15 Noctium Atticarum:

Digitized by Google

rum: *Nodum in apice, neque in vinctu, neque alia in parte vllum habeto.* sic malo, quam *vllum habet.* et mox *piaculum esto.*

229 *Detonso crinem depectere buxo*] Velim videre, qui intelligat, et nos doceat quid sit *detonsum buxum.* duo libri *detenso.* tres *detonsum.* duo *detonsos crines:* prima editio *detonsae.* Laeti codex *detonsa.* Scribe omnino *dentosa buxo.* hoc est pectine buxeo, qui Martiali *buxus multifido dente* Apophoretis lib. XIIII. 25 *Quid faciet nullos hic inuentura capillos, Multifida buxus quae tibi dente datur?* πυκνὰ νώτοισιν apud Graecos scriptores frequenter videas occurrere. idem Martialis lib. XII. 84 *dentem* pro pectine dixit: *Exiguos facito comentem dente capillos.* Tibullus lib. I Eleg. VIIII *Aut tenues denso pectere dente comas. Morsum numerosi dentis* Claudianus Nuptiis Honorii. Apuleius Milesi. II *Pectinis arguti dente tenui discriminatum capillum.* ita Graeci πυκνὰ ὀδοντωτὰ dixerunt. *maxillam* pro pectine posuit Persius Satyra IIII, vt recte est interpretatus magnus Casaubonus: *Tu tum maxillis balantum gaudape pectus.* Postea in Helmaestadiensi codice recenti quidem illo, sed notae haud prorsus contemnendae inueni exaratum *dentoso buxo.* *Dentatus* et *dentosus*, vt *moratus* et *morosus*, *comatus* et *comosus*, similiaque. Si cui *dentosa* vox insolentior videbitur, *dentata* licet reponat. sic apud Petronium: *Descendentes ab aure capillos dentata manu ducere. Assiduis dentatum caedibus ensem* dixit Sidonius Apollinaris Panegyrico Aviti. sic et *dentata serra.* de ferra Noster Metam. VIII — *Ferroque incidit acuto Perpetuos dentes.* Ita *bidens, tridens* et *dentale* instrumentum rusticum, cuius Maro, Columella, Persius meminerunt. *buxus* aut *buxum* pro pectine buxeo frequenter apud poëtas occurrit. sic Iuuenali Sat. XIIII *Caput intactum buxo*, pro capite impexo. *dentosus* autem non magis vox insolens, quam apud Apuleium *gemmosa monilia, populosa familia, vaporosi fontes, saginosi lupi vastis corporibus.* vbi *farcinosi* ridicule editiones occupauit. *silentiosa noctis secreta* eidem. *scelerosa mulier. culmosi fratres* Sidonio Apollinari. *montosa Ithone* apud Statium Theb. IIII, non *montana*, in antiquis membranis. *morbosus* Gellio libro IIII. 2. apud eundem cap. VIIII *facundiosus, victoriosus, consiliosus, disciplinosus*, aliaque id genus plura. libro XI. 1 *armentosa terra.* libro XIIII. 1 *ambagiosa coniectatio et fallaciosa.* sic *bibosum* Publio Nigidio et Laberio nouo dictum et Gellius libro III. 12 notat.

234 *Ignea cum pura veste nitebit humus*] Optime Scaliger *Veste nitebit humo.* neque aliter in vno Farnesiano et Matthaei Herculani libro erat emendatum *pura humo*, aede purgata post fercus ablatum. similiter in voce *Vestae* peccatum a librariis apud Silium lib. XIII. 848. Codex praeterea Bononiensis *virebit.* vt apud Horat. Epod. XVII — *nec Sicana feruida Virent* ὑ *Aetna flamma.* ita enim codices multi. apud Martial. *virent flamma.* de quo vide commentatores.

238 *Et dici, lubrice Tybri, tuos*] *Didici* meliores. et mox *rebellarat*, pro *rebellabat.*

Digitized by Google

241 *Mens quoque numen habet*] Lactantius lib. I. de Falsa Religione cap. XX *Mentem quoque inter deos collocauit senatus, quam profecto si habuisset, eiusmodi sacra nunquam suscepisset.* Vouit, vt puto, hanc Menti aedem Atilius praetor anno ab V. C. DXXXVII, quo anno et Q. Fabius Maximus aedem Veneri Erycinae vouit, teste Liuio libro secundo decadis tertiae.

245 *Spem metus expulerat*] Alii *abstulerat*. vt infra: *Abstulerat vires corporis ipse timor.*

255 *Quorumque errore tenebar*] *Trahebar* prim. Farnes. et Ambros. et Laeti cum quatuor aliis. vt lib. V. 25 *Ne tamen ignores, vulgique errore traharis*, Metam. II. 79 *Vsque viam tuleas, nulloque errore traharis.* sed et alterum rectum est.

258 *Aede recepta dea est*] *Recepta sua est* rectius prim. Ambros. et Laeti liber. Pro *Palilia* superiori versu *Parilia* Vrsini codex. dixi lib. IIII. 721. Pro *Romam* eodem versu *nomen* Mazar. Zusich. aliique plurimi. Voss. Arondel. Erfurt. duo alii *numen*. Forte *Dena quater memorant abiisse Palilia, numen Cum flammae custos aede recepta sua est.*

261 *Quae nunc aere nitent, stipula tunc tecta virebant*] *Aere virent* plurimi veterum. *aere vides, stipula tunc tecta virebant* Mazar. Arondel. ac itidem plurimi alii. At vere Vrsini, Naugerii et tres alii *Quae nunc aere vides, stipula tunc tecta videres.*

266 *Formae causa probanda subest*] Malim *sua est*, quia *subest* denuo occurrit versu proximo. Mox *Vesta eadem est quae terra* Vrsini codex et duo alii, non *et terra* cum vulgatis.

271 *Ipsa volubilitas*] Hi sex versus in Vrsini libro et sex aliis leguntur. a caeteris absunt.

276 *Terrae mundus haberet onus*] *Terram haberet onus* elegantius Vrsini, Laeti et duo alii. vnus Mediceus *terras*.

277 *Arte Syracusiae*] *Syracosia* lege. nam in *Syracusia* tertia syllaba producitur. a Syracusis Συρακόσιος, et poëtice Συρακούσιος. sic *versu Syracosio* Virgilius Ecloga sexta, vt habent vetustissimi exemplaria. Apud Claudianum quoque in Epigrammate de hac Archimedis Sphaera *Syracosius senex* scribendum, et apud Priscianum de Ponderibus: *Prima Syracosii mens prodidit alta magistri.* et apud Nostrum in Ibide: *Vsque Syracosio praestrictis fauce poëtae.* et Pont. lib. IIII Eleg. III *Illa Syracosia modo formidatus in vrbe.* neque aliter apud Silium Italicum passim in vetustissimo codice exaratur. Pro *Arte* etiam *Arce* reponendum cum optimo Patauino et duobus aliis. Achradinam intelligit, editiorem Syracusarum partem, vbi fetuatam fuisse hanc Sphaeram ex Athenaeo docemur, lib. V in descriptione nauis illius celeberrimae, quam Archimedes Hieroni Regi construxit: Βιβλιοθήκην ἔχον ἐν αὐτῷ, κατὰ δὲ τὴν πρῴρην πῶλον, ἐν τῇ κατὰ τὴν Ἀχραδίνην ἀπομεμιμημένον ἁλιστρωσίᾳ. Silius lib. XIIII quatuor partes vrbis Syracusanae *quatuor arces* vocat: *Nunquam hoste intratos muros, et quatuor arces.* idem ibidem *arces* non addito numero: *Inde Syracosias castris circumdedit arces.*

Digitized by Google

ces. Florus *tres arces totidemque muros* Syracusis assignat. Caeterum locum Athenaei de hac Sphaera esse intelligendum vox πόλου satis euincit. nam ἡμισφαίριον dixit, quod cursum per duodecim signa solarem exprimeret. scio aliter interpretari viros doctos. Claudianus de hac Sphaera: *Percurrit properum mentitus signifer annum, Et simulata nouo Cynthia mense redit.* ita lego. vulgati *proprium annum.* Paulo ante etiam scribendum: *Iura poli, rerumque fidem, legesque dierum Ecce Syracusius transtulit arte senex.* nam vetustiores libri *legesque deorum.* Vulgata exemplaria *virorum.*

283 *Virginibus*] *Virgineis* meliores.

294 *Comites virginitatis amat*] *Habet* Vrsini, Laeti, prim. Ambros. et nouem alii. alteram lectionem Lactantius Firmianus libro primo de Falsa Religione cap. II prodit, hoc ex tribus praecedentibus versibus in medium allatis.

303 *Inde precando Dicimus, o Vesta, quae loca prima tenes*] Hic denuo discrepant libri veteres. Vrsini, prim. Ambros. Zulich. Mazar. aliique nonnulli *inde precando Quae famur Vesta.* alii plures *unde precando Quae famur uestra est*, vel *Vestam.* vnus *Quaeramus Vesta.* alius *Quaeramur.* tres *unde precando Ad famur Vestam.* non male. Latere mendum certus sum. sed medicina non est in promtu. Scribendum videtur tamen: — *inde precando Praefamur Vestam, quae loca prima tenes.* vel *inde precamur Praefati Vestam.* nam *precamur* est in plurimis antiquis. Tibullus libro III Eleg. II *Praefatae ante meos manes, animamque precatae.* vbi male *animamque rogatae* multi codices antiqui, quod tamen approbatores suos inuenit. nec melius magnus Scaliger *animamque vigatae.* vt *vigatae* cum *manus* construatur. Virgil. lib. II *Vt primum placati animi et trepida ora quierunt, Praefatus diuos solio Rex infit ab alto. Veniam praefari* saepe occurrit apud Apuleium. sic *praefari Ianum* et *Iouem* Macrobio Saturnalibus lib. I. 16. Videantur quae Fast. I. 271 annotamus. Symmachus libro III Ep. XXXXIIII *An si nobis scribenda sit forensis oratio, Iouem deosque caeteros Catonis lege praefabimur?* vbi plura Iuretus de *praefandi* verbo et *religiosis praefationibus.*

310 *Pura patella*] Tres Vaticani *turua.* an *turta?* de quo lib. II Fast. 645. Sed bene vulgatam lectionem interpretatur Neapolis.

314 *Sunt sua sacra*] Primae editiones et quatuor scripti *sata sacra.* quod et in suis Neapolis inuenerat. id tamen metuo, vt ferri possit. certe libro II. 528 *Curio legitimis nunc Fornacalia verbis Maximus indicit, nec sata sacra facit.* forte *Hinc Fornicali sunt data sacra deae.*

320 *Fabula plena ioci*] *Parua ioci* libri meliores magno numero.

325 *Nec licet, et longum est*] Scribo *Nec libet.* ita saepe peccatum, vt monuimus ad Epist. Sapphus.

327 *Di temere errabant*] *Hi* cum melioribus. nam de diis agi satis liquido superiora euincunt.

335 *Dubium*

Digitized by Google

335 *Dubium est*] Tollo τὸ *est*. ita praestantiores libri.

345 *Lampsacus*] *Lampsacos* nonnulli. et sequenti versu *Apta asini*, pro *Hinc asini*, meliores omnes. Sed emunctae naris quilibet facile odoretur hoc distichon ab aliquo homine male fetito hic praeter rem esse inculcatum, vt et alibi non raro factum.

350 *Discant Pistoris*] Libri veteres *discant pistores*, vel *discant*. quidam etiam *discant pistoris*. Lego *Dic iam*, vel *discite*.

355 *Quae sit fortuna meorum*] *Malorum* scripti meliores constanter magna copia. Trist. IIII Eleg. prim. *Nec tamen, vt veni, leuior fortuna mihi est*. Vnus *locorum*. alius *deorum*. tertius *virorum*. Vulgatae lectioni non temere mouerim controversiam. Marti enim facta Roma.

358 *Iacet*] *Fuit* Maz. forte *ruit*. vt Claud. in Rufin. — *talem fuscarit nuncti Elea patriae, Stilico*.

363 *Aerata per atria*] *Cerata* Lipsius Epistolicis Quaestionibus lib. III. 5. quod iure improbat Neapolis. et Barthius ad Claudianum Cons. Olybrii v. 19. Sed nec *aerata atria* propter flatum aeneas in iis dispositas recte opinor dici. quare refingo *referata per atria*. sic lib. IIII Met. 761 — *referatis aurea valvis Aeria tota patent*. confirmat coniecturam Liuius lib. V. 41 in narratione huius historiae: *In forum ac propinqua fori loca conglobati vehebant. vbi nos, plebis aedificiis obseratis, patentibus atriis principum, maior prope cunctatio tenebat, aperta quam clausa inuadendi. adeo haud secus quam venerabundi intuebantur in aedium vestibulis sedentes viros, praeter ornatum habitumque humano augustiorem, maiestate etiam, quam vultu praeferebant, diis simillimos*. vtitur autem Liuii auctoritate ac fide in plerisque Naso, adeo vt etiam verba eius nonnunquam mutuetur, vt in Lucretiae historia aliisque narrationibus est videre. Florus quoque libro primo cap. XIII *Patentes passim domos adeunt, vbi sedentes in curulibus suis finis praetextatos mactant*. quanquam Plutarchus senes hosce triumphales in ipso foro mactatos fuisse adseuerat, in Camilli vita.

366 *Sede*] *Aede* quidam. reliqui fere mendose *Code*. *Patent* praeterea vnus Patau. Mox *Nil opis* legendum cum scriptis.

371 *Capessent*] *Capessant* et *cadant* meliores.

374 *Turba premit*] *Premunt* vnus Vatic.

380 *Sedes tuas*] *Latium tuum* prim. Ambros. et Laeti. Mox *Mollitumque* malim, quam *Mollitamque*. et *Iusserat*, *at fratri*, quam *et*: et *tempora noctis eunt*, quam *erant*. de quo postremo vide Notas lib. II. 149. Sed per libros veteres vix licet.

388 *Tradere vultis*] *Mittere* Vrsini, Vossii et vnus Patauinus. non inuenusta repetitione.

391 *Esse Ceres visa est*] *Ecce* Vrsini, Naugerii et octo alii.

395 *Festis Vestalibus illa*] *Illae* plerique.

398 *Obstupui tacitus sustinuique gradum*] Octo aut decem veteres *gradus*. Puto *Obstupui, tacitos sustinuique gradus*. Val. Flaccus

Digitized by Google

Flaccus lib. III. 441 *Ter tacitos egere gradus.* sic *incessu tacito progredi* apud Virgilium. et *passu tacito praeterire* apud Claudianum. Noster Art. Am. *Tacito pede labitur aetas.* Mox *vicina loci*, pro *loco*.

401 *Hic, vbi nunc fora sunt, vdae tenuere paludes*] *Hoc* Vrsin. Zulich. Mazar. et quatuor alii. nouem *Haec*. vtrumque bene. Voss. et duo alii *Hac*. et sic passim Noster. vide Notas lib. III. 219.

402 *Redundanti aqua*] Plurimi ex vetustioribus *Mane redundanti fossa madebat aqua*. quos caue audias. Trist. lib. III El. X. 51 *Siue igitur nimii Boreae vis sucua marinas, Siue redundatas flumine cogit aquas.* sic et *singultati soni* Trist. III El. V.

406 *Crassaque canna*] *Cassaque* duo meliores Farnesiani et Mazarinianus a manu prima. eleganter. sic *cassam nucem*, pro vacua, dixit Plautus. et *cassis ostrea testis* Serenus Sammonicus cap. X. *cassus annulus* apud. Gell. X. 15. Apud Silium libro VII. 698 *Cassa sonipes exterritus vmbra* scribendum. vbi *crassa* perperam legitur. sic *cassa flamma* Remed. Amor. et *cassa terrae fertilitas* lib. V Met. ex antiquis libris. et *cassa cinnama* lib. XV. Sed et *cassum*, quod caret pondere. Solinus cap. II de Diomedaeis auibus: *Si forte lignorum cassa venti auferunt hanc struem, comprimunt terra, quam egesserant.* sic et *palearum cassa* apud eundem cap. LII.

408 *Ebria verba iacit*] Malim *dicta*, si per libros liceat. vide Notas lib. III. 695. Propert. lib. I Eleg. XVI *Te non ulla meae laesit petulantia linguae, Quae solet irato dicere tuta loco.* vbi veteres libri *tota loco*. Scribe *pota ioco, ipsum ivatum* vocat dicteria et scommata, nisi mauis *probra ioco*.

414 *Ille manet*] *Inde* prim. Bononiens. bene.

421 *Signum caeleste*] Prim. Ambros. et Laeti *vitale*. Puto pro *fatale*.

424 *Hoc superest illic*] Vrsini codex *i illi*.

430 *Cura venit*] *Redit* idem liber et vnus Petauianus.

431 *Sic ipsa volebas; Ex quo iudicio forma reuicta tua est*] *Volebat* meliores, et *suo est*, vel *sua est*.

434 *Eripuisse ferunt*] Vix Latinitatis ratio constabit huic versui, nisi cum Sarrauiano codice *eripuisse datur* rescribas. vnus Farnesianus *eripuisset eam*. an *eripuere deam*?

435 *Auctor in incerto: res est Romana; tuetur Vesta, quod assiduo lumine cuncta videt*] Sic veteres. non *in incerto est*. nihil hic sani. Primo scribendum videtur *res est Troiana*. hinc passim *Troica* et *Iliaca Vesta* dicitur. Caetera expedire possem variis coniecturis, quae perplexa valde et intricata sunt. Sed ne quid te, Lector, moret, versum vtrumque ab interpolatoris illa manu, quam Ouidius passim est expertus, fuisse procusum censeo. Doctissimus Gronouius ad Statium in Diatrib. cap.

Digitized by Google

XXXXII et ad Liuium lib. XXII. 20 *iuncta videt* velit reponi. sed potius est vt corrigamus: *Auctor in incerto. praeses Romana tuetur Vesta; quod assiduo lumine iuncta videt.* quod videt iunctum Vestae Palladium, nempe quod eodem templo est sub Romanae praesidis Vestae tutela. In antiquis nummis VESTA PO. RO. QVIRITIVM. Curtius libro IIII. 13 *Expetere praesides Persarum imperii deos debitas a vecordibus poenas.* Verius tamen videtur *praestes Romana tuetur Vesta* esse scribendum. quomodo *Lares praestites* apud Nostrum initio Maii mensis. *Minerua praestes* apud Festum. *Iuppiter praestes* in vetustis apud Gruterum marmoribus p. XXII. 1 et 2. ita enim posterior est supplenda. et p. MLXV. 2.

438 *Tectis obruta paene suis*] *Adytis suis* elegantius prim. Ambros. et Laeti.

443 *Magna succurrite voce*] *Viua voce* optimus Farnesianus et tres alii. vt apud Horatium Arte Poëtica 317 *Respicere exemplar vitae morumque iubebo Doctum imitatorem, et viuas hinc ducere voces.* Guntherus Ligurini libro VI *Quem cum Legati viua quoque vote furorem Adstruerent.* et libro VII —— *praemittere viuo Pauca sino cautela fuit.* A. Gellius libro XIIII. 8 *Vt rem iudiciariam, quoniam viuae vocis penuria erat, ex libris magistris cognoscerem. Viuom bonum* paulo post Noster dicit. sic codex Vossianus vetertimus. Mox *officium*, pro *auxilium*, et *flammis*, pro *palmis*, plurimi ex antiquis. sed frustra.

447 *Dubitaris? ait*] Strozzae liber *dubitastis adhuc? et vt ait* subintelligatur.

455 *Sacro sub Caesare flammae*] *Sacrae* in melioribus. et *temerasse* mox pro *temerare*. Sarrauianus *temerata*. vt Graecissimus.

459 *In illa Conditur*] *In illam* meliores. et sequenti versu *est* non agnoscunt. Mox lego *vt Tellus Vestaque numen duo est*, non *et*. Iam supra dixerat *Vesta eadem est quae Terra.*

461 *Cognomen ab hoste Fecit*] *In hoste* liber Vrsini et Zulichemianus. quod arridet.

464 *Nec iuuant*] *Ne iuuent* meliores.

469 *Dementur asellis*] *Demuntur*, et *terunt*, iidem.

482 *Libaque tosta petit*] *Petat* cum Mazar. Zulich. prim. Ambros. opt. Patauino, Voss. et duobus aliis.

484 *Dirige vatis opus*] *Iter* Thuan. *nauis iter* Iunius. vnus Mediceus. vt alibi Noster. sic libri primi initio: *pacato, Caesar Germanice, vultu Hoc opus; et timidae dirige vis iter.* Remed. Am. *Rectaque cum sociis-me duce mitte* et: *Nauiget hinc alta iam mihi linter aqua.* sed quid moror in re protrita? Pro *redimite capillos* superiori versu Mazar. Zulich. prim. Farnes. et opt. Patau. *distincte*, neque aliter Papinianus Statii Theb. VII. 150.

Digitized by Google

487 *Rapta quod pellice natum Educet*] *Raptum* veteres magno numero. Scribe *partum quod pellice natum Educet.* partum ex pellice natum. ὠδῖνα Σεμέλης Tragoediam scripsisse perhibetur Timotheus poëta sub Olympiade XCV.

489 *Hinc agitur Furiis Athamas, sed imagine falsa*] Lege *Furiis et imagine falsa*, cum Vrsini, Vossii, Mazar. Zulich. prim. Ambros. Laeti, sex aliis. quidam *sub imagine.* Scholiastes Statii Theb. VII. 150 *Hinc igitur furiis Athamas, in imagine falsa.*

492 *Omnia iusta*] Perperam Canterus Nouar. Lect. lib. I. 8 *omina* legit. vt monuimus Trist. IIII Eleg. X. 80.

502 *Vorticibus densis Tybridis*] Rectius legas *densi.* Met. lib. VIII. 106 *Vorticibusque frequens erat atque imperuius amnis.*

503 *Semele Stimelene vocetur*] *Stimulene* vetustiores. et recte. contra Neapolis. *Stimulae lucum* vocat Scholiastes Iuuenalis ad Sat. II ad illum versum: *Qui Bacchanalia viuunt.* vbi ille: *Sacra Bacchanalia ex S. C. damnata sunt, cum probatum esset senatui, honestissimas feminas ad Stimulae deae lucum foede adulterari.* *Stimulae* quoque deae fit mentio apud Augustinum de Ciuitate dei. *Semelae lucus* poterit intelligi *lucus Faunae Fatuae*, siue *Bonae deae.* Semelen enim Boeoti Fauni filiam dicunt, teste Macrobio Saturn. I. 12. huc illud paulo post alludit *Latias Saturnia Bacchas Instimulat.* in veteri inscriptione apud Gruterum occurrit Lucus SEMELES. vt et apud R. Sextum Rufum de Regionibus Vrbis *Similae lucus* est in scriptis exemplaribus. et apud Liuium lib. XXXVIII. 12 et Marcianum Capellam. Pro *vocetur* Voss. Maz. Zulich. tres alii *vocatur.* Puto *vocatus.* vel, quod malim, *dicatus*, vel *dicetur*: *Lucus erat, dubium Semelae Stimulaene dicatus.*

505 *Arcadas esse Audit*] In vno Patauino *Arcadas audit*, venusta repetitione.

510 *Vestris choris*] *Nostris* meliores. et mox *effusis in sua colla comis*, non *per sua.* minimum refert.

515 *Puerumque auellere tentant*] *Reuellere* iidem.

517 *Dlque virique loci*] *Dlque deaeque* Mazarinianus. quod praetulerim omnino. Virgilius Georgicis: *Dlque deaeque omnes, studium quibus arua tueri.* Propertius lib. III Eleg. X *Dlque deaeque omnes, quibus est tutela per agros.* sed nihil necesse. Met. lib. II *Inde deos hominesque voco, nec contigit vllum Vox ea mortalem.*

527 *Peruolat alis*] Malim *prouolat.* vt supra: *Prouolat in medium.* Sequenti versu male turbant libri veteres. sensus est, Nomen tuum, o Ino, frequens est in ore omnium. Mox *Carmentae*, pro *Carmentis*, Laeti codex.

532 *Traditur et subito*] *In subito* meliores. et *illam* pro *illa* sequenti versu mutata distinctione. lapsus hic est Neapolis, qui

Digitized by Google

aliter scribendum contendit. Vrsini exemplar et alii nonnulli *gratior ante*, pro *arte*.

536 *Qua lices*] *Qua libet* Voss. et tres alii. vnus *Quae libet*. Forte *Quamlibet*. de quo ad Epistolam VI. 140.

542 *Huic populo prospera semper ades*] *Dextera* quatuor veteres. quod magis arridet. sic ad Ianum libro primo: *Dexter ades ducibus*. *In vestris aquis*, non *nostris*, meliores.

545 *Leucothoe Graiis*] Cicero Tusculanarum Disputationum primo: *Quid Ino, Cadmi filia? nonne Λευκοθέα nominata a Graecis, Mututa habetur a nostris?* Nonius Marcellus: *Mauum dicitur clarum. vnde etiam mane post tenebras noctis diei pars prima. inde Matuta, quae Graeco Leucothea.*

547 *Quem nos Portumnum*] *Portunum* veterrimi libri tam hic quam apud Virgilium alibique. etiam in veteri Inscriptione apud Gruterum p. XCV *Iano Portuno*. sic *Neptunus*, *Mutunus*, *Tutunus* Romanorum deorum nomina.

549 *Annuerat: promissa fides.*] *Annuerant* tres libri. vnus Patau. *promissa fide*. Puto *Annuerunt promissa fide*. vel *Adsuerat promissa fides*. sic *fides pollicita* lib. III *Pollicitam dictis, Iupiter, adde fidem*. Met. XI *Pollicitamque fidem tangendo singula tentat*.

552 *Si sinat illa*] *Ipsa* meliores, et mox pro *Cadmea* codex Laeti *Cadmei*. et sic a manu prima fuisse videtur in Mazariniano libro. tres alii *Cadmeia*. quomodo *Cadmeis Agaue* Virgilio in Culice.

562 *Ipsa suis*] *Illa* plerique meliores. et pro *illi* versu superiori Vrsini, Laeti et duo alii *inquam*. prim. Ambros. et Iunian. *inquit*. Videtur aliquid latere.

565 *Flumenque Thelonei*] *Toleni* Zulich. et caeteri plerique vetustiores. alii *Toloni*. Voss. et duo alii *Tolenum*. vnus *Telenum*. apud Appianum, Orosium, Paulum Diaconum et Frecultum etiam variatur in hoc nomine. *Purpureo* etiam alter Bononiensis. vt scribendum putem *flumenque Tolenum Purpureo mistis sanguine fluxit aquis*. est autem hic amnis tam *Toleuus* quam *Telenius* dictus. *Flumen Tolenum*, vt apud Horatium IIII Od. III *Testis Metaurum flumen* et *flumen Rhenum* alibi.

568 *Dirius*] Non hic sese expedit Neapolis. et merito. is videatur. Vossii et Mazarini codex *Vidius*. in altero Ambrosiano pro diuersa lectione *Tullius*. Erfurtanus *Dilius*. Forte *Iulius* legendum. vt L. Iulium Caesarem innuat, qui A. V. C. DCLXIII cum Rutilio consul fuit. hunc enim Florus lib. III. 18 bello Marsico in praelio vulneratum et post mortuum scribit. quanquam lapsum fuisse Florum plerique contendunt, qui pro Rutilio Caesarem supponat. Amplius cogitandum.

570 *Quis latet aede togis?*] *Quid iste* quatuor libri. codex Laeti et prim. Bonon. *quis latet aede*. quod et Neapolis est secutus. Plinius Historiae Naturalis libro VIIII. 48 *Togae Seruii Tullii regiae vndulatae* meminit, quam in aede Fortunae

Digitized by Google

ſeruatam fuiſſe, Varronis auctoritatem ſecutus, prodit. Locus Varronis, quem Plinius videtur deſignare, ex libro primo de vita PR. apud Nonium Marcellum exſtat, ſed parum integer: *Et a quibusdam dicitur eſſe Virginis Fortunae, ab eo quod duabus vndulatis togis eſt opertum, proinde vt tum reges noſtri vndulatas et praetextatas togas ſoliti ſint habere.* verba illa *ab eo quod duabus vndulatis togis eſt opertum*, ad ſignum Seruii Tullii, quod in aede Virginis Fortunae exſtiterit, videntur eſſe referenda.

584 *Donec cum poſitis occuluere togis*] *Eam poſitis* meliores, imaginem ſcilicet. ſic infra: *Signum erat in ſolio reſidens ſub imagine Tulli.* quidam *compoſitis.* mendoſe. *euoluere* Voſſianus pro diuerſa lectione. Libens legam *Donec eam appoſitis inuoliere togis.* de quo ad Epiſt. VII. 100 et Ep. VIIII. 86.

587 *Coniugio parato*] Imo *peracto.* quod libri caſtigatiores agnoſcunt.

590 *Pia vita placet*] *Vota placent* alii. prima editio et duo ſcripti *pia iura.* quod arridet. Met. VIIII *Meus vbi materna eſt, vbi ſunt pia iura parentum?* ſic et ibi recte pro *vota* libri meliores.

593 *Et caput, et regnum factum eſt dotale parentis*] *Facito* Vrſini et quinque alii. opt. Patau. *fatio.* prim. Ambroſ. *facis eſt.* Mazar. Zulich. multique alii *facio.* quod placet. vnus *facias.* alius *faciam.* Puto *Sit caput, vt regnum, faxo dotale parentis.* vel *Stet capite, vt regno, pactum dotale parentis.* vel *En caput, vt regnum, facio dotale.* vt apud Horat. —— *propria haec mihi munera faxis.*

594 *Indictas erige dotis opes*] Lege *i, dictas exige dotis opes.* et ſic codex Strozzae. Terentius Heaut. Act. V ſc. V *cur non accerſi iubes filiam, et quod dixti dotis, firmas?* Martialis lib. XII *Praeluxere faces, velarunt flammea vultum, Nec tua defuerunt verba, Thalaſſe, tibi. Dos etiam dicta eſt.* Cicero pro Flacco: *Quaecunque ſine hoc auctore eſt dicta dos, nulla eſt.* Apuleius Apologia: *Quod ex eo* (ſic lego, non *ea*) *commodum caperem, vti dotem mihi magicam potius quam amplam diceret?* Marcianus Capella libro VIIII *Quo dicto arcanus ille priſci iuris aſſertor magna nepotum obſecratione conſuletur, reſponditque regulariter etiam matrimonio copulate, dotem dicere feminam viro nullis legibus prohiberi.* ſic et *doti dicere* paſſim apud Iuriſconſultos. et *dotis dictae.* Seruius ad v. 31 lib. I Georg. *Servit. Quia quandocunque in manum conuenerat, omnia protinus, quae doti dicebantur, marito ſeruiebant.* ſic et ibi ſcribendum. Val. Flaccus lib. VI —— *en cuius thalamis Aeetia virgo Dicta manet.* Virgilius in Ciri: *Illa ego ſum, Minos, ſacrato foedere coniunx Dicta tibi.* de tauro in Georgicis: *pecori dixere maritum. dicere* pro polliceri et addicere. quanquam Iuriſconſulti veteres *dotem dictam* a promiſſa dote diſtinguunt, *dotemque dicere* dicunt certis verbis nulla praecedente interrogatione promittere, aut ſine ſtipulatione conſtituere. Caius Inſtit. Lib. II tit.

Digitized by Google

VIIII *Sunt et aliae obligationes, quae nulla praecedente interrogatione contrahi possunt, vt si mulier, siue sponso vxor futura, siue iam marito, dotem dicat.* Cornelius etiam Nepos vita Eumenis: *Hoc tempore data est Eumeni Cappadocia, siue potius dicta. nam tum in hostium erat potestate.* vide plura apud Nonium in *Dicere.* vbi *dicta dos* etiam ex Varrone Mysteria et Afranio Fratriis notatur. sic *diem dicere, locum dicere,* pro constituere, assignare. quomodo Fast. III *Conueniunt nuptae dictam Iunonis ad aedem.* hoc est *ad constitutum venire* Ciceroni. et Iuvenali *Hic vbi nocturnae Numa constituebat amicae.* in Cataleetis Pithoei, capite de Vita tranquilla, *statio dicta.* sed locus est pessime affectus, quem sic emendo: *O litus vita mihi dulcius! o mare felix, Cui licet ad terras ire subinde meas. O formosa quies! hoc quondam rure solebam Phyllidos armatas sollicitare manus. Hic fons, hic lacus est. Illic sinus egerit algas, Hic statio est tacitis dicta Cupidinibus.* nunc quatuor postremi versus hoc modo leguntur: *O formosa dies, hoc quondam rure solebam Iliadas armatas sollicitare manus. Hic fontis lacus est. Illic sinus egerit algas, Hic statio est tacitis victa Cupidinibus.* Pithoeus *fida Cupidinibus.* etiam non male. posset et *tuta* legi. quomodo apud Virgilium: *Statio tutissima nautis.* Noster Metam. IIII Fabula Thysbes: *Peruenit ad tumulum dictaque sub arbore sedit.* hoc est sub constituta arbore, ad quam pacti erant sese esse conuenturos. apud Maronem Aeneidos X ex optimis codicibus scribendum: *Vnum etiam donis istis, quae plurima mitti Dardanidis dicique iubes, vnum, optime regum, Adiicias.* et libro V ex vetustissimo exemplari: *Prosinus Aeneas celeri certare sagitta Inuitat qui forte velint, et praemia dicit.* Posset et legi *et dictas.* simile mendum expunximus Epistola XIIII. 126. vbi pro *insuper adde* reponendum *i, superadde.* apud Maronem, pro *Tyrrhenas, i, sterne acies,* multi ex veterrimis libris *insterne.* lib. IIII Fast. supra cum in membranis praestantissimis esset: *Dic ter, et in viuo perlue rore manus; i, perlue* reposuimus. Possis tamen *et hinc viuo.* Martialis lib. X Epigt. XX *Si tibi mens eadem, si nostri mutua cura est, I quocunque loci: Roma duobus erit.* sic ista autumo esse constituenda. si paria mecum, inquit, facis amando, quocunque demum iueris, vbicunque fixeris pedem, Romanos nobis ipsis praesentes praestabimus. hoc est, mutuae consuetudinis voluptas nihil vel summae abesse aut vltra a nobis desiderari patietur. Vulgati libri *In quocunque loco.* satis frigide.

598 *Ad arma ruit*] *In arma* Zulich. Vrsini, Vossii multique alii. quod placeret, nisi τὸ *in* superiori versu praecessisset. vide Notas Epist. III. 136.

599 *Hinc cruor et caedes*] *Hinc caedes* Voss. Arondel. et quinque alii. vt Fast. II *Hinc tonat, hinc missis abrumpitur ignibus aether.*

609 *Certo*

Digitized by Google

609 *Certa fides facti*] In pleriſque *facti eſt*. alter Puteau. *factis*. Deinde *Poſt tamen, hoc*, non *haec*, meliores.

612 *Acta loquor*] *Loquar* Vrſin. Arond. multique alii. prim. Ambroſ. et Laeti *acta canam*. lib. VI. 3 *Facta canam, ſed erunt qui me finxiſſe loquantur*.

622 *Solemnes preces*] *Solenni voce* meliores.

624 *Qui Rex in noſtra ſeptimus Vrbe fuit*] Sic et D. Hieronym. Chronico Euſebiano ad Annum MD *Romanorum reges ſeptem a Romulo vſque ad Tarquinium Superbum*. immo cum Tarquinio Superbo. niſi Tatium regibus accenſes. Idem D. Hieron. comment. in Hagaeum: *Quo tempore apud Romanos ſeptimus a Romulo regnabat Tarquinius Superbus*.

627 *Ocriſia mater*] Libri veteres *Creſia*, vel *Creſſia*. Scribe *Ocreſia*. Ὀκρεσίαν vocat Plutarchus. Tabula aenea Lugduni, quae orationem Claudii Imp. continet de ciuitate Gallis danda, SERVIVS. TVLLIVS. SI. NOSTROS. SEQVIMVR. CAPTIVA. NATVS. OCRESIA. in veteri ſaxo apud Gruterum. Opere Inſcriptionum p. DCCCCXCIIII OKRESIA. APATE. Ὀκρησίαν vocat ſemper Halicarnaſſeus, et Plin. lib. XXXVI. 8. Auctor libelli de Viris Illuſtribus, edit. Aldina, vocat *Ocretiam*. proxime verum. In vulgatis Arnobii exemplaribus lib. V *Ocriſia* eſt. apud Feſtum, in voce *Noctem*, *Ocliſia* perperam dicitur. *Ocris* nomen militis Latini eſt apud Silium Ital. lib. X.

628 *Praeſignis facie*] *Praeſigni faciem* Mazar. et Zulich. Lege *Praeſignis faciem*. familiaris Naſonis Graeciſmus. lib. XII Metamorph. ex veteri codice: *Cinctaque adeſt virgo matrum nuruumque caterua Praeſignis faciem*.

629 *Sacris de more peractis*] Rectius *paratis* alter Bonon. et vnus Farneſ. quomodo enim peracta ſacra, ſi vinum foco poſt affunderetur? vnus Moreti *ſacris litatis*. vt apud Virgil. — *ſacriſque litatis Indulge boſpitio*. vbi Seruius: *Diis litatis debuit dicere, non enim ſacra, ſed deo ſacris litamus, id eſt, placamus. ergo noue dixit*. Met. XIIII — *ſacriſque ex more litatis Littora adit nondum nutricis babentia nomen*. lib. XIII — *fibris de more litatis Regia tecta petunt*. ſic et ibi veteres nonnulli. hinc *victima litalis* apud Lactantium libro primo de Falſa Religione cap. XXI *Apud Lampſacum Priapo litalis victima eſt aſellus*. ita enim omnium veterrimus liber Bononienſis. vere, vt exiſtimo. caeteri cum vulgatis *litabilis boſtia*. Minucius Felix: *Litabilis boſtia, bonus animus, et pura mens, et ſincera conſcientia*, niſi et illic *litalis* reponendum.

633 *Iuſſa foco captiua ſedet*] *Fouet* duo Farneſiani et vnus meus, quod arridet. *fouet*, nempe membrum iſtud virile.

636 *Inque comis flammeus arſit apex*] *Inque coma* meliores. *haeſit apex* pro diuerſa lectione Sarrauianus. plurimi veterum *exit apex*. perperam.

Digitized by Google

640 *Tecta fuere domus*] *Fuisse* meliores. et paulo ante *primo vire*, non *caro*, Vrsini codex et vnus Patauin. *sacro* Erfurtanus. alius *claro*.

648 *Cum iudex*] *Vindex* Voss. prim. Farnef. Maz. Zulich. et nonnulli alii. bene. sic de eodem Augusto, Trist. V Eleg. XI, ex vestigiis veterum membranarum: *Eripuis cum me vindicis ira tibi.* lib. III Eleg. VI *Fortunamque meam metuens, non vindicis iram.* lib. III Eleg. VIIII *Quicquid id est, habui moderatam vindicis iram.* lib. III Eleg. III *Non grauior merito vindicis ira fuit.* Pont. I Eleg. VII *Iudicium nobis igitur cum vindicis adfit.*

649 *Nulla nota est veniente die, quam dicere possis*] *Ducere* Vossian. et decem alii libri veteres. Legendum puto *quam ducere possim.* sic apud Horatium IIII Od. II *qua notam duxit niuem videri.* Propertius lib. I Eleg. V *Et timor informem ducet in ore notam.* Tibull. lib. I Eleg. VI — *et mensae ducat in orbe notam.* Noster Trist. II *Et tacitam mensae ducat in orbe notam.* Claudianus Bello Getico: — *excepti telis immane relatu Prodigium, miramque notam duxere futuri.* Noster Epistola Acontii: — *venisse volubile malum, Verba ferens ductis insidiosa notis.* ita scribendum, cum *doctis notis* illic legatur. *Discere* Thuaneus. *dicere possim* in Zulichemiano et Mazariniano.

651 *Et iam Quinquatrus*] *Quinquatrus minusculae* Varroni, Festo et Plutarcho in Quaestionibus Romanis dicuntur. De tibicinum personatorum discursatione per vrbem res etiam a Censorino tangitur cap. XII Commentarii de Die Natali, vbi agit de musica: *Nam nisi grata esset immortalibus diis, qui consisterent ea anima diuina, profecto ludi scenici placandorum deorum causa instituti non essent: nec tibicen omnibus supplicationibus in sacris aedibus adhiberetur; non cum tibicine triumphus ageretur; non Apollini citharae, non Musis tibiae caeteraque id genus essent astributa; non tibicinibus, per quos numina placantur, esset permissum aut ludos publice facere, aut vesci in Capitolio, aut Quinquatribus minusculis, id est tibiis lunijs, vrbem vestitu quo volent personatis temulentisque peruagari.* distinctius aliquanto quam Varro, qui tamen docet, eos ad Mineruae aedem conuenisse, libro V de L. L. *Quinquatrus minusculae dictae Iunios eidus ab similitudine maiorum quod tibicines tum feriati per vrbem vagantur et conueniunt ad aedem Mineruae.* Porro codices scripti omnes vetustiores *Quinquatres minores*, non *quinquatrus*, exhibent. et fortassis vere. nam vtrumque dicebatur. Charisius libro primo: *Magistratus et magistrates inuenimus, pugillares, primores, proceres, penates, Quirites, quinquatres.* Priscianus libro VII *Notandum, quod nomina semper pluralia quae in es desinunt, quae ex se non habent singularia, genitiuum in ium faciunt, vt vires virium, penates penatium, Quinquatres quinquatrium.* Quinquatribus maioribus ancilia lustrata fuisse discimus ex Charisio p. 62 editionis Putschianae. *Quinquatria* dicuntur hoc

hoc festum Suetonio vita Domitiani. etiam in Glossis antiquis *Quinquatria*, πανεθήναια. sic et Priscianus libro VII. Apud Diomeden libro primo perperam *Quinquatriae* pro *Quinquatres* scribitur, de masculinis cum agat, quae singulari carent numero: *Optimates*, *pugillares*, *primores*, *proceres*, *posteri*, *penates*, *Quirites*, *Quinquatrias*, *sentes*, *lamuras*, *sales*. Ex quibus locis videtur posse colligi, *Quinquatres* vt masculini, sic feminini generis *Quinquatrus* enunciatas fuisse, neutrius: *Quiquatria*. *Quinquatrus* solum agnoscit A. Gellius Noct. Atticar. libro II. 21. vbi de eo vocabulo nonnihil differit.

654 *Quid toga longa volunt?*] *Stola* Zulich. Mazarinian. opt. Patau. Vossian. duo Farnesiani. probe. quomodo scribendum Pighius. quoque viderat in Annalibus ad An. V. C. CCCCXLII. Frustra ergo illust. Neapolis eam lectionem in antiquis libris negat occurrere. *Stola* vestis tam virorum quam mulierum apud Graecos. distincta tamen, vt opinor. nam Herodotus lib. IIII. apud Sauromatas notat stolam viris mulieribusque communem fuisse. certe apud Romanos solis mulieribus erat in vsu. Quare Plutarchus Problematis Romanis in hac historia ἐσθῆτας γυναικείας pro stolis dixit. et Val. Maximus lib. II. 5 *varia vestis velatas* describit. Plutarchus ibidem: Ἐτύγχανον δὲ οἱ πολλοὶ διὰ τὴν πανηγύριν καὶ τὸν πότον ἐν ἐσθῆσιν ἀνθιναῖς καὶ γυναικείαις ὄντες. apud Macedonas stolae purpureae vsus, illis, qui intimae apud reges essent admissionis. vnde *purpurati* dicti. sic Alexander Syriae rex, Antiochi Epiphanae filius, stolam purpuream et coronam auream Ionathae Iudaeorum duci munus mittit. rem narrat fusius Iosephus, qui et Epistolam a rege Ionathae missam operi inseruit. in qua prae caeteris: Ἀπέσταλκα δὲ σοὶ ἐσθῆτα στολὴν πορφυρᾶν καὶ στέφανον χρύσεον. Stola igitur vestis tam virorum quam mulierum apud quasdam nationes, sed et tibicinum aut citharoedorum. Aelianus lib. III. 43 Ποικίλης ἱστορίας, de citharoedo a Sybaritis occiso: φοβηθεὶς ὁ κιθαρῳδὸς σὺν αὐτῇ στολῇ κατέφυγεν εἰς τὴν Ἥρας βωμόν. Halicarnasseus lib. II Ῥωμαίων δὲ τῶν αὐθιγενῶν οὔτε μητρογυρτῶν τις, οὔτε κατανλόμενος παρεῖται διὰ τῆς πόλεως, ποικίλην ἐνδεδυκὼς στολὴν, ὅτε ἐρημάζων τὸν θεὸν τοῖς φρυγίοις ἐρεγμοῖς. vide Nonium in *Stola*.

656 *Possem vtinam doctae verba referre deae*] *Pactae deae* plurimi veterum. Probe Vaticanus vnus *Pace velim doctae verba referre deae*. Met. VII. 709 — *liceat mihi vera referre Pace deae*. sic Trist. V Eleg. XII *Pace nouem vestra liceat dixisse sorores*. Senec. Troad. *Pace dixisse hoc tua Argiua tellus liceat*. ita frequenter praestantissimi scriptores. Quid si dederit tamen hic nobis Naso *Posse velim?*

662 *Gratae frangeret artis opes*] *Graiae* optimus Patau. prim. Farnes. Mazar. Arond. aliique nonnulli. et recte. quod ex stolae vsu praeter morem Romanum liquet. de quo supra. *Artis opus* etiam Vrsini, optimus Patauinus et quatuor alii. sic

Digitized by Google

lib. II. 268 *Ipse meae mouit callidus artis opus.* vbi male *opus* substituunt libri quidam.

663 *Pompa qui funeris ibunt*] *Pompam* veterrimus Vrsini et Strozzae codex, venuste. sic *exequias ire.* de quo dixi Amor. lib. II. Eleg. VI. *Pompa funeris*, vt apud Apuleium II. Metam. *Pompa funeris publice ducebantur per forum.* Quint. I. Declam. CXVIIII. *Ducatur ingens funeris pompa.* Sed forte cederit Naso *pompae*, vt ipsi tibicines dicantur *pompae.*

668 *Valla toros*] *Choros* multi veterum.

675 *Quid cessas conuiuas soluere*] *Conuiuia* cum Vrsini, Mazar. Zulich. Laeti, opt. Patau. ex aliis.

676 *Auctor vindictae iam venit ille suae*] *Iam venit ecce tuae* meliores. vel *nam venit.* sic Rem. Am. 73. *Publicus asserta dominis oppressa leuabo Pectora. vindictae quisque fauete suae.* Vidit ita legendum esse quoque Pighius ad A. V. C. CCCCXLII. et paulo ante *Seruierat.* qua in re assentientes habet vetustos codices. Caeterum paulo aliter hanc historiam narrant Liuius libro VIIII. 30, Val. Maximus lib. II. 5 et Plutarchus in Problematis Romanis.

680 *Scirpea lata fuit*] *Sirpea lata* habent tres antiqui. duo *sirpea nata.* multi *scirpea nata.* Thuani *natta.* Glyphiandae editionis marga *scirpea larua.* Scaliger et Muretus *matta* coniiciunt. vt Laeti codex et vnus Vatic. Salmasius ad Solinum et Historiam Augustam, et qui Salmasii scrinia compilauit, Neapolis *sirpea lata.* vt *sirpea* sit substantiuum. quod nescio an alibi occurrat. Certe vox *mattae* non est in vsu Latinis, nisi scriptoribus posteriorum temporum. Plutarchus ἁμάξας ἀξίνῃ μόλις περικλαπτομένας vocat, qui in omnibus fere huius historiae cum Nasone consentit. quare fuit cum *Scortea* legendum putarem. Opinor tamen nunc a Nasonis manu esse *scirpea strata fuit.* quid sit *scirpea* Varro docebit lib. IIII de L. L. *de his quae iumenta ducunt scirpea, quae virgis sirpatur, id est colligando implicatur, in qua stercus aliudue quid euehitur.* idem quid *plaustrum* sit ibidem docet. Plaustrum quod ex omni parte palam est. *quae in eo vehuntur, quod perlucent, lapides, asseres, lignum.* atque ita differre plaestrum a *tragula, scirpea, vehiculo, arcerra,* ibidem demonstrat, quod illa essent tecta. Iustinus libro XXXXIII. 4 *Plures scirpeis latemes frondibusque supertectos* (malim *superiectis*) *induci vehiculis iubet.* et mox *Latentes de scirpeis protrahantur.* sic scripti meliores. *Scirpea* igitur plaustro insternenda fuit, ne vectores essent conspicui, et vt commodius sterterent. *Scirpea strata*, quomodo in Legibus XII tab. *arceram sternere: Si nolet, arceram ne sternito.* quod Gellius libro XX. 1 sic interpretatur: *Arcera vocabatur plostrum tectum vndique et munitum, quasi arca quaedam magna, vestimentis instrata. qua nimis aegri aut senes portari solebant.* pluta illic idem Gellius ad rem. Isidorus Originum libro XX cap. XI de lectis: *Stratus a sternendo dictus, in eis solis antiqui ad dormiendum cubabant, nondum laneis stramentis repertis.* Hoc igitur

Digitized by Google

igitur vult Naso, scirpeam in plaustro stragulae vestis loco fuisse instratam. postea et lecticas insternebant stragulis plumeis, hinc Iuuenali Satyra prima: *Vehatur pensilibus plumis.* vbi Schol. *lectica plumis strata.* Papias: *Basterna vehiculum est itineris, mollibus stramentis composita, quasi Vesterna.* Glossarium MS. *Basternae dicuntur quaedam matronarum in itinere vehicula, quae desuper cooperta, et mollioribus stramentis compositа, a duobus equis trahuntur.* Paria fere et Isidorus de *Basterna* Originum libro XII. 12.

682 *Turba redire putat*] *Putant* vnus liber.

685 *Callidus vt posset specie numeroque Senatum Fallere*] Ita libri scripti, quos videre mihi contigit, constanter. Editiones nonnullae *Claudius.* quomodo manu recentiori erat scriptum in Vrsini libro et in codice Pomponii Laeti pro diuersa lectione. Mazarin. *Calidus.* libri veteres Neapolis *Cautius.* quare is Pighio assentitur lib. I Annal. corrigenti *Plautius*, A. V. C. CDXLII. de lectione *Cautius* Neapolis non sua, sed Pighii fide vsus est. cuius emendationem amplector. Idem *possent*, pro *posset*, reponit, et pro *Senatum*, *Sanatum.* feliciter. vide Festum in *Sanates.* *Sanatum* et meminit Gellius ex XII Tabulis lib. XVI. 10. Vrsini tamen codex, prim. Med. et quatuor alii *Senatus.* Maz. Zulich opt. Patau. prim. Farnes. Arondel. *Peratus.* Pighii emendationem reiicit Vossius Grammatici operis lib. II. 17. quod *Sanates* tanquam *sanatae mentis* Festo dicantur. atque ita prima repugnet syllaba. sed quid si nugatus sit Festus? certe vt *Senatum* ferri non potest. quanquam enim Liuius, Val. Maximus ac Plutarchus in nonnullis a se inuicem hic dissentiant, in eo tamen conueniunt, quod tibicines repetitos a Tiburtibus per Senatum Romanum asseuerent. vt opus non fuerit Senatum alli.

688 *In longis vestibus esse iubet*] *Ire* Gryphius et duo vetes. recte. et mox *redisse*, pro *redire*, meliores. nisi quod colex Vrsini *venire.*

691 *Lices Idibus vti*] Malo *libet*, cum Hamburgensi. vel *iuat*, cum Oxon. et vno Vatic.

695 *Habet tali mea nomine festa*] *Agit* meliores. quidam *ait.* proxime verum. Met. XI. 95 — *festum genialiter egit Per is quinque dies.*

700 *Vidi et virgineas*] Delent meliores vt *et.*

701 *Ars mihi non tanti est; valeas, mea tibia, dixit*] Voss. et duo alii cum Naugeriano *valeas*, *ars optima*, *dixi.* et tum egam *Ars mihi non tanti es. Cana tibia*, *dixi* prim. Bonon. vt rtem alloquatur. quomodo Phocas Grammaticus: *Ars mea ultorum et quos saecula prisca tulerunt, Sed nova te brevitas asbrit esse meam.*

702 *Excipit abiectam*] *Electam* Putean. Douzae Excerpta. oc est, aqua electam. lib. II de Campo Martio: *Qui tamen electa*

Digitized by Google

cieſta ſi forte tenebitur vnda. Mox *at vſum*, non *et*, Laeti codex. probe.

704 *Afflatam ſentit habere ſonum*] *Inflatam* rectius Mazar. Zulich. Arond. Laeti et ſex alii. nonnulli *efflatum*, vel *efflatem*. fruſtra. lib. IIII *Furioſaque tibia flatur.* et *Inflexo Berecynthia tibia cornu Flabit.* lib. XI Met. *Inflato Berecynthia tibia cornu.* A. Gellius lib. XV. 17 *Alcibiades traditur ſibi tibias cum ad eas adhibuiſſet inflaſſetque, abieciſſe.* Emenda Propertium lib. III Eleg. III *Nec tibi ſit rauco praetoria claſſica cornu Flare, nec Aonium cingere Marte nemus.* vbi perperam *Flere* nunc circumfertur. quod et Ianum Douzam video deprehendiſſe. Apul. Met. V *Iubet citharam loqui, Pſallitur, tibias flari, ſonabat chorus canere, cantatur.* ita ſcribo. *tibias agere* nunc legitur. Scaliger tamen ad Manilium *lugere.* vide Feſtum in eo verbo, et Salmaſ. in Solinum. Idem Apuleius libro VI *Scena ibi ſic contrinnata, vt Muſae quidem chorum canerent, tibias inflaret Satyrus, et Paniſcus ad citharam diceret.* qui locus adhuc mendoſus. forte *tibiaſue inflarent, Satyrus et Paniſcus ad fiſtulam adicerent. tibiae* enim Muſarum. Idem in Floridis libro I *Non intelligens ſe deridiculo haberi, priuſquam tibias occiperet inflare.* apud Sidonium Apollinarem Panegyrico Maioriani: *Ad lyſorem reboat nec tibia flatum.* Claud. Conſ. Mallii: — *cui tibia flatu, Cui plectro pulſanda chelys.* Varro Trihodio: *Priuſquam in orcheſtra pithaulus inflet tibias.*

705 *Et modo dimittit digitos*] *Digitis* Naugerii, Mazar. Zulich. Vrſini, Arond. opt. Patau. et ſex alii. vere. Elegans et deſcriptio tibiam inflantis apud Paulinum Natali nono Felicis: *Vt citharis modulans vnius verbere plectri Diſſona fila mouens reliqui perflantia textis Labra terit calamis, licet vnum carmen ab vno Ore ferat, non vna ſonat, varioſque magiſtra Temperat ante ſonos; arguta foramina flatu Mobilibuſque regit digitis, clauditque aperitque, Vt rapida vice dulcis eat redeatque cauernis Currens Aeolio modulabilis aura meatu, Explicet irrupta animata vt tibia cantus.* ſed de choraulis vide Magnum Scaligerum ad annum MDCCCCXIII Chronici Euſebiani.

710 *Ars colet*] *Colat* meliores.

711 *Tertia nox veniet*] Pro *nox* legit *lux* Berſmannus, atque ita Mazar. a manu prima et plurimi alii. Pro *veniet* Naugerii codex *venit.* Lege *Tertia lux veniat.* ſic paſſim Noſter in ſuis libris loquitur.

Qua tu Dodona Thyene] *Dodoni* meliores. et mox *Agenoris bouis*, pro *Agenoreae.* reſpicit enim taurum, a quo Europa rapta eſt. Statius Silua tertia Propemptico Metii Celeris: *Dum Agenorei furtis blandita iuuenci.* Beda de XII Signis in Cod. Pith. p. 177 *Malus Agenorei miratur cornua Tauri.* ita legendum ex V. C. vulgo *cancri.* vid. Schol. German. p. 105 ed. Commel. Seru. ad Virg. I Georg. 138. Grot. ad German. p. 5.

719 *Proſ*

Digitized by Google

719 *Proles Hyrea*] *Hyrisea* Vrsini et opt. Petau. *Hyrtea* Zulich. *Hyrsea* Mazar. Lege *Hyriea*. dixi lib. V. 499.

723 *Clarus Tyburte*] *Tuburte* Laeti codex. tertius Medicens et Polit. *Tuberte*. quod verum est. Pro *Postume* veteres plerique *postmodo*.

725 *Supersunt*] Malim *supersint*.

730 *Cana pruina fugit*] Arond. multique alii ex antiquis *ima*, vel *una*. Sed recte Vrsini, Vossii et sex alii *vda*. quanquam vulgatam lectionem non damno. vid. ad Claud. Epith. Honor. 52. Duo *orta*. totidem *vana*.

733 *Hunc quoque*] Imo *Hanc*, id est, Auroram, cum Voss. Sarrau. et quatuor aliis.

739 *Non impune pius*] Hoc distichon agnoscit Vrsini codex cum duobus melioris notae Patauinis. idque Naugerius ex suo in postremam editionem admittere non dubitauit. Caue tamen credas Nasonis esse.

751 *Tunc, cum obseruatas*] Nullum commodum sensum elicueris ex hoc districho. quare certus sum, id quoque spuriae esse notae.

755 *Lucus eum, memorisque sui*] Vel *tui* Sarrau. Scribe *Lucus eum memorisque tui, Dictynna, recessus Celat*. nam in Zulichemiano *recessus*.

757 *At Lachesis, Clotho*] Pro *Lachesis* in vno Farnes. Regio, meo, est *Limenus*. Putean. *Limens*. alius *Limeneus*. Erfurtanus *Climenes*. in Mazar. Zulich. prim. Farnes. aliisque nonnullis erasa vetus lectio. etiam in Vossiano, vbi relicta ad marginem priscae lectionis interpretatio ridicula *Limines, siue Liminus deus dicitur esse liminis*. Deinde meliores omnes *haec fila teneri, Hic fieri regni*. Latet haud dubie mendum. Scribe *At Clymenus Clothoque dolent; haec fila teneri; Hic fieri regni iura minora sui*. Posset et *Clymenos* legi, singula videamus. Cur Pluto *Clymenus* dicatur, causam dat Auctor Etymologici: Κλίμενος ὄνομα κύριον ἥρωος. παρὰ τὸ κλύω, τὸ δοξάζω. ἢ καὶ ἐπίθετον ἅδου, τοῦτέστιν ὁ πάντα καλῶν πρὸς ἑαυτὸν, ἢ ὁ ὑπὲρ πάντων ἀκούμενος. in Anthologia Graecorum Epigrammatum libro tertio, capite εἰς ἥρωας, Epigrammate Anytes: Οὐκ ἔτι λίγειά σε κατ' ἀφνειὸν Ἰλισσὸς οἶον Ἄμφρι μελιζομένην ὄψεται ἠέλιος. Ἤδη γὰρ λειμῶνας ὑπὸ Κλυμένῳ παπάτησας, Καὶ δρεστερὰ χρυσέης ἄνθεα Περσεφόνας. et eodem libro, capite εἰς ποιήτας Antipatri Epigrammate εἰς Ὀρφέα· Ὃς καὶ ἀμειλίκτῳ Βαρὺ Κλυμένοιο νόημα Καὶ τὸν ἀκήλητον θυμὸν ἔθελε λύρῃ. Apud Hephaestionem libello de Metris ex Hymno Philici in Cererem versus iste producitur: Τῇ χθονίᾳ φόρτιν Δημητρείᾳ καὶ Περσεφόνῃ Καὶ Κλυμένῳ τὰ δῶρα. Qui Lexica Graeca conssarcinarunt homines eruditi, sola Etymologici magni auctoritate nituntur, vt ostendant Plutoni attributum fuisse Κλυμένου cognomentum. *Clymenus* igitur Pluto, quod paucis hactenus fuisse notum opinor. quapropter et recte additur, dolere illum, *regni sui iura fieri minora*; cum Clotho doleat

Digitized by Google

lent *veneri fua fila*. nam *veneri* legendum esse vidit ad Herodis Attici inscriptionem Salmasius. adi Notas nostras Epicedio in mortem Drusi v. 444. Caeterum et *Summanus* Plutus antiquis, et *Vedius* et *Veiouis*, teste Marciano Capella aliisque. vide Papiae Lexicon in *Vedius*. sed et *Serapis* Plutus, qui deus Sinopensium ab Aegyptiis postea adscitus est. vt Plutarchus de Iside et Osiride; Clemens Alexandrinus in Protreptico, Epiphanius, Theophilus ad Autolycum, et alii testantur.

760 *Nouerat artis opem*] *Mouerat* Zulich. opt. Patau. Laeti et tres alij. bene. nisi *fouerat ope* mauis. nam tres scripti *vouerat*. Superiori versu *exemplo veritus* Vrsin. prim. Patau. et Maz. *exemplo* Zulich.

762 *Propter te fieri quod vetat, ipse facit*] *Flecti* Mazar. *fieri* Sarrau. et multi alii. quidam *quod facit ipse vetat*. duo *facis*.

764 *Si vetat*] *Vetet* meliores. et *sint testes*, pro *sunt*.

793 *Tempus idem Statoris erit, quod Romulus olim*] Ex hoc loco persuasum habuerunt viri etiam in his litteris praecipui nominis, vt crederent in *Statore* syllabam primam posse produci. atqui *Stator* a *sistendo* dictus Iuppiter. Florus libro primo capite primo: *Adeo vt Romulus Iouem orauerit, foedam suorum fugam sisteret. Hinc templum, et Stator Iuppiter*. Codices vetusti vulgatae scripturae controuersiam mouent. *Tempus idem Statoris habet* Zulichemianus. quatuor alii *Stator aedis habet*. Scribe ex Vrsiniano optimo et vno Patauino: *Tempus idem Stator aedis habet, quam Romulus olim Ante Palatini condidit ora lugi*. nec aliter in ora Sarrauiani. vti iam monuit in Obseruationibus libro IIII. 15 vir summus Iohannes Fredericus Gronouius, qui illic adeundus. Varro libro octauo Rerum Diuinarum apud Macrobium Saturnal. libro IIII. 1 *Delubrum alios aestimare, in quo praeter aedem sit area adsumta deum caussa: vt est in Circo Flaminio Iouis Statoris*. corripitur etiam in *statum* prior syllaba, vt in *stato tempore, statis diebus*. vt turpiter sit lapsus Solinianis Exercitationibus Salmasius p. 643, dum in Manilii versibus reponi iubet: *Quum spatium non sit statum pugnantibus boris*. pro quo *spatium tantum* nunc circumfertur. illud *tantum* ex *pugnantibus* generatum videtur. Putabam antiquitus exaratum fuisse *Quum spatium non sit par*. omisso *sibi* ob cognationem litterarum praecedentis proxime vocis *sit*. hinc, quod viderent claudicare versum, subditicium *tantum*; cum reponi deberet: *Quum spatium non sit sibi par pugnantibus boris*. de quo loquendi modo egi copiose ad Epistolam Acontii v. 62.

797 *Orus est natale Kalendis*] *Canaanis* Scaliger in ora codicis sui et ad annum MDCCCCLXXIII Chronici Eusebiani. Natus enim Diuus Iulius a. d. IIII Id. Quintil. teste Macrobio, in cuius

Digitized by Google

rei fidem mensis ille Iulii postea nomen obtinuit. *Caiiocnas* vero *Iiileas* innuit in aede Herculis ad portam Capenam consecratas, sed aedem Herculis Musarum a diuo Iulio fuisse instauratam restitutamque legisse me non memini.

799 *Quis vos addixerit isti*] *Adiunxerit* Sarrauii codex et quique aut sex alii. plurimi etiam ex melioribus *adduxerit*. Sed *adiunxerit* placet. sic *consors adiuncta Tonanti Roma* Claudiano Consul. Olybr. vbi pari modo variant libri veteres.

802 *Martia*] Lege *Marcia* et hic et alibi. idque cum Vrsini libro et duobus aliis. hinc *aqua Marcia* a Marcio Philippo. et *Narbo Marcius*. quod eam coloniam deduxerit Q. Marcius Cos cum collega M. Porcio. in veteri marmore videtur mendose scriptum esse NARBO MART.

804 *Nobilitate fuit*] *Sua* meliores magno numero. et mox *respondet*, pro *respondit*. recte. nam erat etiamnum in viuis Marcia. est enim de vxore Maximi intelligendum, de qua in Ponticis agit Noster non semel. Deinde *nobilitate sua*, pro *nobilitati suae*, insolenter dictum, nec tamen sine exemplo. Audi Arusianum Messium de Exemplis Elocutionum, libello hactenus inedito: *Par his. Cicero pro Cluentio: Ingenio et virtute par his, quos ante memorauit. Par hac re. Sallustius Hist. IIII Scalas pares moenium altitudine. Par cum his. Sallust. Iugurth. Parem cum liberis suis regnique participem feci. Par hoc fuere. Virgilius Bucol. Et cantare pares.* Sextum casum saepe pro tertio ponebant. qua de re in opere Grammatico vir summus Gerardus Iohannes Vossius.

812 *Increpuitque lyra*] *Lyram* Vrsini, Sarrauii et tres alii. Ep. Briseidis: *Threiciam digitis increpuisse lyram.* idem versum repetit Amor. lib. II El. XI. In Ibide: *Terque cruentatas increpuere anguis.* Trist. I Eleg. III *Increpuit quantis viribus vnda latus. Increpat sonitum tuba* apud Virgil. Aen. VIIII. Propertius libro III *Increpat absumtum nec sua mater Ityn.* Calpurnius Ecloga V *At simul argutae nemus increpuere cicadae.* Ennius in Thyeste: *Sed sonitus aures meas pedum pulsu increpat.* vid. Non. Marcel. in *crepare*. sic et *concrepare* supra lib. V *Rursus aquam tangit, Temesaeaque concrepat aera.* Atque hactenus, quae ad Fastos Nasonianos obseruaui. Caeterum in Vrsini veterrimo codice et literis Longobardicis siue Saxonicis, quas vocant, exarato, tum etiam in duobus Patauinis melioribus, vno praeterea Vaticano, ac Sfortianae bibliothecae codice, quem obiter Romae inspexi, subiungebantur versus hi quatuor: *Si nouus a Iuni sacris numerabitur annus, Quintilis falso nomine dictus erit. Si facis; vt fuerant, primas a Marte Kalendas, Tempora constabunt ordine ducta suo.* Vaticanus hoc initium libri septimi constituebat.

at

Digitized by Google

at amiciſſimus Gronouius monuit, inſpectam ſibi fuiſſe in Norico vetuſtam Naſonis editionem, cui Celtes Protacius, is nempe, qui primus poſt renatas literas poëtin in Germania inſtaurauit, manu ſua adſcripſiſſet, reliquos ſex Faſtorum libros ſeruari apud Presbyterum in pago prope Vlmam, principiumque ſeptimi libri in illo codice tale exaratum fuiſſe: *Tu quoque mutati cauſas et nomine menſis A're qui ſequitur, maxime Caeſar, habes.* Sed vt dicam ingenue quod res eſt, opinor Celtem Protacium non tam decepiſſe, quam fuiſſe ab aliis, qui viſum ſibi atque inſpectum hunc codicem affirmarent, deceptum. nam Lactantius in Diuinis Inſtitutionibus, Priſcianus in Grammatica, aliique veterum cum locos complures ex Faſtis Naſonianis proferant in medium, ex libris tamen ſex poſterioribus deperditis nihil prorſus producunt, vt certum ſit, alterum huius poëmatis partem iam ante ſaecula complura intercidiſſe.

NIC

Digitized by Google

NIC. HEINSII

COMMENTARIVS

IN OVIDII

TRISTIVM

LIBROS QVINQVE

Digitized by Google

Digitized by Google

NIC. HEINSII COMMENTARIVS IN OVIDII TRISTIVM LIBROS QVINQVE

Horum librorum exemplaria etsi passim fuere non pauca, nullum tamen inter illa, quod multum sepit aut vetustatis prae se ferret, praeter Vaticanum vnum et Hamburgense Cathedralis ecclesiae, cum Vaticano Politiani schedas vt plurimum conspirant: quamquam ne illi quidem codices ad aetatem sexcentorum annorum adsurgant. reliqui recentioris sunt notae, qui ipso loco designabuntur. eos inter Combii codex Venetus et vnus Palatinus palmam facile ferunt. Inscribendi autem libri *Tristium*, non *de Tristibus*, vt Scaliger Arte Poet. lib. III p. 307 adnotauerat, et adscripserat locum Martialis lib. VII. 46. *Perdiderant iam vasa metum, securaque flebant Tristia, cum lacrimis iamque peractus erat.* et ita Claudian. Bel. Get. *Fessus dolemus ne tristibus aures.*

LIBER PRIMVS

ELEGIA PRIMA

1 *Nec vo purpureo velent vaccinia fuco*] *Fuco* Polit. Hamburg. Vatic. et alli octo aut nouem ex castigatioribus. recte. vt ad Claudianum iam monui lib. I in Rufinum v. 108. Absonum enim prorsus istud *velare fuco*. Sequenti hexametro *chorea contenet*, pro *tenetur*, reposuit Rottendorphianus liber. in vno Mediceo pro diuersa lectione *ligetur*, pro *linetur*. quale neqdum quoque sustulimus e lib. III Artis Amator. 232. vbi plura de *linendi* verbo notamus. Horatius Arte poetica 330 ad rem: *Speramus carmina fingi Posse linenda cedro, et laeui seruanda cupresso. Illini* quoque *minio* habes apud Plinium lib. XXIII. 7 *Enumerat actores Verrius, quibus credere sit necesse, Ita ipsius simulacri faciem diebus festis minio illini solitam, triumphantisque corpora.* Marcianus Capella libro II *Cernere erat, vbi*

Digitized by Google

qui libri quantaque volumina, quot linguarum opera ex ore virginis diffluebant. alia ex papyro, quae cedro perlita fuerint, videbantur, alii carbasinis voluminibus complicati libri ex auillis quoque multi tergoribus, rari vero in phidyrae cortice subnotati. Columella libro VI. 31 *Scabies si leuis est, inter initia, cupressi sole vel cedria, vel oleo lentisci linitur.* vbi veterrimus Codex, quo sum vsus, *vel cedre.* et hoc pro *cedria.* quomodo tam in Nasonis quam in Horatii locis lam prolatis, cedrino enim oleo vngebantur libri, vt cariei resisterent ac tineis. Vitruuius libro II. 9 *Quemadmodum ex cupressi aut pini resina, sic ex cedro oleum, quod cedrinum dicitur, nascitur. quo reliquae res, cum sint unctae, vti etiam libri, a tineis et a caries non laedantur. Cedratos libros* dixit Plinius libro XIII. 13 cedri oleo perunctos: *Et libros cedratos fuisse, propterea arbitrari et tineas non tetigisse.* Idem Plinius libro XVI. 39 *Cedri oleo perunctis muscarum nec tineam, nec cariem sensit.* quod igitur Vitruuio ac Plinio *cedri oleo vngi* siue *perungi*, id Horatio ac Nostro *succedro* dicitur: *cedro perungi.* Martiali lib. III Ep. XI ad librum suum: *Cedo nunc licet umbilus pererratus.* vbi plura ad rem habes. Scholiastes Persii: *Carmina olim cedro,* ideo dicit, *quod mos apud veteres erat, vt chartae, in quibus nobilia carmina scribebantur, oleo cedrino inungerentur.* Adeundus Casaubonus ad Persium I Sat. 42.

5 *Purpureo*] Contra Martialis libro III Ep. XI ad libellum: *Et te purpura delicata velet.* Idem libro V Ep. VI *Quae cedro decorata purpuraque. Nigris pagina cretis umbilicis.* Statius Lusu Saturnalitio ad Plotium Grippum: *Noster purpureus stupusque charta.* Lucianus libro de Philosophis Mercenariis: Ὁμοίοι τοῖς καλλίστοις βιβλίοις, ἂν χρυσοῦ μὲν ᾖ ὁ διφθέρας, πορφυρᾶ δ' ὑπεστρωμένη ἡ διφθέρα *Similes pulcherrimis libellis, quibus aurei vmbilici et purpurea extorsus pellis.* Idem ad imperitum libros emturientem: Βιβλίον κάγκαλον περφυρᾶν μὲν ἔχον τὴν διφθέραν, χρυσοῦν δὲ τὸν ὀμφαλόν *Libellus pulcherrimus, purpuream pellem habens et aureum vmbilicum.* ita rectius vertas, quam *purpuream membranam.* velamen enim et vestitus librorum ex pelle. Huc refer illud Martialis: *Pellibus exiguis artatur Livius ingens.* tum quod Tibullus dixit: *Lutea nec Mario saturabat membrana libellum,* non ad libelli velamentum referri debet, sed ad ipsum volumen, quod ex membrana constabat. Caeterum Nasonis hoc exordium aemulatus est Publilius Optatianus Porphyrius praefatione Panegyrici, quem Constantino Augusto dixit.

11 *Poliantur pumice frontes*] *Libellum aridae pumice expolitum,* et *chartam pumice aequatam,* Catullus dixit. Martialis: *Aspero libellum Morsi pumicis aridi politum.* Tibullus libro II Eleg. I *Tonsum pumice canas comas.*

12 *Sparsis comis*] Passis editiones antiquae et inter scriptos codices, mysi. probe. nihil frequentius occurrit apud Nasonem. Hasniensis *comas* pro diuersa lectione. vt vsitato Graecismo videa-

tur

turreponendum: *Hirsutus passas vt videare comas.* Mox etiam *sentiet* meliores.

17 *Si quis, vt in populo, nostri non immemor, illo, Si quis, qui, quid agam, forte requiret, erit*] Multi *immemor* exstat. duo cum prima editione *illi.* scribe *illic. Requiret* etiam castigatiores. Pro *Si quis* posteriori versu, quae repetitio inconcinna est, si quid video, *Cuius* rectius reponatur, vtcunque membranis omnibus iniuria: *Si quis, vt in populo, nostri non immemor illic Cuius, qui, quid agam, forte requirat, erit. Vt in populo.* Pont. lib. IIII Eleg. V *Si quis, vt in populo, qui sitis et unde requiret.* et lib. Trist. II. 157 *Per patriam quae te tuta et secura parente est, Cuius, vt in populo, pars ego nuper eram.* Pont. lib. I Eleg. VII *Caetera sic salvos cultorum turba tuorum, In quibus, vt populo, pars ego parua fui.* Horatius lib. I Sat. VI — *vestem famulosque sequentes, Vt magno in populo, si quis vidisset.* Virgilius I. 148 *Ac veluti magno in populo, cum saepe coorta est Seditio.*

21 *Atque ita tu tacitus quaerenti plura; legendum Ne quod non opus est, forte loquare, cane*] Scripti *atque ita tu*, vel *te.* codex Barberinianus praeterea, qui inter meliores est, *cautus* agnoscit. de quo mox videbimus. *tacitus* enim dici vix potest, quem loquentem inducit. et eadem vox paulo post iteratur minus concinne. Deinde *cane* veteres nostri. et plerique *quod*, pro *quae.* primae editiones: *Ne quod opus non est.* Puto *Atque ita te cautus quaerenti plura legendum, Ne, quod non sit opus, forte loquare, dato.*

26 *Causa patrocinio non bona mater erit*] *Pelon* sex scripti. argute. et paulo ante *Neu tuae defendas* scribendum, pro *Tu.* quidam enim veterum *Me*, alii *Te.*

30 *Poena leuis*] *Minor* quinque veteres. vt lib. III Eleg. VI. 24 *Mutatoque minor sit mea poena loco.*

31 *Ne sit miser ipse*] *Ille* scripti. et *misero*, pro *miseris*, in versu proximo.

33 *Quaeque volet, rata sint*] Malim *Quae vouet, o rata sint.* vel *ab rata sint.*

Ablataque principis ira] *Ablata ira* immerito offendit Ciofanum, vt parum Latine dictum. nam *auferre iram* elegans non minus est, quam *auferre iurgium* apud Plautum, et apud Virgilium *metum auferre.* Posset tamen et *sublata ira* legi. vel *sedata.* vel denique *placata*, cum *placata* sit in nonnullis, quod superiori versu praecesserat. Mox scribendum *Vt perages mandata, Liber.* dum perages. Vulgati et scripti *peragas.*

40 *Nubila sunt subitis tempora nostra malis*] Imo *pectora*, quicquid libri veteres dissentiunt. *nubem animi* dicet infra Eleg. III. Familiaris est supinis librariis hic error. sic infra Eleg. VIII. 39 hoc libro *pectora serena.* vbi *tempora* hactenus legebatur. *animum serenum* dixerat superiori versu.

45 *Haec quoque quae facio*] *Hoc quoque quod facio* vetustiores. Lege *Haec quoque quod facio.*

Digitized by Google

47 *Et tot circumspice casus*] Nil mutant libri veteres. Censeo nihilominus scribendum *circumsice*. quo verbo Tullius ac Liuius non semel vtuntur.

57 *Tamen, et pro me tu, cui licet, adspice Romam*] *Tu tamen i pro me* Polit. Vat. et tres alii. alter Politiani *I nunc et pro me*. Scribe *I tamen, i pro me*. de venusto hoc loquendi modo vide quae ad Remedia Amoris noto v. 213.

58 *Di facerent, posses non meus esse liber*] Probe meliores libri magno numero *possem nunc meus esse liber*. eleganter. quod et in suis inuenerat Naugerius. Vulgati perperam *posses non meus esse*.

59 *Quod venias*] *Venies* praestiterit.

65 *Quod sis meus*] *Quia sis* meliores. et recte. de quo alibi est dictum. Trist. lib. II ex antiquis libris: *Vtque tuas gaudet miles, quia vicerit hostem.*

69 *An in alta palatia*] *Vt in alta* Ianianus. placet. sic lib. III Artis Amatoriae 749 *Scilicet expectas, vt te in comissa ducam.*

77 *Si quae*] *Si qua* veteres. Pro *discedere, secedere* etiam Thuaneus liber. duo alii *decedere*.

80 *Tangere nolles*] *Iungere* fragmentum Boxhornianum. vt Met. II. 118 *Iungere equos Titan velocibus imperat horis.*

87 *Ergo cane, Liber, et timida*] Redde suos numeros Nasoni, et scriba vel inuitis membranis: *Ergo age, care Liber, timida circumspice mente. Ergo age* vsitata passim Nasoni formula. infinita sunt in promtu exempla. tale illud Maronianum: *Ergo age, care puer, cornici imponere nostrae.* Combianus codex proxime verum *Ergo, care Liber*. quod nec damno. Posset et *caute Liber* reponi. Pro *Vt satis* idem Combianus et Boxhornii fragmentum *Non*. Forte pro *Num*. alii octo *An*. Videtur *Et satis* scribendum.

90 *Icarias nomine fecit aquas*] *Icariis nomina fecit aquis* scribendum cum Moreti libro. quod et Gryphianam editionem occupauit. *Aequoreas aquas* septem vetustiores. vnde Politianus *aequoreis nomina fecit aquis*. et sic Vossianus pro diuersa lectione. sed cum in vno Vaticano *signat aquas* offenderim, id pro vera amplecti lectione non dubito. Trist. lib. III Eleg. IIII *Quid fuit, vt tutas agitaret Daedalus alas, Icarus immensas nomine signet aquas?* quo loco etiam *fecit* in multis veterum. et pro *immensas* in tribus *aequoreas*. in quatuor *Icarias*. Ep. Paridis: *Nec qui Mycenas crimine signet aquas.*

91 *Remis vtaris an aura*] *Illine remis* octo meliores. quidam etiam *in aura*. vt Pont. lib. II Eleg. VI ex antiquis exemplaribus: *remo tamen vtor in aura*. sed hic aliud vult Nostr. *an ala* codex Petri Seruii, quo me donauit. Scribe: *Difficile est, remis tamen hic vtaris an ala Dicere*. *ala* pro *vela*. sic apud Virgil. *Velorum pandimus alas*. et apud Claudianum: *Scissis velorum debilis alis*, de nauj.

Digitized by Google

96 *Pauca loquatur*] *At ante tamen pauca locutus, adi.* vel *loquatur* per parenthesin. Mox *felicior ipse* cum melioribus.

102 *Nam spes est animi nostra timore minor*] *Animo* multi veteres. an *magno timore*?

106 *Scrinia parua*] *Curua* libri meliores magna ex parte. Placebat olim reponi *curta*. de qua voce copiose egimus ad Fastos II. 408. Nunc nil mutd.

109 *Ostendit*] *Ostendet* Vatic. et sex alii meliores. Idem cum opt. Palat. aliisque quatuor *feret*, pro *ferit*, sequenti versu. duo *ferunt*. vnus *ferent*.

112 *Hi quoque, quod nemo nescit, amare docent*] Tanaquillus Faber ad Lucretii librum quartum p. 499. corrigendum censet: *Hos, qui, quod nemo nescit, amare docent.*

113 *Hos tu*] Malo *quos*.

114 *Telegonasque voces*] Pro *Telegonas*, quod nihili est, cum melioribus repono *Telegonos*. *Telegoniam* Cinaethon Poëta Lacedaemonius sub Olympiadem quintam conscripsit, quo gesta Telegoni et errores videtur complexus. Laudatur et Opetia eiusdem, poëma rerum Orestae, vt opinor, complexum. *Telegonos* et *Oedipodas* pro parricidis ponit. Notum illud Horatianum de Tusculo: *Telegoni iuga parricidae*. scripsit et Telegonism Eugamon Cyrenaeus sub Olympiadem LIII. Vtriusque poëtae meminit Eusebius in Chronico. Eugamonis tamen non meminere, qui veterum poëtarum vitas conscripsere.

115 *Si qua est tibi cura*] *Si quae tibi sura* cum tribus scripsit. quod mollius.

124 *Tardae causa morae*] *Tardae viae* Polit. Vat. et Rottendorph. Paulo ante malim *alio tempore*, quam *aliquo*.

125 *Sed si quae subeunt tecum, Liber, omnia ferres, Sarcina laturo magna futurus eras*] *Quod si* cum vno Medic. et Hafniensi. Mox pro *laturo* opt. Vatic. Polit. Palat. et quatuor alii *latori*. nescio an satis Latine pro Augusti saeculo. Sueton. tamen in Caligula *latorem* pro tabellario dixit.

128 *A terra terra remota mea*] *Tua est* liber Seruii. Lege *a terra tua*, quo tu properas. nisi τὴ *patria* excidit: *a patria terra remota mea*. quod verum puto. nam suam tetram Pontum vocat alibi non semel.

ELEGIA SECVNDA.

3 *Veneris numine*] Alii *munere*.

12 *Quis vetat*] *Quid vetat* cum Thuaneo et Bersmanni codice. vide Notas ad Epist. Ariadnes.

15 *Iactat mea verba*] *Dicta* cum Polit. et octo aliis. nam τὸ *verba* praecesserat.

23 *Quocunque aspicio*] Bussidianus et Combii *aspicies*. Scribe *Quocunque aspicias*. Pont. lib. I Eleg. IIII. *Quocunque aspicias, campi cultore carentes, Vastaque, quae nemo vindicet, arua iacent.*

Digitized by Google

iacens. infra Eleg. III *Quocunque aspicares, tactus genitusque fenabent*. et Eleg. X *Quocunque aspicias, nihil est nisi mortis imago*. vt ibi legendum credimus. *Aër* etiam pro *aether* plerique. et *tumidis*, pro *tumidus*, sequenti v[illegible] Polit. Palat. Hamburg. et quatuor alii.

25 *Fremunt immani murmure venti*] *Turbine* duodecim veteres, vt apud Virgilium Aeneid. VI —— *praecipitemque immani turbine adegit*. in Catalectis Pithoei p. 178 Carmine de ventis legendum: *Hinc saeuus Boreas glaciali turbine mugit*. vulgo *lacus*, et *mulgit*.

29 *Siccа Arcto*] Id est *aequoris expertes*, vt alibi loquitur; vel renera secca. vt *siccos Aquilones* dixit lib. III Eleg. X. Manilius lib. I *Alter ab excelso decurrens limes Olympo Serpentis tandem, siccas et diuidit Arctos*. tres tantum antiqui *Scythicas Arctos*. quomodo apud Sidonium Panegyrico Auiti: —— *Scythica nutrite sub Arcto Qui foris, et caeso tantum qui fidit inermi*.

33 *Nec spes est vlla salutis*] *Nec spes, nisi vana, salutis* Combianus liber. multo numerosius. Legebam aliquando *nec spes super vlla saluti est*.

38 *Scitque gemitque*] *Fletque* Regius liber.

41 *O bene, quod non sum mecum conscendere possit!*] *Dii bene* octo aut nouem ex melioribus. ita Statius, Claudianus, Ausonius, alii, quomodo et *di melius*, et *di meliora*.

51 *Nunc letum timue*] *Nec letum* scripti.

53 *Est aliquid, fatoque suo ferroque cadentem In solida matris ponere corpus humo*]: *Cadenti* duo veteres. Forte *cadentis*. reliqui fere *cadendum*, pro *cadentem*. Mortui enim non ponunt se in terra, sed ponuntur. Lege etiam *fatoue suo ferroue*. quae eo spectant, vt mortem spontaneam a violenta distinguat. Sequenti versu in plurimis *solita humo*, pro *solida*. hoc est, quod Tristium lib. III Eleg. IIII. dicit *tactam nascenti humum*: *Et cinis in tumulo positus iacuisset auito, Tactaque nascenti corpus haberet humus*. Virgil. Aen. VIIII *Sit qui me raptum pugno pretioque redemtum Mandet humi solitae; aut, si qua id fortuna vetabit, Absenti ferat inferias, decoretque sepulchro*. Sed et altera scriptura optime se habet, vt *solidam tellurem* dixeris, respectu maris. Statius Propemptico Metii Celeris: *Quis rude et abscissum miseris animantibus aequor Fecit iter? solidaeque piet telluris alumnos Expulit in fluctus, pelagoque immisit hiantes?* et Epicedio Glauciae: —— *abeunt noctesque diesque Astraque, nec solidis prodest sua machina terris*.

55 *Et mandata tua aliquà ex sperare sepulchrum*] Scripti fere omnes *aliquid sperare*. vel *aliquid ex sperare*. tres *aliquod*. Combianus *aliqua*, vnus Vaticanus *aliqua sperare sepulcra*. Scribe *Est mandata tua aliquid sperare sepulchra*. ita et numeri, qui duriores erant, constabunt versui, et sensus. *Mandata sepulchra*, vt Fastor. lib. V. 657 *Disponite haeredi mandati cura sepulchri*. Martialis lib. I Epigr. LXXXVII *Cum mihi supremos Lachesis*

Digitized by Google

Lachesis peruenerit annos, Non aliter tineres mando iacere meos.

63 *Si quoniam merui poenam, me perdere vultis*] *Pendere* vnus Mediceus pro diuersa lectione. Rottendorphianus *prendere*. Praeterea prim. editio et duo scripti *si quam promerui*. sex *si quoque quam merui*. totidem *quamquam merui* opt. Vatican. *si merui poenam quamquam*. duo *quia quam merui*. alia veterrima editio *quia commerui*. Scribe: *Si, quam commerui, poenam me pendere vultis*. Trist. lib. II. 4 *An semel est poenam commeruisse parum? Pendere poenam* familiaris locutio Nasoni. Fast. III. 845 — *capitis quae pendere poenas Ex illo iubeor furta reperta loco*. atque ita passim.

69 *Puto crimina laesi*] *Laesos* concinnius septem veteres. et sequenti versu pro *iam precor* Comblanus et Medonii codex *vos precor*. Seruii liber *DI precor*. etiam bene.

73 *Vt mare subsidat*] *Confidas* meliores omnes. et mox *num minus*, pro *non*, repone. de quo ad Epistolam Canaces.

78 *Oppida non Asiae, non mihi visa prius*] *Non loca visa prius* cum castigatioribus. Asiam enim viderat cum Maximo. Pont. lib. II Eleg. X. *Te duce magnificas Asiae perspeximus urbes*. Notauit hanc quoque lectionem ex suo codice in Obseruationibus lib. II. 3 doctissimus Gronouius.

81 *Quod facile est opto ventos*] Lege *faciles ventos*, vel sine assensu veterum librorum. *Possit*, pro *possit*, scripti. Praeterea forte scribendum *Quo faciles*. Amor. lib. III Eleg. II. *Vis tamen interea faciles arcessere ventos?*

84 *Iam fuga tarda*] *Tam tarda* cum quinque scriptis. et mox cum plerisque *Exilem viam* pro breui et compendiosa dixit.

90 *Supplicii pars est in regione mori*] *Haec regione* quinque veteres. Scripserat puto Ouidius: *Supplicii pars est in regione mei*. hoc est quod libro III Eleg. X dicet: *Ergo tam longe pateant cum maximus orbis, Haec est in poenam terra reperta meam?* Pro *mei*, *meri* a librario aberrante erat factum. hinc natum *mori*. *poenae suae tellurem* vocat Trist. lib. III Eleg. II *Et poenae tellus est mihi tacta meae*. Non dissimili modo dixit Trist. III Eleg. VIII *Siue mei causa est in regione mali*. et Pont. III Eleg. I ad Ponticam regionem: — *tu pessima duro Pars es in exilio: tu mala nostra grauas*. Auget exilii poenam locus, in quem sum relegatus.

91 *Ferte rapidi mea corpora venti*] Diu est quod *carbasa* conieci legendum, quam mihi postea lectionem confirmauit Gottorphianus. Hamburgensis *cornua*, etiam non male. vt mali cornua intelligat, de quibus Met. XI. *Cornuaque in summa locat arbore*.

99 *Imo ita si scitis, si me meus abstulit error*] Plurimi *vos scitis*. Posset et legi *DI scitis*. Medonianus *malus error*. similis diuersitas lib. II *Illa namque dies, qua me malus abstulit error*. alii enim *meus*. sed Virgil. *Vt vidi, vt perii, vt me ma-*

Digitized by Google

lus abſtulit error. Mer. X ex antiquis libris: — *retinet malus error amantem.* Arondel. *meus impulit error.*

101 *Quod licet e minimis*] Lege *Quamlibet* cum tribus ſcriptis. et vide quae notamus ad Epiſtolam VI. 140. tres alii *Quamlicet.* quinque *Quatlicet.* alii aliter.

102 *Si ſatis Auguſti publica iuſſa mihi*] Locus haud dubie corruptus. *iuſſa tuli* quatuor veteres. Gottorph. *iuſſa mei.* an *Auguſti dui?* quomodo *Auguſtos deos* dixit Pont. III El. VI. Politiani prior *viſa mihi.* fragmentum Boxhornii *cura fuit.* Non ſine expedio ex hac Charybdi. opinor tamen hoc loco eum errorem eſſe commiſſum a librariis officiantibus, quem alibi ſaepenumero caſtigamus, vt vna ſyllaba ob ſimilitudinem proxime praecedentis ſit omiſſa. Pro *iuſſa* recte *viſa* optimus Politiani codex. deinde *tuli*, pro *mihi*, a vero minime abeſt. ſcripcum enim antiquitus *viſalus*, pro *viſa ſalus.* ſed et pro *ſatis* reponendum *laris*: *Si laris Auguſti publica viſa ſalus.* Si in domus Auguſtae ſalute mihi viſa eſt conſiſtere ſalus Reipublicae.

103 *Hoc duce ſi dixi felicia faecula*] *Duxi* maior veterum pars. nil mutandum. Met. XII — *felicem diximus illa iuuenge Pirithoum.*

103 *Proque Caeſare tura pia Caeſaribuſque dedi*] *Pius* meliores. quidam *prius*, vel *deis*, vel *pia.*

106 *Alta cadens obruat vnda caput*] Duo *alta maris.* totidem *alta ruens.* vnus *alta metum.* Putabam aliquando *alta nocens obruat vnda caput.* niſi quod id paulo longius abit a vulgata lectione.

107 *Euaneſcere*] *Vaneſcere* meliores.

109 *Non caſu vos, ſed ſub conditione vocati*] Nihil turbotius hiſce numeris. Primo *caſus* ſcribendum cum vetuſtis quinque. vt Met. XIIII — *quis te caſuſue deuſue Seruat, Achaemenide?* Deinde pluriml *ſed vos ſub conditione.* longe rectius. fragmentum metum *ſed o vos ſub conditione.* vt Phaedr. lib. II *Harum autem: Matrem fecit heredem ſenex Sub conditione.* Scribe *Non caſus, ſed ea vos conditione vocati.*

ELEGIA TERTIA

4 *Labitur ex oculis nunc quoque gutta meis*] *Nunc quoque* Rotendorph. rectius.

7 *Fuerat ſatis apta parandi*] *Fuerant* eleganter Barberin. *paranti* liber Petri Seruii. *piandi* pro diuerſa lectione Combinus. Richelianus *paratu*, pro paratui. quod verum puto.

9 *Comites non cura legendi*] *Comitis* Barberin. et pro diuerſa lectione Gottorphianus. optime. *comes* pro comites. dixi Faſt. III. 565

13 *Vt tamen hanc animi nubem*] Malim *animo*, vt Puteaneus. lib. VIII Met. ex antiquis membranis: *Deſinat hunc Bacchus thalamo remouere pudorem.*

Digitized by Google

39 *Et adhuc Capitolia cernunt*] *Et ab hac* repone cum plerisque antiquis. hoc est, postquam hanc aspexi. sic frequenter loqui amat Noster.

39 *Vt quae sentitis poenae quoque fontius auctor*] *Vt quod vos scitis* plerique veteres. et *possim* pro *possim*. Legendum fortasse *Vt, quod vos scitis, poenae quoque si scias auctor, Placato possim non miser esse deo.* superiori Elegia, vbi deus alloquitur: — *Imo ita vos scitis.*

42 *Impediente sonos*] Barberin. *praepediente*. vt Epist. Hypermnestrae v. 18 *Et subitus dextrae praepedit ossa tremor.*

43 *Illa etiam ante Lares passis prostrata capillis*] Prim. Polit. *intracta*. alter cum duobus aliis *abstracta*. vnde Politianus ipse *astrata*. Certe Hamburg. *attrata*. at prim. Vatic. *astacta*. Barber. *proiecta*. duo *astrata*, pro *adstrata*. vt Mer. VIIII *adsternunturque sepulcro*. alii *abiecta, abstructa, attracta*, vel *adstracta*, vel *astracta*, et similia.

44 *Exstinctos focos*] Quidam scripti cum editis nonnullis *exstructos*. *aeternos* prim. Vatic. et sex alii. vnus Vatican. *externos*. lege *bestiernos*. et vide Notas Fast. V. 506. Virgilius lib. VIII *Et primum Herculeis sopitas ignibus aras Excitat, bestiernumque larem, paruosque Penates Laetus adit.* quanquam in nonnullis vetustissimis libris *externumque larem* illic legitur. quam scripturam damnat Seruius, et *bestiernum Larem* interpretatur, *cui pridie sacrificauerat*. sed et *extincti foci* recte se habent. nam *ignis extinguebatur* in exilium iturus. Vossianus *antiquos*. vt lib. IIII Fastorum 410 *Detis et in veteres thurea grana focos*. lib. IIII Trist. VIII. 24 *antiquos lares*. et Epist. XIIII. 26 in quibusdam codicibus.

45 *In aduersos effudit verba Penates*] Scribe *in auersos*. Horatius lib. III Od. XXXIII *Mollibit auersos Penates Farre pio et saliente mica.*

52 *Quo festinas*] *Fessines* meliores.

70 *Amplectens animo*] Meliores *Complectens*.

75 *Sic doluit Priamus, tum cum in contraria versus*] *Sic doluit Metius* Combianus et vnus Bononiensis, quod Naugerius quoque videtur probasse in priori editione, secutus illos qui legunt praeterea *in contraria versos equos*. Si de Priamo intelligamus, malim *in contraria versae proditionis* legi. vt ad raptum Helenae alludat. nam *rapto* est in vno codice. Sed comparatio parum ad rem facit, quocunque modo legas. Metii autem iniecta mentio plane praeter rem est. quid quod prima syllaba in *Mettio* producitur? *Mettius* enim per duplex *tt* scribendum. Quare certus sum hoc distichon ab illa manu esse, quae saepius apparet per hos libros, parum tempestiua. habebat autem in mente superiora ista: *Haec facies Troiae, cum caperetur, eras*, quisquis hos versus confinxit. Salmasius curis secundis ad Florum libro I. 3 castigabat: *Sic doluit Mettus, tum cum in contraria versus Visceres habuit proditionis equos.* de quo A. Gellius lib. XX cap. primo Noctium Atticarum:

Digitized by Google

rum: *binis quadrigis in diuersa nitentibus eximius et lacerasus est.*

80 *Dicta meis*] *Suis* quinque scripti. rectius. vide notas Epist. XVII. 251. Nonnulli etiam *verba.*

81 *Simul hinc, simul ibimus ambo*] *Ibimus inquit* plerique veteres. et *simul ab* nonnulli. Scribo praeterea *Nam potes auelli?* de quo ad Epist. XVI. 364. Val. Flaccus lib. V —— *Miuyae clamore morantur, Auellique negant.*

85 *Te iubet a patria*] *E patria* multi.

91 *Illa dolore amens*] Multi *gemens.* in vno *grauis.* in Combiano et tribus aliis *dolore mei.* quod sequor. Proximo versu pro *media domo* duo *via.* Scripserat puto Ouidius *Vidua domo.* nam τὸ *media* prorsus otiosum ac superfluum est. narrat quae post digressum suum facta sunt.

95 *Deplorasse Penates*] *Comploraſſe* plutimi veterum. quomodo etiam ad Siluas Statii Gronouius cap. XXXXVIII. Florus libro II cap. XV *Comploratum igitur publice ſtatim.* A. Gellius in descriptione tempestatis libro XVIII. 1. *Ventus a latere ſiciuus undis nauem complexerat. tum poſtea complorantibus noſtris omnibus, atque in ſemina ſanguentibus dies illuxit.*

100 *Non periisse mei*] Quatuor *voluisse.* vnus Gallicus *pasuisse.* bene. nisi *valuisse* malis.

101 *Viuat, et absentem, quoniam sic fata tulerunt, Vinat*] Non placet repetitio τοῦ *Viuat.* nec iuuant tamen libri veteres. an *Iuter,* pro adiutet, scripserat Noster? an *DI dent auxilio sublenet vsque suo.* vel *DI fucite auxilio,* vel *date vt auxilio.* Scaliger *Turet.* sed non persuadet.

ELEGIA QVARTA

1 *Tingitur*] Hinc exordium faciendum nouae Elegiae, idque ex fide castigatiorum codicum, quod nescio quomodo typographicae operae neglexerunt. monuit quoque Tanaquillus Faber lib. I Ep. XXII.

5 *Nigrescunt*] *Increscunt* rectius multi veterum.

9 *Pulsi stridore rudentes*] *Stridere* omnino scribendum, vti doctissimo Daumio videri Graeuius noster me monuit. nihil certius. infra Eleg. X *Contenti stridunt Aquilone rudentes.*

12 *Iam sequitur victus, non regit arte, ratem*] *Victam* rectius legas, nisi *sequitur votis* praeferendum putas. vt Fast. III —— *nec iam moderator habenis Vtitur, at votis.* —— et infra Eleg. X *Ipse gubernator, tollens ad sidera palmas, Expoſcit votis, immemor artis, opem.* Duo antiqui *fluctus.* tres *ventos.* totidem *gelido pallore,* non *gelidum,* superiori versu.

13 *Proficientis rector*] *Victor* multi veteres. vide Notas Artis lib. III. 555.

19 *Illyricis laeua de parte relictis*] Scribendum *Illyrici relicti. Illyricum* regio, de quo ad Claudianum. Tanaquillus Faber

bet Ep. lib. I. 23 *Illyriis relictis* legit. sic apud Propertium II. Eleg. XIII *Dic aliat iterum nauiget Illyrias.*

22 *Parcas illa deo*] Quae *illa*? plurimi veterum *vnda*. Sed probo et sequor τὸ *aura*. quod in decem castigatioribus offendi.

23 *Timeoque repelli*] Barberin. et vnus Patau. *reuelli*. ab Italia scilicet.

25 *Parcite sacrulei vos saltem numina ponti*] Prim. Polit. prim. Vatic. et vnus Bononiensis cum Rottendorphiano — *Vos parcite sacrilego numina ponti*.

ELEGIA QVINTA

1 *Numerande*] *Memorande* veteres plerique. Scribe praeterea *nusquam memorande*. Pont. IIII *O mihi non dubios inter memorande sodales*. Martialis: *O mihi post nullos, Iulle memorande sodales.*

5 *Consilium viuendi mite dedisti*] *Fulsi* vnus Mediceus. eleganter. Trist. IIII El. II *Hortator pugnae consiliumque fuit.* Ep. Helen. *Quae mihi sunt comites consiliumque duae.*

10 *Animi debitor*] *Animae* plerique meliores.

24 *Hyrtacidae Nisi*] *Nisi* tres libri.

25 *Iuuat*] Opt. Vatic. *iuuet*. Puto *fauet*.

35 *Quo magis o pauci rebus succurrite laesis*] Alii *lapsis*, meliores *lapsis*. quod sequor. quanquam et alterum potest admitti, sic Trist. V El. II. 41 *Quo ferar, vnde petam lapsis solatia rebus?* vbi similis diuersitas in scriptis exemplaribus. et Pont. II El. II *Nunc tua pro rebus nitatur gratia lapsis.* vbi veterrimus Sarrauianus *laesis*. vt et Eleg. III *Respicis antiquum lapsis in rebus amicum.* Gratius Cynegetico: *Te primum Vulcane loci pacemque precamur Incola sancte tuam, des lapsis vltima rebus Auxilia.* perperam *ipsis rebus* nunc legitur. Neque aliter Virgilius IIII Georg. 448 aliique ex optimis scriptoribus passim.

45 *Desiderat omnes*] *Desideret* tres meliores. et *petat*, pro *petis*, proximo versu.

53 *Si vox infragilis, pectus mihi firmius esset*] *In fragili mihi pectore firmior* Iunian. prim. Vatic. et alii quinque duo praeterea ex nostris et Bersm. *pectus mihi firmius aere*, Scribe *si vox in fragili mihi pectore firmior aere.* Homeri illa respexit Iliad. β, 489 οὐδ' εἰ μοι δεκα μὲν γλῶσσαι, δεκα δὲ στόματ' εἶεν, φωνὴ δ' ἄῤῥηκτος, χάλκεον δέ μοι ἦτορ ἐνείη. quod ipse alii viderunt. Hinc *vox aerea* apud Lucretium. *ferream* Virgilius maluit dicere. Cerberum Hesiodus in Theogonia vocat Ἀΐδεω κύνα χαλκεόφωνον. vbi vide annotata Graeuii nostri cap. XXXIII.

61 *Nos freta fidentes rebus diffugimus*] *Notis* Combianus et vnus Bononiensis.

62 *Sors tulit in Getico Sarmaticoque sinu*] *Detulit in Geticos Caesaris ira sinus* Iunii et quatuordecim alii. *distulit* Leidensis

Digitized by Google

denſis et duo alii. an *Depulit*? *Detulit Sarmatis ora* prim. Polit. et prim. Vatic. vt infra: *Sarmatis eſt tellus, quam mea vota petunt.* Triſt. IIII El. X *Inuicta pharetratis Sarmatis ora Getis.* lib. V Eleg. III *Inuicta tenet crudis Sarmatis ora Getis.* ſic et *Sarmatis umbra* Pont. lib. I El. II. Pont. II Eleg. VII *Frigore perpetuo Sarmatis ora riget.* vnus Vatic. *Fors talis.*

63 *Sociosque fideles*] Tres *fidoſque ſodales.* tantundem eſt. Ne bis idem dicat, videtur ſcribendum *certoſque ſodales.* vt apud Martialem: —— *fidis bene certus amicis.*

67 *Ithaceus Samius*] *Samoue* prim. Vatic. reliqui *Samoſue.* vtrumque probum. de quo Remed. Amor. 264.

72 *Inualidae vires ingeniumque mihi*] Lege cum pleriſque ſcriptis *ingenuaque.* vt apud Martialem X. 47 *Vires ingenuae, ſaluus corpus.* Idem lib. III. Epigr. XXXXVI haec duo quoque coniunxit: *Inualidum eſt nobis ingenuumque latus.* Idem lib. XII Epigr. IIII *ingenuam pigritiam* quoque dixit.

ELEGIA SEXTA

5 *Suppoſita veluti trabe fulta ruina eſt*] Non damno quidem hanc lectionem, quam libri veteres agnoſcunt, veriorem tamen auguror fore, ſi *carina* reponas. Intelligit trabes illas quae ſubductis in littus nauibus ſubiiciebantur. hae Graecis φάλαγγες vel φαλάγγια. de quibus Pollux et Heſychius, Nonius quoque in *Palangae.* Varro de vita Pop. Rom. *Cum Poeni in fretum obuium veniſſet noſtris, et quoſdam cepiſſet, crudeliſſime pro palangis carinis ſubiecerat, quo motu debilitarat noſtros.* Iſidorus lib. XVIIII. 2 Etym. *Puluines* videtur appellare. Minucius Octauio: *Et cum ad id loci ventum eſt, vbi ſubductae nauiculae ſubſtratis roboribus a terrena labe ſuſpenſae quieſcebant.*

7 *Vt ſpolium non ſim*] *Vt ne ſim* tres veteres.

9 *Cupidusque cruoris*] *Sitiensque* vnus Mediceus. venuſte. vide Notas noſtras ad Claudianum lib. III de Raptu Proſerpinae v. 282.

12 *Sub nulla*] *Sub nuda* Scaliger et editiones nonnullae. perperam. corpus ſub aulla tellure poſitum eſt inhumatum corpus.

23 *Nullo pia facta magiſtro*] *Nulla magiſtra* multi ex melioribus.

31 *Si quid et in nobis vini ſunt ante vigoris, Extinctum longo excidit omne malis*] Ruxnouia eſt *extinctum*, *excidit.* etſi nihilnime ignoro *excitare* hac ſignificatione vſitatum eſſe. Quidio, de quo Remed. Amor. 348 eſt dictum. primus tamen Politianus prim. Vatic. et ſex alii *excidit*, quod ſequor.

ELEGIA

ELEGIA SEPTIMA

1 *Si quis habes noſtris*] *Noſtri* ſex meliores. et mox *Bacchis ſerta*, pro *Bacchica*. adi Notas Met. III. 527.

5 *Sentis tamen optime, dici*] Scripti plerique cum primis editionibus *ſenti tamen optime dici*. et *hoc*, pro *haec*. Lege *Hoc tibi diſſimulas, ſentis tamen optime, dici. Optime*, vt Metam. XIIII. 761 ex antiquis codicibus: — *quorum memor, optima, lentos Penus precor fuſtus*. Virg. Aeneid. XII *Quam pro me curam geris, hanc precor, optime pro me Deponas*. Lucanus Panegyrico ad Piſonem: — *iuuat optime tecum Degere*. Patri Graecis ſignificatione κράτιστος in vſu. adi Ioannis Pricaei doctiſſimos commentarios ad Lucae cap. I. 3.

6 *Ferſque referſque*] *Feroſque* ſcribendum videtur. ſic Triſt. III Eleg. VIII pro *ferſque ferſque* ſcripti fere omnes *ferſque, referſque*. Pont. IIII Eleg. I *Auxilium vitae ferſque refertque meae*. vbi cenſeo reponendum *feresque*. quod ſequentia ibi requirunt.

8 *Quae potes*] Tres itidem ſcripti *qua poues*.

13 *Hominum dicentia formas*] *Narrantia* tres ſcripti.

15 *Sicut bona multa meorum*] Diu eſt quod vidi ſcribendum *bene multa*. quod prim. Vatic. Hamburg. et tres alii confirmant. In Catalectis: *Triga mihi paucos inter dilecta ſodales, Triga ſodalitii pars bene magna mei*. atque ita paſſim veteres. *bene* enim pro *valde* ponitur. vt *bona pars* pro magna pars. Trebonian. Inſtitut. lib. IIII Tit. VI §. 12 *actiones bene multas* dixit. Cicero Arateis: — — *bene tempeſtate ſerena*. vide Salmaſ. ad Solin. p. 36. Similis error apud Propertium commiſſus lib. III El. XXII, vbi legendum: *An tibi neſcio quae viſa eſt formoſior? an tu Non bene de nobis crimina ficta iacis?*

25 *Legentem*] Scaliger emendabat *et non ignaua legentum Otia delectent*. quod et mihi probatur. carmina enim otioſis ſcripta. ſic Virgil. III Georg. initio: *Caetera, quae vacuas tenuiſſent carmina mentes, Omnia iam vulgata*. niſi ibi quis cum MSS. quibusdam malit *carmine*.

27 *Non tamen*] *Nec* veteres, et *neſcies*.

30 *Scriptis meis*] *Certis* Gottorph. Lege *ceris*.

33 *In prima fronte libelli*] Scribe *primi libelli*. inepte enim Metamorphoſes *libellus* vocentur, quas ipſe lib. II. 64 *Maius opus* ſit appellaturus. ſic alibi: *Sex ego Faſtorum ſcripſi totidemque libellos*. et: *Qui modo Naſonis fueramus quinque libelli, Tres ſumus*. — — de Amorum libris. atque ita paſſim alibi. Malim praeterea *proponendos*: — *in primi fronte libelli Si proponendos eſſe putabis*. nam alterum minus Latinum. ſic *aedes proponi venales* dicuntur, quarum fronti titulus id deſignans adfigitur.

37 *Non ſunt haec edita ab illo*] *Ipſo* meliores. Pro *faueas etiam foueas* agnoſcunt quatuor.

40 *Emendaturus erat*] *Eram* ſcripti potiores.

ELEGIA

Digitized by Google

ELEGIA OCTAVA

12 *Afflictumque*] Malo *Adflictumne*.

15 *Amicitiae sanctum et venerabile nomen*] *Quondam venerabile* quidam veteres. et *numen* liber Petri Seruii. vt Pont. lib. II Eleg. III *Illud amicitiae quondam venerabile numen Praestat, et in quaestu pro meretrice fides.* sic et ibi veterrimus codex Saumaisianus.

19 *Lacrimas dimittere*] *Lacrymam* meliores. vt passim alibi Nostter. et mox *queri*, pro *loqui*, Gottorphianus.

30 *Iunctus amore*] Bene opt. Palat. et vnus Mediceus *iunctus amore*. nam *foedere iunctis* paulo ante praecesserat. vide Fastas Fast. IIII. 224.

34. *Adscitus toties in genus omne ioci*] Lege *loci* cum multis veterum. de iocis et seriis iam ante egerat.

35 *In aequoreos abierunt irrita ventos?*] *In Aeolios* Rottendorphianus. pro diuersa lectione.

42 *Semina pectus habet*] *Habent* vnus Gallicanus. sic *pectora somnus, terror, nupcor habet*, et similia passim apud Nostrum. adi Notas ad Epist. XII. 170.

45 *An mala nostra minus quam non aliena putares*] *At mala*, et *putasses*, meliores. Deinde *quam nunc* vnus Vaticanus. vere. quomodo etiam doctissimus Tanaquillus Faber vidit scribendum lib. I Epist. XXIII. Combianus pro diuersa lectione *quis nunc*. Sensus est, At saltem mala nostra minus a te aliena putasses, quam nunc putas.

ELEGIA NONA

1 *Detur inoffensae vitae tibi tangere metam*] Concinnius quatuor antiqui *metam tibi tangere vitae*. et mox *possint*, pro *possent*, meliores.

10 *Nullus ad amissas ibis amicus opes*] *Currit* exemplar vetus Berismanni. ego *visit* reponendum censeo. Adi Notas Amor. lib. II El. II. 21.

16 *Fatenda meo*] Malim *mihi*.

24 *Quolibet inuiso*] *Quamlibet* sex veteres. probe. diximus ad Epist. VI. 140.

27 *De comite Argolico postquam cognouit Orestem*] *Oreste* primi veteres. scribe *Argolici Orestae*. nam Pylades Phocensis, non Argolicus. Amor. lib. II Eleg. VI *Quod fuit Argolico inuisa Phocensi Orestae*. vide Notas ad Epist. VIII. 9. *Haemonium* Pyladen facit Statius in Siluis, sed librariorum, vt opinor, culpa.

31 *Theseus comes iret amico*] *Isset* multi veteres. vnus Heinsius et Barberinus pro diuersa lectione *comitauit amicum*. Puto *comitaret*. Pont. libro II Eleg. III *Pirithoum Theseus Phlegias comitauit ad vndas*. Met. XIII ex optimis exemplaribus *Ille tamen viuit, quia non comitauit Vlyssen*. Pont. I El. X *Nec mea non potui comitare*. lib. II Eleg. II *Quem pia voluisset*

Digitized by Google

les comitauit euntem. Trist. V Eleg. IIII ex veteri libro: *Teque Menoetiaden, te qui comitauit Orestem, Te vocat Aegiden Euryalumque suum.* atque ita passim Noster. Propertius lib. II Eleg. VIII *Quod mea si tenerae comitarent castra puellae, Non mihi sat magnus Castoris iret equus.* ita scribo versus mendosissimos a Scaligero aliisque frustra tentatos. nam codices vetusti magna ex parte: *Quod si vera meae comitarent castra puellae,* turbato ordine litterarum. *tenerae puellae* perpetuum epitheton Nostro plurimis locis. Passeratius aliique coniecturam Scaligeri de *Romanis puellis* approbarunt. Apuleius Metam. VIIII *Edidit pullum, quae matrem suam continuo coepit comitare.* ita legitur in veteri libro. Plinius de margaritis: *sed in alto quoque comitantur canibus marinis.* qui locus a viris eruditis non fuit sollicitandus.

35 *Est etiam miseris pietas*] *In miseris* veteres nonnulli. Puto scribendum: *Ista etiam in miseris pietas vel ab hoste probatur.* aut — *misero pietas vel in hoste probatur.* hoc videtur velle Noster. *Est etiam miserisque fides* Arondel.

37 *Nunc est fortuna mearum*] Duo veteres *non est.* et tum sequenti versu legendum *vllus*, pro *nullus.* quomodo Patauinus vnus. Met. XIII *Non haec est Fortuna domus.* —

39 *Vt mea sint proprio*] Nihil hic sani est. prim. Vatic. et quinque alii *At mea sunt.* deinde veteres plerique cum primis editionibus *Pectora pro sensu.* Lege *At mea sunt; proprio quamuis moestissima casu, Pectora pro sensu facta serena tuo.* Aliquid diximus de hoc loco supra Eleg. I. 40. Excerpta Vossii tamen *pro sensu. pro ventu* Combianus pro diuersa lectione. Sed puto *post sensus tuos.* ea significatione, qua lib. IIII Eleg. VI. 42 *Mensque mali sensum nostra recentis habet.* et Ponticis, vt quidem scribendum: *Felicem Nioben, quamuis tot funera vidit, Quae posuit sensum saxea facta mali.* Epistola Paridis: *sentis mea vulnera, sentis.*

41 *Hoc tibi venturum*] *Hoc euenturum* prim. Polit. prim. Vatic. vnus Mediceus. et Rottendorph. bene. alii *ego venturum*, vel *mihi venturum.* Pont. III Eleg. IIII *DI quorum monitu fumus euentura locuti.* Epicedio Drusi: *Euentura precor.* Mox *minor aura*, pro *minus*, meliores.

44 *Nemo pluris emendus erat*] *Habendus erat* prim. Vatic. et prim. Palat. *habendus erit* alter Polit. Rottendorph. et duo alii. probe. sic Cicero Philippica VI *Pluris hic habetur, quam alibi*, pro aestimatur. Iuuenalis Satyra X ex antiquis codicibus: *Vsque adeo salutari sicut Sciauus, haberi Tantundem.* vbi in vulgatis est *habere.*

49 *Hoc mihi*] *Haec* meliores.

53 *Quae quoniam vera est*] Prim. Polit. prim. Pal. et Rottendorph. *rata est.* in Vatic. pro *est* erat emendatum *sint.* vere. alter Palatinus *rata sint.* supra Elegia prima: *Quaeque vouet, rata sint.* Epist. Paridis: *Quae rata sint, nec te frustra promiserit opto.* Met. VIIII *rata sint sua vota precatur.* sic et passim alibi.

Digitized by Google

56 *Studiis meis*] *Studio meo* scripti.

65 *Qua potes excusa*] Multi veteres *Quam potes*. de quo Remed. Amor. 325 dixi. Malim etiam *amicam causam*, quam *amici*. sic *amicum nomen* Art. Am. I. 585 vbi plura. et *amica lima* Pont. II El. IIII. Sic *vngues amici* Iuuenali Sat. V ex antiquis codicibus: — *custos affixus ibidem, Qui numeret gemmas vngueſque obſeruet amicos*. vbi *acutos* nunc legitur. *feſſos opibus ſolatur amicis* apud Maronem Aceſtes Aeneid. V. et ibidem ex vetuſtiſſimo codice Mediceo: *Emicat Euryalus, et munere victor amico Prima tenet*. et *dictis ſolatur amicis* eodem libro.

ELEGIA DECIMA

1 *Flauae tutela Mineruae*] Locus ſingularis, qui manifeſte diſtinguit *παράσημον*, quod erat in prora, et nomen nauibabat, a tutela, quae erat in puppi. *παράσημον* erat nunc deus, nunc heros, nunc animal, nunc aliud quid, vt hoc loco caſſis, apud Maronem Centaurus, piſtrix, apud Silium Io, Perſeus, et id genus alia, capricornus in veteri inſcriptione apud Gruterum. Tutelam ſemper deus aut dea ſibi vindicabant. quod primus ad Silium Italicum lib. XIIII. 543 obſeruauit parens meus. ſed quandoque tutela et *παράσημον* eiusdem ſigni. quod ſi fieret nauis ipſa a tutela non minus quam paraſemo nomen mutuabatur. Vide de tota re inter alios magnum Scaligerum ad annum DCXXXIIII Chronici Euſebiani editionis iteratae, Seldenum de diis Syris, Salmaſium exercitationibus Solinianis p. 570. Quod addit a picta caſſide nomen habuiſſe nauem, *Gaſeam* denominatam prodit.

8 *Nec ſaeuis victa madeſcit aquis*] *Icta fatiſcit* duo veteres. quod et in Erfurtano Zinzerlingus Promulſ. cap. LI inuenerat. multi alii *icta madeſcit*. minus bene. Valerius Flaccus de Halcyonum nido lib. IIII. 48 *Icta, fatiſcit aquis donec domus, hauſtaque fluctu eſt*. dubito tamen an non et illic *victa* ſit legendum. Certe apud Maronem lib. I. 129 *Iam validam Ilionei nauem, iam fortis Achatae Vicit hyems*. Guntherus Ligurini libro X *Aſſiliunt fluctus: validis agitata procellis Verberat vnda latus: nexu tabulata ſoluto Rupta gemunt: hauſtoque mari rimoſa fatiſcit*. Dracontius Hexaëmero: *Cuius ab aſpectu montes et ſaxa fatiſcunt In cineres*. inſulſe *fluiſcunt* nunc legitur. Tibullus libro I Eleg. VI *Heu canimus fruſtra: nec verbis victa fatiſcit Ianua*. ſic codices duo vetuſti, non *pateſcit*. Virg. Aen. I — *laxis laterum compagibus omnes Accipiunt inimicum imbrem, rimiſque fatiſcunt*. Idem Aen. X — *ſaxis ſolida ilex fatiſcunt. Fatiſcit chelys* Statius libro IIII Siluarum ad Marcellum. et libro V pietate Abaſcantii: — *prius exſatiata fatiſcet Mater Achilleis hyemes affringere hoſtis*. ita ſcribendum ex veteri codice, non *exſiccata*. *Clamore fatiſcere* apud eundem Silu. V Epicedio Vernae.

9 *Primum*

Digitized by Google

9 *Primum mihi cognita terris*] *Terris* et *Teucris* et similia in libris scriptis. legendum *Cenchreis*. vide notas Metam. VII. 224. Κεγχρέαι Graecis. *Cenchreas* etiam appellat, cum alii, tum Apuleius Metam. X sub finem, qui optimum illic portum esse nos docet.

12 *Tuta fuit*] Immo *fugit* cum melioribus.

19 *Nacta*] *Nacti* prim. Vatic. *nactis* Iunianus. hoc est, postquam nacti sumus. vnus *vecta*. Combianus pro diuersa lectione *natat*. Hermolaus Barbarus in Plinium III. 11 legit *Perinthia*. cui coniecturae non est temere subscribendum. de Perintho accurate inter alia Scaliger ad Chronicon Eusebianum anno MCCCCXIIII.

21 *Saltus ab hac contra breuis est Tentyra petenti*] *Ab hac terra* plerique veterum. quod amplector: nisi quod *ab hac ora* rectius scribetur. Pro *Tentyra* veteres plerique *Epira*, vel *Empyra*. Combianus pro diuersa lectione *Tempyra*. quomodo et duo alii. recte. Liuius lib. XXXVIII. 12 *Inde Aeniorum fines, praeter Apollinis, Zerinthium quem vocant incolae, templum superant. Aliae angustiae circa Tempyra excipiunt, (hoc loco nomen est) non minus confragosae.* Facessat ergo Ortelius, qui cum Merula *Stensora* emendandum censet. vti et Pintianus ad Plinii lib. IIII. 2. Arondel. *Temeira*.

24 *Hellespontiacas illa reliquit aquas*] Medonianus *relegit*. puto *peregit*, aut quid simile. nam quomodo reliquit Hellespontum, quae Dardaniam et Lampsacum et Abydum, in ipsis Hellesponti faucibus sitas, aditura sit?

29 *Cyzicon oris*] Puto scribendum *Propontiacis surgentem Cyzicon*. nam in adscensu collis sita erat. Val. Flaccus lib. II *Nec procul ad tenuis surgit confinia ponti Vrbs placidis demissa ingis. rex diuitis agri Cyzicus.* Sed et Apollonius Rhodius in eius descriptione: Ἔνθ᾽ ἄλλη μὲν τοῖος ὑπὲκ Προποντίδος ὑγρὴν νῆσος, Τυτθὸν ἀπὸ Φρυγίης παλιλλείου ὑκταίρουσα, Εἰς ἣν πεπλώμεσθα, θεσσυτέρῃσι κελεύθοις Χέρσου ὑπερβάντες ἰσθμὸν ὑπερθύμοισι κατ᾽ ἄμους Ἀργείων ἀνδρῶν ὑπὸ δούρατα λαιψηρόφιν. Recte autem addit *Haemoniae gentis opus*. nam ab Aeneo Thessalo Cyzici patre exstructam fuisse nos docet Scholiastes Apollonii. quamuis alii ab Argonautis exstructam fuisse contendunt, vti et Noster hoc loco. Euseb. in Chronico conditam refert ad annum DCCXXXX. Posset et *vergentem* legi in Nasone. nam declivem Valerius describit. quomodo apud Lucanum: *Illyris Ionias vergens Epidaurus in vndas.* apud Sidonium Panegyrico Maioriani: *At se Lucrinas qua vergit Gaurus in vndas.* Caesar lib. primo Belli Ciuilis: *ab oppido autem decliuis locus tenui fastigio vergebat.* Sic et Plinius de Atlante monte: *asper et squalens qua vergit ad litora Oceani.* Sic et *vergere* et *deuergere flumina* dicuntur apud agrimensores, vt illic schedae Arcerianae: *cum summo loco aqua in inferiorem partem deuergit.* hinc *deuergia aquarum*, et *aquiuergia*. Liuius lib. XXVIII. 25 *Naues accitae erant, quae vergentem ad mare vrbis partem oppugnarent.*

Digitized by Google

33 *Haec, precor, euincas, propulsaque fortibus Austris*] *Flatibus Austri* veteres magna ex parte. Medonianus *flatibus Austris*. Scribe *flantibus Austris*. vt apud Statium Theb. XI — *ceu circumflantibus Austris Alternus procumbit ager*. Sidonius Panegyr. Maior. *Campanam flantibus Austris Ingredieus turrim*. Claud. IIII Cons. Hon. — *nec flantibus Austris, Nec pluuiis cedat*. Si quis *flatibus Austri* malit, ecce paria Met. VII *Lesbiferis calidi spirarunt flatibus Austri*. ita enim codices nonnulli antiqui. lib. XI *Auster et ingenti iactatam flamine soluit*. Cicero Cornificio lib. XII Epist. *Auster aduersus maximo flatu me ad tribules tuos Rhegium retulit*.

35 *Heniochosque sinus*] *Thyniadosque* Salmasius castigandum monet ad Solinum p. 215. *Thyniados sinus*, οἱ κόλπους τῆς Θυνιάδος λίμνης. idem citat *vecta sub Anchiali moenia fundat iter*.

Per Apollinit vrbem] Sed quomodo Ouidius nauigans tendebat iter per Apolloniam? an dicemus ipsam quidem Apolloniae ciuitatem in continenti exstructam, sed illi conterminam insulam ab Apolloniatis quoque habitatam fuisse, ac Ouidium inter hanc et illam iter fecisse. ita sane necesse est. Et sane Strabo, Apolloniam maiore sui parte in insula exstructam fuisse testatur. quem Salmasius loco iam dicto immerentem propterea carpit. Solinus quoque meminit insulae Apolloniatarum. etiam Plinius.

36 *Alta sub Anchiali moenia fundat iter*] *Tendat iter* sex meliores. Pro *Alta* primae editiones, prim. Polit. prim. Vatic. prim. Pal. et tres alii *Vecta*. septem *Apta*. quinque *Alta*. vnus *antra*. alius *arcta*. Latet mendum. Forte *Lecta*. vt legere *litus*.

39 *Alcathoi moenibus*] Septem *Alcathoët*, de qua dictum Art. Amat. Alii *Alcathois*.

40 *Profugos constituisse larem*] *Lares* plurimi veterum. Sed lego *profugum larem*. Met. IIII *Hac Tyron, hac profugos posuisse sede penates*.

41 *Miletida vrbem*] Malo *Milesida*. nam a Mileto *Milesius* deducitur.

42 *Offensi quo me comulit ira dei*] *Compulit* ex quinque scriptis. et sequenti versu *contigerit*, pro *contigerint*, probe complures. quidam *Hoc*, vel *Hic*. Lege *Hanc si contigerit*.

47 *Ire per alta*] Vterque Politiani, prim. Vatican. multique alii *per arctas*. optime. Priscianus Periegesi: *hic sunt Symplegades arctae*. et postea: *E regione iacet locus hic Symplegados arctae*. Seneca Hercule Furente: — — *quae pontus Scythen Symplegas arctat*. Statius Theb. V. 356 *ora Cyaneae arctata vadis*. Sequenti versu *Bistonidas aquas*, pro *Bistonias* primus Vaticanus. sic lib. II El. VIIII *Bistonis ingenio terra fera perba tuo est*. adi Notas Art. Amat. lib. I. 172. Mox malim *loca cum diuersa petantur*, quam *petamus*.

EL EGI

Digitized by Google

ELEGIA XI

3 *Aut haec me, gelido tremerem cum mense Decembri*] *Hanc* meliores. *Decembris* etiam prim. Vatic. Barberin. et Rottendorph. Lege *gelidi Decembris*. sic lib. II. bene codex vetus: *Talia ludantur fumosi mense Decembris*. vbi *fumoso Decembri* nunc circumfertur. recte *mense Decembri*, si adiectiuum *fumoso* abesset. quomodo et Martial. lib. V Ep. XVII *Decembri mense quo volant mappae*.

16 *Aut Hyadas feris hauserat Auster aquis*] *Auxerat* libri nonnulli. quomodo et Adrianus Behotius in Apophoretis e veterrimo codice cap. I. Sed frustra. videtur enim Naso ad nomen Austri alludere. Statius libro IIII de Inacho: — — *Perseа neque enim violentior exit Amnis. hanc, cum Taurum aut Pliadas hausit aquosas*. Idem de Tempestate Theb. VIIII — — *cum Pliadas haurit, Aut nigrum trepidis impingit Oriona nautis*. In Catalectis Pithoei p. 178 *At Notus e medio solis dat flamina cursu, Austrum rite vocant, quia nubila flatibus haurit*. Pro *feris aquis* plerique veteres, meliores certe, *saeuis*. Scribi aliquando placebat: *Aut hyadas pluuiis hauserat Auster aquis*. siue *auxerat*. Sic Arte Amat. *Et tepidus pluuias concitat Auster aquas*. hinc *pluuiae Hyades* Senecae Medea: — — *nondum pluuias Hyadas poterat vitare ratis*. ita optimus Mediceus, quomodo viri docti coniecerant. nam Hyades ἀπὸ τοῦ ὕειν dictae. plura ad Maronem lib. IIII. 506. Noster in Fastis: *Nauita quas Hyadas Graius ab imbre vocat. humores pluuii* Solino in vetustis codicibus, vbi agit de Olympo monte. *rores pluuii* Horatio, apud Nostrum sub finem lib. X Met. *pluuium caelum*. Sed et *saeuae aquae* pro procellosis. hinc *nimbosa Hyas* Claudiano, *Hyas inserena* dicta Statio. sic praecedenti Elegia de naue: *nec saeuis victa fatiscit aquis*. sic et *saeui venti, turbines, procellae saevae* ac *tempestates* apud Poëtas passim. Putabam aliquando *paurat auster*. Rutilius sub finem lib. I de Oceano, vbi et Hyadum mentio: *Siue alio refluus nostro colliditur orbe, Siue coruſca suis sidera pastit aquis*. Statius Thebaid. VII — — *Oceano veritum qua Parrhasis ignem Nubibus hybernis, et nostro pascitur imbri*. Creditum enim antiquis humoribus ac pluuiis splendorem siderum acui atque accendi. qua de re Tullius libro II de Natura Deorum. Sed aliud hic loci voluit Naso noster.

19 *Contenti strident Aquilone rudentes*] *Stridunt* meliores ἐχνιώτως. Fast. VI *Causa quod horrenda stridere voce solent. Distenti* etiam *rudentes* est in Barberiniano. et mox tres codices *cumuli*, pro *tumuli*.

23 *Quocunque aspexi*] *Aspicio* nonnulli. Forte *aspicias*. vs supra Notis ad Eleg. II. 23.

Digitized by Google

31 *Auidae subſtructa rapinae*] Vterque Palatinus multique alii *subſtrata*. prim. Vatic. atque ſeptem praeterea *ſubtracta*, totidem *ſubiecta*. vt forte ſit ſcribendum *auidaeque obiecta rapinae*, vel *inſtructa*, vt Naugerius edidit.

36 *Si ſpe ſint, vt ſint*] *Si ſpe ſunt, vt ſunt* meliores, et mox *ſcripſimus*, pro *ſcribimus*. Puto: *Si ſpe ſunt, vt erunt, inferiora tua*. infra: *Si qua mels fuerint, vt eruns, vitioſa libellis*.

42 *Se rigidas incutiente minas*] Opinor a Naſonis manu eſſe *ſe rigidas iniiciente manus*.

TRISTIVM

LIBER SECVNDVS

5 *Cognoſcere vellet*] *Vellent* meliores. niſi quod in Hamburgenſi *Velles*. quinque alii *poſſent*. Proximo verſu pro *mea* reponendum *mea*. videlicet carmina. atque ita Puteaneus codex. Patauinus *meae*. Diſtichon hoc, ne quid diſſimulem, genuinae notae non eſſe habeo perſuaſum.

8 *Iampridem inuiſa*] *Iampridem viſa* multi veteres. quatuor meliores *Iam denum viſa*. quod ſequor.

11 *Hoc pretium vitae*] *Curae* rectius vnus Bononienſis, Arondelianus, et tres alii pro diuerſa lectione. nam *vitae* praeceſſerat paulo ante. neque aliter Berſmanni liber. infra: *Hoc pretium curae dulce recentis erat*. atque ita iam in notis ſuis meus parens.

16 *Saxa memor refero*] *Malum pedem* meliores magno numero. alii non pauci *meum*. *Pes malus* pro laeſo pede. Ars Am. III. 271, quanquam diuerſo ſenſu: *Pes malus in niuea ſemper celetur aluta*. Pro *icta* duo veteres *acta*. Lege *Saxa iſta*, deſignat ſtudium poëticum. Pro *refero* malim etiam *referam*, vt ſit Graeciſmus. Praeterea vnus Vaticanus pro diuerſa lectione: *Laeſum ſaxa pedem rurſus ad icta fero*. vt fortaſſis ſit ſcribendum: *Saxa malum referor laeſus ad iſta pedem*.

17 *Scilicet vt victus*] Rectius *et* cum vno Bononienſi. et tum diſtinctio mutanda.

20 *Feret*] *Ferat* duo veteres, et *leniat*.

21 *Muſaque quae mouit*] *Quam* meliores.

35 *Nunc vbi*] *Hic vbi* plerique. Pro *ſtrepituque exterruit orbem* nonnulli veteres *trepidumque exterruit orbem*. Silius libro I. *Nec bellum raptis tam dirum mille carinis Acrius infremuit, trepidumque exterruit orbem*.

40 N

40 *Nomen habentis idem*] Perperam in multis *numen*. Fast. II. 131 ad Augustum: *Hoc tu per terras, quod in aethere Iupiter alto, Nomen habes: hominum tu Pater, ille deum.*

49 *Quod viceris hostem*] Rectius alii *quia*. vide Notas Trist. lib. I Eleg. I. 65.

62 *Plenos nominis esse tui*] Duo veteres *numinis*, cum *vestri praeconia nominis* paulo post iterum sequatur. vel *tanti nominis*, vt Gotterphianus.

69 *Fama Iouis superest*] Nihili haec sunt. Puto scribendum esse *Fama Iouis par est*. cum Ioue enim Caesarem confert non raro, vt paulo ante iam partim vidimus. Simile mendum Gratii codices insedit, vbi legendum *Vix oneri par illa suo*, pro *super*. apud Statium de Melampo: — *Frondes submissus adorat, Seque oneri negat esse parem*. Val. Flaccus lib. I de Hyla: — *Velit ille quidem. sed dextera nondum Par oneri, clauaeque capax*. vel *Fama Ioui suppar*. sic Gellio Noct. Attic. libro XVII. 14 *Dignus habitus est Publius, qui suppar Laberio iudicaretur*.

72 *Credibile est laetum*] *Alaorem* Combianus.

79 *Carmina ne nostris sic te venerantia libris*] Plurimi veterum *quo te venerantia*, vel *quae*, vel *quoque*. sed meliores *quae*. Nonnulli etiam pro *ne*, *nunc* agnoscunt, et sequenti versu *Indicia*, pro *iudicio*. et *possint*, pro *possint*. Sed quo te vertas, omnia suboscura sunt. quare ex hoc distichon inter spuria numeretur.

86 *Ipsa suo quaedam pondere tracta ruunt*] *Quondam* meliores. de quo vide notas ad Epist. XVII. 71. Deinde *tacta* sex libri. quod sequor. etsi hoc distichon etiam sit ex suspectis, quod versibus duobus superioribus iam sit complexus ea, quae hoc continentur. Vulgata scriptura ex illis Seueri in Aetna defendi potest: *Effumat moles, atque ipso pondere tracta Voluitur ingenti strepitu*.

88 *At memini vitamque meam*] *Mei* in plerisque scriptis. Vulgata lectio defendi potest ex illis quae notamus ad Epist. V. 45.

91 *Quod si non prodest*] Hic denuo grassatus est interpolator nescio quis. Pro *gloria* quatuor scripti *gratia*. quod praestat.

92 *Crimen adeptus eram*] Pro *crimen adeptus*, quod Latinum vix est, forte *adortus* est scribendum. vt apud Virgilium: — *Simulato numine Bacchi Maius adorta nefas*. vbi tamen *adorsa* in nonnullis scriptis. Sed meliores pro vulgata stant. Pont. lib. II El. II *Est mea culpa grauis, sed quae me perdere solum Ausa sit, et nullum maius adorta nefas*. ita libri veteres. sic *maris aequor adorti* Val. Flacco lib. I. et *tantum aequor adorti* lib. IIII. Sed ne sic quidem hoc distichon genuinum esse ausim asseuerare.

94 *Vsque decem decies*] Τὸ *Vsque* friuolum et otiosum hoc loco. duo Veteres *Vsque*. vnus *Vixque*. Scribe omnino: *Lisque decem decies inspicienda viris*. Centum viros litibus iudicandis de-

Digitized by Google

designat, ne dubita de hac restitutione. Eadem vox quoque Phaedro reddenda libro III Fab. XIII *Fuci recusant, apibus conditio placet. Tunc illa talem his sulit sententiam: Apertum est quis non possit, aut quit fecerit.* parum Latine hactenus legitur *sustulit sententiam.*

99 *Vltima me perdunt*] *Produnt* vnus Gallicus, sic infra hoc ipso libro Combianus *Prodiderint cum me duo crimina.*

104 *Cur imprudenti cognita culpa mihi est*] *Cognita causa* veteres octo. vt cognitor in causa aliqua fuisse videatur, et hoc etiam nomine offenderit Augustum. Fast. V *Nec satis est liquido cognita causa mihi.* Sed *culpam* refer ad Iuliam neptem eiusque adulteros, quibus libidinantibus superuenit Naso, atque ita cognouit ac inspexit culpam horum.

106 *Non minus*] Puto *num minus.* de quo vide Notas ad Epist. XI. 19. Et *ipse*, pro *ille*, multi veteres.

109 *Illo nostra die*] *Namque die* multi, rectius, nonnulli etiam *meus error.*

113 *Notanda est*] Τὸ *est* puto delendum cum multis veterum. Deinde pro *sit* quidam *fit.*

114 *Vnde fit in neutrum conspiciendus eques*] Auctor vitae Pomponii Attici: *Suppellex modica, non multa, vt in neutram partem conspici posset.*

121 *Sed non exiguo crimine lapsa domus*] *Sed tamen* prim. Palat. et duo alii. Lege *Nec tamen.*

126 *Vt fuerit nostra leuior ira metu*] *Leuior illa* meliores, recte. nam τὸ *ira* praecesserat, et proximo versu denuo iteratur. Leidensis etiam *Venerit vt nostro*, venuste. vide Notas ad lib. V Fast. 648.

133 *Ita principe dignum*] *Dignum est* plerique. Rustidianus *a principe dignus.* Puto *ac principe dignis.*

135 *Quamuis immite minasque*] *Immane* prim. Polit. et opt. Palat. bene.

138 *Parcaque fortunae sunt ibi verba meae*] *Paucaque* quinque veteres. *Paruaque* prim. Vatic. et duo alii. Pro *ibi* plerique *tibi*, quinque *sunt data*, vt Pont. II Eleg. VII *Verbaque fortunae vix puto posse dari.* Pont. II Eleg. I *Tandem aliquid pulsa curarum nube serenum Vidi, fortunae verba dedique meae.* lib. V Eleg. VII *Experior curis et dare verba meis.* Sex *sunt tua verba.*

139 *Sane grauior mentique potenti*] *Sana* liber Strozzae, Scribe *Sane mentisque potenti.* Seneca Thyeste 546 — *ferus ille et acer, Nec potens mentis truculentus Atreus.* Macrobius Saturnal. lib. I. 19, etsi sententia nonnihil diuersa: *Nam quia mentis potentem Mercurium credimus, appellatumque ita intelligimus ἀπὸ τοῦ ἰσχύειν.* *Impotens animi* apud Curtium lib. VIII. 1 et lib. X. 7. vt illic castigandum reor.

144 *Saeua fulmine*] *Saeui Iouis* castigatiores.

145 *Sperabimus: atque Hoc vnum fieri*] Lege *Sperabimus aeque.* nihilominus sperabimus. praeter morem Ouidii in vltimo versu noua periodus incipit. Posset etiam legi *sperabimus vsque.*

vos

Digitized by Google

vō vs, vltima syllaba in *sperabimus*, iteranda fuit librario, quam solenni errore omisit.

147 *Mitissime Caesar*] *Princeps* meliores. et sequenti versu *fata*, pro *facta*, cum Iuniano ac Vossiano, alibi: *Cum videō quam sint mea fata tenacia, frangor.*

155 *Qui dant tibi longa dabuntque Tempora*] Scribe *qui dent tibi*. quod augurantis et vouentis est. confirmat vnus Vaticanus. Statius Silu. IIII. ad Marcel. 57 *At tu, si longi cursum dabit Atropos aeui, Detque precor.* Noster Ponticis: *DI tibi dent annos: a te nam caetera sumes.*

158 *Cuius et in populo pars ego nuper eram*] *Vt in populo* multi veterum. vere. quod et in suis Zinzerlingus inuenerat. Adi Notas lib. I Eleg. I. 17.

161 *Impleat annos*] Meliores *compleat*. Trist. IIII *Et iam compleuerat genitor sua fata.*

165 *Sospite sic te sit natus quoque sospes*] Alii aliter. Vossianus *Sospite sic tecum sit natus sospes*. quod arridet.

165 *Et olim Imperium regat hoc cum seniore senex*] Malim *Hoc regat imperium*.

166 *Efficiantque tui*] Cum Iuniano *atque tui faciunt*. non *Vt faciuntque tui*. Vossianus etiam bene *Vtque tui fidus faciunt iuuenile nepotes*.

168 *Per tua perque tui facta parentis eunt*] Imo *sui parentis* cum tribus scriptis. Germanicum et Drusum filios Tiberii intelligit. Qui de Caio et Lucio interpretantur iamdudum mortuis, toto caelo aberrant.

170 *Nunc quoque se praestet*] Scribe *Huic quoque*. Tiberio nimirum blanditur, vt ex sequentibus satis apparet.

175 *Praesens et respicis vrbem*] *Et respicis* quinque. *praesens es et aspicis* sex. duo *praesentem respicis orbem*. vnus *praesens hanc respicis*.

183 *Non precor vt redeam*] *Nec* meliores.

188 *Nec quisquam patria longius exsul abest*] *Proiectus* sex veteres. lib. III Eleg. IIII *Fidam proiecto nunc negate manum*. Trist. V Eleg. I *Sic ego Sarmaticas longe proiectus in oras*. et saepe alibi. Duo *ire actus*, pro *exactus*.

189 *Ad ingressus*] Imo *egressus*. quod plerique veteres agnoscunt. Malim tamen *egressum*. vt κακοφωνία vitetur.

200 *Haesit*] *Haeret* meliores.

202 *Pax quoque ademta*] *Demta* duo veteres. quod mollius.

207 *Perdiderint cum me*] *Prodiderint* Combianus. de quo dixi supra v. 99.

209 *Nam tanti non sum, renouem vt tua vulnera, Caesar*] Duri praeter morem Ouidianum numeri. τὸ *vt* a multis abest veterum. quidam etiam *non sum tanti*. et *vt renouem*. Forte scribendum *Nam tua non tanti est renouari vulnera Caesar*. vel *renouentur*.

211 *Turpi crimine lectus*] *Carmine factus* meliores magno numero, quod Ioh. Georgio Graeuio probabatur. supra habuimus

Digitized by Google

perdiderint cum me duo crimina carmen et error. Mihi aliquando videbatur haud inconcinne castigari posse *turpi crimine tactus.* hinc *taxare* et *taxatores* scenici dicti, quod alter alterum maledictis tangat. vide Festum in *taxat.* *Turpi crimine laesus* in Arondeliano.

217 *Ex te pendentem*] *A te* sex. totidem *in te.* nonnulli *De te.* Forte *E te.*

223 *Aduertere numen*] *Lumen* sex veteres. vt coniecerat G. Canterus Nouar. Lection. lib. IIII. 2. et ita Statius I Theb. 88 *Talia iactanti crudelis diua seueros Aduertit vultus.* et I Siluar. Balneo Etr. *Ite deae virides, liquidosque aduertite vultus.* sed nil necesse. Seneca Thyeste v. 132 *Alpheus stadio notus Olympico Aduertat placidum numen.*

230 *Bellaque pro magno Caesare Caesar agit*] *Obit* prim. Vatic. et optimus Palatinus. Liuius lib. IIII *Quia duo Consules obire tot simul bella nequirent.* Virgilius: *Et lituo pugnas insignis obibat et hasta.* Val. Flaccus lib. III *duras obit horrida pugnas. Obire praelia* etiam occurrit apud Lucretium et Apulei. Florid. I. Decem alii *bella agit.* quod Gronouio lib. II. 3 Obseruationum merito probabatur. Art. Am. lib. I *Bellaque non puero tractat agenda puer.* Gratius: *Quod nisi et accessus et agendi tempora belli Noueris.* Sic Graecis ἄγειν τὸν πόλεμον. *degere bellum* Lucretius, *bellum ducere* Virgilius, dixerunt. quomodo *ducere, degere, agere vitam* Latinis scriptoribus in vsu. nisi quod *cernere bellum* nonnulli in Lucretio reponendum esse censent, me non renitente. Posset et *ducere bellum* legi. vt *dugere* primo scriptum fuerit.

237 *Miror in hoc igitur*] *Mirer* septem aut octo meliores. et sequenti versu *Nunquam,* pro *Vnquam,* iidem. recte. si interrogationis notam addas.

239 *At si (quod mallem) vacuus fortasse fuisses*] Quatuor *vacuus tibi forte.* alii multi, etiam ex melioribus, *vacuum tibi forte fuisset.* nil muta.

251 *Omnes rigidas submouimus*] *Rigide* cum Iuniano et Vaticano fragmento. alius *rigida.* Pont. III Eleg. III. *An sit ab his omnis rigide submota libellis, Quam lex furtiuos arcet habere viros?*

254 *Quodque trabat, quamuis non doceatur, habet*] *Trahatur quoque* prim. Politiani, qui versum mendosum esse opinabatur. Prim. Vatic. opt. Palat. aliique nonnulli *Quoque trahat.* duo *Quaeque.* alius *Quique.*

259 *Nihil est hirsutius illis*] Alii *istis.* prim. Vaticanus *nihil est irrisimus illis.* Forte legendum *Sumserit Annales* (*nihil est hirsutius*) *Enni.* a pluribus enim annales scripti. recte autem *hirsutius*; hoc est rigidius, seuerius.

265 *Non tamen idcirco*] Distichon suspectum. Versu 243 simile carminis initium.

267 *Vrere tecta Comparat*] Alii *Apparat.* ita Stat. II Theb. 328 *apparat ire domos.* et 492 *ceu castra subire Apparet.* lib. IIII. 671 *exscindere gentem Apparat.* Virgilius VIIII. 146 — *ferro qui scindere vallum Apparat.* VIIII. 116 — *si pellere*

Digitized by Google

pellere Teucros Apparet. et ita Silius III. 159. et alii. Quidam etiam codices hic *Coeperit.*

270 *Quaeque imuet monstras*] *Iuuans* prior Politiani. quod placet. vt τῷ *nocens* opponatur.

277 *Et tandem vitium*] Scripti plurimi *Ad quoddam vitium.* prim. Polit. et multi alii *At quaedam vitia.* prim. Vatic. et Pal. *Et quasdam vitiat.* Putean. *At quondam vitia.* Barberin. *Aut quicquid vitii quique hinc conceperit.* Medonianus *At quidam vitium.* Lego *At quiddam vitii.* nam in Arondeliano *Ad quoddam vitii.*

278 *Et nimium scriptis arrogat ille meis*] *Abrogat* scribe cum multis veterum. quo verbo Liuius aliique optimi Latinitatis auctores vtuntur. Nonnulli etiam *derogat.* vt apud Prudentium hymno VII. 165 Cathemerinon optimae membranae: *Succum papillae parca nutrix derogat.* Possis et *obrogat*, de quo verbo videndi Iurisconsulti. tum Andreas Schottus ad vitam M. Drusi, et Saturnini Apulei apud auctorem de Viris Illustribus. Vir clarissimus Iohannes Georgius Graeuius hactenus probabat primi Vaticani et Palatini codicis lectionem, vt castigaret: *At quasdam vitias quicunque haec concipit, errat.* Offenderat in praecedentibus castas matronas et virgines non posse laedi suo carmine, qui eas ab illius lectione arceat. nouum deinde argumentum contra se fingit. attamen quasdam vitiat matronas, si non omnes. hanc quoque diluit obiectionem: quicunque sic ratiocinatur fallitur, et nimium tribuit scriptis. Haec ille.

281 *Quam multis*] *Quae* Richelianus. vt ad theatra referatur. In nonnullis *multa.*

285 *Amator eodem conueniat*] *Eadem* plerique.

291 *Iunonis templa*] *Iunonia* lege ex primis editionibus et Gryphiana. vide Notas lib. I Fast. 55. Proximo versu pro *indoluisse deam* plerique *hanc doluisse.* et mox *quaeret*, pro *quaeris.*

295 *In templum magni tua numina Martis*] *In magni templum, tua munera, Martis* rectius multi veteres. vide Notas Fast. VI. 92.

299 *In Venerem Anchises*] Lege *in Venere.* et mox *in Luna*, et *in Cerere.* quomodo fere primus Vaticanus. sic loqui amat Noster. *Iasion* etiam pro *Iasius* plerique. vtrumque rectum est. Met. VIIII — *queritur canescere mitis Iasiona Ceres.* sic *Emathius* Solino cap. VIIII, qui aliis *Emathion*, nec in *Emathusa* Salmasio debuit mutari. nam et *Icarus* et *Icarius* iidem. notum illud Propertii *Icare Cecropiis merito iugulate colonis.*

303 *Et procul a scripta*] *At procul ab scripta* meliores. Pro *ingenuas manus* quatuor veteres *nurus.*

305 *Erumpis qua*] *Irrumpis*, et *quo*, pro *qua*, recte multi vetustiores. *irrumpere* dicebantur, qui adyta non initiati subibant. sic lib. VI Fast. 453 de Metello Vestam ex incendio auferente: *Dixit et irrupit, factum dea rapta probauit.* Trist. V Eleg. I *Quae tamen irrumpunt, quoque vetantur, eunt.* Pont. I El. VIII *Nec tamen irrumpo, quo non licet ire.* Sequenti versu pro *haec* qua-

Digitized by Google

quatuor *hoc*. id est, hoc ipso, quod Grutero et Berlmanno arridebat.

312 *Nec domino poenae res ea causa fuit*] De lenone interpretantur. sed cur lenoni potius ob id poena decernatur, quam Aedilibus, qui Floralia exhibebant? Quare aut versum hunc adulteratum esse censeo, aut scribendum *Nec damno scenae res ea visa fuit*. In Combiano pro diuersa lectione *Roscia causa*. Certe Roscius comoedus librum ediderat, in quo causam histrioniae agebat, eamque comparabat cum eloquentiae studio. meminit huius scripti Macrobius Saturnal. lib. II. 14. Sed abruptus nimis sit transitus a Vestalibus ad Roscium.

315 *Manifestaque culpa fatenda est*] *Fatendum est* veteres multi.

321 *Non mihi*] *Nec mihi* meliores.

331 *Forsan et hoc dubitem*] Alii *Forsitan hoc*. prim. Vatic. et tres alii *Forsitan haec*. Lege *Forsitan et dubitem*.

337 *Detractare videbar*] Septem aut octo veteres *delirare*. prim. Polit. et Hamburg. et Puteau. *derectitare*: an pro *deprecitare*? quo verbo Paulus vsus lib. XXII D. ad legem Aquiliam. Glossae ineditae *Deprecitati*, ἐλαττωθέντες. Sed nescio an id saeculi Ouidiani sit verbum, vsus et eo Tertullianus non semel. et Sidon. Apoll. carm. XXII *Perpetuum pictura micat, nec tempore longo Depretiata fuas turpant pigmenta figuras*: nisi illic *deprecata* sit reponendum, cum *deprecata* sit in nonnullis membranis. Duo alii *detrectare verebar*. vnus *dedecorare*. alius *decertare*.

340 *Et falsò moui*] Puto *foui*.

343 *Hei mihi, cur dixi? Cur me*] *Quod dixi, quod me* decuere meliores.

354 *Musa iocosa mea*] Alii *mea est*. *mihi* rectius vetus liber. Superiori etiam versu legatur concinnius *distant mores a carmine nostri*.

355 *Magnaque pars mendax operum est et ficta meorum*] *Magnaque pars operum mendax et ficta meorum Plus sibi permisit* cum melioribus.

358 *Auribus apta refert*] Prim. Polit. et tres alii *ferat*. prim. Vatican. et duo praeterea *feres*. quatuor *ferens*. quod sequitur Superiori etiam versu pro *voluntas* reposui *voluptas* cum prim. Vatic. et duobus aliis.

370 *Et solet hic*] Malo *haec*, fabula videlicet.

371 *Aliud, nisi adultera*] *Nisi turpis adultera* cum primis editionibus. Epist. Laodamiae: *Quid petitur tanto, nisi turpis adultera, bello?*

373 *Quid prius est illic flamma Chryseidos, aut qui*] Lege *vsque* cum melioribus, *illi* etiam pro *illic* in iisdem.

376 *Petita viris*] Imo *procis*. quod priscae editiones et multi ex scriptis agnoscunt. vide Notas ad II Epist. Sabini.

377 *Quid nisi Maeonides*] Aut legendum est *Quid? non Maeonides*. vt in Amor. II. 9. 7 *Quid? non Haemonius quem cuspide perculit heros, Confossum medica postmodo iunit ope*. et mox *Quid?*

Digitized by Google

Quid? non Tantalides etc. Aut *Quis nisi.* quod posterius quinque scripti agnoscunt.

391. *Si non Aeropen*] Scripti plerique *Europen.* etiam ex editis plurimi. sed legendum *Aeropen.* Euripide Oreste: Λέκτρα Κρήσσας Ἀερόπης δοχίας. sic et Apollodorus. apud Dictyn etiam Cretensem operis initio castigandum: *Menelaus Aeropa et Plisthenes genitus.* Corruptus et in hac voce Scholiastes Statii ad lib. IIII. 306.

401 *Danaique nurus*] Filiae Danai in Tragoediis notae, nullae notae Danai nurus. Quare repone cum primis editionibus et scriptorum multis *Danaësque nurum.* Andromeda Persei vxor, et proinde *Danaës nurus.*

402. *Haemoniaque, et noctes etc.*] Quidam codices *Alcmaenam et noctes.* quae lectio perperam suos approbatores inuenit. Politianus ex vestigiis antiqui codicis, in quo *Hermonam,* refingit *Harmoniam.* frustra. Vulgata scriptura bene se habet, cuius argumenti extat etiamnum Sophoclis *Antigone.* Propert. lib. II. 8 *Quid? non Antigones tumulo Boeotius Haemon Corruit, ipse suo saucius ense latus.* Noster in Ibide: *Nec tibi, si quid amas, felicius Haemone cedat.*

Et noctes quae coiere duas] Legendum *noctes cui coiere duae.* Alcmenae et Iouis amores innuit, quanquam alii tres noctes coisse contendant. vnde Hercules Lycophroni τριόσπερος λέων dicitur.

404 *Qui rate*] *Pede* nonnulli. vt V Trist. Eleg. vlt. *Vt viuat fama coniux Phylaceia, cuius Iliacam celeri vir pede pressit humum.*

405 *Huc Ille*] Vetus liber Politiani *Accione.* vnde ille *Alcyone* coniectabat legendum. sed cum Sophoclis *Trachiniae* extent, et *Hercules Oetaeus* siue Senecae, siue alterius, quod opinor, ab hoc argumento non sint alienae, nil temere mutem.

408 *Capiet*] *Capiat* rectius duo veteres.

410 *Multaque praeteriti verba pudoris habet*] Multa habet in quibus pudor est praeteritus, a quibus abest verecundia. vt mox infra loco in vulgatis mendoso: — *apud quos Rebus abest omnis nominibusque pudor.* Simili modo locutus est Noster Amor. lib. III Eleg. I. 22 *Dum tua praeterito furta pudore refers.* Quare non possum accedere Tanaquillo Fabro in Epistolis lib. I Epist. III reponenti *praesenti pudoris.* Nec felicius illi coniectura succesit in altero Nasonis loco lib. I Artis Amatoriae, vbi pro *Praeteritum tulerit, reddideritque nihil,* reponi vult *Nam presium tulerit, reddideritque nihil.* cum vulgata scriptura nihil sit acutius ac elegantius.

411 *Nec nocet autori*] Varie tentatus est hic locus a viris eruditis, sed intelligendus videtur de Sotade, cuius Ilias ab Hephaestionis Scholiaste citatur. *Sotadium* enim carmen, vt ex Grammaticis, tam Graecis, quam Latinis, discimus, valde eneruatum erat, quibus numeris et Ennius nonnulla conscripserat, vt Scaliger ad Varronem contendit. ipse Sotades impurus homo. quare *Cynaedus* a Martiali vocatur. et Homeri versus in *metrum Sotadicum*

Digitized by Google

dicum redegisse dicit Scholiastes Hephaestionis p. 10. vid. et Suidam et Quinctil. lib. I. 8.

413 *Pulsus Aristides*] Milesiacorum Aristidae, scripti spurcissimi, praeter Plutarchum in Crasso meminit in Parthicis Appianus; etiam Arrianus in Epictetum lib. IIII. 9 (etsi dissimulato operis nomine) et Harpocration in Δερμιτὴς, qui sextum Aristidae Milesiorum librum citat. meminit eius et Lucianus ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς. Haec Milesiaca vna cum seria historia, quae passim ab antiquis laudatur, Aristides videtur edidisse. Tanaq. Faber in Epistolis legit lib. I Ep. III *Finxit*, vel *Panxit*, *Milesia crimina chartis*. quibus coniecturis non possum subscribere. sunt enim audacissimae. poterat certe minori negotio refingi commode: *Lusit Aristides Milesia carmine foedo*. nam *carmina* scriptum exstat in quatuor aut quinque codicibus exaratis, et in vrisci nonnullis editionibus. in Buslidianis membranis *Iungit Aristides Milesia carmina sacro*. Beroaldus in Commentario in Apuleii Metamorphosin poëtam dici Aristiden a Marciano Capella affirmat, adducto hoc loco: *diuersitatis delicias Milesias Aristidis poëta Graecus composuit*. Sed nihil tale apud Marcianum exstat. Imposuit Beroaldo memoria, dum illum Marciani locum cogitat initio libri II *Nam certe mythos Poëticae etiam diuersitatis delicias Milesias, historiasque mortalium, postquam supera conscenderit, se amissuram formidabat*. Luciamus non satis aperte indicat, prosane oratione an versa fuerint scripta Aristidae Milesia: Πάνυ δέ με ὑπὸ τὸν ὕρθρον ἡ τῶν ἀκολάστων σου λόγων αἰμύλη καὶ γλυκεῖα πειθὼ κατεύφρανεν· ὥς γ' ἐλίγου δεῖν, Ἀριστείδης ἐνόμιζον εἶναι, τοῖς Μιλησιακοῖς λόγοις ὑπερκαλύμενος. vbi λόγοι pro fabellis videntur poni, quomodo λόγοι Αἰσώπειοι passim apud Graecos. Sed nec Plutarchus satis exprimit quo sermonis genere libelli illi fuerint conscripti, vbi de Crassi clade agit. sed a Parthis victoribus hos libros in impedimentis Russii fuisse inuentos, et a Surena Orodis duce Senatui Seleuciensum exhibitos, cui luculentum praebuissent argumentum Romanis insultandi atque illudendi, quod ne inter arma quidem sibi temperare possent a legendis huiusmodi impudicis ac obscaenis libellis. Locus est insignis, quem totum ne mutatis quidem verbis Appianus Parthicis suis inseruit. vterque ἀκόλαστα βιβλία τῶν Ἀριστείδου Μιλησιακῶν, et Μιλησίαμα ἀκολαστήματα vocant. quomodo Naso *Milesia crimina* hoc loco, et alibi libellos amatorios a se conscriptos pari nomine *crimina* non vno loco appellat. Caeterum Aristiden Historicum, quod Plutarchus in Parallelis minoribus Milesium frequenter appellat, vt distinguat ab aliis eiusdem nominis scriptoribus, non patriae eius id dari opinor, sed scripti iudicri argumento, quo potissimum celebrabatur. Neque enim noster subdidisset *Pulsus Aristides nec tamen vrbe sua est*, si patria Milesium credidisset. cum Mileti periculum non esset, ne quis ob lasciua scripta inueretur exulare, vbi maximam fuisse omnis lasciuiae impunitatem, atque etiam laudem quis nescit? Alludit autem hoc pentametro noster ad exilium alterius Aristidae, cognomento Iusti, viri optimi sanctissimisque moribus instructi. Quod vero mox addit: *Versit Aristides*

Digitized by Google

Aristiden Sisenna, nec obfuit illi Historiae turpes inseruisse iocos; non ita intelligendum est, vt interpretes volunt, sed hoc vult Noster, Non tantum non obfuisse Sisenae quod Aristidae Milesios libellos verterit, sed ne id quidem, quod historiae suae operi serio turpes iocos, hoc est, obscaenas narrationes inseruerit. Sisenae historia passim ab antiquis Grammaticis citatur. Milesiaca eius a Charisio frequenter. Duo igitur scripta Sisenae diuersa hic tangit Noster. Atque hinc est, quod M. Tullius libro de Oratore *Sisenam, doctum virum, studiis optimis deditum, gnarum reipublicae, non sine facetiis*, appellat.

417 *Nec qui composuit nuper Sybaritida*] Puto legendum *turpem Sybaritida*. Hemitheon cynaedus Sybarita turpissimum librum scripsit de re Venerea, apud Lucianum πρὸς Ἀπαίδευτον. Idem in Pseudologista Misthonis Sybaritae meminit turpissimi scriptoris. hinc *Sybaritici libelli* apud Martialem lib. XII Ep. XCVI.

418 *Et qui concubitus non tacuere suos*] Malim *quae*. vt Philaenis et Elephantis intelligantur, quarum foedissima scripta passim circumferebantur. vtramque pari modo coniungit Tatianus Oratione aduersus gentes. *Quae* certe codex Hamburgensis et tres alii. hinc in Priapeis: *Quo tot figuras: quot Philaenis inuenit, Non admouente, pruriosa discedit*. ita versus mendosissimi ex vestigiis librorum veterum sunt restituendi. nam codex vetustus Frederici Vbaldini *quo tot figuras non admouetis*. Philaenis Leucadia, cuius versus spurcissimi περὶ ποικίλων σχημάτων ἀφροδισίων a Polycrate Sophista Athenienſi dicebantur esse conscripti, teste Aeschrione in Philaenidis Epicedio apud Athenaeum lib. VIII. Hinc apud Iustinum Martyrem. Apologia prima pro Christianis sub finem Σωτάδεια καὶ φιλαινίδεια διδάγματα pro spuriis et obscaenis. Laidis et Elephantidis et Salpes scriptorum meminit Plinius libro XXVIII. 7. vbi de menstruis agit. Salpes iterum cap. XVIIII. Huic adiungitur a Xenophonte lib. II Ἀπομνημονευμάτων Nico Samia et Callistrate Lesbia versibus itidem obscaenis infames. citat locum Xenophontis Athenaeus lib. V. Quibus omnibus antiquiorem Astyanassam laudat Hesychius et Suidas Helenae ancillam. mentio etiam est Cyrenes apud antiquos, quam δωδεκαμήχανον dicebant, a duodecim figuris Venereis ab ea inuentis. sed et a viris in hoc argumento licenter nimis et impudenter lusum. Laudatur a Suida Paxami δωδεκάτεχνον, in quo libello is egerit περὶ μίξεων σχημάτων.

426 *Caussarumque triplex*] *Casurumque* recte vnus Bononiensis. neque aliter Berlmannus. Egimus de hoc loco in Elegia de morte Drusi v. 362.

431 *Calui*] Ex Calui et Catulli versibus amatoriis, paucos fluentes ac cum Graeca venustate comparandos, censet Gellius lib. XVIIII. 9. et Laeuii, Hortensii, Cinnae, Memmii poëmata vt dura, illepida et inuenusta carpit.

432 *Sua facta*] *Furta* ex tribus scriptis. lib. II Artis: *Flecte iter, et monitu dilige furta meo.*

433 *Ti-*

Digitized by Google

433 *Ticidae*] Familia Equestri. L. Ticidae Equitis Romani meminit Hirtius Bello Africano.

434 *Rebus abest nomen, nominibusque pudor*] Nihili haec sunt. quare assentior Bernardo Rottendorphio viro doctissimo, ac de studiis meis egregie merito, qui emendat *Rebus abest omnis nominibusque pudor*. nihil certius ea coniectura.

435 *Cinna*] Huius versus citat Gell. XVIIII. 12 *At nunc me Geniana per salicta Binis rheda rapit citata manis*. vbi, nisi Gellii obstaret auctoritas, mallem: *Bigis rheda rapit citata manis*. vt apud Nostrum in II Amor. Eleg. XVII *Paruaque quam primum rapientibus effeda mannis*. *Mannuli* sunt Martiali lib. XII. 24.

438 *Nomine nunc legitur dicta, Metelle, tuo*] Scribe *dicta Metella suo*. Ticida enim Metellam appellarat Perillam. quod ex Apulcii Apologia discimus. nunc alios nescio quos memorat, qui eam suo et vero nomine decantarint. Forte hoc distichon superiori praeponendum.

443 *Aristidem Sisenna*] *Aristiden* meliores. Scribe etiam *Sisena*. ita enim in antiquis numis id nomen exaratum occurrit constanter. quanquam Fuluius Vrsinus vulgatam scripturam bene se habere contendat.

448 *Hoc etiam de se*] *Hinc* duo veteres. Combianus et tres alii *Hic*. vnus *Haec*. Scribe *Sic*. Tibulli illa respexit lib. I. 7. 7 *Illa quidem tam multa negat, sed credere durum est: Sic etiam de me pernegas vsque viro*.

449 *Fallere custodem*] Malim, *custodes*. Idem Tibull. *Ipse miser docui, quo posset ludere pacto Custodes. ebeu nunc premor arte mea*.

452 *Per causſam meminit*] Caesar libro VII belli Gallici: *Per causſam supplementi equitatusque cogendi ab exercitu discedit*. Hirtius bello Africano: *Per causſam munitionum tirones in labore defatigare non intermittit*. Liuius lib. II *Per causſam renouari ab Aequis belli*.

455 *Et quibus e succis*] *Fucis* vnus Mediceus. Scribe *Et quibus is succis*. Tibull. *Tunc succos herbasque dedi, queis liuor abiret, Quem facit impresso mutua dente Venus*.

457 *Petis illa marito*] Imo *ille*, cum vno Vaticano. idem eodem loco Tibullus: *Aut tu fallacis coniux incaute puellae, Me quoque seruato, peccet vt illa, nihil*.

459 *Scit cui latretur*] An *qui latretur*. Plautus Poenulo Act. V Sc. III. 64 *Etiam meae me latrant canes?* vbi male Lambinus, *allatrant*. Acidalius *in me latrant*. Statius Theb. I. 551 *Fruſtraque sonantia laſſant Ora canes vmbramque petunt, et nubila latrant*. et lib. II. 338 — *et magnas latrantia pectora curas*. ita lege cum Gronouio. Plinius libro XXV. 9 *Hunc habentes negant latrari a canibus*. libro XXVIII. 8 *Eos, qui dinguam hyaenae in calceamento sub pede habeant, non latrari a canibus*. libro XXX. 16 *Non latrari a cane membranam ex fecundis canis habentem*. Petron. *Et canis insomnis leporis vestigia latrat*. Auctor de Viris Illustribus vita Scipionis Africani; qui

Digitized by Google

qui locus virum summum Gerardum Vossium, praua scriptura deceptum, habuit exercitum de Constructione cap. XXXVIIII. *In Capitolium intempesta nocte euntem nunquam canes latrauerunt.* sic rectius in scriptis nonnullis quam *eunti canes allatrauerunt.* quae paene totidem verbis de eodem Scipione habes apud A. Gellium Noct. Attic. lib. VII. 1. Noster in Ibin: *Latrat et in toto verba canina foro.* Tertul. de Pallio: *Iura non canturbo, causas non elatro.* Papinius Tiburtino Manlii Vopisci: *Illum nec calido latrauit Sirius astro.* Epicedio in Glauciam: —— —— *stat pectore demens Luctus, et admoto latrans praecordia tactu.* sic scribo, non *latrant.* Lucretius libro II *Nil aliud sibi Naturam latrare, nisi vt cui Corpore seiunctus dolor absit, mensque fruatur Iucundo sensu.* Horat. I Epist. II —— *venaticus ex quo Tempore ceruinam pellem latrauit in aula.* et Sat. I lib. II —— —— *si quis, Opprobriis dignum latrauerit inseger ipse.* Pari fere ratio est in *allatrare*, vt iungatur cum quarto casu. Liuius libro VIII Belli Macedonici: *Qui viuo quoque eo allatrare eius magnitudinem solitus erat.* Plautus: *Etiam me mene allatrant canes.* Columella Praefatione: *Canimum studium locupletissimum quemque allatrandi.* sic et alii passim. Seneca de Vita Beata: *si quis ex his, qui Philosophiam conlatrant, dixerit.* Graecis quoque ὑλακτεῖν cum quarto casu iungitur. ponit et *quid latretur* Tibullus ipse: *quid latrent nocte silente canes.* Cicero libro II de Oratore: *Frater meus a Philippo interrogatus, quid latraret, furem se videre respondit.*

459 *Obambulet*] *Obambulat* rectius multi.

460 *Cui toties clausus excreet ante fores*] *Cur exscreet*, non *cui*, quomodo Scaliger ad Tibullum.

464 *Et iam te Principe natus erat*] Arondelianus pro diuersa lectione *motus.* Puto *natus erat.* quod verum. Natus enim Tibullus eodem anno, quo Noster; caesis Mutinensi bello Hirtio et Pansa consulibus. qui annus ab vrbe condita septingentesimus decimus; Triumuiratu luctuosus ac funestus. Innuit igitur natum Tibullum post caesos iam consules, quorum in locum se ac Pedium cognatum Caesar fecit subrogari, idque Senatu inuito, iam tum ad imperium non occulte aspirans, vt et Suetonio satis apparet. Auctor Dialogi de Oratoribus: *Nam vt de Cicerone ipso loquar, Hirtio nempe et Pansa Coss. vt Tiro libertus eius scripsit,* VII *eid. Decembr. occisus est, quo anno Diuus Augustus in locum Pansae et Hirtii se et Q. Pedium Coss. suffecit.* quo et Noster respexit, cum Augustum iam tum ciuitatis Principem innuit fuisse.

472 *Ad vestros auos*] *Nostros* repone cum praestantioribus scriptis.

474 *Fingere*] *Figere* plerique vetercs.

479 *Vt mage velle sequi*] Locus mendosus. Libri meliores *Vt mage velle sequens*, vel *male.* Combianus *maga.*

480 *Nec tuto*] *Ne tuto* rectius quidam.

481 *Parua sedet rerum*] *Sed internis* prim. Pal. et prim. Vatican. Nil muta. sic apud Iuuenalem Sat. prima: —— *sportula primo*

Digitized by Google

primo Limine parua ſedet. et Satyra II — *ingens coena ſedet.* ſic et alii ſcriptores ex melioribus amant loqui. Noſter Amor. I Eleg. III — *nec in lecto pallia noſtra ſedent.*

485 *Formas, iactusque pilarum etc.*] Opinor *canis thermas.* in thermis enim luſio pilaris locum habet. videantur quae ad Martialis Epigr. XXXXVIII lib. X annotamus.

487 *Fuſcandi coloris*] *Fucandi* ex tribus. Nemeſian. in Carmine, quod perperam Cynegeticon inſcribitur, v. 310 *Has igitur vario ſemper fucare veneno Cura tibi, niveisque alios miſcere colores.*

491 *Fumoſo Decembri*] Duo *Decembris.* Lege *fumoſi Decembris* cum Barberiniano. vt monui lib. I Eleg. X. 3.

492 *Quae iam non vlli compoſuiſſe nocet*] *Damno fuit* ex melioribus.

495 *Denique non video de tot*] *Nec video de tot* meliores. vnus etiam Bononienſis *prodiderit* proximo verſu.

498 *Iunctli crimen amoris habent*] *Vetiti amoris* multi veterum. hoc eſt, adulterii. ſic *vetiti Hymenaei*, ex ſimilia. Poteſt tamen et alterum ferri. vt Triſt. IIII Eleg. I *Cum mecum iunctli criminis acta rea eſt.* doctiſſimus Tanaquillus Faber Epiſt. III lib. I *ſicti amoris* coniiciebat. de Mimis copioſe Salmaſius ad Solinum p. 109.

499 *Calius procedit adulter*] Lege *cautus*, vel *multus, adulter.* ſequenti etiam verſu pro *ſtulto viro* malim *tuſo.* quod tamen timide affirmo.

501 *Nubilis haec virgo*] *Hos* ex tribus ſcriptis. hoc eſt, mimos. et mox *magna parte*, pro *ea*, totidem.

507 *Quodque minus prodeſt pocna eſt lucroſa poëtae*] *Quoque* quatuor. duo *quaeque. pleno* etiam pro *poena* Iunianus, et pro *minus* vnus Mediceus *mimis.* ſcribe: *Quae mimis prodeſt, ſcena eſt lucroſa poëtae.* vel *Nec minus et prodeſt ſcena, et lucroſa poëtae eſt. Nec minus* ſubintellige, quam ipſis mimis. Tanaquillus Faber lib. I Ep. XXXVII *Quaeque mihi poenae eſt, fraus eſt lucroſa poëtae.* quae longius abeunt a veteri ſcriptura.

513 *Totus quibus vitiur orbis*] *Vtimur* Gottorphianus. vide Notas Met. V. 342.

514 *Scenica ſpectaſti factus adulteria*] Rectius omnino *lenus* ſex meliores. vide Notas Epiſt. XVIIII. 51. Apud Horatium lib. I Epiſt. I *lentus ſpectator, ſpectatori ſedulo* opponitur: *Eſt animat lentus ſpectator, ſedulus inflat.* Silius lib. XII. 576 de Hannibale Romam obſidente: *Nunc alitus luſtrat, clauſas nunc cuſpide pulſat Infeſta portas, fruiturque timore parentum. Nunc lentus celſis aſtans in collibus intrat Vrbem oculis.* ita veteſti codices. Tibullus libro IIII Eleg. XI *Nam mihi quid proſit morbos euincere, ſi tu Noſtra potes lento pectore ferre mala.* vbi *lento* ante Scaligerum male legebatur. Initio eiuſdem Epigrammatis ſcribendum in Tibullo: *Eſtne tibi, Cerinthe, tuae pia cura puellae, Dum mea nunc vexat corpora feſſa calor.* vbi *placitura puella, Qui mea nunc vexat* perperam legitur. Eſtne tibi de me cura, inquit, dum febricito?

518 *Quod*

Digitized by Google

518 *Quodque licet*] *Libet* recte nonnulli veteres.

525 *Vique sedet vultu*] Innuit Aiacem, et Medeam pueros occidentem a Timomacho expressam; vtramque tabulam immenso pretio a Diuo Iulio redemtam Plinius testatur Historiae Naturalis libro VII. 38 et libro XXXV *Timomachus Byzantius Caesaris Dictatoris aetate Aiacem ei pinxit, et Medeam ab eo in Veneris Genetricis aede positas, octoginta talentis venundatas.* vnde manifestum fit, quare Naso illas hoc loco coniunxerit. cetere Timomachi Medeam Romae exstitisse constat ex Graeco Epigrammate lib. VIII Anthologiae, cuius initium est Τέχνη Τιμομάχου· lemma autem εἰς εἰκόνα Μηδείας ἐν Ῥώμῃ. De Aiace eius agit Philostratus libro II de Vita Apollonii; qui et sedentem, aeque ac Ouidius, depictum testatur: Οὐδ' ἂν τὸν Αἴαντά τις τὸν Τιμομάχου ἀγνοήσειε, ὃς δὴ ἀναγέγραπται αὐτῷ μαχαίρᾳ, εἰ μὴ ἀναλάβοι τι ἐς τὸν νῦν Αἴαντος εἴδωλον, καὶ ὡς εἰκὸς αὐτὸν ἀπεστενάτα τὰ ἐν τῇ Τροίᾳ βουκόλια, καθήσθαι ἀπειρημένα, βουλὰν ποιούμενον καὶ ἑαυτὸν κτείναι. quae Nasonem egregie illustrant. Anthologiae octauo Epigramma exstat incerti scriptoris, cuius ἐπιγραφὴ intercidit, quod ad Aiacem Timomachi est referendum. Eius tale initium: Αἴσαν Τιμομάχου πλέον ἢ πατρὸς ἥρπαξε τέχνα Τὸν φόνον· ὁ γράψας εἶδέ σε μαινόμενον. ad eiusdem Iphigeniam a Plinio laudatam traho alterum Epigramma eodem libro, cuius exordium Μαίνεται Ἰφιγένεια. Sed Medea Timomachi decantatissima, quanquam operis imperfecti, vt ibidem testatur Plinius. In Anthologiae libro VIII Epigrammatis compluribus laudatus, etiam in Ausonii Epigrammatis, et a Plutarcho. eam intellexit haud dubie auctor Aetnae, vbi de picturis: *Signaque nunc Paphiae rorantes arte capilli, Sub truce nunc parui ludentes Colchide nati,* sic scribo, non *rorantes parte.* Venerem Apellis Anadyomenen innuit.

530 *Pars tua facta canit*] *Cauum* rectius quidam.

537 *Teneraeque Amaryllidis ignes*] *Tenerosque* libri meliores. et *Amaryllidos.*

539 *Scripto peccauimus ipso*] *Vno* tres veteres. Bucolica enim Ouidius non scripsit.

542 *Cum re delicta notandum*] Verbum censorium *notare* A. Gellius libro IIII. 12 *Si quis eques Romanus equum habere grauiorem aut parum nitidum visus erat, impolitiae notabatur. id verbum significat, quasi si eum dicas, incuriae.* Hinc et *nota censoria* in prouerbium abiit. idem eodem libro cap. XX *Notati a censoribus, qui audientibus iis dixerant iocis quaedam intempestiuiter, ac de eius nota deliberatur.* in ipso capite: *Censores P. Scipio Nasica et M. Popilius cum equitum censum agerent, equum nimis strigosum et male habitum, sed equitem eius uberrimum et habitissimum viderunt. Et cur, inquiunt, ita est, vt tu sis quam equus grauior? quoniam inquit, ego me curo, equum Statius meus seruus. Visum est parum reuerens esse responsum, relatusque in aerarios, vt mos est.* Plura ibidem. vbi et habes *eximi notae,* hoc est, liberari ab animaduersione censorum.

Digitized by Google

542 *Irrequietus vques*] *Ille quietus* emendatum Lipsio de Militia Romana lib. I. 5. sed repone *iure quietus* ex tribus antiquis. Multi alii *inrequietus*. proxime verum.

543 *Ergo quae iuueni*] *Ergo eu* duo libri. forte *ergo, ego quae* etc. vid. ad I Amor. II. 49.

545 *Sera redundauis*] In libris Artis Amatoriae naumachiae ab Augusto recens exhibitae, et expeditionis Caii Caesaris in Armenios mox suscipiendae luculenta fit mentio sub ipsum poematis exordium, quam expeditionem mors Caii Caesaris continuo est subsecuta. Naumachiae spectaculum et mors Caii in consulatum D. Laelii Balbi C. Antistii Veteris a Dione conferuntur, et eotis quindenis annis scriptum poema de arte Amatoria Naſonis relegationem praecesserit.

546 *Dissat te a meriti tempore poena fuit*] In mulcis *admissi fui*.

561 *Aspiceres quantum dederis*] *Aspicies* multi. Vnus *Aspicias*. recte.

565 *Candidus a salibus suffusis felle refugi*] Locus hic non videtur sanus. *suffusos* multi. *a mimo suffusos felle* tres veteres. Flamburgenſis *a mimo suffusos felle*. sed apud Ausonium Carm. V in Rhetoras habes *Salibus modestus fellemulto perlitis*. ita enim ex veteri libro scribendum. Sequenti versu pro *littera missa quidam* veteres *victa*, vel *iuncta*. Forte *vincta*.

567 *Tot scripti millia nostri*] Tanaquillus Faber epistola XXXVII volebat corrigi —— *tot scriptis, millia, nostris*.

568 *Quem mea Calliope laeserit, vnus ero*] *Vnus ego* quisque veteres. sic ante: *Quem sua perdidicit Musa, reperta ego*. Totus locus non inconcinne sic constituetur: *Inter enim populi, tot scriptis millia nostris Quem mea Calliope laeserit, vnus ego*. inter populi enim tot millia, quem laeserit scriptis nostris mea Calliope, vnus ego sum.

571 *Insultasse*] *Insultare* malioces.

TRISTIVM

LIBER TERTIVS

ELEGIA PRIMA

1 *Vnio timidi liber exulis*] Alii *timidus*. malim *timidi exulis*. sic infra: *Vae timida est omnis miser*.

18 *In qua scribebat*] *Scribebam*. Strozzae. Lege *scribebar*, atque ita Zulichemianus.

23 *Quod non tribuere poetae*] *Parenti* tres pro diuersa lectione. sic infra hac ipsa Elegia: —— —— *nostro placata parenti Ipsam sub dominis aspiciare domus*. et mox: *Quaerebam fratres accepto scilicet illis, Quos suus optarit non genuisse parens*. Ita scripti.

Digitized by Google

scripti. hinc et libros suos passim *uxorum* nomine donat. supra lib. I Eleg. I ad librum: — *si qua est tibi cura parentis*. Pont. IIII Eleg. V *Quidque parens ego vester agam*. sic et Amatorias Artis libros Oedipodas et Telegonos, hoc est parricidas, appellat supra lib. I. El. I.

25 *Duc age*: *namque sequar*] Vnus *sequor*. Puto *iamque sequor*. vt apud Comicos *I prae*: *sequor*.

30 *Haec fuit*] *Hic* scripti.

32 *Hic Sator*] Scribe *Stator*. Iouis Statoris aedem intelligit. ita Combii codex. neque aliter Politianus in ora sui exemplaris, et Gronouius Obseruat. lib. IIII. 15.

37 *Cuius vt accepi dominum*] *Numen* opt. Pal.

39 *Opposita lauro*] *Apposita lauro* plerique veteres, recte, vt monui ad Epist. VII. 100.

40 *Arbor opaca comas*] *Augustas fores* agnoscunt etiam multi ex antiquis, non *comas*. et hoc probe. neque aliter ex suis Naugerius et Ciofanus. Pro *arbor opaca* tres *querna corona*. vt Fast. lib. I. 614 ad Germanicum: *Prosegat et vestrus querna corona fores*.

41 *Tu quis*] *Num quis* meliores.

47 *Caussa suppositae scripto testata coronae*] Perperam *testante* plurimi ex scriptis. Pont. IIII Eleg. VI *Vincitur Aegyptos, testataque tempus in vnos Sunt tua, Vestalis, carmine facta meo*. sic et *comitata* passiue passim apud Nostrum.

50 *Pulsus in orbe latet*] *Iacet* cum primo Politiani et sex aliis. infra Eleg. III *Quid mihi nunc animi dira regione iacenti?* et: *Lassus in extremis iaceo populisque locisque*. Pont. lib. I Eleg. III *Orbis in extremi iaceo defessus arenis*. Eleg. VII *Ecquis in extremo positus iacet orbe tuorum?* lib. I Eleg. VIII *Denique vos expulsis sum miles in exsule solus*: *Tuta* (nec inuideo) *cetera turba iacet*. ita vere codices antiqui. et lib. II Pont. Eleg. VIIII initio, et lib. III Eleg. I *Vt minus infecta iacemus tellure labora*. atque ita passim Noster.

53 *Vereorque locum, vereorque potentem*] *Parentem* vnus Vat. etc. alius *potentes*. an *penates*? vnus etiam *veneroque potentem*.

54 *Trepido meta*] *Rapido* plerique. vnus *pauido*.

59 *Inde timore*] *Tenore* maxima scriptorum pars. Pont. libro I Eleg. XI *Et peragis solidi vena tenoris iter*. Epistola Didus: — *vitaeque nouissima nostrae Prosequitur fati, qui fuit ante, tenor*. *Tenor vitae* Epistola Helenae: *Dumque tenor vitae sit sine labe mea*.

61 *Vbi sunt*] Malim *vbi stant*, nisi sequenti versu cum pessimis editionibus et scriptis nonnullis reponis pro *barbarus*, *stat ferus*. vt est in codice Buslidiano et octo aliis. *Stat pater ensi ferus* Iunii codex. vt lib. I Art. Am. 73 *Quaque parare necem miseris patruelibus ausus Belides, et stricto stat ferus ense pater*; vbi plura ad illustrationem huius loci congessi.

63 *Quatque viri docto*] Suetonius in Augusto cap. XXVIIII *Templum Apollinis in ea parte Palatinae domus excitauit, quam fulmine*

Digitized by Google

fulmine ictam desiderari a deo aruspices pronunciarunt. Addita porticus cum Bibliotheca Graeca Latinaque. Quo loco iam senior saepe etiam senatum habuit, decuriasque Iudicum recognouit. meminit huius etiam Bibliothecae Scholiastes antiquus Iuvenalis Sat. prima ad illum versum: *iurisque periti Apollo.* vbi ille: *quia bibliothecam Iuris ciuilis et liberalium studiorum in templo Apollinis Palatini dedicarat Augustus.* Fuit ex illo et Bibliotheca in templo Pacis, cuius mentio apud A. Gellium libro V. 25. libro XV. 8. et bibliotheca suburbana Tiburi in templo Herculis, cuius idem alibi meminit. et in primis lib. XVIIII. 5. et bibliotheca templi Traiani, de qua idem libro XI. 17. bibliotheca domus Tiberianae libro XIII. 18. *bibliotheca Patrensis* libro XVIII. 9.

63 *Veteres fecere nouique Pectore*] *Capere* antiqui fere omnes. Auienus Prognosticis *eape follers singula mente.* quod passim apud scriptores occurrit. Veram lectionem iam vidit sagacissimus Gronouius Obseruat. lib. II. 3. qui illic consulatur.

66 *Non genuisse pater*] *Parens* in melioribus scriptis et priscis editionibus. Malim etiam *optarit.* nam *optarat* est in quibusdam.

67 *Cassa e sedibus illis*] *De sedibus* nonnullis. Scribe *me sedibus.*

77 *Neque enim mihi turba roganda est*] Malim *roganda es,* deos enim alloquitur.

ELEGIA SECVNDA

3 *Nec stirps Latonia*] *Latoïa* quatuor veteres. Regius *Latoïca.* Met. VIII. 15 *In quibus auratam proles Latoia fertur Deposuisse lyram.* ita meliores scripti. et postea: *Ipsa suis licet hunc Latoïa protegat armis.* lib. XI *Laomedonteis Latoïus adfuit arcus.* lib. VII *Inde Calaureae Latoïdas aspicit arcus.* Trist. V Eleg. I *Cum faceres Nioben orbam Latoïa proles.* vt scribendum esse censeo. Mercurius Capella sub finem libri secundi: *Fauentque Musae et obelus Latoïa.* initio libri tertii: *Admouerat igitur Latoïdes vnam Mercurialium Ministrarum.* et libro VIIII *postquam haec Latoius dixit.* et mox: —— *Pallas comptus ac decens Latoia.* Auctor Carminis in laudem Herculis, quod Claudiano additur: *Efferat aetherium, quantum volet orbis, in axem Latoïdas.* Statius Theb. VIIII — *moestam monitu Latoïda duro Increpat adsistens.* hinc et *Latous* pro *Latonius* passim apud poëtas Apollo. codices tamen vetustissimi libro VII et VIII *Latoïdes,* et *proles Latoia.* sic apud Graecos Λατοΐος, Λατοΐδης, Aeolice. in versibus Varronis Λατῶ pro Λατοῖ. apud Ausonium Epitaph. Heroum XXVII in veterrimo codice Vossiano: *Laesi numina Latoidum.* apud Horatium libro I Od. XXXI *Frui paratis et valida, mihi, Latoë, dones.* ita antiquissimae membranae in bibliotheca Academiae Leidensis. hinc tollendum insigne mendum ex Senecae Oedipo v. 230 *Incipit Lethaea vates spargens horrentes comas, Et pati commota Phoebum,* de Phoebade sermo est.

Digitized by Google

est. Pro *Lethaea vatis*, quae hoc loco nihili est, optimae membranae Florentinae *Laeta*. scribe *Leroa vatis*, literis transpositis.

15 *Ventis dubius iactabar et undis*] *Turris dubius* veteres plerique. sic lib. IIII Eleg. VIII *Non ita dIs visum, qui me terraque marique Actum Sarmaticis exposuere locis.*

19 *Nil nisi flere libet*] *Vacat* Hafnienſis, Mer. X — *tum denique flere vacauit.*

28 *Quam deus mus habet*] *Quos* plerique veteres, et recte.

ELEGIA TERTIA.

1 *Haec mea si casu*] *Si coniux* ſcripti quidam et priſcae editiones.

4 *Incertusque meae pene salutis eram*] Verſus ſuſpectus.

5 *Quem mihi tunc animum.*] Scribe cum Leidenſi codice *Quid mihi nunc animi.* et vide quae notamus ad lib. I Metam. 399. *Puer* etiam pro *putas* multi veteres.

14 *Affectu nunc mihi*] *Affecto* ſcribendum enim vno codice, idque iam vidit politiſſimus Naugerius. *affectat* grauiter aegrotans Suetonius Tiberio: *Affectum reperis, ſed tamen adhuc ſpirantem.* Feſtus: *Affecta foemina vel in bonam partem dicitur, velut honorata: vel in malam, quaſi in extremam periculam adducta.* ſic recte caſtigauit Paſſeratius. nam libri nonnulli veteres *adfectata.* vulgati *adfectata.*

16 *Et plus in nostro pectore parte tenes*] Beſſmannus ex ſuo codice reponit *pectore cara tenes.* quomodo et ſaepe noſtri. Plures alii *partis habes.* Nil muta. Triſt. V Eleg. X. 30 *Barbarus et tecti plus quoque parte tenet.* Epiſt. XXI. 7 *Omnia cum faciam, cum dem pia tura Dianae, Illa tamen iuſta plus tibi parte fauet.* Lucretius lib. II. 200 *Plus vt parte foras emergant exſiliantque.* Virgilius initio Georgic. *Scorpius et caeli iuſta plus parte relinquit.*

21 *Si iam deficiam ſuppreſſaque lingua palato*] Locus corruptus. nec iuuant libri veteres. Scribe *Si iam deficias ſuppreſſa lingua palato*, vel *Si me deficiat.* regit enim id verbum Ouidio ſemper quartum caſum. Locus huic geminus Pont. I Eleg. III. *Et iam deficiens ſic ad tua verba reuixi, Vt ſolet infuſo vena redire mero.* Superiori verſu pro *amentis ore* primus Vatic. *amanti.* Lege *amenti ore.*

25 *Tu forſitan iſtic*] *Illic* meliores.

27 *Liquet hoc carissima nobis*] O *carissima* cum tribus libris. Vide Notas ad Epiſt. I. 101.

34 *Vel praecepiſſet mors properata fugam*] Primae editiones plurimique ſcripti *praeceſſiſſes.* Si quid mutem, refingam *praeueniſſet*, aut *praeuertiſſet.* Apuleius Met. IIII *Sed tam bellum conſilium praeuertit ſors deterrima. Dilata fuiſſes* Hamburgenſis etiam.

Digitized by Google

etiam. magis poetice. Trist. V Eleg. IIII *Saepe etiam uiuerem Tempus reminiscitur illud, Quod non praeuentum morte fuisse dolet.*

35 *Integer hunc potui nuper bene reddere uitam*] *Lucem* recte primus Vaticanus et Leidensis.

36 *Exsul vt occiderem, nunc mihi vita data est*] *Non mihi* Oxoniensis codex. forte *num mihi vita data est?*

44 *Languentes oculos*] Primae editiones et plurimi ex scripti *Labentes oculos condet*. recte. *Labentes oculi*, quos *fugientes* vocat Epicedio Tibulli. vide quae noto ad Eleg. V lib. III Amor. Propertius: *Quamuis labentes premeret mihi somnus ocellos*. idem libro I Eleg. III *Dum me iucundis lapsam foper impulit alis*. vbi male *lassam* Lipsius Ant. Lect. lib. IIII cap. II reponit. et lib. II Eleg. XV *Illa meos somno lapsos patefecit ocellos*. male illic *lassos* nunc erat. nam nisi iam lapsos non poterat Cynthia patefacere. *Oculi morte cadentes* Statio lib. III Siluarum ad Claudiam uxorem.

Condet amica manus] *Condere oculos* pro *claudere* familiare Nostro est. idem Propertius lib. IIII El. vlt. *Te Lepide, et te Paule, meum post fata leuamen, Condita sunt vestra lumina nostra manu*. ita enim malo, quam *vestro sinu*, quod nunc legitur, apud Maron. XII Aen. 310 *In aeternam condūntur lumina noctem*. ex antiquis membranis.

47 *Ecquid vbi audieris*] *Vt audieris* rectius multi.

52 *Raptus ero*] Malim *ego*.

57 *Quae possis*] *Quam posses* multi. Nonnulli etiam *Quae*. vide Notas Remed. 329.

58 *Ad mala iam pridem*] *Ad quae* multi veteres recte, nec pauciores *Vt quae*. Quid si reponatur *Quorum iampridem non rude pectus habes*, sic *iuuenci rudes operum* Fast. I. et *draco somni rudis* Met. VII ex antiquis libris.

60 *Pars mea nulla*] *Pars mihi* quinque scripti, rectius. et *vacuam auram* mox, pro *vacuas auras*, plerique.

67 *Non vetat hoc quisquam*] *Nec* ex antiqui. Puto *Nec vetet hoc*.

70 *Condita ponte fuco*] *Sub* primae editiones et scripti plerique.

75 *Quisquis amasti*] *Quicquis* opt. Vatic. alii tres *quicquid*. Medoninanus *quisquid*. Puto *si quid amasti*, pro *si amasti*. sic Fast. III. 87 *si quid vacas*, pro *si vacas*. Epist. VI. 151 *si quid adest*, pro *si adest*, ex membranis.

77 *Hic satis in tumulo est*] *In titulo est* prim. Polit. et decem alii. recte, nisi quod malim *in titulos*, titulum sepulchralem innuit.

82 *Deque tuis lacrymis*] Magis Ouidianum erit, si legas *Deque suis lacrymis*. vide Notas ad Epist. XX. 76.

ELEGIA

ELEGIA QVARTA

6 *Praeluſtri fulmen ab arce*] Pro *praeluſtri arce* veteres maiori ex parte *igne*. nil muta. lib. I Eleg. 1 *Venit in hoc illa fulmen ab arce caput.*

7 *Non proſunt, potius plurimum obeſſe ſolent*] Diſtichon hoc nugatoris alicuius eſt, non Naſonis. Henricus Stephanus Animadverſis in Adagium Eraſmi *Procul a boue et fulmine*, eiecto pentametro illo, qui codices, qua ſcriptos qua edicos, complures occupauit: *Non proſunt: potius plurimum obeſſe ſolent*, reponit illum ex melioribus libris: *Non proſit potius, ſi quis obeſſe poteſt*. recte is id quidem. ſed nec ſic Naſonem in hiſce verſibus agnoſco.

14 *In qua debebam*] *Debueram* rectius tres veteres.

15 *Dum tecum vixi*] Scribe *Dum mecum vixi*. ſic ſupra *Viue tibi*. Pari modo *ſecum habitare* et ſimilia occurrunt apud antiquos. Apulei. lib. II Met. *Exigila et tecum eſto.*

20 *Flebilis vmbra*] *Debilis* meliores magno numero. quod et ad Statium deprehendit acutiſſimus Gronouius. Alluditur ad lapſum Elpenoris. *claudum* et *debilem* coniunxit Apuleius Met. III *quin iam ego iſtum ſacrilegum debilem et claudum reddam.* et libro VI *debilem* vocat *aſinarium*, quem paulo ante *claudum* dixerat.

22 *Icarus immenſas nomine ſignat aquas*] Diximus de hoc loco ſupra lib. I Eleg. 1. 90. Superiori verſu lege *agitarit* pro *agitauerit*. vt *ſignet* melius id reſpondeat.

24 *Non habuere*] Puto *nonne habuere*. quicquid membranae obnituntur.

25 *Intra fortunam*] Praefero *Infra fortunam* ex quatuor ſcriptis. nec aliter lego apud Propertium libro III Eleg. VIII *Maecenas, eques Hetruſco de ſanguine regum, Infra fortunam qui cupis eſſe tuam.* Seneca Medea 520 *Fortuna ſemper omnis infra me ſtetit.* ita optimus Mediceus. Noſter infra lib. V Eleg. VIII *Non adeo cecidi, quamuis deiectus, vt infra Te quoque ſim, vſurius quo nihil eſſe poteſt.*

27 *Non furet Eumedes orbus*] Male *Eumenides*, et *Emetrides*, et ſimilia ſcripti. Αἰλιὸν Εὐμήδεος υἱὸς Homero II K, 314. Error hic etiam in vetuſtis Maronis codicibus eſt admiſſus.

30 *Cepiſſet genitor ſi Phaëthontea Merops*] Elegantes dictum; Merops Phaëthontem non cepit, quia Phaëthon ad maiora aſpirabat, non contentus hoc patre, ſeque Solis filium volebat credi. Caue igitur quicquam in hoc loco mutes cum iis, qui *flexiſſet* reponunt. notum illud Maronis: *Nec te Troia capit.* Claudianus de Rufino II. 155 — *non orbita ſolis Non illum natura capit.* Seneca Hercule Furente: *non capit terra Herculem.*

32 *Propoſitique precor*] *Memor* rectius editiones nonnullae et ſcripti quatuor apud me.

Digitized by Google

37 *Vidi ego te tali vultu*] Aut *luctu* est legendum, aut scribendum versu proximo *Qualia credibile est ora fuisse mihi.* sed priori coniecturae accedo.

41 *Semotum amicum*] Plurimi veteres et editiones priscae *submotum.* quod efficacius. Pont. III Eleg. IIII *Nec mea verba legis; qui sum submotus ad Istrum.* Trist. IIII Eleg. II *Haec ego submotus, qua possum, mente videbo.* Eleg. VIIII *Vt Scythicis habitem longe submotus in oris.*

47 *Proxima*] Quidam codices nouam hinc Elegiam ordiuntur, non male.

50 *Vixque satis noti nomina pauta loci*] Scribo *soli.* et *nomina rauca.* hoc est nomina ingrati et barbari soni. sic infra Pont. *Et raucum Getico murmur in ore fuit.* hoc est dissonum. Potest tamen et ferri τὸ *loci*, vt locos parum notos rauca nomina per appositionem appellet. infra Eleg. X *Sauromatae cingunt fera gens Bessique Getaeque, Quam non ingenio nomina digna meo.*

57 *Ante oculos errat domus, vrbs et forma locorum*] Numeri duriores satis arguunt versum esse mendosum. *errant* in multis veterum. vnus *aderat.* alius *haeret.* Medonianus *Ante oculos vrbs ac haeret fortuna locorum.* Hamburgensis inter vernliones: *Ante oculos domus vrbis erat et forma locorum.* Puto scribendum: *Ante oculos vrbisque domus et forma locorum est. vrbis domus,* aedificia vrbis Romanae, sequentia confirmant: *Cuncta ante oculos, tanquam praesentia, imago est.* ait domos vrbis et locorum formam oculis suis obuersari. vide Notas Pont. II El. IIII. 7. *Stare* et *esse ante oculos* vsitatum Nostro. Pont. II El. X *Ante tuos oculos, vt modo visus, ero.* Cogitabam aliquando, id quod a scriptura veteri longius abit: *Ante oculos vrbis facies et forma locorum est.* sic Tristium lib. I Eleg. III *Haec facies Troiae, cum caperetur, erat.* plura exempla vide apud Zinzerlingum Promulsidis Criticae cap. III.

61 *Louas haec*] *Hoc* cum scriptis potioribus.

64 *Dicere quos cupio*] Malo *cupiam.*

67 *Gratique erat instar amoris*] *Honoris* bene vnus Vaticanus, vt iam monui Fast. II. 633.

73 *Scire tamen*] Etiam hoc distichon importune hic videtur inculcatum.

75 *Et qua quisque potest*] *Quam potest*, pro *quantum*, plerique veteres. dixi Remed. Amor. 325. Deinde pro *ore* optimi Vaticanus cum alio eiusdem bibliothecae et Rottendorph. *ore.* neque aliter optimus Palatinus. sic Virgilius: *Et si non ea qua nocuisses.* Pont. II Eleg. VII *Adiuuat in duris aliqua pati sentia rebus.* ve ex vestigiis veterrimi libri lego. et Pont. Eleg. VIII *Praesentes aliqua profit habere deos.* vbi simili in vulgatis peccatur. Apuleius in Apologia: *nihil in rebus ad bus tam innoxiis dices, quin id possit aliquid aliqua obesse.* pro *dices* opinor *disce* reponi debere. Iterum Noster lib. Eleg. IIII, vbi perperam *aliqua ope* nonnulli scripti: *Et*

Digitized by Google

nitius, cervissima pignora mentis, Iuuissent aliqua forsitan illud pes. et eadem Elegia, vt scribendum puto: *Et gaudere aliqua* ue mihi visa nouo est. apud Silium Italicum libro XIII ex opti- nis membranis: *Nudus inire caput pugnae, certare iuuenco. At- ue obliqua trucis diducere cornua tauri Assuerat, crudoque ali- ma se attollere facto.* vulgati perperam *crudoque olim attollere faso.*

78 *Rogetis idem*] *Opem* rectius Combii, Hamburgensis, et lii nonnulli. sic Pont. de Pompeio: *Submissa fugiens nece re- anit opem.*

ELEGIA QVINTA

1 *Non aegre possis*] *Posses* scripti.

5 *Cunctique meam fugere ruinam*] *Metu fugere* primae ditiones, prim. Vatic. aliique multi, quod Ciofano arridebat. Scribe *metu fugere ruinae.* vt optimus Palatinus et Naugeriani odices agnoscunt.

11 *Visosque notaui*] An *videre* et *notare* non est vnum idemque oc loco? veteres fere omnes *visusque* cum primo Politian. an *visusque notaui?*

15 *Excepi*] *Accepi* veteres.

26 *Posse dei*] Malim *deo.* nam alter Polit. *duci.*

27 *Siue hoc contingere fas est*] *Siue id* veteres.

29 *Quaeque tibi est linguae facundia*] Quidam *vt est* non gnoscunt. Scribe *tibi linguae est.* atque ita Medonianus.

31 *Quo quisque est maior, magis est placabilis irae*] *Quo quis nim maior* venuste optimus Vaticanus et tres alii ex melioribus. ro *irae* Gottorph. *ira.* lego *magis hoc placibilis ira est.* vel *agis huic.* vide Notas Metam. VIII. 399. Irae magis placabilis, ro placabilioris.

39 *Quae ducis Emathii fuerit clementia Pharos*] Leidensis *Porus.* quod Naugerio probatum, et Fabricio et Bersmanno. *Vnus* Gallicus *foros.* hoc est *Pores.* recte. Pro *Praeclarique* duo *Pompeique.* vnus *Dardaniique.* codex Petri Seruii *Phariique.* Lo- us videtur corruptus. Quaenam enim hae sint exequiae non exprimit; nec Pori sunt, qui Alexandro superuixit. Scribe *Da- riique docent funeris exequiae.* Primam enim et secundam in hoc nomine syllabam produxit etiam in Ibide Noster: *Vsque ne- fastorum Darii fraude secundi.* et Claudianus Epistola ad Hadrian- um: *Darium famulis manibus doluisse peremtum Fertur et in- genti solatus fata sepulchro. Tradita captiuo spatiosior India Po- ro.* vides Porum et Darium etiam hic coniungi. Darius Graecis Δαρεῖος. *Dareus* in veterrimis Curtii libris; atque vbique scri- bendum, cum syllaba secunda producatur. Sic *Alexandreus* pro- ducta penultima apud Horatium et Propertium. Vulgatum si quis ueri mauult, illius Persiani auctoritate sententiam potest fulci- re — *o si Ebulles patruus, praeclarum funus.* ita enim in duo- bus veterrimis, ac optimis codicibus inueni, nec aliter veteres

Gram-

Digitized by Google

Grammatici videntur agnouisse: quae elegans omnino oppositio opeantis mortem patruam, et tanquam mirabundi. in vulgatis *patrum praeclarum funus*. impropte enim *funus ebullire* vel *uri* dicitur. cum funus sit non nisi iam mortui.

41 *Flexas ad mitius iras*] *Ad amicias* quidam.

50 *Est habuisse meos*] *Est habuisse meum* legendum. Huius autem loci sententia legitur in Elegia, quae hanc statim sequitur. *Meum* alii. quod Naugerius et Ciofanus sequuntur. quatuor *mihi*.

53 *Spes igitur superest, facturum vt molliat ipse*] Pro *facturum vt molliat* Hafnienſis *vt nostram molliat*. Combianus pro diuersa lectione *futurum*. vt et quidam alii. prim. Palat. *fatorum*. Scribe *Spes igitur superest, vt molliat ipse, futurum Mutatis paucam conditione loci*. Vulgata scriptura parum Latina est, nisi reponas *facturum vt molliat ipsum*.

55 *Hoc vtinam nitidi solis praenuncius ortus*] Carmen mendosum. *Haec vtinam* quatuor scripti. vnus *Nos*. Barberin. et Hafnienſis *Hunc*. Scribe *Hunc vtinam nitidi Solis praenuncius ortum Asserat admisso Lucifer albus equo*. *ortum* pro die orienti posuit, aut Solis exorta. Apposite Seneca Oedipo: *Iam matutinos praedicit Lucifer ortus*. Vide infra notas lib. IIII *Eleg.* II. 73.

ELEGIA SEXTA

1 *Non vis*] *Nec vis* meliores.

7 *Quique est in caris animi tibi candor amici*] *Quique eras* tres veteres. vnus *Qui fuit*. Sed lege *raris amicis*. Sequenti versu pro *isti* meliores *ipsi*. et pro *ipse* tres optimi *ille*. Puto *ipsi deo*. hoc est Augusto. Sed subest etiamnum aliquid mendi his versibus.

9 *Vt non ego conscius essem*] Scribe *cui non ego conscius*. Quo tertio enim casu frequenter iungit hanc vocem Noster. Mercur. VI. 588.

10 *Pectoribusque labas multa tegenda meis*] Tanaquillus Faber in Epistolis lib. I Ep. LXVII reponit ex coniectura *cumque tegenda*. iam enim superiori versu dixerat Noster, nihil sibi celatum fuisse ab hoc amico.

11 *Cuique ego narrabam*] Lege *narrarem*.

16 *Omne bonae est cludum*] Tē *et* abest a plerisque scripti. Hoc etiam distichon male feriati nescio cuius interpolatoris. Sequentibus etiam versibus otiosa illa repetitio *vti tamen* fuit. ta est.

26 *Principiumque mei*] Puto *Praecipuumque*.

27 *Nec breue, nec tutum est*] *Leue* Gottorphianus. *breue*. *est* etiam omittunt plerique. At Pont. libro I Eleg. VI. 22 *leue, nec tutum peccati quae sit origo Scribere* —. sic et ibidem tres nonnulli.

30 *Vis nouus ipse dolor*] *Pudor* prim. Vatic. prim. Pal. et alii ex melioribus. Quod si admittamus, sequens distichon

Digitized by Google

delendum, quod non vno nomine est suspectum. In quo *possint* pro *possint* veteres plerique. et *caeca nube*, pro *nocte*, vsto antiqui erat nouem.

36 *Nomina si factis*] *Facto* plerique. *fatis* Arondelianus.

37 *Quae si non ita sint*] Nihil hic mutandum. Pont. I El. III pari modo: *Vt tamen haec ita sint, munus tua grande voluntas Ad me peruenit.* Proximo versu cum melioribus *suburbana haec*, pro *hic*.

ELEGIA SEPTIMA

11 *Ecquid inhaeres*] *Vt quid* duo veteres. et *num*, pro *non*, sequenti versu vnus Vaticanus. quod et Ciofanus notarat. Sed recte *more non patrio*. quia res insolens apud Romanos poëtria.

14 *Et raras dotes*] *Caras* prim. Vatic. Rottendorph. et Gotorph. *claras* Richelianus. Puto *Clarias dotes*. Superiori versu *cum fatis* scripti omnes et primae editiones, non *cum facie*. vtrumque rectum. *Natura cum fatis dedit*, pro Natura et fata dederunt. de facie eius et forma post aget.

18 *Vtque pater natae*] *Pater nemo* prim. Politian. *pater Veneris* alter einsdem, et Hamburgensis, et vnus Mediceus. duo *venis*. Iunianus *iuueni*. alius *veni*. duo *nati*. quatuor *venae*. totidem *Vtque patet venae*. latet vlcus.

20 *Vincet opus*] *Vincat* bene Leidensis.

23 *Dum licuit, tua saepe mihi*] Puto *tua saepe tibi*. nam de recitante Perilla proximo hexametro habes. Mox etiam *Saepe suis iuuen*, hoc est versibus, opinor scribendum.

27 *Quia me laesere libelli*] Malim *quo*. vel *extemplo*.

28 *Tu quoque fis poenae facta ruina meae*] *Facta secuta* sex septemue ex melioribus. duo *fata secuta*. codex Seruii *pars bona facta*. Muretus coniiciebat *facta remissa*. nam sequitur *Ergo desidiae remouet doctissima causas*. quod probo. atque ita Tanaquillus Faber lib. I Epist. XXXVIII.

30 *Foemina nulla Neue vir a scriptis*] Quidam *foemina non sis Deuia nec* quod secutus est eruditissimus Gronouius Obseru. lib. II. 3. *Deuia recti pectora* Silius de Vatrone consule. alii scripti *foemina nulla Deuia ne*, vel *de scriptis*. duo *Nec. inuenis scriptis*.

32 *Et tua fatra redi*] An *castra*? vt Ep. Herus: *In tua castra redi, socii desertor amoris*.

37 *Dolebis*] Vnus Mediceus *rubebis*. bene. vt I Amor. XIIII. 47 *O! quam saepe, comas aliquo mirante, rubebis, Et dices emtâ sunt ego merce probe?*

39 *Sunt et opes modicae, cum sis dignissima magnis*] *Sunt tibi opes* plerique.

42 *Irus et est subito, qui modo Croesus erat*] *Cossus* prim. Polit. multi alii *Crassus*. alii aliter. nil muta. Propertius: *Lydus Dulichio quid distat Croesus ab Iro?* Superiori versu pro *Nempe* dat

Digitized by Google

dat et quodcunque vnus Mediceus *cuicunque*. Scribe *Nempe dat has cuicunque libet*. opes nimirum. pro *et* nonnulli *id*. Posset et legi *Nempe dat vt quodcunque libet Fortuna, rapitque*. ita et rapit: etiam rapit. sed hoc durius.

43 *Singula quid referam*] *Quid referam* nonnulli. vt lib. I Amor. El. V *Singula quid narrem? nil non laudabile vidi*.

49 *Qui licet*] Inuidiosum hoc Caesari. Repone igitur *Qui libet* cum membranis plerisque et antiquis editionibus.

51 *Dumque suis victrix septem de montibus orbem*] *Omnem de montibus orbem* Vatic. Polit. et Palat. meliores cum quinque aliis. bene. duo *eorum*.

54 *Qua potes*] *Quam* octo veteres. Vide Notas ad Remed. Amor. 325.

ELEGIA OCTAVA

1 *Conscendere currus*] *Consistere curru* prim. Pal. prim. Vatic. et vnus Mediceus. etiam probe. Sequenti versu pro *ignotam humum* Richelianus *ignaram*.

8 *Patriae dulce repente solum*] *Patriae tecta relicta meae* Vossianus pro diuersa lectione.

9 *Desertaeque domus vultus*] Lege *vultum*. vt *nauchuria* vitetur.

10 *Coniugis ora meae*] *Mihi* Buslidianus. recte.

11 *Stulte, quid haec frustra*] *Quid hoc* multi veteres. Lege *quid o*. et vide Notas ad Epistolam primam. Sequenti versu opt. Vatic. et Rottendorph. *tulit*, pro *mihi*: *Quae non ulla tulit, fertque, feretque dies*.

13 *Augusti numen adora*] *Augustum numen* cum Hafnienſi et Medoniano. sic Pont. IIII El. VI *Certus eras pro me Fabiae laus, Maxime, gentis, Numen ad Augustum supplice voce loqui*. et lib. III El. I *E quibus ante omnes Augustum numen adora*. eadem Elegia: *Augusta domus*. vbi perperam *Augusti* in vulgatis. Fast. I *Et tuus Augusto nomine dictus auus*. et lib. V *Spectat et Augusto praetextum nomine templum. Caput Augustum* sub finem Metamorphoseon. *Augustae aures* Pont. I El. III. *Pax Augusta* Pont. II Eleg. V. *Augustus deus* Pont. III El. VI. *Augustum forum* Fast. V. Pont. IIII El. V et XV. Apuleius Met. III *Inter ipsas turbelas Graecorum genuina sermone nomen Augustum Caesaris invocare tentauit*. quod non mutandum. Auctor Octauiae: *Orbis tyrannus, quem premit turpi iugo Morumque vitiis nomen Augustum, inquis*.

14 *Et quem sensisti*] *Laesisti* ex quinque scriptis. hinc *laesi principis ira* Trist. IIII Eleg. X. et lib. I Eleg. IIII *Nil fuerit laesi mollior ira dei*, de Augusto.

17 *Possum*] *Possim* vnus Italicus. Mox pro *timeo* malim *timeat*.

19 *Cum iam satiauerit iram*] *Cum se satiauerit ira* Iunianus. eleganter. Epistola Acontii: *Cum bene se, quantumque volet, satiauerit ira*.

24 *Hei*

Digitized by Google

24 *Hei mihi*] *Et mihi* prim. Vatic. et prim. Palat. bene. Pro *corpora* vnus Gallicanus *pectora*. Art. Am. II *Aere non certo corpora languor habet*. Vide Notas ad Epist. XII. 170.

32 *Causſa doloris*] *Laboris* pri. Polit. et tres alii.

36 *Adſtans Fortunae forma videnda meae*] *Legenda* vterque Polit. prim. Vatic. plurimique alii ex melioribus. Hamburg. *legenda*. Petri Seruii liber *luenda*. an *tuenda*? pro *videnda*. tres alii *verenda*. quod arriſit Gronouio in Obſeruationibus lib. II cap. III. Praeterea *adſtat* meliores. Ego τὸ *legenda* contra optimas membranas non auſim damnare. Videtur enim ad edictum Caeſaris alludere, quo proſcriptus erat, quod chartae conſignatum ſecum auexiſſe noſtrum eſt verosimile.

37 *Cumque locos*] *Locum* ſcripti.

ELEGIA NONA

12 *Hoſpes ait noſco Colchide vela venit*] *Vela dari* plerique veteres cum priſcis editionibus. *Colchida* etiam plurimi. opt. Vatic. *Colchidus*. duo *vela dedit*. prim. Polit. *vela velit*. Zulichemianus *vela ſequi*. Sed fruſtra. Scribo *Hoſtis, ait, noſco, Colchidi, vela, venit*. Ait Colchidi, hoſtis venit, noſco vela. Haec eſt conſtructio. *Colchidi* tertia correpta, vt apud Statium Achilleide II. 88 *Palladi litoreae celebrabat Scyros amorem*. Appoſite autem perplexa vtitur oratione ſpeculator. quod proprium eſt conſternatorum et trepidantium. Vide Notas lib. II Faſt. 370.

18 *Pallor in attonitae Virginis ore fuit*] *Ore ſedet* tres ſcripti. quod amplector. Met. II. 776 *Pallor in ore ſedet, macies in corpore toto*. Iuuen. Sat. IIII. 73 *In quorum facie miſerae magnaeque ſedebat Pallor amicitiae*. neque aliter ex Pirckeimeriano ſiue Arondeliano Gronouius Obſeruat. lib. II cap. III, qui adeatur. vide et quae noto Remed. Amor. 268. Scribe praeterea *attonito virginis ore* cum Gottorphiano. vulgati *attonitae*.

20 *Et pater eſt aliqua fraude morandus*] *Tenendus* prim. Polit. et pro diuerſa lectione Gottorphianus. Scribe — *Tenemur, Aut pater eſt aliqua fraude tenendus, ait*. Si quis τὸ *morandus* malit, nil repugno.

23 *Vicimus, inquit*] Meliores magna copia *Vincimus*. de quo alibi.

32 *Triſte retardat iter*] *Moretur* Vatic. Pal. Polit. meliores et duo alii. Putabam aliquando *inſta morentur iter*. Ep. Hotus: *Quaeque tuum miror cauſſa moretur iter*. *retardandi* verbo tamen vſus eſt ſupra Eleg. VII.

33 *Inde Tomos dictus locus eſt*] *Tomus* prim. Vatic. et quinque alii. Prim. Polit. et ſex praeterea ex melioribus *Tomis*. recte. Nam et Straboni lib. VII Τόμις eſt. etſi legiſſe in eo videatur Stephanus Τομεὺς, qui eandem de Abſyrto hiſtoriam recenſet. Τόμις etiam Conſtantino Porphyrogenetae lib. II Themat. II. atque ita apud Noſtrum quidem vetares Pont. lib. IIII Eleg. XIIII *Tam mihi grata Tomis*. nummus antiquus apud Carolum Patinum

Digitized by Google

num Gordiani Pii, ΜΗΤΡΟ. ΠΟΝΤΟΥ. ΤΟΜΕΩΝ. splendidissimam ciuitatem facit Plinius in Naturali Historia. similis inscriptio apud eundem occurrit in nummis Soueri et Caracallae, alius nummus Caracallae apud eundem, ΤΟΜΕΩC. ΜΗΤΡΟ ΠΟΝΤΟΥ. in nummis Commodi, Crispinae, Pertinacis, Getae et Gordiani apud Spanhemium p. 885. Hinc *Tomita* et *Tomitanas* deriuantur. Scaliger *Tomi* emendabat. quomodo Apollinaris Sidonius: *Et te carmina per libidinosa Natum, Naso tener, Tomosque missum.* Ptolemaeo quoque Τόμοι. *Tomos* Plinio, *veteres Tomi* apud Claudianum Epithalamio Palladii et Celerinae. Statio quoque Epithalamio Stellae: — *Tristis in ipsis Naso Tomis.* nec aliter B. Hieronymus semel iterumque in Chronico, vt illo loco: *Ouidius poëta in exilio diem obiit, et iuxta oppidum Tomos sepelitur.* vt et Ammianus Marcellinus libro XXII.

34 *Consecuisse sui*] *Subsecuisse* quinque. vnus *desecuisse*. Leidensis *praesecuisse*. nil muta.

ELEGIA DECIMA

1 *Barbaria*] *Barbaris* Hamburgensis. sic infra lib. IIII Eleg. 1. 28 veteres codices.

11 *Dum patet et Boreas et nix iniecta sub Arcto*] *Nix habitare* multi veteres. et *nox* duo. nam de niue nox sequitur. etiam de Borea seu Aquilone. Piget diuersas lectiones corradere, quod complures sint. mihi enim totum distichon pro adulterino est. Proximo tamen versu pro *patet* repono *liquet* ex quinque scriptis. est enim odiosa repetitio.

19 *Mala*] Scribe *arcent male*. quicquid libri veteres dissentiunt. neque hic tantum, sed et lib. V Eleg. VII *Pellibus et laxis arces male frigora braccis.* Vide Notas Fastor. lib. II. 170.

23 *Nudaque consistunt Vina*] Lege *Vdque*, quod Combinus liber confirmat. Virgil. Georg. III. 364 — *caeduntque securibus humida vina.*

25 *Vt cuncti contrescant frigore riui*] *Iuncti* quinque veteres. repone *vincti*. quomodo in Rottendorphiano. postea inueni. Pont. lib. II Eleg. II *Terraque pacis inops, undaque vincta gelu.* vbi perperam Ciofanus *iunctaque* ex suis codicibus. Pont. III Eleg. I *Tu glacie frena vincta tenes.* quae et illic vera est scriptura. Horat. I Epist. III. 3 *Hebrusque niuali compede vinctus.* in Priapeis Epigr. LXIII *Rigensque cruda barba vincta crystallo.* sic scribe. vulgati *dura iuncta crystallo.* Noster supra Eleg. II *Vinctus ab assiduo frigore Pontus hiet.* vbi *Vsus* nunc legitur. non male, vt de terra Pontica intelligatur. Petronius Carmine de Bello Ciuili: *Prima quidem glacies, et cana vincta pruina Non pugnauit humus.* Auienus Fab. XXVIIII *Horrida congestis cum staret bruma pruinis, Vinctaque duro stringeret arua gelu: Haesit in aduersa nimborum mole viator.* vbi perperam *cuncta arua*, et *membrorum mole*, circumfertur. Rutilius in Itinerario: *Vincta fluenta gelu conspecto sole liquescunt, Et rursus liquidae sole gelantur aquae.*

30 *Tristis*

Digitized by Google

30 *Tectis in mare serpit aquis*] *Strictis* vnus. Richelianus pro diuersa lectione *taciris*. quod et Bononiensis vnus adstruit. Manui Met. XV. 275. *Repit aquis* praeterea Arondelianus.

33 *Perque vnos pontes subterlabentibus vndis*] *Subtus labentibus* Zulich.

47 *Inclusaeque gelu stabunt vt marmore puppes*] Plerique veteres *in*. Puto *ceu marmore*. eadem diuersitas XII Met. 487. vbi vide. Versu proximo pro *findere remus*, *stringere* duo veteres. non male. totidem *fingere*. quatuor *pendere*. forte pro *tundere*. *fodere* Combianus.

50 *Sed pars ex illis*] Lege *Et pars*.

71 *Pampinea vmbra*] *Vlmo* vnus Mediceus, venuste. Calpurnius: *Inter pampineas ponetur vitibus vlmos*.

75 *Adspiceres nudos sine fronde, sine arbore, campos*] Duo *Aspicio*. vnus *Aspicies*, pro *Aspicias*. vide Notas lib. I Eleg. I. Prim. Vatican. cum alio *Aspiceret*. vt ad Acontium referatur. Sed verius puto refingendum *Aspicere est*.

ELEGIA VNDECIMA

1 *Si quis es*] *Quisquis es*, puto, scripserat Noster.

3 *Nutritus lacte ferino*] *Eductus* quinque. prim. Vatic. prim. Polit. et sex alii. *et pastus*. Scribe *es pastus*.

6 *Cernis adesse malis*] Malim *credis*.

8 *Maenalis Vrsa*] *Parrhasis* duo veteres. sic Fast. IIII *Parrhasides stellae*. et Met. II *Parrhasis erubuit*, de hac ipsa.

26 *Non sum qui fueram*] *Non sum ego quod fueram* cum prim. Vatic. et vno Mediceo. Vterque Politiani et quidam alii *Non sum quod fueram*. nonnulli etiam *Non sum ego qui fueram*. bene. Propert. lib. I Eleg. XII. 11. *Non sum ego qui fueram. mutat via longa puellas*.

28 *Et idem Tractus ab Haemonio non erat Hector equo*] *At idem* cum prim. Vatic. Deinde *vinctus ad Haemonios eques* cum prim. Polit. eodem Vaticano, et Rottendorphii codice, optimoque Mediceo. quo alludunt multi alii, in quibus *Vectus ab Haemonio equo*.

38 *Mersa parum*] *Mossa* malo cum Barberiniano et Gottorpiensi. tres *mensa*. vnus *versa*. Zulichemianus *pressa*.

52 *Ipse tuum praesans imbue, dixit, opus*] Vnus Mediceus melioris notae *indue*. sed nihil temere mutandum est. Pro *praesens*, quae vox est nihili, Gottorpianus *primus* pro diuersa lectione. Scribe *princeps imbue opus*. cuius τὸ *primus* interpretamentum est. De voce *princeps* vide quae noto Fast. II. 714.

54 *Exhibuit geminos ore gemente sonos*] Nugae sunt de geminis sonis. diu est quod *querulos sonos* reponendos hic vidi. idque quinque veteres confirmant. Trist. V El. I *Ipse Perilleo Phalaris perhibetur in aere. Edere mugitus, vt bouis ore queri*. Pro *Exhibuit* tres scripti cum Hamburgensi *Emisit*.

Digitized by Google

Ore gemente] Prim. Polit. *ore fremente*. multi alii *tremente*. sed Propert. *Et gemere in tauro, fauce Perille, tuo*. Silius libro XIIII de Perillo: *Ille vbi torreret subiectis corpora flammis Mutabat gemitus mugitibus, atque veras. Credere erat stabulis armenta effundere voces*. Lucianus in Phalaride docet, Phalaridis bouis aenei naribus appositas fuisse, quarum conceptus ciulatum gemitumque flebilem hominum huic machinae inclusorum, dum torrebantur, mugitui vero aequaret. Persius Satyra III *Ante magis Siculi gemuerunt aera tyranni*.

55 *Inter Scythiasque Getasque*] *Scythicosque* plerique. alii *Scythicasque*, vel *Scythasque*. Sed verum est, quod melioris notae Vatic. Polit. Combian. et Mediceus agnoscunt, *Scythiamque*. Passeratius ad lib. II Propertii Eleg. XVI *Scythiasque* legit ex veteri libro. sed non persuadet. Naso lib. II Amor. Eleg. XVI *Sed Scythiam, Cilicasque feros, viridesque Britannos*. pro *Scythas*.

63 *Rescindere crimina noli, Deque graui duras vulnere tolle manus*] *Rescindere vulnera* repone cum melioribus duodecim. nam alterum vix Latinum est. Sed offendit bonos censores quod rò *vulnere* sequenti versu denuo occurrebat. vbi vel inuitis *libris vicere* reingerendum. modus loquendi de dolore antiquis visitatus. Symmachus lib. I Ep. C *Ne fortunae vulnera, quae cicatricem processu temporis ducunt, intempestiue contracta crudescant*. Rem. Am. —— *Vulnaque nouatum Scinditur*. —— —— Met. XII —— —— *quid me meminisse malorum Cogis, et obductum leuiter rescindere vulnus*. quae vera est scriptura. libro I *Immedicabile vulnus Ense recidendum est*. ita et locus iste scribendus, vt illic monebimus. Symmachus libro III Epist. VI, vbi agit de morte fratris sui: *Ictus enim inquissimus etiam veteres plagas dolore rescindit*. Ennodius Epistola ad Faustum: *Passio nouella me laeserat, et obductam cicatricem rescindit, ictus acutior. Coire* et *rescindere* opposuit Horatius lib. I Epist. III —— —— *an male sarta Gratia nequicquam coit, et rescinditur?* apud Virgilium Georg. III —— —— *ferro rescindere summum Victoris os*. Seneca in Phoenissis v. 164 *Rescissa vulnera multo sanguine*. Floro lib. III. 22 *Expediebat ergo quasi aegrae saucieque reipublicae requiescere quomodocunque: ne vulnera curatione ipsa rescinderentur*.

66 *Factu cicatricem ducere*] Imo *Fatu* cum prim. Vatic. Combiano et tribus aliis.

71 *Non est quod timeas, fortuna miserrima nostra est*] *Tua est* sex septemue veteres. Forte *Non es, quem timeam, fortuna miserrima tua est*. Pont. lib. II El. II *Tuta petant alii. fortuna miserrima tuta est. Nam timor euentus deterioris abest*.

73 *Neue hoc ego fingere credar*] *Tibi credar* rectius duo veteres. *me credas* Leidenses.

Digitized by Google

ELEGIA DVODECIMA.

1 *Longior antiquis visa Maeotis hiems*] Latet mendum. *Tardior antiqua* priscae editiones. Arondelianus *Largior*. Bersmannus *meauit Hiems*. Forte *Bootis*. vt Fest. Auien. Descr. Orbis: —— —— *vel qua riget ora Bootis*. vel *Boreis hiems*, vt infra lib. IIII Eleg. VIII *axem Boreum* dixit. Priscianus Periegesi: *Oceanum Boreo contingunt frigore duro*. mox idem: —— —— *Thraces Boreis in finibus orti*. et mox: —— —— *mons incipiens Boreis ex Alpibus altus*. item: *Ad latus istorum Boreum sunt moenia clara*. Sed ne sic quidem satis intelligas, quid velit. Sunt qui reponendum contendant: *Longior a vobis versa Maeotis hiems*. hoc est, Hiems Maeotica iampridem a vobis, qui in Italia degitis, versa est. cui coniecturae assensum praebere non possum. Cogitabam aliquando: —— —— *annisque peracta Tardior antiquis visa Maeotis biems*. Tò *Maeotis* etsi non ignoro quomodo defendi hic possit, tamen valde suspectum est. quaero enim exemplum correptae primae in hoc verbò syllabae. etsi primam in *praeiret* Statius produxerit Thebaidos VI —— —— *vacuus dominò praeiret Arion*. Caeterum *Maeotidas vndas*, non *Maeotidos*, in optimis Lucani exemplaribus reperisse me recordor libro III *Quaque fretum torrens Maeotidas egerit vndas*. sic et *Maeotida Tethyn* habes apud Auienum Descriptione Terrae: —— —— *procul hinc Maeotida Tethyn Intrat, et inserto freta pellit vasta fluento*.

6 *Ruraque, quae nullo nata ferente vebunt*] Valde turbant hic libri veteres. prim. Polit. *Rustica quae nullo terra ferente venit*. sic etiam alter. nisi quod *is gerit*. quomodo et alii nonulli. At prim. Vatic. prim. Palat. et quatuor praeterea ex melioribus *Rustica quae nullo nata ferente venit*. quidam *Rustica quas nullo terra ferente vebit*. vel *gerit*. quidam etiam *Pomaque quae nullo terra ferente vebit*. vel *rura vebunt*. Sed de pomis nugae, cum agatur de verno tempore, non autumnali. alii aliter. Puto scribendum *Rustica quam nullo terra ferente dedit*. nam *violam* pro *violas* scripti quatuor vetustiores agnoscunt. potest et *gerit* legi, quod in quibusdam exstat.

19 *Lusus equo nunc est*] *Equis* vel *equi* in multis veterum. scribo *Vsus equi nunc est* cum Combiano, Rottendorphiano et duobus aliis. Fast. II. 294 *Nullus adhuc erat vsus equi*. lib. V. 192 *Quid tibi nunc solitae missi post terga fugistae? Quid loca, quid rapidi profuit vsus equi?* Met. III. 554 *Quem ne bella iuuant, nec tela, nec vsus equorum*. Virgil. lib. III Georg. *Sint equum, siue est cui gratior vsus equorum*.

20 *Vertitur trochus*] *Voluitur* prim. Polit. et sex aut septem alii.

24 *Cumque tribus resonant terna Theatra Foris*] *Proque tribus* scribendum cum plurimis veterum. hoc est, quod ante dixerat, —— —— *iunctis ex ordine ludis, Cedere verbosi garrula bella fori*.

28 *Nec fodiantur*] *Vix fodiantur* ex tribus scriptis.

31 *Si tamen incipiunt aliquae hoc adnare carinae*] Scripti plerique

Digitized by Google

rique *Incipiunt aliquae tamen huc*, vel *Incipient*. Medonianus *Incipiant*.

32 *Hesperiaque in Ponti littore puppis adest*] *Erit* plerique veteres. Scribe *Incipiant aliquae tamen huc adnare carinae, Hesperiaque in Ponti littora puppis eat*. vel *Incipient si quae*: e *littore puppis erit*.

35 *Ille quidem mirum*] *Aravit* scribe sic sensu exigente. nam *arabit* duo. totidem *arant*. Pro *tutus* etiam bene *cautus* a Vossiano. Rem. Am. 737 *Praeterita cautus Nisaide nauita gaudet*. Claudian. in Eutrop. II. 5 *Cautior ante tamen ventum nauita Corum Consulit*.

40 *Certe gratior huius erit*] *Visus erit* priscae editiones et quidam scripti. Superiori versu pro *Graeca* vnus Italicus *grata*. Lege *Graia voce*.

52 *Iamque suum mihi dat pro lare poena locum*] *Iamne* scribendum. pro *poena* multi *terra*. Versus suspectus.

53 *Di facite vt Caesar*] *Hoc Caesar* Zulichemianus. Lege *di facite o*. vide Notas Epist. I. 101. nisi malis *di faciant* cum tribus scriptis. *hic penetrale*, pro *hoc*, etiam quidam.

ELEGIA TERTIA DECIMA

1 *Quid enim fuit vtile nasci*] *Gigni* meliores. nisi quod prim. Polit. prim. Vatic. et Medic. *nobis*. forte *Quid enim tulit vtile nasci?*

3 *Miseros exules omnes*] *Miseri* Rottendorph.

5 *Pudor vllus adesset*] *Inesset* plerique.

9 *Inque relinquendo*] *Relinquendum* prim. Polit. et duo alii. Scribe *Iamque relinquenda* (*quod idem fecere sodales*) *Tu quoque dimisses tristis in Vrbe, Vale*.

12 *Extremam gelidi misit in orbis humum*] Malim *Getii orbis*.

13 *Scilicet exspectas solitum tibi moris honorem*] *Solti* in nonnullis scriptis. Puto *soliti mihi moris honorem*.

16 *In igne fouet*] *Crepet* Vossianus. vt in Fast. IIII. 742 *Et crepet in mediis laurus adusta focis*. sed lib. IIII Eleg. II. 4 *Thuraque in igne fouent*.

17 *Libaque dem pro te*] *Dem proprie* plerique. Sed prim. Polit. *dem pro me*. quod sequor. Posses etiam *libaque deprome*.

19 *Non ita fum positus, non sunt ea tempora nobis*] *Non ita suppositus* prim. Vaticanus. Versus est aut mendosus aut adulteratus. Hafniensis *Nec sunt tam prospera nobis*.

21 *Funeris ara mihi ferali cincta cupresso*] *Cupresso* melius, praestiterit fortasse *Funebris ara*. sic *funebres cupressos* et *funebre bellum* media syllaba correpta dixit Horatius. sic *funebria fata* Trist. IIII El. IIII. In libris tamen: *Iam stat, vt ipse vides, funeris ara tui*.

22 *Flamma paretur rogis*] *Reperta* quinque veteres. Prim. Vatic. et quatuor alii *parata*.

27 *Per*

Digitized by Google

37. *Pars paene nouissima Ponti Euxinus*] *Pontus* multi veteres. Scribe *Dum me terrarum pars paene nouissima Pontus, Euxini falso nomine dictus, habet.*

ELEGIA QVARTA DECIMA

2 *Quid facis*] *Qui facis* scripti.

5 *Suscipis*] *Conficis* octo vetustiores, plures *Conspicis*. nec pauci *Colligis*. quod sequor. vnus *Excipis*, alius *Exigis*.

8 *Retine nomen in vrbe meum*] *Corpus* maior pars veterum, argute et vere. Adeantur quae ad Maronem de hoc vocabulo annotamus. sic Noster lib. II de scriptis Virgilianis v. 533 *Nec legitur pars vlla magis de corpore toto, Quam non legitimo foedere iunctus amor.*

11 *Saepe per externas*] *Extremas* multi. et placet.

15 *Haec*] Opinor legendum *Haec*. et sequenti versu *farcima maior erunt.*

18 *Sit tibi turba*] *Sint* Richelianus.

19 *Sunt quoque*] Lege *fins*. nempe curas tibi.

34 *Paruaque vena*] Malim *parcaque*. sic *pauperem venam* et *diuitem* alibi dixit.

37 *Per quos inuitor*] *Sustenter* multi veteres.

43 *Saepe aliquod verbum*] Hic denuo sciolus aliquis imperitus grassatus est. Sequitur enim mox *Verba mihi desunt.*

51 *Qualemcunque legas*] *Igitur* prim. Polit. prim. Vatic. prim. Palat. opt. Medic. et Rottendorphianus, quidam *legis*. liber Petri Seruii *tamen*.

TRISTIVM

LIBER QVARTVS

ELEGIA PRIMA

7 *Cuntas*] *Cantet* cum scriptis. praecedentia id exigunt.

15 *Briseide*] *Lerneside* plurimi ex antiquis. priscae editiones *Lyrneside*. Arondelianus *Lerneide*. Scribe *Lyrneside*. Λύρνησσος enim Graecis hoc oppidum, vni Hesychio Λέρνησσος est.

21 *Sola nec insidias inter, nec militis ensem*] Versus haud dubie corruptus. *Inter nec Thracia tela* octo veteres. *interque Threicia tela* decem. vnus *intra nec Threicia tela*. Barberinus *inter crudelia tela*. alius *inter Tirintia tela*. alius item *interque irentia tela*. Combii *hominum nec Thracia tela*. alii aliter. Scribo *Sola nec insidias, Threci nec militis ensem*. vel *Sola nec insidias, nec iter, nec Threcia tela*. Videtur enim expositus gladiis latronum Thracum fuisse. Pont. lib. IIII Eleg. V de se: *Sanguine*

Digitized by Google

Bistonium quod non tepefecerit ensem, Effectum cura pectoris esse tui. Threcus miles pro *Thracus*. sic apud Horatium lib. I Epist. XVI in vetustissimo Leidensis Bibliothecae codice scribitur —*et nec Frigidior Threcam nec purior ambiat Hebrus*. non *Thracam*. Ausonius in Terrastichis Caesarum de Commodo: *Commodus insequitur pugnis maculosus harenae, Threicio princeps bella movens gladio* vbi peruetustus codex Vossianus *Threcidique*, pro *Threcidio*. Plura notauimus ad Epist. XVIIII. 26. Apud Ciceronem lib. I Officiorum de Alexandro Pheraeo: *In cubiculum venienti, barbarum, et eum quidem notis Threiciis compunctum, destricto gladio iubebat anteire*. quae fere totidem verbis apud Valerium Maximum habes lib. VIIII. 13. In Ciceronis codicibus nonnullis Langius et Lambinus *Thraeciis* monent legi, atque ita in antiquissimis Curtii libris Franciscus Fabricius se testatur inuenisse. Quomodo in Fastis Capitolinis M. L. CINIVS M. F. M. N CRASSVS. PROCOS. A. IOCCXXV. EX THRACIA. ET. GETEIS. IIII. NON. IVL. Caeterum in Valerio Maximo quidam Codices *Thracis* habent. ex duobus meis vnus vulgatam scripturam agnoscit. alter *Thraiciis*. Legendum ex iisdem illic locis: *Hoc rege inferior Alexander*. non *infelicior*, quod est in vulgatis. *Toraeces* apud Festum. vnus Vatic. etiam non male *nec diri militis ensem*. Sequenti versu *barbariamque*, pro *barbariemque*, multi veteres. monui supra lib. III El. X.

26 *Cum mecum iuncti*] *Adiuncti* multi ex praestantioribus. Forte *ab iuncti*.

29 *Vis me tenet ipsa sacrorum*] *Sororum* sex veteres. quod placet. hoc est, Musarum. Vide Notas Met. IIII. 470. vbi *Sorores* pro Furiis ponuntur. nam ex contextu orationis satis agnosci potest ac deprehendi, de quibus sororibus agatur. duo codices *vis me tenet ipsa lococum*. Infra lib. IIII El. X *Aonias sorores*. et lib. V El. XII. *nouem sorores* dixit.

34 *Materiam culpae suae*] Malim *curae suae*. hoc est flammae vel amoris. Vide Notas Rem. Am. 49.

42 *Dum stupet Idaeis exululata iugis*] Prim. Politiani *Idonis*. Lege *Edonis*. et vide Notas Remed. Amor. 593. Superiori versu pro *Bacche* prim. Vatic. et codex Petri Seruii *Bacchis*. Certe Βακχίδας Aristoteli in Problematis, et Plutarcho eaedem, quae aliis Βάκχαι. Hesychius: Θυιάς· βακχίς· οἱ δὲ Μαινάς, hinc mutuatus nomen comoediae Plautus, quam *Bacchidas* inscripsit, vt e prologo, ex Camerarii membranis edito, apparet. *Euantidas* Philemon inscripserat. sed et *Bacchis* nomen virile. vt *Bacchis* Corinthi rex ille, a quo posteri, et Corinthii demum omnes *Bacchiadae*. Pro *Idaeis iugis* prim. Polit. prim. Vatic. multique alii cum primis editionibus *modis*. quomodo Statius Theb. V —*veluti Teumesia Thyas Rapta deo, cum sacra vocant, Idaeaque suadet Buxus*. Caeterum *Edonis iugis* amplector prae vulgata lectione *iugis Idaeis*. sic *Edonus Boreas* Maroni lib. XII Aeneid. *Edonae hyemes* apud Statium et Claudianum. *Edonus Mauortis currus* apud eundem Statium Thebaid. XII. *Edoni sola Pangaea* apud Senecam Oedipo. et *Edonae Siluae* Hercule Oetaeo. et

Edoni

Digitized by Google

Edoni venti apud Valerium Flaccum. Produxit quoque ſecundam ſyllabam Horatius: *Non ego leuius Bacchabor Edonis.* quare fruſtra ſunt, qui *Edonius* pro *Edono* reponunt. In *Edonis* tamen ambigua eſt ſyllaba, quomodo et in *Sidonis.* ſic *matres Edonides omnes* apud Noſtrum lib. XI Met. et apud Propertium: *Nec minus aſſiduis Edonis laſſa choreis.* cum Lucanus corripuerit: *Edonis Ogygio decurrens plena Lyaeo.* Quo loco Salmaſius Solinianis exercitationibus *Odonis* reponi iubet. cum Odones ſint populus Thraciae. ſed non meminerat Silium quoque Italicum ſecundam ſyllabam corripuiſſe libro IIII *Edonis vt Pangaea ſuper trieteride mota. It iuga, et incluſum ſuſpirat pectore Bacchum.* Virgilius in Ciri ſecundam in *Biſtonis* producit: *Saeua velut gelidis Cicones Biſtonis in oris Ictaue barbarico Cybeles antiſtita buxo.* et Apollonius Rhodius Argonaut. Δίζυρο Πιερίη Βιστονίδι κεκμενίοντα. ita ſecundam in *Macedonia* modo corripiunt, modo producunt Poëtae. de quo Metamorph. XII. vt nihil impediat *Edonios* quoque ſecunda correpta efferri. *Odonis* nomen eſt obſcurum nimis, quam vt eo Thraciam deſignaret Lucanus.

43 *Sacro mea pectora thyrſo*] *Viridi thyrſo* prim. Vatican. Rottendorph. alter Pollt. et octo alii.

46 *Sentit habere deos*] *Adeſſe* ſeptem veteres. Forte *ſentit habetue. habere deos iratos,* vt apud Petronium *Iunonem meam iratam habeam.* Sed diſtichon eſt ſuſpectum.

48 *Temporis aduerſi ſic mihi ſenſus abeſt*] *Adeſt* Gottorph. Medonianus *abit.* prim. Vatican. *tempus habet.* Scribe *Senſus habet.* ſic IIII ex Pont. I. 17 *Da mihi, ſi quid ea eſt, habentem pectora Lethen. habes ſenſus* apud Ciceronem occurrit.

55 *Meque tot aduerſis cumulat*] *Cumulant* nonnulli.

60 *Dum miſer Euxini littora ſaeua peto*] *Iuſſa* bene Medonianus. niſi quod *littora laeua* rectius ſcribetur cum Buslidiano. Triſt. I El. II *Obligor vt tangam laeui fera littora Ponti.* Pont. lib. IIII Eleg. VIIII *Is quoque, quo laeuus fuerat ſub praeſide Pontus.* quae et ibi vera lectio. *ſiniſtrum Pontum* alibi non vno loco appellat, et paſſim ad id nomen alludit.

66 *Vera quidem vidi, ſed grauiora fide*] Combianus et vnus Vaticanus optime *Vera quidem, vera ſed grauiora fide.* Vide Notas ad Epiſt. XVI. 39.

68 *Illum*] *Illi* rectius Gottorph. Iunianus et Moretanus codices.

70 *Tutum viribus eſſe loci*] Aut ſcribe *turribus,* aut, quod pro diuerſa lectione in Combiano erat notatum, *moenibus.* ſed alterum praeſtat. Lucan. lib. VI *Defendens tutam vel ſolis turribus vrbem.* Triſt. V Eleg. II *Vixque breuis tutum murus ab hoſte facit.*

76 *Induimus trepida protinus arma manu*] Combianus longe venuſtius *Induimur.* qui Graeciſmus Noſtro valde familiaris. Auſonius Idyll. XXXII *Vt trabeam pictamque togam mea praemia Conſul. Induerer.* Met. XIIII. 650 ex veteri libro: *Induitur ſcalas, lecturum poma putares.* Ibidem 798 — *dum Martius arma induitur miles.* ſic et ibi ſcribendum puto.

Digitized by Google

78 *Moenia lustrat equo*] *Cingit* tres scripti apud me, sed sed ex melioribus. quomodo et ex Pitheimeriano, quem ego Arondelianum voco, Gronouius Obseruat. lib. II. 3. Sed vulgata lectio non est sollicitanda, quanquam et altera suas Veneres habet. Pont. I Eleg. II, qui locus huic gemmus: *His equus insultans perterrita moenia lustrat, More lupi pauidas circumeuntis oues.* Virgil. Aen. VIIII *Lustrat eques muros, aditumque per auia quaerit.* Silius libro I *Ipse caput quassans circumlustrauit ambelo Moenia saeuus equo.*

79 *Vique rapax pecudem*] *Praedam* pro diuersa lectione Gottorphianus. eleganter. hinc *Praedones lupos* vocat Met. X. Vox est venatoria. vide Notas ad Claudiani Fescenina in Nuptias Honorii. Actaeon *praeda suis canibus* dicitur Trist. II.

80 *Fertque refertque lupus*] *Fertque erabitque* primae editiones et praestantiores scripti magno numero, quod mutari non debuit.

81 *Portarum sede receptum*] *Portarum sepe* pro diuersa lectione Rottendorph. Moret. Barberin. et Medon. optime. *Sepes* pro *septo* dixit. Varro certe lib. I de Re Rustica *sepem, septum* et *sepimentum* paruum inter se differre ostendit: *cui sepimentum est, quod virgultis solet obseri, sepes ex agresti ligno.* Pacuuius Duloreste: *Nam te in tenebrica sepe tacenbo fame Clausum.* Vide Notas Met. IIII. 89.

82 *Hostis habet*] *Agit* longe elegantius multi ex antiquis, hoc est, quod supra dixerat, *fertque trahitque. agere* et *ferre* frequenter coniungunt historici. apud quos etiam obuium *agere praedam, agere captiuos* et similia. Trist. V Eleg. X *Cum minime credas, vt auis, denssissimus hostis Aduolat, et praedam vix bene visus agit.* Seneca Medea Act. III ex optimo codice Mediceo: *Et opibus illis, quas procul raptas Scythae Vsque a peruslis Indiae populis agunt.* Vulgati *petunt.*

84 *Tela virus habente perit*] *Cadit* Iunian. et pro diuersa lectione Gottorph. et Rottendorph. supra lib. III *Pars cadit hamatis misere confixa sagittis.* Fast. V *Et cecidit telis Hasdrubal ipse suis.*

86 *Fati tempore longa mei*] *Longa* scripti plerique.

93 *Cui nunc haec cura laborat?*] *Mea cura* quinque. Puto *ea cura.* vel, quod malim, —— *Cui nunc mea Musa, laboras? Anne ea Sauromatae scripta Getaeque legent?*

99 *Qui sim fuerimque recordor*] Alii *quis.* sed Hafnienſis et Vossianus *quid sim.* vt Met. II *Quid fuerim quid sumque vide.* Supra Trist. lib. III ex antiquis codicibus: *Non sum ego quod fueram.* atque ita passim. Vide Notas ad Epist. Medeae v. 13.

101 *Studiis irata sibique*] *Irata malignis* rectius Hamburg. et quinque alii scripti. Sequenti versu *rogos*, pro *focis*, multi veteres, nil muto.

103 *Atque ea de multis*] *Atque ita* Barberin. Putean. et Buslid. recte. *ea* enim ferri non potest, cum *ista* sequatur, supra lib. III *Atque ita dixellit.* Epist. Leandri: *Atque ita contnetus.* Neque aliter passim Noster.

ELEGIA

Digitized by Google

ELEGIA SECVNDA

3 *Altaque velantur*] *Velentur*, et mox *sonent*, et *inficiantque*, meliores scripti.

5 *Candidaque addicta collum percussa securi Victima purpureo sanguine tinget humum*] *Tingat* cum prim. Vat. multi alii *pulset*, quod Gronouio placebat Obseru. lib. I. 13. Mox *parent*, pro *parant*, cum Hamburg. et vno Italico.

12 *Manera dat*] *Det* meliores. recte. et mox *laetetur* pro *laetatur*, iidem. duo tamen *laetantur*. Scribe *laetentur*.

13 *Et pariter matres*] Malo *Dent pariter*. quae repetitio sensum erigit.

18 *Non nisi parua venit*] Scribe *tarda venit*. nam *parua* paulo ante praecesserat. Possit et *sera* legi, vel *rara*. sed prima coniectura magis arridet.

23 *Aliis pro tempore versos*] Hoc est mutatos, et deiectos. Malim tamen *mocstos*.

25 *Et res et nomina quaeret*] *Et regum nomina* Hamburgensis. Forte *et regna et nomina*. vel *et gesta et nomina*. Pro *tausas* etiam *ausus*, vel quid tale, videtur reponendum.

26 *Noueris illa*] *Ipsa* rectius vnus Mediceus. et *It* pro *His* Medonianus versu proximo.

29 *Lumen miserabile fixit*] *Figis* multi.

33 *Illusit fraude*] Primae editiones et scripti quidam *illusit*.

34 *Squallida prolixis qui tegit ora comis*] Veterum plurimi *demissis*, vel *dimissis*. prim. Vatic. et sex alii *promissis*. quod verum est. sic de Gallis Liuius lib. VIII Bello Maced. *Procera corpora, promissae et rutilatae comae, vasta scuta, praelongi gladii*. vide Festum in *promissum capillum*. Pari modo et *immittere capillum*, et *demittere*, et *submittere*, dicebant. de quibus actum copiose Metam. VI. 168. Fast. I. 259. *Ille manu mulcens promissam ad pectora barbam*. ita enim scripti nonnulli, quanquam vulgatum *propexam barbam* minime loco mouendum est. Virgil. Ecl. VIII *Hirsutumque supercilium, promissaque barba*. quae scriptura in optimis membranis exstat. in vulgatis nonnullis *prolixaque*. tertio Aeneidos habes: — *dira illuuies immissaque barba*. Tacitus Annalium secundo: *ignotis locis sese abdit, donec crinem barbamque promitteret*.

40 *Quae bona progenies digna parente fuit*] Tres *Qui*, quatuor *Quo*. versus corruptus. *rò bona*, vt supra *Cumque bonis natibus*. Scribe *Quae tulit*, vt ad nomen Germanici respiciat, qui Drusi filius. idque iam occupasse et praemonuisse video Tanaquillum Fabrum in Epistolis nuper editis lib. I Ep. XXXX. cui loci huius restituti gloriam cedo. Potest et *Quae bene tulit*. hoc est, iure tulit. qui loquendi modus Nasoni perquam familiaris.

41 *Cornibus hic fractis*] *Infractis* duo veteres. Claudianus de Rheno: *Cornibus infractis adeo mitescere cogit*. Noster Metam. VIIII — *rigidum fera dextera cornu Dum tenet, infregit*.

Digitized by Google

git. vide annotata Met. III. 84. *Infracti adunco Marte Latini* apud Virgil. Et *erit*, pro *erat*, prim. Polit. ac duo alii.

50 *Cingentur*] Lege *cingetur*. et refer ad militem laureatum. Poterat alioquin *cingeris* dixisse. hanc coniecturam confirmat Arondelianus liber, quem, dum haec eduntur, ferius nunc consulo.

53 *Fremituque canentis Quadrijuges cernes saepe resistere equi*] *Canentum* prim. Polit. prim. Vatic. prim. Pal. et sex alii. recte. duo *canentes*. Combiannus non male *pauentes*.

55 *Inde petes arcem et delubra*] Tolle *vè et* cum septem scriptis. familiaris Nostro appositio. sic infra Eleg. IIII ex antiquis libris: *Haec regio, magni penetralia mundi.*

56 *Laurea vota Iouî*] *Vitta* vterque Polit. prim. Palat. multique alii. vide Notas ad lib. II Fast. 30. Prim. Vatic. *laurea imita.* Iunianus et Putean. *laurea ferta.* Trist. II *Ponet et in nitida laurea ferta coma.* Pont. III Eleg. IIII *Quid mirum, fertis exhausto floribus horto, Si dare non facta est digna corona suis?* ita vetus codex. Lucanus lib. X *Accipiunt fertas nardo florente coronas.* Propertius lib. II Eleg. XXXIII *Cum tua praependent demissae in pocula fertae.* coronas subintellige. ita enim Charisius legit, et vetustus codex, quo Neapoli sum vsus. non *tua ferta.* In catalectis Pithoei vetus poëta de mensibus: *Ecce coloratos ostentat Iullus artus, Crines cui rutilos florea ferta legit.* Cornelius Seuerus: *Huc ades Aonia crinem circumdata ferra?* in veteri inscriptione apud Gruterum in magno Opere p. MXXXIIII *Iam tibi lac Cybeles sint et rosa grata Diones, Et flores grati Nymphis, et lilia ferta.* Apuleius libro Milet. II *Iacta rosa ferta, et rosa soluta intuberante.* libro I *Floribus, fertis, et solutis apprecantur.* Lib. X *Horae calathis floris serti et soluti deam propitiantes.* Hic tamen *vè laurea vota* non temere in aliam lectionem mutanduin.

63 *Inuenietque animus quae currus spectet eburnos*] *Inueniatque* Hamburg. et tres alii cum Arondeliano. *Inueniatque* Richelian. *Inueniesque* alius. *Inueniesque arcem* Rottendorph. tres *Inueniesque viam.* vt apud Virgil. *Inuenit, Germana, viam.* sed quia *vè via* paulo ante praecessit, scribe *Inuenietque aditum.* supra etiam *deducet*, et *sinet.*

69 *Atque procul Latio*] *Veque* quatuor scripti. Lege *Aque.*

73 *Illâ dies veniet*] Scribe *veniat.* est enim optantis. sic Trist. III Eleg. V *Hunc vtinam nitidi solis praenuncius ortum Adferat admisso Lucifer albus equo.* et: *Hunc Aurora diem, spectacula tanta ferentem, Quamprimum croceis roscida portet equis.* et Pont. lib. I Eleg. IIII *Memnonis hanc vtinam, lenito Principe, mater Quamprimum roseo prouocet ore diem.*

ELEGIA

ELEGIA TERTIA

8 *Transiluisse*] *Transfiluisse* scripti meliores, ita Nostes passim.

11 *Hæc nihil cur timui?*] *Cur nimium quae sunt manifesta requiro* primae editiones et quatuor scripti. bene. nisi mauis *timide*: nam prim. Vatican. et prim. Palat. *timeam.* duo alii *timeo.*

12 *Cur labas ambiguo spes mea mixta metu?*] *Mihi mixta* quatuor. quod praestat. Arondelianus *spes bona mixta metu.* vt epistola Canacis: *spes bona sit vires.* Malim etiam *vitta metu*, quam *mixta.* certe in vno scripto *nixa.*

13 *Crede quod est, et vis*] *Quod vis* quinque veteres. Arondelianus *quamuis.*

15 *Quodque polo fixa*] *Positae* Vossian. vt Met. II. 173 *Quaeque polo posita est glaciali proxima serpens.*

19 *Tanquam praesentibus haeret*] *Praesentis inhaeret* septem veteres. recte. vide quae noto Epist. V. 45.

21 *Ecquid vbi incubuit*] *Vt incubuit* multi veteres cum priscis editionibus. quomodo Noster saepissime.

22 *Lenis ab admonito pectore somnus abit*] *Abest* prim. Polit. prim. Vatican. et duo alii.

25 *Et veniunt aestus*] *Tunc veniunt* vnus Italic. Combii liber *conueniunt.* et Barberin. *questus.* nam de aestu animi iam egit. Scribe *Num veniunt questus.* et superiori hexametro *num subeunt curae*, ex optimo Mediceo. multi veteres *Tum*, prim. Polit. *nec.*

28 *Mœsti signa doloris amor*] Eleganter pro diuersa lectione Barberin. *casti doloris.* Leidensis *tacti.*

29 *Peremtum*] *Cruentum* plerique veteres. multi etiam *trahi*, pro *rapi*, versu proximo.

34 *Non es, vt amisso coniuge digna fores*] *Fleas* priscae editiones et quidam scripti. vnus *feres.* Carmen mendosum. illa autem *Tristis es*, et *Non es*, per interrogationem lege. si quid video, et hoc et superius distichon hic denuo inculcata sunt ab aliena manu.

41 *Spiritus hic per te*] *Pro te* codex Petri Seruii. Lege *prope te.* vt Art. Amor. *Vel prope vt nato, luride Cygne, croco.* infra Eleg. IIII lib. IIII *Atque meam terram prope sunt funebria sacra.*

42 *Corpora nostra*] *Pectora* Combii et tres alii.

47 *Denique dum vixi fine crimine*] *Vt et vixi* primae editiones et scripti nouem. quinque *et vt.* quod placet, si recte locum distinguis.

53 *Tempus vbi est illud, quo te lactare solebas Coniuge*)] Scribe *me lactare solebas Coniuge.* et sic pro diuersa lectione Vossianus. nonnulli alii *Tempus vbi est, quo te de me lactare solebas.*

55 *Tempus vbi est, quo te* (*nisi non vis illa referri*] Primus Vaticanus *Tempus vbi est illud, quo non fugis illa referre.* primus Politiani et primus Palatinus *Tempus vbi est illud, quo, ni fugis*

Digitized by Google

fugis illa referre. optimus Medicaeus *Tempus ubi est, quo te nisi non fugis illa referre?* alii aliter, sed longius a vestigiis veræ lectionis: quam ecce *Tempus ubi est, quo te (nisi si fugis illa referre) Et dici memini, iuuit et esse meam?* singula videamus. *nisi si* passim corruptum est apud Nostrum. vide Notas Epist. III. 118. *Referre*, pro meminisse, recordari, monitum a me ad Epist. V. 113. *Fugis referre*, pro meminisse, adi Notas Epist. VIIII. 75.

57. *Vtque probe dignum est*] *Probae* plurimi ex castigatioribus. optime. regit enim ea vox, non secundum minus quam sextum casum. adeatur exactissimus Vossius opere Grammatico lib. I de Constructione cap. XI. vide et Nonium in ea voce. Virgil. *magnorum haud vnquam indignus auorum.* idem lib. XI *Hic periure veni, capias, vt digna Camillae Praemia.* sic veterrimus Mediceus, aliique multi ex praestantioribus codices, non *Camillae*. Silius lib. VIII *Duxit auis pollens, nec dextra indignus auorum Secunda.* lib. XII —— —— *dignos iam vosmet reddite vestrae Quam trahitis famae.* ita ex vestigiis vetusti codicis scribendum. apud Columellam libro VIII. 17 de mullis: *cum sit mollissimum genus, seruitutis indignissimum.* ita enim membranae optimae a me inspectae. quod tamen omnino approbare non ausim. in vulgatis Columellae exemplaribus *seruitutis indignantissimum.* Noster lib. III Art. *Curis conflii quae nunc dignissima tanti est.* ita priscae editiones et scripti nonnulli. Amor. I Eleg. III *Promeniens caussas carmina digna suae.* ita quippe multi codices vetusti, non *caussa sua.* Pont. IIII Eleg. VIII *At nihil hic dignum poteris reperire pudoris.* sic et ibi vetus codex. et plurimi lib. V Met. —— —— *vtinam modo dicere possim Carmina digna deae.* et lib. VI *Accedit eodem Digna deae facies.* Suetonius Othone: *praedicaret successionis indignum.* Statius Epithalamio Stellae: *Digna deae sedes.* D. Hieronymus vita Fabiolae: *Quaerentibus nobis dignum sanctae foeminae habitaculum.* Pari modo ἄξιος apud Graecos secundum casum regit. Bene vetus Interpres Matthaei cap. III. 8 et Lucae III. 8 καρπους ἀξιους τῆς μετανοίας. *fructus dignos poenitentiae*, potius, quam *poenitentia* vertit et Actor. XIII. 46 Τμῖν ἦν ἀναγκαῖον πρῶτον λαληθῆναι τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ· ἐπειδὴ δὲ ἀπωθεῖσθε αὐτὸν, καὶ οὐκ ἀξίους κρίνετε τῆς αἰωνίου ζωῆς *Vobis oportebat primum loqui verbum dei, sed quoniam repellitis illud, et indignos vos iudicatis vitae aeternae*, idem vetus interpres. Plautus in Trinummo: *Num ego sum dignus salutis?* Apuleius Metam. IIII *Digna fortunae suae splendore publicas voluptates instruebant.* quem locum temere viri eruditi sollicitant. Phaedrus libro IIII Fab. XX *Quicquid paratis esse dignum memoriae, Aesopi dices.* Seneca Hercule Furenti v. 957 *Immane caelum est, dignus Alcides labor.* ita cum vulgatis optimus codex Etruscus cum diphthongo. D. Paulinus Natali quarto Felicis: *Sed quia nos inopes iusti, indignosque salutis Sic voluit ditare pater.* D. Hieronymus initio Chronici Eusebiani: *Modo autem temporibus Abrahae annum ad annum comparabimus, vt sciamus, quid memoriae dignum, et quibus annis gestum sit.*

Digitized by Google

ſit. Symmachus pater: *Haud vnquam iudignè magnorum publicatorum.*

62 *Non debet dolor hinc*] Concinnius duo veteres. *Non dolor hinc debet.* Malim etiam *rubor* quam *pudor*, quia *pudeat* praeceſſit.

64 *Non legis*] *Num* prim. Vatican. Rottendorph. et duo alii. bene.

74 *Ardua per praeceps gloria vadit iter*] Scribo *vadat*. cum Iuniano et alio, niſi *tendat* eſt in tribus.

76 *Publica virtutis per mala facta via eſt*] *Virtuti* rectius legas cum vno Vaticano. lib. I Eleg. III *Et mihi facta via eſt.*

77 *Ars tua, Tiphy, iacet*] *Latet* Patauinus. Scribe *vacet*. et ſequenti verſu *ars tua, Phoebe, vacet* cum Gottorphiano. plurimi alii *vacat*. vulgo *iacet*. *Vacet*, iners ac otioſa ſit, nullum vſum habeat, nihil habeat quod agat aut in quo occupetur. Senec. Thyeſte: —— —— *nunquam ſtante Pelopea domo Minos vacabit.* et: *Dextra cur patria vacat.* ſic Met. VIII initio *vacare victoria* dicitur, quae non eſt occupata, et in dubio haeret: *Inter vtrumque vocat dubiis Victoria pennis.* ita enim ex veſtigiis veterum codicum ſcribendum videtur. Senec. Herc. Fur. *Nec vlla requies tempus aut vllum vacat, Niſi dum inbetur.* ita optimus liber Mediceus. non *tempus datur*, quod eſt in vulgatis. ſic *ager vacare* dicitur, qui non excolitur. ſic *vacuum nouale* Pont. lib. I Eleg. IIII. Quare praeter rem illud Triſt. IIII Eleg. VIII *Tempus erat nec me peregrinum ducere caelum, Nec ſiccam Getico fonte leuare ſitim. Et modo, quos habui, vacuos ſecedere in hortos.* alibi enim laudat *hortos ſuos.* quare ſcribo *vacuum.* hoc eſt otioſum. *horti* enim *vacui* minus bene dicuntur, *arua vacua* bene. de quibus Met. IIII, 341 ſic *aues vacuae* et ſimilia. lib. II ad Auguſtum: *At ſi, quod mallem, vacuus fortaſſe fuiſſet.* Pont. lib. IIII Eleg. V *Tempus ab his vacuo Caeſar Germanicus omnes Auferet.* vbi nunc legitur *vacuum.*

84 *Et patet in laudes area magna*] *Area lata* primae editiones et ſex ſcripti, pro magna. vt Epiſt. Penelop. *Et patet in curas area lata meas.* Malo praeterea *En latet.* quomodo vnus Vaticanus.

ELEGIA QVARTA

2 *Ignoſcas laudibus ipſe tuis*] *Ipſa tuis* alter Polit. apud Patercul. II, 30 *Familiare eſt hominibus omnia ſibi ignoſcere.*

12 *Poſſe nocere puto*] *Pota* quatuor veteres. concinnius.

13 *Quid enim ciuilius illo?* Ita meliores. tres tamen *communius.* quod ex Pirckheimeriano, ſine Aromdeliano, doctiſſimus probat Gronouius Obſeruat. lib. II. 12. qui videndus. *Comis et communis* coniungitur apud Caecilium Cratino: *Modo ſit obſequens, hilaris, comis, communis, concordis, dum id quod petit, ponitur.* plura de hoc vocabulo Franciſcus Baretus ad Symmachi librum II Epiſtola LXXVIIII. Sic apud Ciceronem Catone Maiore, in veterrimo codice meo: *Ceteris in rebus communem ex-*

Digitized by Google

ga Lyfandrum et familiarem fuiſſe. non *comem*, quod eſt in vulgatis. ſed quia *de communi bono* mox ſequitur, minus placet. lib. III Eleg. VIII *At quoniam ſemel eſt odio ciuiliter vſus.*

20 *Hic aſpicitur*] *Conſpiciur* Excerpta Voſſi melius. vt II Triſt. 54 *Per te praeſentem conſpicuumque deum.*

21 *Tamen hoc ego crimen habebo*] *Amabo* bene prim. Vatic. et Leidenſis.

23 *Eſt iniuria noſtra*] *Noſtri* duo veteres. Forte *noſtro*. tecum, qui noſter es. Sed numeri in hoc verſu duriores. nec multum haec ad rem faciunt. quae tollantur, licet.

25 *Ne ſim tibi crimen amicus*] *Amice* plerique veteres. Lege *tibi crimen amico.*

29 *Potet haec meminiſſe*] *Hoc* primae edit. et libri ſcripti.

37 *Scelus eſſe negabis*] Malim *negaris.*

39 *Prius obfuit error*] *Plus* nonnulli. male. dixi Pont. lib. II Eleg. III. 9.

41 *Coëuntia rumpe vulnera*] *Rumpam* Vaticanus optimus, optimus Mediceus, et tres alii. ſequor. ipſe enim rumpit vulnera retractando, quorum mentionem iniicit.

51 *Mitius exſilium, pauloque quietius oro*] *Opto* meliores, et *propinquius* ſequor. ſub finem libri II *Tutius exilium, pauloque quietius oro.* vbi *Mitius* et *opto* pari modo in nonnullis veterum.

52 *Tantaque in Auguſto clementia*] *Quantaque* alter Politiani et duo alii. bene. et *Hac* ſequenti verſu, pro *Haec*, cum melioribus.

58 *Nec placidos portus hoſpita nauis habet*] *Adit* prim. Vatican. et quinque alii caſtigatiores. bene. tres alii *puppis habet.*

59 *Quae praedam ſanguine quaerunt*] *Quaerant* quatuor veteres.

62 *Frigoris axe iacent*] Primae editiones et ſcripti quinque *ſideris igne*. Combianus et duo alii *ſideris axe*. quod verum eſt.

64 *Caede pharetratae ſpargitur ara deae*] *Paſcitur* prim. Vatic. prim. Polit. Medic. et Moreti codex pro diuerſa lectione. nihil verius. ſic et in Virgilipna Aeneidos dedicatione, vbi nunc circumfertur: *Corniger hoc arìes humiles, et maxima taurus Victima, ſacratos tinget honore focos*, cum in veteri codice Neapolitano Sannazarii legatur *ſpargat honore*, vix dubito quin reponendam ſit *paſcet honore*. Val. Flaccus I. 677 *Tum quocunque loco meritas tibi plurimus aras Paſcet bouos.* Seneca Hercule Oetaeo: *Non ante veſtes induat coniux iube, Quam tura flammas paſcat et placet deos.* ita optimus codex Erruſcus. vulgati *quam tura flammas ſpargat et poſcat deos.* Plura ad Claudianum Notis in III Conſ. Honorii v. 101. et Am. lib. III. Eleg. VIII.

73 *Protinus euincti triſtem ducuntur ad aram*] Barberin. et fragmentum Vatican. pro diuerſa lectione, *Triuiae ad aram*. quod et Voſſianus confirmat. recte. Pont. III Eleg. II locus huic geminus:

Digitized by Google

minus: *Protinus immitem Triuiae ducuntur ad aram, Euincti geminas ad sua terga manus.*

76 *Alter ab alterius funere moestus erat*] Lege *ob alterius funere*. quod Hamburgensis et Strozzae codex adstruunt cum Regio et Moreti libro. nonnulli *ob funere*.

83 *Regio magni paene vltima mundi*] *Magni penetralia mundi* Barberin. et Gottorphianus. eleganti appositione. Pontum abstrusam et interiorem orbis partem appellat. monui supra hoc libro Eleg. II. 55.

85 *Atque meam terram*] Distichon etiam hoc Quidianae vanae vix est vt censeatur.

ELEGIA QVINTA

1 *Inter fors prima fodales*] *Pars* meliores. tamen in Fastis VI. 30 *nastris fors ego prima fui*. et Met. XIII. 651 *Foemineae sortis*, pro prole foeminea. sic Epist. VIII legebam: *Sors haec vna mihi coniux bene cessit Orestes*. non *pars*.

7 *Cuius eram censu non me sensurus egentem*] Vnus Vatican. et Buslidianus *Censurus*. vide quae noto ad Epist. VII. 47. Superiori hexametro lege cum scriptis: *Qui veritus non es*, pro *est*.

11 *Tu tamen agnoscis*.] Scribe *Te agnoscis*. sic lib. I Eleg. VI *Haec tibi dissimulat, sentis tamen optime dicis*.

16 *Intempestiuus nominis obstet honor*] *Honos* duo veteres. Scribe *obsit honos*.

18 *Teque fuisse pium*] *Teque fuisse mei* rectius Combianus et octo alii.

20 *Dum veniet placido mollior aura deo*] *Veniat* meliores magno numero, nisi quod prim. Vatican. prim. Polit. opt. Medic. et quatuor alii *venit a placido*. Pro *aura* quatuor *hora*. octo *ira*. quare aut legendum *placido mollior ira deo*, aut *mollior aura mari*, vel *salo*. vt persistat in figura inceptae orationis. vide Notas lib. V Fast. 648.

27 *Sic aequet tua nupta virum bonitate perenni*] τὸ *perenni* parum huc quadrat. et *perennes* iam praecesserat. Forte *Sic aequet tua nupta suum probitate parentem*.

28 *Rara querela*] Prim. Vatic. *rusa*. plurimi *nulla*. etiam bene. apud Martialem *Lis rara*.

31 *Sic iuuenis similisque tibi sit natus*] Forte *Sic superet, similisque tibi sit*. Ep. Didus: *Sic superent, quoscunque tua de gente reportes*. hoc est superstites sint.

ELEGIA SEXTA

11 *Tempus et incanas semen producit aristas*] Pro *semen* vnus Vatican. *semper*. Buslid. *speciem*. Lege *spicam*, vel *segetem*, aut *messem*. Pro *perducit* prim. Vatic. et alii plurimi *producit*.

Digitized by Google

12 *Ne sint tristi poma sapore facit*] *Cauet* eleganter Leidenſis.

13 *Hoc tenuat dentem terram findentis aratri*] Multi *terras findentis*, vel *ſcindentis*: Barberin. et opt. Medic. cum duobus aliis et priſcis editionibus *terras renouantis*. et placet. *renouare terram* pro *arare* paſſim veteres et Noſter ſaepe. vt Met. I. 110 *Nec renouatus ager grauidis cantebat ariſtis*. infra Eleg. XII. 23 *Fertilis aſſiduo ſi non renouetur aratro, Nil niſi cum ſpinis gramen habebit, ager. Terras patientis* prim. Vatican. an forte ſcribendum: *Aetheriae dentem tempus patientis aratri*. vt Amor. lib. I Eleg. vlt. *Ergo cum ſilices, cum dens patientis aratri Depereant aeuo*. ſed vulgata ſcriptura non eſt temere ſollicitanda. habes hoc hemiſtichium in Dracontii Hexaëmero quoque: *Annua conſpiciunt agris frumenta renaſci Mortua per ſulcos terram findentis aratri*.

14 *Rigidi ſilices*] *Rigidas* meliores magno numero. ſic et alibi. de quo pluribus ad Claudiani Gigantom. v. 99. Videatur Nonius in ea voce.

16 *Moeſtaque corda leuas*] *Domas* Barberin. et fragmentum Vatic. placet. Ep. Phaedrae 156 *duraque corda doma*.

21 *Nec quaeſita tamen ſpatio patientia longo eſt*] *Non quaeſſata* vnus Vatic. et Arondelianus. ſed nil mutandum.

23 *Iuga ſaepe iuuenci*] *Iuga curua* alter Palat. placet. ita ſaepe Noſter. quandoque et *pauda iuga*. ſupra hac Elegia: *Praebet et incurua colla premenda iugo*.

29 *Eſt quoque non minimum*] *Non nihilum* Rottendorphianus cum Leidenſi et Combianus pro diuerſa lectione. *non nimium* quatuor alii.

37 *Quae mala*] *Et mala* recte veteres: vnus cum Berſmanni libro *quam*. quomodo et Gronouius coniiciebat. *longe* etiam *die* nonnulli. *Continuata* vnus. *praecipitata* duo in primo verſu. *nunc quoque ſunt* Iunian.

39 *Credite deſicio*] Hoc diſtichon eſt nugatoris, non Naſonianae manus.

46 *Et qua nulla mihi carior, uxor abeſt*] Scribo *quae nemo mihi carior*. nihil malis *Et mihi nil eſt carius*.

48 *Sic mala quae video non videoque nocent*] An vobis facies et modelos abſentes pro malo numerat? non puto. Scribe *male nocent*. et adeantur quae notaui Faſt. II. 170. Quidam ſcripti cum primis editionibus *ſic ne moneam*.

49 *Quae me ſolatur*] *Soletur* meliores.

ELEGIA SEPTIMA

1 *Bis me Sol adiit gelidam poſt frigore Brumae, Bisque ſuum tacto piſce peregit iter*] Alii *gelidae poſt frigora brumae*. ſed minime placet illud *me Sol adiit*. Forte *Bis ver Sol adiit, gelidae poſt frigora brumae*. nam Aries Piſcibus ſuccedit.

Digitized by Google

7 *Cur quoties alicui dum chartae vincula demsi*] *Chartae sua vincula* plurimi veteres. duo *demsi sua vincula chartae*. vide Notas ad lib. III Fast. 293. Sequenti versu *e multis* meliores, non *ex*.

15 *Quadrupedesque homines cum pectore pectora vinctos*] Lege *hominum* cum prim. Polit. prim. Vatican. et quatuor aliis. duo *hominis*.

17 *Serpentipedesque Gigantes*] *Gigantas* cum Rottendorphiano. vide Notas Fast. III. 439.

18 *Centimanumque Gygen*] *Gyan* Rottendorph. alii multi *Gygem*. prim. Palat. *Giam*. consule Notas Amor. lib. II Eleg. I. 12.

ELEGIA OCTAVA

5 *Vt posito deberem fine laborum*] Forte *posita deberem fine labori*. *posita*, vt vitetur ambiguitas.

11 *Carisque nepotibus*] *Sodalibus* primae editiones et plurimi scripti. Sed distichon etiam hoc vix genuinum est.

14 *Sic annos ponere dignus eram*] *Canos ponere* prim. et quinque alii. Sed neque *anni* neque *cani* hoc sensu satis Latine ponuntur. quare refingo *annos condere*. sic *condere aetatem* apud veteres, vt et *condere soles*.

16 *Sarmaticis locis*] *Ingis* quatuor libri veteres.

19 *Ne cadat, et multas palmas inhoneſtet adeptas Languidus in pratis gramina carpit equus*] Locus corruptus. *adomtos* prim. Polit. et Rottendorph. *ademptus* alter Politiani. *adeptis* prim. Vatican. alius *adeptus*. Scribe *multis adeptis*. nimirum palmis. Sed cum *inhoneſtandi* verbum vix alibi occurrat apud Nostrum; puto etiam hoc distichon esse ex iis, quae inculcarunt homines male feriati.

21 *Miles ubi emeritis non eſt ſatis utilis armis*] *Miles vt* plerique veteres. et *annis* pro *armis*. recte. nam τὸ *arma* sequitur. Mart. VII Epigr. LXII *Emeritos Muſis et Phoebo tradidit annos*.

27 *Vacuos ſecedere in hortos*] Lege *vacuum*. hoc est otiosum. vide supra Eleg. III. 77.

41 *Peragenda ſub axe Boreo eſt*] Tolle cum melioribus scriptis τὸ *eſt*.

43 *Haec mihi ſi Delphos*] Lege *Delphi* cum prim. Polit. quomodo et Scaliger in ora codicis sui. quinque alii *Delphis*. *Haec* etiam meliores.

44 *Eſſe videretur*] *Videretur* Gott. venuste.

45 *Nil adeo validum eſt*] Suspectum distichon.

50 *Plus tamen exitii*] Malim *exitio*. plus ad exitium contulit.

Digitized by Google

ELEGIA NONA

8 *Cupiasque eradere vitae Tempora Tisiphonea*] Alii *euadere*, et similia. caue mutes. Apuleius Metamorph. X *Ad se vetere praecipit filium. quod nomen in eo ipso scilicet ne ruboris admonerētur, libenter eradēret.*

13 *Et patriām, modo sit sospes*] *Modo sospes erit* Vaticanus optimus. Scribe *sospes eat*. Fast. IIII *sospes eas semperque parens*. vide Notas in Epicedium Drusi v. 472.

16 *Et sua tela*] Malim *in sua tela*. hoc est in arma poëtica.

23 *Trans altas audiar undas*] *Trans latas* antiqui quatuor. quod praestat.

25 *Nec tua te fontem*] *Ne tua* scribe.

27 *Et nondum cornua sumsi*] *Nec dum mihi cornua* prim. Vatic. et tres alii. prim. Polit. et duo *nondum mihi*. prim. Palat. *et non mihi*.

29 *Spargit tamen acer arenam*] *Spargit iam torus* prim. Vatic. prim. Palat. et tres alii.

31 *Cane Musa receptus*] Prim. Vatic. prim. Pal. et septem alii cum primis editionibus *receptus*. bene. vt iam monui Metam. libro primo v. 340.

ELEGIA DECIMA

1 *Ille ego qui fuerim*] *Fuerim* prim. Vatic. et tres alii. probe. Apuleius lib. I Met. *Sed vt prius noritis qui sim, et cuiatis. Cetul.* Pithoei p. 117 *Et tu quae fuerim, si nosses, candide lector.*

5 *Editus hinc ego sum*] *Hic* meliores. Pro *vt tempora noris* Richelianus *si tempora quaeris*. nam *noris* praecesserat. sic in Fastis VI. 767 *Tempora si veteris quaeris temeraria Numae.*

7 *Siquid id est, vsque etc.*] *Si quis et a proauis vsque est*. vel *si quid*, vetustiores magno numero, alii aliter. Lego *Si quid id a proauis vsque est vetus ordinis heres*. Amor. lib. III Eleg. vlt. *Si quid id est, vsque a proauis vetus ordinis heres*. In Ponticis: *Si genus excutias, equites ab origine primo Vsque per innumeros inuenieminr auos.*

9 *Genito sum fratre creatus*] *Genito* iam rectius in Medoniano. duo alii *genito siue*.

14 *Qua fieri pugna*] *Quae* veteres.

19 *Caelestia sacra*] An *Permessia sacra*? tale quid latet.

26 *Et quod temabam scribere*] Rectius plurimi ex antiquis *dicere*. nam *scribere* praecessit.

29 *Induiturque humeris*] Prim. Vatic. Iunian. et duo alii cum prisicis editionibus *humeros*. quod mihi religioni fuit non monere. sic et Met. VIIII. 158 in nonnullis scriptis: *Induiturque humeros Lernaeae virus Echidnae*. nec dissimili prorsus modo Graeci. sic Euangelio Matthaei cap. XXVII Καὶ ὅτε ἐνέπαιξαν αὐτῷ, ἐξέδυσαν αὐτὸν τὴν χλαμύδα, καὶ ἐνέδυσαν αὐτὸν τὰ ἱμάτια αὐτοῦ *Et postquam illuserunt ei, exuerunt eum chlamyde, et induerunt eum vestimentis eius.* ita vetus interpres.

34 *Deque*

Digitized by Google

34 *Deque viris quondam pars tribus vna fui*] *Eque* scripti potiores. et *opus* pro *onus* proximo pentametro.

37 *Nec mens fuit apta labori*] Nonnulli *erat apta*. Si quid video scripserat Ouidius *nec mens satis apta labori*. et *eras* pro *eram* versu proximo. quomodo supra: *Non domus apta satis, non hic cibus vtilis aegro.*

40 *Semper amata*] *Amanda* prim. Vatic.

44 *Quaeque nocet serpens, quae iuuat herba, Macer*] Multi veterum *iuuet*. Lege cum primo Polit. *necet*, et *iuuet*. Noster Remed. Am. *Parua necat morsu spatiosum vipera taurum.* Phaedrus libro IIII *Gelu rigentem quidam colybram sustulit, Sinuque fouit, contra se ipsum misericors. Namque vt refecta est, necuit hominem protinus.* vbi frustra Salmasius p. 54 ad historiam Augustam *necuit* ἐρχαϊκῶς reponit. Metamorph. III de serpente Martio: *Hos necat afflatos funesti tabe veneni.*

47 *Bassus quoque*] Alii *Bacchus*. Lege *Bassus pede clarus Iambo*. Noster alibi: *Iungitur herous cum breuiore pede.* et in Fastis II. 120 —— *heroi res erat ista pedis.* Meminit tam Bassi, quam Pontici poëtarum Propertius.

50 *Dum ferit Ausonia carmina culta lyra*] *Aonia lyra* quatuor veteres. an *Aeolia lyra?* Horatius de se ipso: *Dicar, qua violens obstrepit Aufidus, Princeps Aeolium carmen ad Italos Deduxisse modos.* Aeolica enim dialecto lyrici Graeci potissimum vsi. hinc *Aeolia lyra*. diximus iam nonnihil ad lib. II Amor. El. XVIII.

53 *Fuit hic tibi Galle*] Lege *fuit is*. vt melius conueniat τῷ *illi*.

67 *Minimoque accenderer igne*] *Igni* Rottendorph.

73 *Seros permansit in annos*] *Socios annos* tres libri. vt Epistola Phyllidis: *Promissus socios vbi nunc Hymenaeus in annos?*

75 *Filia me mea bis prima*] Turbati numeri quos ita concinna: *Filia me prima mea bis foecunda iuuenta.*

80 *Proxima busta tuli*] Lege *iusta tuli*. alterum Latinum vix est. *iusta exequialia* Statius Thebaidos XI. 610 appellat. et *iustos ignes* Thebaid. XII. Val. Flaccus lib. V. 6 *Tum comiti pia iusta tulit.* Noster ipse Fastorum secundo v. 569 *Hanc, quia iusta ferunt, dixere feralia lucem.* sic et *dare iusta*. Fast. III. 560 *Germanae iusta dat ante suae.* lib. VI. 492 *Et dederat miseris omnia iusta rogis.* quod male mutant. Statius Theb. VIIII. 518 —— *certe tumulos supremaque victis Iusta dabas.* vbi male *Busta* nunc legitur. nec dubito apud eundem lib. III Silu. 142 reponi debere: *Ast ego, deuictis dederim quae iusta Pelasgis; Quaeue laboratas claudat mihi pagina Thebas.* quo sensu idem libro V Silua I. 11 *Nos tibi, laudati iuuenis rarissima coniux, Longa, nec obscurum finem latura, perenni Tentamus dare iusta lyra.* Thebaidos VI. 169 —— *quid dona, ducis, quid inania fertis Iusta rogis?* vbi pari modo peccabatur in plerisque editionibus. vt et libro VII. 19 —— *sat instant Plausibus, offensique sedens ad busta sepulchri.* quomodo illic recte castigauit Gronouius. libro VIIII. 397 ex antiquis membranis: *Ad tumulos saltem supremaque iusta tuorum Sae-*

Digitized by Google

va veni. et lib. XII. 34 *Certamen qui iusta ferant, qui fœdera ducant.* familiaris ista vox Statio. Lucanus lib. VIIII —— *nec quam dare iusta licebit Coniugibus.* quomodo illic vetustissimus codex Vossianus. sic et *peragere iusta* Noster Met. II. 627 *iniustaque iusta peregit.* quae ibi vera est scriptura.

81 *Felices ambo*] *Ambos* vnus Vatic. et tum *sepultos* quoque sit scribendum. vide Notas Fast. I. 298. Sed τὸ *ambo* etiam quarti casus est. monui Notis Metam. VII 792.

86 *Nisi nomina restant*] *Restat* ex scriptis nonnullis.

87 *Parentalis*] *Parentales* Iunii, Leid. et alii.

92 *Quae vitae quaeritis acta meae*] *Qui* tres scripti. quod praestat.

102 *Ipsaque multa tuli non leuiora fuga*] τὸ *ipsaque* mendosum est. *Ipse* optimus Mediceus. alii duo *ipsaque.* vnus *ipse ego* prim. Polit. *ipsa.* recte. nisi quod scribi malo: *A quis multa tuli non leuiora fuga.* de famulis enim et comitibus queritur etiam Pont. II Eleg. VII *Rectus fides comitum poterat malo nostra leuari, Ditata est spoliis perfida turba meis.* Murētus teste Ciofano *Et quae multa tuli.* Scaliger asteriscō locum notarat. Richelianus *Ipsa morte tuli non leuiora mala.*

105 *Oblitusque mei*] *Togae* idem Richelianus.

106 *Insolita cepi temporis arma manu*] *Tum prius* Scaliger. perperam. sic *temporis vultus* Nostro Met. XIII *Temporis illius vultum referebat Achilles, Quo ferus iniusto petiit Agamemnona ferro.* et *temporis solatia* apud Auson. Parentalib. *Admittunt alii solatia temporis aegre.* ita scribe. nam *aegri* perperam legitur. Columella sub finem libri VIII *Temporis poma, siquando tamen hyemis saeuitia non patitur eius generis escam dari, vel fœnidi panis offae, vel si qua sunt temporis poma concisa praebentur.* Potest et τὸ *temporis* cum *insolita* construi.

112 *Quamuis circumsonor armis*] *Circumsoner* meliores.

118 *Tu medicina venis*] *Malis* Hafnienſis. Hamburgenſis *mali* pro diuersa lectione. vtrumque praestat lectioni vulgatae.

119 *Tu dux et comes es*] *Tu comes es* aliquanto nervosius quinque veteres. *tu dux, tuque comes* Iunian. Pro *tu nos abducis* tres *me subducis.* totidem *deducis.* Lege *tu me seducis ab Ilbro.*

127 *Cumque ego*] *Vtque* Iunianus.

TRISTIVM
LIBER QVINTVS
ELEGIA PRIMA.

1 *Nostri studiose*] Duo veteres *suissime, studiose.*

7 *Integer et laetus*] *Donec erunt laetus* prim. Polit. prim. Vatic. prim. Pal. et duo alii. male. supra *Integer hanc potui super bene reddere lucem.*

16 *Pro-*

Digitized by Google

16 *Praemoneo, nunquam scripta quod ista legat*] Non satis Latinum. Pro *nunquam* prim. Vatic. pr. Pal. et Richel. *nostra*. Castigabam aliquando *Praemoneo nunquam scripta quid ista legat*. vel *usquam*. vt *vt* subintelligatur, *vt quid* redundet. vide Notas Epist. VI. 151. Capoferreus me monebat videri sibi legendum: *Praemoneo nunquam Tristia nostra legas*. non male. nisi quod versus hic mihi pro Ouidiano non est, vt nec ille, qui mox sequitur. at Gronouius: *Praemoneo, non est, scripta quod ista legat*.

18 *Atque alii quorum nomina magna vigent*] Pro quo prim. Polit. prim. Pal. prim. Vatic. et quatuor alii ex melioribus optime: *Aptior, ingenium come, Tibullus erit*. qui, quin genuinus sit ipsius Nasonis, dubitari non potest. Aemilius Probus in Dione: *Dion autem praeter nobilem propinquitatem, generosamque maiorum famam multa alia ab natura habuit bona: in his ingenium docile, come, aptum ad artes optimas*. Tacitus Annalium lib. VI. *Artabanum Scythas inter eductum ob sauitiam execrati, come Tiridatis ingenium Romanas per artes sperabant*. sic *comis anus* in Fastis. *comis amica* et similia passim apud Nostrum. Cicero in Limone: *Tu quoque, qui solus tecto sermone, Terenti, Quiddam come loquere*. Noster libro II ad Augustum: *Maiestas adeo comis vbique tua est*. contra apud Plinium lib. XXXV. 4 *Tiberius minime comis Imperator*.

19 *Nos non essemus in isto*] *Non nos* quidam ex melioribus, *ne nos* prim. Pal. quod placet. nisi mauis *nec nos*.

20 *Musa locuta mea est*] *Iocata* Combii et fragmentum Vaticanum. quomodo et Vossianus pro diuersa lectione. vere. sic *iocosam Musam* suam vocat Trist. II. 345 *Vita verecunda est, Musa iocosa mihi*. lib. III Eleg. III *Quodque magis vita Musa iocosa mea est*. Simile mendum apud Phaedrum non semel deprehendimus. vt lib. IIII initio: *hoc sunt iocati mode*. vbi *locuti* perperam nunc legitur.

22 *Lusor amoris adest*] Imo *abest* cum melioribus.

23 *Quod superest, socios ad publica carmina flexi*] Bene prim. Polit. et Rottendorph. *animos*. ac sequenti versu *nominis sui*, non *mei*. prim. Vatic. *animum*. et mox *e vobis* fragmentum Vaticanum.

30 *Numerare potest*] *Valet* Combianus. Mox *quot flauus Tyberis arenas* puto, non *flauus*.

34 *Pieridumque mora*] Opinor praestare *Pieridum chore*. sic infra Eleg. III *Quique prius mollem vacuamque laboribus egi In studiis vitam Pieridumque chore*. sic et Pont. I Eleg. VI — *Pieriis inuigilate choris*.

44 *Sit semel illa loco luxuriata meo*] *loco suo* Hafnienſis. placet. nisi quod scribendum puto *Sat semel illa loco luxuriata suo est*. Tanaquillus Faber in Epistolis lib. I Ep. LXVII *Sit satis illa malo luxuriata meo*. quod Zulichemianae membranae confirmant, in quibus: *Sit semel illa meo luxuriata malo*. *Semel* quoque, non *satis*, reliqui castigatiores. Mox *Barbariem*, pro *Barbariam*, meliores.

Digitized by Google

47 *Interea noſtri quid agant niſi triſte libelli*] Puto *quid dent niſi triſte*. nam Combianus *agent*. ſic Pont. lib. I Eleg. I *Non minus hoc illo triſte, quod ante dedi*.

56 *Tun' fletus inhibes*] Scripti *Tu*, ſine interrogationis nota.

59 *Per verba leuare*] *Leuari* malo cum vno Patauino. Paulo ante etiam legendum *Num tamen*, pro *Non*.

60 *Hoc querulam*] Malim *Hoc querulas*.

66 *Si mihi quod prodeſt, hoc tibi*] Prim. Pol. prim. Vatic. prim. Pal. et tres alii *Sic mihi quod prodeſt, ſi*. Forte *Id, mihi quod prodeſt, ſi tibi, Lector obeſt*.

70 *Aut quis*] *Quid* vnus Vaticanus. adi Notas ad Epiſtolam Ariadnes v. 86.

71 *Ipſe nec hoc mando*] *Ipſa* prim. Polit. et duo alii. quidam *Ipſe nec emendo*. prim. Vatican. *Ipſa nec emendo*.

74 *Eram*] *Ero* multi veteres. Putem *eo*. vt in Amoribus: *Turpiter huc illuc ingenioſus eo*.

75 *Denique nulla mihi captatur gloria*] *Captantur ſecula* Leidenſis.

75 *Quaeque Ingenio ſtimulos ſubdere fama ſoles*] *Ingenii* meliores. Puto *Ingeniis*.

79 *Cur mittam quaeritis iſtos*] *Iſto* repone. Tanaquillus Faber in Epiſtolis *Iſthoc*. pari ſenſu. vt Romam ſubintelligas. Mox *ſupiam* Iunian.

ELEGIA SECVNDA

14 *Vulnus ab angue datum*] *Virus* primae editiones et vnus Vaticanus cum Arondeliano.

19 *Parte doloris*] *Laboris* ſex libri. quod magis arridet.

21 *Multum reſtabit acerbi*] *Acerui* prim. Pal. prim. Vatican. et tres alii. malim *acerno*. poenae videlicet.

23 *Quod amoena roſaria flores*] *Quot enos pena* prim. Polit. *quot enos boſtia* Rottendorph. *quod amenos boſtia* prim. Vatic. et prim. Palatinus. Puto ſcribendum *Paeſtana roſaria flores*. ſic *Paeſtanae roſae* Pont. II Eleg. IIII. et *biferi roſaria Paeſti* apud Maronem. *Paeſtana roſaria* habes apud Marcianum Capellam libro VI bis terue. Ennodius: *Paeſtanis pariter depingis terga roſetis*. quanquam *amoenas roſas* dixit Apuleius Met. XXXX.

26 *Quod tenerum pennis aëra pulſat auis*] *Quot* cum ſcriptis. Malim etiam *falcat*.

37 *Quid dubitas, et tuta times?*] *Quid tuta* tres antiqui neruoſius.

40 *Subtrahis et fracta*] *Effracto iugo* prim. Polit. et quatuor alii. *efracto* prim. Vatican. ſic *Effractum ebur* reſtitui apud Claudianum de Bello Gildonico v. 136.

45 *Alloquar en abſens abſentia numina ſupplex*] *Alloquor* potiores. Praeterea ſcribendum puto *praeſentia numina*. quod acumen non intellexere inſciti librarii. Triſt. II 54 Auguſtum vocat *praeſentem conſpicuumque deum*. et Pont. lib. I Eleg. III de eodem: *Quamque dedere mihi praeſentia numina vitam, Non adimat ſtricto ſqualliduſ enſe Getes*. Metam. XV *Pandite nunc Muſae praeſentia numina vatum*. de Baccho Met. IIII — *neque enim* prae-

Digitized by Google

praesentior illo Est deus. Cicero Tuscul. Quaest. I *Hercules tanquis et tam praesens deus haberur.* Vossii Excerpta *caelestia numina.*

59 *Quoniam meruisse videbar*] *Quia me meruisse videbam* prim. Polit. prim. Vatic. prim. Pal. et tres alii ex melioribus.

62. *Scindere puppe*] *Findere* sex. quod mollius.

68 *Victa, loquela, sono est*] Meliores plerique *iuncta.* alii nonnulli cum priscis editionibus *mista.* Nos veram lectionem exhibuimus. sic infra Eleg. VII. *In paucis extant Graecae vestigia linguae, Haec quoque iam Getico barbara facta sono.*

70 *Vinque brevis tutos*] *Tutum* rectius Pataun. et Zulichem. lib. IIII Eleg. I *Vinque sui tutum moenibus esse loci.*

74 *Atque suis ad Styga mittat aquis*] Scribe *aque suis.*

76 *Leucadii dei*] *Leucadio deo* vterque Polit. prim. Vatican. opt. Medic. et Regius. alter etiam Politiani *apta* pro *alta.* an *Leucadio modo?* vt Fast. V. 630 *Trifiia Leucadio sacra peracta modo.* ita enim ibi veteres nonnulli. At Trist. III El. I *An quia Leucadio semper amata deo est?*

77 *Quod petimus.*] *Petitur* bene duo veteres. vnus *patitur*, multi *patimur.*

ELEGIA TERTIA.

4 *Et dicunt laudes ad tua vina tuas*] Scribe *ad sua vina.* sic frequentissime Noster. Pro *vina* vnus *festa.* alius *iussa.* Forte *musta.*

7 *Stellis Erymanthidos vrsae*] *Cynosuridos* praecipui ex antiquis. et recte.

18 *Definit esse dei*] *Deum* rectius pro gentili Theologia liber Leidensis.

20 *Quo*] *Qua* meliores.

24. *Decolor Indus*] Quidam *discolor.* vtrumque probum. dixi ad Metamorph.

26 *Stamina*] *Carmina* Strozzae liber. de qua voce ad Claudianum lib. II in Eutrop. 458.

33 *Circum tua sacra poëtas*] *Sua sacra* duo Vaticani. vt saepe apud Nostrum. et *sua vina* paulo ante.

35 *Sic altera degnauet vlmus*] *Sic altam* meliores. quod verum est.

37 *Gnaua iuuentus*] *Gnaue* vterque Politiani, multi *grata* cum priscis editionibus, vel *laeta.* alii *graia*, vel *grana*, vel *secta*, vel *guara*, vel *ignaua*, vel *sacra.* sed perperam. Codex Petri Seruii *nauo.* vt Pont. lib. I Eleg. X *naua iuuenta*, pro *gnaua*, in antiquissimis libris legitur. vbi pari modo variant scripti codices. Calpurnius Eclog. V *Iam dudum gnauam potes exercere iuuentam.* venit enim ἀπὸ τοῦ *nauare.* Silius lib. V. 13 *Laurigeris decus illud auis, nauaque iuuenta Flagrabat.* ita illo loco vetustissimus codex Colonienſis. vulgati *vana.* pari modo et alibi non semel in Silio peccatum.

42 *Clara corona tuae*] Zulichemianus *Cressa corona.* optime. vide omnino Notas lib. I Artis v. 557.

Digitized by Google

43 *Hue ades et cassis relenes*] Lege *et relenes*, vel *et relaxa*
50 *Deponas lacrymis*] Scripti plerique *Opponas*, vel *Aponas*.
58 *Nomen habere meum*] *Habere* cum melioribus.

ELEGIA QVARTA

8 *Postulat ille sibi*] *Postules* malo cum Hamburgensi et Arundeliano. Versu proxime sequenti malim quoque *aprico prato*, quam *aperto*: etsi vulgatam minime damnem. Horatius lib. I Epist. XIII *Multa mole docendus aprico parcere prato*, et Arte poëtica: *Gaudet equis canibusque et aprici gramine campi*. lib. I Od. VIII *aut apricum oderit campum*. lib. III Od. XVIII apud eundem habes *aprica rura*. et *apricos flores* lib. I Od. XXVI.
13 *Di facerent etiam*] Hoc distichon vix Latinum est, et multo minus Ouidianum.
20 *Annumerare soles*] *Connumerare* Arondel.
22 *Nam quod opes*] *Iam* nonnulli ex praestantioribus.
23 *Carius ille*] *Carior* multi ex melioribus, vt et priscae editiones. recte. si distinctione locum erigas.
25 *Te quâ comitatus Orestem*] *Comitatur* nonnulli. *comitavit* fragmentum Vaticanum. vide Notas Trist. lib. I *Eleg.* VIII. 31.
28 *Sensit abesse sibi*] *Sua* multi veteres.
37 *Sensit tamen omnia*] *Scutis* meliores.
40 *Et te flente suos demaduisse*] Nonnulli *immaduisse*. at septem aut octo meliores *emaduisse*. quod verbum elegans, sed rari vsus est.
43 *Memoremque plumque*] Medonianus *tuumque*. et mox meliores *tuum solitus iurare suumque*.
50 *Qui bene te novit*] *Norat* tres scripti. Forte *Cum bene te norit*.

ELEGIA QVINTA

3 *Laërtius egerat heros*] Malim *egerit*.
5 *Nostrorum obtita laborum*] *Longorum* Buslidianus.
15 *Si quod et instabat*] *Sique quod instabat* maior scriptorum pars. lege *Sique quod instabat. quod* pro aliquod. Mox *puppis eat* duo veteres.
24 *Consumatque annos*] *Consumetque* Petri Seruii codex. Lege *Consummetque*. quanquam et vulgata lectio bene se habet. vide Notas Fast. III. 166.
32 *Consilium fugiunt cetera pacne meum*] Octo veteres *tum*. Puto *consilium suum*.
33 *Consilio, commune sacrum cum fiat in ara Fratribus*] *Consilium* Rottendorph. et priscae editiones. quod Ciofano arridebat. frustra. *consilio*, data opera. Virgilius libro VII *Consilio hanc omnes animisque volentibus urbem Afferimus*. Livius belli Maced. lib. IIII *Secutus tamen sua sponte est, velut consilio peritus*

Digitized by Google

tus esset, vt illion ob ea Regi Hannibal esset. vbi *sua sponte* et *consilio* opponuntur. sic *consulto* aliquid facere. Propert. lib. II Eleg. XXXIIII *Nec ſi consulto fulmina missa tonent.* Existimabam aliquando vt *Consilio* irrepsisse huc ex superiori versu, et scribendum esse *Ogygio ara.* hoc est Thebana. *Consiliis* vnus Mediceus. Forte pro *consilii.*

39 *Cum tu non ſultus ab Arcto Terga vapor dederis*] Nihili est haec lectio. Vossianus *non cultus.* Scribe *consultus.* verbum in sacrificiis vsitatum, καπνομάντειαν respicit. hinc *Consulere deos, exta, vates* passim in scriptoribus antiquis. Amphiaraus apud Statium Theb. IIII — *consulti testor penetralia mundi Et vehicrum affatus.*

43 *Edidit haec mores illis Heroidus aequos*] De feminis agit. quomodo ergo *heroides* in heroas mutatae? veteres multi *heroidibus,* vel *herodibus,* vel *erroribus.* Bononiensis *hebroidis.* Scribe *heroïſin* cum Scaligero. (ἡρωΐσιν. qui sic in ora codicis fuit emendarat:) et cum Salmasio. tum vide quae noto Epist. XIII, 137. Statius Silu. lib. III ad Vxorem: *Heu vbi nota fides torque explorata per vſus, Qua veteres Latias, Graiaſque heroïdas aequas?* vbi vitiosum ac ingratum sonant quatuor voces continue in *as* desinentes, vt Statius reliquisse possit videri: *Qua veteris Latii, Graiiſque Heroïſin aequa es.* Sed nondum sanatus est locus. quaenam enim Eurytionis illa filia? Scaliger Antigenen Pelei vxorem intelligebat. Sed quorsum tam obscurum nomen? Scripti veteres *Eutychion, Eucbion,* et similia. *Eriton* Rottendorphianus, primus Politiani *Eucation.* alter eiusdem *Eetion,* optime et verissime. Andromachen intellige, notissimae pudicitiae feminam. apud Homerum Iliad. ξ Ἀνδρομάχη δυγάτηρ μεγαλήτορος Ἠετίωνος. *Eetionis* nomen quoque varie mendosum apparet in scriptis exemplaribus Fast. lib. IIII *Et Thebeu, veteres Eetionis opes.* et Met. XII, vbi *Eetioneas Thebas* appellat. vide Notas Fast. IIII. 288. Trist. I Eleg. V *Nec probitate tua prior est aut Hectoris vxor, Aut comes extincto Laodamia viro.* lib. V El. vlt. *Cernis vt Admeti cantetur et Hectoris vxor.*

45 *Nata pudicitia est, mores*] *Moris,* vel *morum,* vel *fecum,* libri veteres. hoc est *tecum.* atque ita quoque Tanaquillus Faber lib. I Ep. LXVII. sed *moris* meliores. Latet aliquid. Putem *et mos,* nisi quod *moribus* mox sequitur. Forte *et honor,* vel *honos.*

51 *Durus vidisset Vlysses*] Non vidit tantum, sed tulit etiam et perpessus est. quare scribo *subiisset.* Pro vulgata lectione tamen stant scripti omnes. Pont. I Eleg. V *Durius est igitur noſtrum, fidiſſima coniux, Illo, quod ſubiit Aeſone natus, onus.* sic *periculum subire, poenam, laborem,* et similia passim apud Ciceronem aliosque occurrunt.

55 *Cur nobilis vna est*] *Cur cognita nobis* plerique veteres, nihil muto.

59 *Et tua quod malles*] *Mallem* prior Politiani et optimus Mediceus cum Excerptis Vossii. *Impleſſent* etiam duo.

Digitized by Google

ELEGIA SEXTA

5 *Quam si tu tempore duro*] *Non tempore noſtro* prim. Polit. et tres alii. tres *nunc*. ſed plerique *tempore duro*. quod et Ciofano probatum. Triſt. I Eleg. IIII *Tempore ſic duro eſt inſpicienda fides*. Pont. lib. II Eleg. VI *Tu quoque per durum ſervato tempus amico*. Malim tamen *quam tu ſi, tempus non noſtrum* intelligi poſſit nobis aduerſum. ſic contra *meum tempus, mea hora, meus dies*, pro mihi fauente.

11 *Nunquam Podalirius*] *Nunquid* cum Combiano.

26 *Dixiſſe in Pyladen verba proterua putas*] Plurimi *Improba verba*. duo *triſtia verba*. vnus *impia*. alius *aſpera*. vt Pont. II Eleg. VI *Aſpera confeſſo verba remiſte reo*.

27 *Quod vel pulſauit amicum*] *Quod non* plerique. an *ne non pulſarit?* Combianus *quia non pulſarit*. Mox malim *num minus*, pro *non*. vide Notas ad Epiſt. Canaces.

36 *Illo, quo quereris*] *Quod* multi veteres. *quod queris* Hamburgenſis et Leidenſis. *quo reris* prim. Politiani. recte. Pro *minimum minimumque laborum* Gottorphianus pro diuerſa lectione *minimumque de parte*. quod ex ſuis codicibus probat et in vltima editione exprimendum curauit Naugerius. fruſtra. elegans eſt loquendi modus. ſic Penelopes Epiſtola — — *nimium minimumque oblite tuorum*. Pro *laborum* etiam *malorum* nonnulli codices vetuſti. quod verſus proximus videtur requirere. vt iam monuit in Epiſtolis lib. I. 67 Tanaquillus Faber.

37 *Celantur arundine foſſae*] Zinzerlingus Promulſ. cap. XI ex Erfortano codice *celebrantur* notat. quod verum eſt. de eo verbo ad Metam. lib. IIII fabula Thisbes.

41 *Tam me circumſtat*] *Circumſtant* primae editiones et multi ex ſcriptis. quod mutari non debuit. prim. Palat. et Arond. *circumdant*. *circumdat* prim. Polit. prim. Vatic. et tres alii.

45 *Compeſce furores*] *Timores* ex ſcriptis.

ELEGIA SEPTIMA

2 *Aequoreis iungitur Iſter aquis*] *Additur* prim. Pol. prim. Vat. prim. Pal. et multi alii ex melioribus. nonnulli cum primis editionibus *Iſter aditur*. Sed cum Iſter ibi ſe exoneret in Pontum, τὸ *additur* admittendum duxi. Pont. III Eleg. V *His vbi caeruleis iungitur Iſter aquis*. quod lectionem vulgatam confirmat.

8 *Quiſquis et offenſo Caeſare*] Verſus parum appoſitus.

11 *Inser Graecoſque Getaſque*] Malo *Graioſque* cum codice Combii.

17 *Veriſſima mortis imago*] Lege *Martis* vel contra auctoritatem membranarum. ſic *Marticolam Getes* vocat ſupr. Eleg. III. 22.

17 *Stricto dare vulnera cultro*] *Fixo* plerique veteres. vt Faſtor. II. 831 *Nec mora celato figit. ſua pectora cultro*.

21 *Vinc*

Digitized by Google

31 *Vivit in his igitur tenerorum lusor amorum*] Versus haud die mendosus. prim. Polit. et prim. Palat. *Vivit in his hon nullo oblitus amorum.* alter *Vivit in his nullus horum heu oblitus orum.* prim. Vatic. et Combianus codex *Vivit in his nullus um oblitus amorum.* multi *Vivit in his igitur tenerorum obli amorum.* alii aliter. Lego *Vivit in his eheu tenerorum obli amorum.*

33 *Atque utinam vivat, et non moriatur in illis*] Scribe *vivas, moriaris,* cum Richeliano. conuersa ad se oratione, vt metro consulatur. vide quae notaui ad Epist. X. 75. Nisi malis *vivat, et moriatur.* pro *vivas* in prim. Vatic. *Vidues.*

32 *Pieridesque meas*] *Pieridasque* cum scriptis.

36 *Graia Capharea currere puppis aqua*] *Caphareum aequor* prim. Vatic. Combii, Rottendorph. et multi alii ex antiquis, vt et priscae editiones. bene. Pont. lib. I Eleg. IIII ex veteri codice: *Quo duce trabs Colchas sacra cucurrit aquas.* et Pont. II Eleg. VI ex membranis: *Nunc mihi naufragio quid prodest discere facto, Quem non debuerit currere cymba viam?* Festus Auienus Descriptione Orbis: *Gens hic docta soli tumido freta gurgite curvis.* Mox: *Longa dehinc celeri si quis rate marmora curret. Discurrere* idem cum quarto casu iunxit: *Hinc Metapontini discurrunt latius arua.* plenus horum ille. Praeterea vnus Bononiensis *Nostra puppis,* pro *Graia.* quomodo et Arondelianus.

39 *Falloque labores*] *Dolores* plerique meliores.

45 *Sine homines, vix sunt homines hoc nomine digni*] *Sint homines spectu* Leidensis et Arondelianus. Puto *Sine homines, hominum vix hi sunt nomine digni.*

47 *Non metuunt leges*] *Nec* nonnulli. Lego *Nec metuunt leges, et cedit viribus aequum.* quod magis elegantiae Ouidianae respondet.

49 *Arcent male frigora bracis*] Ita et scripti. Reponendum tamen *arcent male.* vide Notas Fast. II. 170.

51 *Graecae nefigia linguae*] *Graiae* rectius quinque veteres.

53 *Vnus in hoc non est populo*] Malim *Vllus* cum vno Bononiensi. tum *vix est* cum optimo Mediceo et prim. Polit. et sequenti versu pro *Quaelibet, Quamlibet.* nam Palat. *Quolibet.* vide Notas ad Epist. VI.

55 *Ipse ego Romanus vates*] *Ille ego* plurimi veteres. et recte. supra libro IIII Eleg. X *Ille ego qui fuerim tenerorum lusor amorum.* Amor. *Ille ego Musarum purus Phoebique sacerdos.* Pont. lib. I Eleg. II *Ille ego sum, lignum qui non admittar in vllum, Ille ego sum, frustra qui lapis esse velim.* Eleg. III *Ille ego sum, qui te colui.* et mox: *Ille ego, qui dixi vestros Hymenaeon ad ignes.*

57 *Et pudet*] Plerique ex antiquis *Et pudet.* quomodo et priscae editiones.

64 *Signa fuistra.*] Forte *sacra fuistra.*

66 *Semoueoque mali*] *Submoueoque* meliores. multi etiam *dimoueoque.*

68 *Si consequar*] *Consequar* psim. Vatic. et vnus Medic.

ELEGIA

Digitized by Google

ELEGIA OCTAVA

8 *Nostra quibus possint*] Malo *possint* cum Gottorphiano. duo alii *possent*.

9 *Exigor ut dignas vltrix Rhamnusia poenas*] *A dignis* prim. Palat. prim. Vatic. opt. Medic. aliique. nonnulli. duo *ad dignas. ac dignas* Arondel. in nonnullis etiam *Exigit*. Lege *Exigis ab dignas*. Sequenti versu pro *quod* prim. Pelit. *qui*. reliqui maiori ex parte *quid*.

11 *Vidi ego naufragiumque viros et in aequore mergi*] Numeri turbati satis euincunt versum esse mendosum. Optimus Medicens *naufragioque*. Rottendorphianus pro diuersa lectione *nauifragoque*: scribe: *Vidi ego nauifrago piratas aequore mergi*. nisi mauis *nauifragum qui viserus*, vel *nauifragum videntes*. Sed prima lectio verior. duo libri —— *Naufragium nautas et in aequore mergi*.

14 *Ille cibo*] *Ipso* meliores.

17 *Sed modo laeta manet*] Si manet laeta, non est inconstans. irrepsit hoc verbum ex praecedenti versu. nec tamen satis video quid pro eo debeat reponi. nisi forte *laeta venit*.

19 *Flos fuit ille caducus*] *Erat* plerique. et recte. nam *fuit* sequitur.

30 *Cum poenae venia plura roganda petam*] *Neganda* Combinamus. duo *cum venia poenas*. Aut desunt hic nonnulla, aut versus est mendosus. Putabam aliquando: *Cum poenae venis plura fuerenda putas*. Tanaquillus Faber lib. I Ep. LXVII *Cum poenae venia plura petenda dabis*. commodo sensu, nisi quod carsam haud video, cur *petenda* pro *roganda* velit reponi.

38 *Haec sunt e primis prouisa vota meis*] *Mea est* prim. Palat. quinque alii *mea*. Puto *tibi*.

ELEGIA NONA

8 *Si modo vestra forent*] *Forent* quinque veteres. et *legar* pro *legor* multi superiori versu.

10 *Hic te maneret honor*] *Hic tibi* plurimi ex antiquis. verumque probum est.

15 *Cumque perhorreret*] *Perhorruerit* septem meliores. quare et mox *spectauit*, pro *spectaret*, repono. nam *spectauit* Patavinus.

25 *Nunc quoque, quamuis est iam iussa quiescere*] Turbati numeri. vnus Vatican. et Palat. *Quae quoque nunc quamuis est iussa quiescere*. Scribe: *Se quoque nunc, (quamuis est iussa quiescere) quin te Nominet inuitum, vix mea Musa tenet*. primae editiones *Nunc quoque iam quamuis est iussa*. vix se tenet mea Musa, quin te nominet vel inuitum. Pro *quiescere* etiam *silescere* videtur reponendum. sic de ventis supra lib. I *Sed modo consedunt, interimque silescunt*.

28 *Lucanten*] *Latrantem* plurimi.

30 *Nunc ipsa fronte*] *Presso fronte* Leidensis.

31 *Sic mea lege data*] An *rata*? vide Fast. III. 279.

Digitized by Google

35 *Si non meminisse putares*] *Nisi non*, vel *nisi me*, multi ex scriptis. duo *nisi*. et *meminisse* vnus. Lege — *nisi si meminisse putares*. nisi putares me tui esse in morem. *nisi si* Nasonis vsitatum. adi Notas Epist. IIII. III.

37 *Lumen vitale videbo*] *Natale videbo* tres libri. octo *vitale tenebo*. *Solare videbo* Richel. primae editiones *Solare tenebo*. Puto *lumen solare tuebor*.

ELEGIA DECIMA

16 *Quae nisi de vipto viuere turpe putans*] *Sibi non vapto* omnes meliores.

17 *Defenditur ipse*] *Defenditur aegre* multi ex antiquis. recte.

19 *Cum minime credas, vt auis*] *Vt anes* rectius scripti nonnulli cum priscis editionibus. Deinde Richel. *Cum bene vix credas*.

22 *Notis tela*] *Martia* Vallianus. *tela nocius* Gottorph. pro diuersa lectione. vide Notas Remed. Amor. 45.

23 *Est igitur rarus, qui him colere audeat*] Quid audeat colere? Scribe *ras qui colere audeat*. quae vox excideraț ob cognationem posterioris syllabae in *rarus*. hanc coniecturam postea in Codice Medoniano confirmatam deprehendi. in quo *ras qui colere audeat*.

31 *Quos vt non timeas*] *Quorum vt* prim. Palat. prim. Vatic. et quisque alii. vt esset dictum, quomodo *abstineto irarum, desine querelarum* ab Horatio, et similia passim obuia.

32 *Pollibus et longa corpora tecta coma*] *Pectora* quidam veteres. at vnus Bononiensis cum priscis editionibus *tempora*. quod temere Ciofanus damnarat. nam *comatos* passim Getas describit, et pellibus operire capita etiamnum solent per septentrionem.

37 *Quia non intelligor*] *Qui* quinque veteres. Puto *qui non intelligar*.

39 *Mala saepe loquuntur*] *Male* cum primis editionibus, primo Vatic. et sex aliis.

41 *Vtque sit in me aliquid*] *Vtque fit* veteres plerique. Sed distichon etiam hoc commentitium est et fictum.

43 *Quod sic in Scythicis gentibus esse queror*] Rectius *Quidque hic* reponas. *finibus* etiam bene nonnulli scripti. Sed et hoc distichon spurium est. omnia enim, quae hic dicuntur, proxime praecedenti distichō iam erat complexus, argute tamen et breuiter, quod obtusi captus librarios offendit.

ELEGIA VNDECIMA

5 *Quam quod, cui minime vellem, sum causa pudoris*] *Quam quia* nonnulli ex melioribus, et *sim*. quare *rear* etiam proximo versu est legendum.

8 *Principis ira*] Prim. Polit. et opt. Med. *iudicis*. Lege *vindicis*. nam *iudice* sequitur. vide Notas Fast. VI. 648.

13 *Quassa*

Digitized by Google

13 *Quassa tamen nostra est, nec mersa, nec obruta nauis*] *Non mersa* scripti. sex etiam *puppis*. bene etiam prim. Pal. *non fracta*. ne bis idem dicat, sed et *vt tamen* suspectum est cum id mox versu sequenti repetatur. Scribe *Quassa mari nostra est, non fracta, nec obruta puppis*. vel *quassa salo*. vt omissa prior syllaba in *salo*, quae vltima erat vocis proxime praecedentis, solenni librariorum errore, occasionem loco dederit corrumpendo.

16 *Qui merui*] Rectius *Quae* libri quatuor. *Quam* prim. Palat.

17 *Facinus non adfuit vllum*] *Illi* octo ex melioribus.

20 *Mite fuit*] *Venit* Hamburgensis. vide Notas Fastor. V. 648.

ELEGIA DVODECIMA

7 *Vt Priamus natorum funere*] *Plaudat* recte vetustae editiones cum prim. Palat. prim. Vatican. et quatuor aliis melioris notae.

9 *Luctibus an studio videor debere teneri*] *Studiis* vnus Vat. Lege *Luctibus an studii. studium* et alibi pro studio poëtico dixit. vt supra Elegia I *Tot mala pertulimus, quorum medicina quiesque Nulla, ni in studio est, Pieridumque mora.*

11 *Des licet inualido pectus mihi*] Mihi inualido. sed rectius legas *hic valido*. hic apud Getas. Deinde versu proximo pro *Auyti rei* repone *reo* cum prim. Vatican. Combiano, Rottendorph.

14 *Plus valet humanis*] Versus parum oppositus, ac proinde suspectus.

18 *Omnia et amissi sensus abesse queat*] Lege *Omnis vt admissi sensus* cum nonnullis. et superiori versu *oblivia vestri*, pro *nostri*. Ne quid tamen dissimulem, distichon hoc vix genuinum mihi videtur. nisi tollis, scribe *vetet*, pro *vetat*, versu proximo.

21 *Ingenium longa rubigine laesum*] Vel *plenum* Arondelianus. Forte *vsum*.

26 *Ibit equus*] *Equos* rectius nonnulli.

28 *Cymba vacauit aquis*] *Vacabit* meliores. Hamburg. *vacaria* recte. Puteaneus *negatur aquis*.

29 *Me quoque despera*] *Despero* cum prim. Pal. et quatuor aliis. et mox *laborum*, pro *dolorum*, nonnulli.

49 *Nil mihi debebat*] *Debuerat* meliores. et mox pro *sed fugerem* veteres plerique *Si fugerem*, vel *Cum fugerem*.

55 *Barbariae loca sunt, vocisque ferinae, Omnia sunt Getici plena timore soni*] *Barbarica* prim. Polit. Lege *barbaricae*, nempe vocis. Sequenti versu pro *omnia sunt Getici* plerique veteres *omnia quae possunt*, vel *possint*. nam, *Getice* sequitur. alii *barbarici*, vel *Sarmatici soni*. Hoc quoque distichon in suspectis est.

58 *Non*

Digitized by Google

58 *Nam didici*] *Iam* priscae editiones et scripti non pauci. rectius.

59 *Teneri*] *Leuari* alter Polit. et multi alii. tres *vacare*. quatuor *reuelli*. Nil temere mutem.

62 *Exitus est studii parua fauilla mei*] *Tè parua* non placet. an *studiis atra fauilla meis*. sic Met. XIII *Atra fauilla volat*.

63 *Nec possum et cupio*] Distichon inficetum, nec Nasonianae, si quid video, venae.

ELEGIA TERTIA DECIMA

2 *Mittere si quisquam quo caret*] *Mittere rem si quis qua caret* Leidensis et Moreti et alius codex.

6 *Sed quod non modico frigore laesit hiems*] *Vt quid* Hamburgensis. *Et quod* Buslidianus. Lege *id quod*. Putabam aliquando *quod fera non modico*.

12 *Remque piam praestas, et mihi verba negas*] *Si mihi* multi veteres. et *ni mihi*, vel *sed neges*, etiam nonnulli. Forte *Remque piam haud praestas, qui mihi verba neges*. vel *Remque tuam*. nam *tuam* est in Buslidiano.

15 *Fieri nisi posset*] *Possit* meliores.

27 *Longa loquendi Tempora*] *Loquendo* scripti. et pro *fermoni deficienti die* repone *fermonem* cum Rottendorphiano et Puteaneo. prim. Vatic. *fermone*. vide Notas Amor. I Eleg. VIII. 93.

32 *Versibus hoc paucis*] Lege *hic* cum vno Gallico.

34 *Atque meis distens*] *Aque* scribendum. vt Caroli Strozzae viri nobilissimi et humanissimi codex.

ELEGIA QVARTA DECIMA

1 *Quanta tibi dederim nostris monumenta libellis*] *Dederint nostri monumenta libelli* Hamburg. et vnus Vaticanus. recte.

11 *Non ego diuitias dando*] Distichon notae minime probae.

15 *Adde quod et rerum sola es tutela mearum*] *Solam tutela* prim. Polit. et duo alii. *es rerum sola et* Iunian. Scribe *Adde quod*, (*vt rerum sola es tutela mearum*.)

22 *Et tantum probitas irreprehensa fuit*] *Et tandem* primae editiones. *et tanta* prim. Pol. prim. Pal. et multi alii. duo *tua nunc*. alius *tanti*. Rich. et Bonon. *tantae*. Scribe *Et famae probitas irreprehensa fuit*.

23 *Par ea de nostra non est tibi facta ruina*] *Par eadem*, et *nunc est*, multi veteres. Praeterea *sibi* vnus Medic. et Moreti codex. Lege *Par eadem nostra nunc est sibi facta ruina*. vel *Par eadem vt nostra nunc est sibi facta ruina*. vel *Par ea post nostram ruinam*. vel *post nostrae fata ruinae*. nam *nostrae* erat in Gottorphiano.

24 *Conspicuum virtus hic tua ponat opus*] Malo *Tollat onus*. vel, quod praestat, *prodat opus*.

25 *Esse bonam facile est*] Fortassis *Esse bonae* reponendum.

Auctor

Auctor Octauiae: *Iuſto eſſe facile eſt, qui vacat pectus metu. vbi a iuſtum* in editionibus nonnullis legebatur.

29 *Quam non fortuna gubernat*] *Gubernet* cum melioribus.

31 *Si qua tamen pretii*] *Si qua tamen pretii ſibi merces ipſa petiti eſt* primae editiones, prim. Polit. et veteres plerique. quidam *petita eſt*. Buslidianus *petenti*. prim. Vatican. *Si qua tamen pretium ſibi merces ipſa petitum*. atque ita Rottendorph. Lege *Sic tamen et pretii ſibi merces ipſa petiti eſt, Si qua parum lucri ardua rebus adeſt*. tale aliquid requirit ſenſus. nihil frequentius hac ſententia apud Philoſophos. Claudianus: *Ipſa quidem virtus pretium ſibi*. Silius: *Ipſa quidem virtus ſibimet pulcherrima merces*. Piget plura attexere.

33. *Si tempus*] Hic denuo nugator aliquis Ouidianam induit perſonam. in pentametro tamen pro *et loca mirantur* puto ſcribendum *loca rimantur*.

35 *Teneat*] *Maneat* vnus Vaticanus. vt ſit appoſitio. qualis apud Virgilium libro VII —— *locus Ardea quondam Dictus auis, et nunc magnum manet Ardea nomen*. Mox Voſſianus *vt Hectoris*.

39 *Celeri vir pede preſſit humum*] *Primo pede* vnus Vatic. et alter Palat. ex fide hiſtoriae. In ſuperiori verſu non placet illud *Vt viuat fama*. malim *viuat famae*. ſic *viuere ſibi, viuere alteri*. Art. Am. *ſed famae vigilare iuuet*.

41 *Nil opus eſt morte pro me, ſed amore etc.*] *Morte nihil opus eſt* plerique veteres. tres *Morteque nil*. Excerpta *Voſſii Nil opus eſt letho*. bene. Gottorph. *Letho nil opus eſt*. ſic Pont. lib. III El. 1, vbi vulgo legebatur: *Morte nihil opus eſt*, veteres nonnulli praeferunt: *Nil opus eſt letho*. veuſtiores tamen *Morte nihil opus eſt*. quare minimum abeſt, quin cenſeam reponi debere *Morte tibi haud opus eſt*. nam quod vir ſummus I. G. Voſſius lib. II Gramm. ex ſcriptis profert, et probare conatur, *Nil opus eſt morte pro me*: id codices noſtri haud admittunt, etſi non ignoro quomodo defendi poſſit. qui illic videndus. Mox *puppis eat*, pro *nauis*, multi veteres. Si in promtu fuiſſent codices huius operis aliquanto vetuſtiores caſtigatioresque iis, qui in manus hactenus noſtras inciderunt, poteramus Triſtibus recenſendis curam magis operoſam adhibuiſſe. Sed cum in nullo Naſonis poëmate pejus nobis proſpectum fuerit a membranis antiquis ac fidis, inter ſordes exemplarium mendoſiſſimorum diu haerendum eſſe non duximus. Secundis curis elegantiſſimum poëma curatius illuſtrabimus, ſi ſubſidiis aliquanto praeſtantioribus inſtruemur.

NIC

Digitized by Google

NIC. HEINSII

COMMENTARIVS

IN

OVIDII EPISTOLARVM

EX PONTO

LIBROS QVATVOR

Digitized by Google

Digitized by Google

NIC. HEINSII COMMENTARIVS IN OVIDII EPISTOLAS EX PONTO

In castigandis hisce libris codices fuere mihi praesto aliquanto vetustiores iis, quos Tristia suppeditarunt, neque illi tamen eius notae aut auctoritatis, vt exactam locis male adfectis, qui plurimi passim hic illic occurrunt, medicinam fecerint. Primus omnium commendandum se offert Viri Ampl. Claudii Sarrauii codex Gallicus ante annos octingentos exaratus; sed mendose admodum, nec ille integer, vt qui in Elegia secunda tertii libri deficiat. Proximum vetustate Argentoratae bibliothecae exemplar, quod annorum circiter septingentorum senium prae se fert. in eo liber quartus cum parte tertii desiderabantur. Nec aetate multo inferioris ex Mediceis vnus, nobilissimi Rogerii Twisdenii equitis Baroneti, itidem vnus Anglicus, et Remigii Feschii Viri Cl. codex. Post hos primus Vaticanae, Basileensis secundus, tertius Farnesianae, quartus Barberinae, Gottorphianae quintus, sextus ac septimus Hafniensis, Regiae in Gallis octauus bibliothecae. Praeterea vnus Puteanorum fratrum, alter Balthasaris Moreti, tertius Viri Cl. Patricii Iunii. Hi ante quadringentos, aut quingentos annos exarati. Reliqui notae recentioris, Thuanei duo, totidem Medicei, Cambianus vnus, sex Vaticani, duo, quos munificentia Viri Ampl. Bernardi Medonii Senatoris Tolosani possideo, tres Vossiani, vnus Batauinus, et Leidensis bibliothecae, et Rottendorphianus, et Boxhornianus, et Arondelius, et a Petro Seruio Medico Romano mihi donatus. Denique, quae negligi nequaquam debent, lectiones diuersae ex optimo veterrimoque libro ad oram Gryphianae editionis a magno Scaligero notatae, et hae ex Mediceo exemplari, quo Politianus vsus fuerat.

P. OVIDII NASONIS DE PONTO LIBER PRIMVS] Nihil magis insolitum aut barbarum hac inscriptione, quam caue edas ab tersissima nostri Nasonis manu esse. vocauit et doctissimus Vossius in discrimen hanc inscriptionem cap. LXVI libri de

Digitized by Google

Constructione. Libri veteres plerique nullam omnino inscriptionem agnoscunt, nisi quod Sarravianus omnium veterrimus, et Combianus inter meliores numerandus, quanquam notae recentis, sub finem libri secundi EX. PONTO LIBER. II. FELICIT. Barberinianus EXPLICIT. LIBER. OVIDII. DE PONTO. Opinor PONTICORVM, aut EPISTOLARVM PONTICARVM titulo libros hosce quatuor a Nasone inscriptos fuisse. sic PONTICA Solinus inscripserat poëma suum, quo rem maritimam complectebatur. vti ex prooemio ipsius poëmatis, quod a Pithoeo est diuulgatum, iam pridem liquido appareat. quanquam Salmasius tid PONTVA inscriptum fuisse contendit Ptolegomenis in Solinum. sed et *Epistolas ex Ponto* indigitare Naso noster potuit hoc opus. Trist. V Eleg. II *Ecquid, ut e Ponto noua venit epistola, palles.*

LIBER PRIMVS

EPISTOLA PRIMA

Ad Brutum] *Bruto* optimi codices. atque ita semper deinceps per casum tertium. recte. quod semel loco hoc a me monuisse sufficerit.

9 *Nec tamen accedunt*] *Non* scripti.

13 *Quid veniant*] lidem *quid veniant*. nisi quod in quibusdam *qui veniant*. quod Georgio Fabricio arridebat. nequicquam. ego vetustiores sequor. Trist. III Eleg. VII ad epistolam de Perilla: *Quicquid agat, cum te scierit venisse, relinquet: Nec mora; quid venias, quidue requiret, agam.* Eleg. XII eiusdem libri: *Sedulus occurram nautae; dictaque salute, Quid veniat, quaerens, quisue, quibusue locis.* Metam. XI. 612 *Quid veniat* (cognouit enim) *scitatur.* Virgil. Aen. I *Quae fortuna viris, classem quo littore linquant, Quid veniant cuncti*, et lib. VI *Fare age, quid venias.*

15 *Quamuis non sit miserabilis index*] *Quamuis non est* plerique veteres. Versu proximo pro *hoc* malim *hic*, si per antiquos liceat codices. Inuenies his in libris non minus triste illo, quod iam ante dedi.

19 *Sed non prohibere poteftis*] *Sed nec* e scriptis multi.

24 *Carmina Brutus habet*] *Scribia* omnino rectius in Twisdeniano, Combiano, Boxhorniano, et Puteaneo a manu prima. quod in Pirckeimeriano siue Arondeliano Grondium noster reflauit iam est se inuenisse Diatrib. Statiana c. XXXXV. omnino nullus Bruti enim, praeter librum de Virtute Ciceronis, Senecae, Plutarcho, aliis laudatum, etiam versus extabant, et quidem satis laudati, vt ex Plinio lib. III Epist. V discimus. *Iudicat dialogi de claris Oratoribus: Fecerunt Brutus et Caesar eruditius isto modo quam Cicero, sed felicius, quia illos fecisse pauci sciunt.* neque hoc forte respexit Statius IIII Silu. VIII. 20, qui *Brutei fasces* efficiones appellat.

39 *Cornu tibicen adunco*] *Abunco* Argentinus. Puto *obuncum*. Met.

Digitized by Google

Met. III. ramen: *aduncō vibia cornu*, Penthei fabula. de voce *obunco* egimus vbertim ad Maronem XI. Aeneid. 755.

41 *Scimus. ab imperio. fieri, nil tale Dianae etc.*] Vir doctus, Tanaquillus Faber, lib. I. Ep. LXVII. pro *Dianae* reponit *Cybeles*. audacter mehercules, cum nihil sit mutandum. In codicis Twisdeni margine haec glossa erat adscripta: *In Aricino nemore iuxta Romam habuit Dianae templum, ibi erant vaticinatores.* nihil vetius. quomodo et intelligendum esse locum iam vidit sagacissimus Gronouius Obseruat. libro IIII. 7.

43 *Superorum numina*] *Nomina* veteres nonnulli.

51 *Linigerae*] Haec vera lectio, quicquid membranae inter se pugnant. vide Notas ad Artem Amator. libro I. 79.

53 *Alter, ob hanc similem priuatus lumine culpam*] *Priuatus lumine* in nonnullis codicibus. sed nil mutandum. sic apud Iuuenalem: —— *vt quodcunque volet de corpore nostro Isis, et iratae feriat mea lumina sistro. Dummodo vel caecus teneam, quos abnego, nummos.* et apud Apuleium Isiacus ille Metam. VII. *At tu inquit omniparens dea Syria, et Venus, et Bellona, et Mater Idaea caecum reddant.* in Anthologia Graeca Lucilius: —— ἢ κενεαγέα τὴν Ἰσιν τόυτω. huc et Persius Satyra V. respexit, apud quem occurrit: —— *cum sistro lusca sacerdos.*

61 *Cumque sit exilium magis est*] Ita veteres constanter. Censeo nihilominus scribendum esse: *Quamque sit exilium, magis est mihi culpa dolori*, nam. *rō est* versu proximo rursus sequitur. vbi *poenas* cum Argentoratensi malo, quam *poenam*. Similis loquendi modus infra Eleg. IIII. *Iunctior Haemenia est Ponto, quam Roma sit Istro.*

66. *Ne non peccatis mors quoque non faciet*] Versus hic praeter rem est, et praeter Nasonianam elegantiam. Praecedens etiam nonnihil suspectus.

67 *Non igitur mirum est, si mens mea tabida facta*] *Si meus mihi* luniamus. tres alii *Nil igitur mirum*. vtrumque bene.

69 *Effur vt occulta vitiata putredine nauis*] *Teredine nauis* vera scriptura est, quam meliores membranae adstruunt. perperam alii *putredine*. Robertus Constantinus. in Lexico. voce ὄζειν corrigit *vitiata teredine naris*. insulse. Inter teredinem et tineam hoc interest, quod altera sit marina, altera terrestris. vide Plinium lib. XVI. 12. *Teredo* eadem quae *Termes*. Graecis τερηδών. Isidorus Etymol. lib. XII. 5 *laricem in maritimis naulbus obnoxiam teredini tradunt*. plura habes apud eundem capite proxime sequenti. Versu proximo lege cum castigationibus scriptis *Aequorei sali*, non *Aequoreos scopulos*.

77 *Hoc mihi si superi, quorum sumus omnia, credent*] Caue reponas cum Tanaquillo Fabro lib. I. Ep. LXVII *quorum sunt omnia*. pro recepta enim scriptura et codices vetusti, et ipsa ratio pugnant. Adeantur quae notamus ad librum V Met. 342.

80 *Si precor*] *Si preces* meliores.

Digitized by Google

EPISTOLA SECVNDA

1 *Maxime*] Fabius hic Maximus cum intima familiaritate Caesari Augusto fuerit coniunctus, non inuenitur tamen, quod mireris, apud scriptores vllis functus honoribus. Ad hunc nostrum opinor referenda esse Quintiliani illa Institutionum Oratoriarum lib. VI. 3 *In metalepsin quoque cadit ratio dictorum; vt Fabius Maximus incusans Augusti congiariorum, quae amicis dabantur, exiguitatem, beniuaria esse dixit.* de morte huius Fabii Noster infra libro IIII et Plinius libro VII. 45, praeter Tacitum.

6 *Quisque loquar*] *Quique* nonnulli veterum. et mox *Hei mihi*, pro *Heu*, bene.

9 *Videris haec aliquis., tibi me scripsisse fateri Audebo etc.*] Prius distichon Sarravianus, vnus Mediceus et Boxhornianus non agnoscunt. posterius totidem alii. quatuor duos medios versus omittunt. Ex duobus distichis vnum faciendum hoc modo: *Videris: audebo tibi me scripsisse fateri. Audebo propriis ingemuisse malis.* ita enim posterior versus in quibusdam scriptus occurrit, cum vulgati exhibeant *Audebo et propriis.* Possit et legi: *Videris hoc: siquidem tibi me scripsisse fateri Audebo, et propriis ingemuisse malis.* nam membranae nonnullae *Viderit hoc si quid.* alter Medonianus *viderit o si quid.* Qua lectionum diuersitate opinor factum, vt sciolus aliquis ansam arripuerit ex duobus versibus versus quatuor procudendi. Certe versus vltimus satis arguit indoctam manum. quis enim credat Nasonem *norificandi*, aut, quod in aliis extat, *certificandi* verbo vsum? Praeterea plenque pro *modum culpae* agnoscunt *modum poenae.* quae vox sequenti versu iteratur minus eodcinne. τὸ *Videris* elegantissimum est. Propertius lib. II El. XV *Viderit hoc, si quam iam peperisse pudet.* Noster epistola XII. 211 *Viderit ista deus, qui nunc mea pectora versat.* Artis Amator. lib. III. 671 *Viderit utilitas: ego coepta fideliter edam.* lib. II. 371 *Viderit Atrides: Helenen ego crimine solue.* Remed. Amor. 249 *Viderit, Haemoniae si quis mala pabula terrae, Et magicas artes posse nocere putat.* et ibidem 601 *Nona terebatur miserae via. Viderit, inquit, Et spectat zonam pallida facta suam.* Fastorum II. 782 *Viderit, audentes Forsne deusne iuues.* Trist. V Eleg. II *Viderit. ipse factum quamuis inuisus ad aram Confugiam.* Lucanus lib. I. 636 — *conditor artis Viderit ista Tages.* Statius Theb. III *Viderit hoc bello viridis manus.* Petronius cap. LXXXVII *Videris tamen, inquis: non ero tui similis.* Apuleius Metamorphoseon V *Et tu quidem soror, videris, quam patienti vel potius seruili (dicam enim quod sentio) haec perferas animo. Enimuero ego nequeo sustinere vlterius tam beatam fortunam collatam indigne.* inepte illic vulgo legitur *collapsam indigne.* ipse Apuleius VII Metam. *Exoculatam esse fortunam, quae semper suas opes ad malos et indignos conferat.* sed in Apuleii loco τὸ *videris* plena est oratio. Abrupte id verbi nonnunquam ponitur, et quidem eleganter. Idem libro VIIII *De ipsa quidem, mi herilis, tecum ipsa videris.* ita et Tertullianus frequenter. vt cap. II Pallii. Pari quoque modo Graeci, vt in Euangelio Matthaei

Digitized by Google

Matthaei cap. XXVII. 4 Τί πρὸς ἡμᾶς; σὺ ὄψει, recte Vetus Interpres: *quid ad nos? tu videris.* et eodem capite v. 24 Τμεῖς ὄψεσθε *vos videritis.* pari modo et Actorum XVIII. 15. Neque liter Cicero, Seneca et optimus quisque ex aeui aurei scriptoribus. Loca plura adscripsi, vt suas Nasoni elegantias assererem.

25 *Nec fronde nec arbore tecti*] *Laeti* non. innenuste vnus Vaticanus.

32 *Quae posuit fensum fuscae facta malis*] *Mali* Puteanorum et Moreti exemplar. vere. Trist. IIII Eleg. VI. 22 *Mensque mali fensum nostra recentis habet.* Pont. IIII Eleg. vlt. 50 — *tantummodo vita relicta est, Praebeat vt fensum materiamque mali.* ta libri veteres.

35 *Qui non admittor*] *Admittar* sequentia requirunt. atque ta Sarrauianus.

40 *Sit mea poena*] *Fit* idem Sarrauianus aliique nonnulli. it paullo ante *Amittat,* pro *Amittor,* Politiani Excerpta et vnus Vaticanus.

48 *Captiuas in fera vincla manus*] *Ad fera vincla* scripti maxima ex parte.

53 *Sic vbi percepta est breuis et non vera voluptas*] Numeros Nasonianos hic non agnosco. a Patauino verbum substantiuum iberat. Forte *Sic vbi iam percepta breuis nec vera voluptas.* Mox *latus ille,* non *ille,* scripti meliores. et postea *pruinosi equi,* non *pruinosae noctis.* etsi in Amoribus dixerit Noster: *Longa pruinosa frigora nocte pati.*

57 *Liquefunt pectora curis*] Sic Fabricius restituit, cum in plerisque scriptis editisque *liquescunt* legeretur. tres nostri *liquuntur.* non male. et tum pro *liquet* versu proximo cum plurimis membranis *solet* reponatur. *liquantur* Twisdenianus. in Fastis IIII. 152 *mella liquata* habes.

66. *Quam male mutato posse carere loco*] Videtur scribendum *male mutando.* hoc est qui mutetur cum alio loco quantumuis malo. nempe, quod postea est dicturus, *Nec petito vt bene sit, sed vti male tutius.* sic lib. II Eleg. II *Sit tua mutando gratia blanda loco.* Pont. IIII Eleg. XIIII ex antiquis libris: *Nulla mihi cura est, terra nisi muter vt ista.* vbi nos plura. vide et Gronouium Obseruatt. lib. III. 1. sic Elegia de Nuce *solem mutare,* non *vitare,* quod est in multis veterum. Quare frustra sunt, qui hoc loco scribendum contendunt: *Quam male me tuto posse carere loco.*

69 *Suscipe Romanae*] In vulgatis codicibus nouae hoc Elegiae exordium est. Nos vetustissimorum exemplarium auctoritatem sumus secuti.

77 *Non vacas*] *Nec* scripti.

83 *Maxima pars hominum*] Scribe *horum,* vel *harum.* videlicet gentium. lib. II El. I. 45 *Maxima pars horum vitani veniamque tulerunt.* vbi *hominum* in nonnullis etiam libris. Proximo versu Polit. Argent. et duo alii *timent.* recte, si *curant* pro *curat* reponas.

Digitized by Google

88 *Quamlibet et longis*] *Quamque liber* priſca exemplaria, quod mutari non debuit.

89 *Miſiſſet in iſtam. Si ſatis haec*] Alterutrum redundat, aut *in iſtam*, aut *in haec*. quae duo niſi barbare non poſſunt coniungi. Pro *humus* aliquando reponebam *humum*. in iſtam humum. per antiptoſin tamen dici putabat Chriſtianus Daumius. Nunc parum abeſt, quin refingendum cenſeam *non me miſiſſet in Iſtrum*. infra lib. III Eleg. IIII *Nec mea verba legis, qui ſum ſubmotus ad Iſtrum*. Triſt. lib. II *Solus ad egreſſum miſſus ſeptemplicis Iſtri*. atque ita paſſim. Praeter flumen Iſtrum in hoc tractu etiam *Iſtrus oppidum*, quod *Iſtrus* Latinis, Plinio *Iſtropolis*. Arriani Periplus Ἰστρίαν vocat. quo ſpectat nummus argenteus apud me cum inſcriptione ΙΣΤΡΙΗΝΩΝ. fuit autem Miletiorum colonia, vt et Tomi et Boryſthenes. quod ex Plinio et Stephano Byzantio diximus. *Pro viri mitis* cum ſex ſeptemue noſtris *dei mitis* reponendum, quod Naugerius in ſuis quoque inuenerat. Deum paſſim Auguſtum appellat.

92 *Vitam cui dedit ipſe, capi*] *Premi* Polit. Thuan. et duo alii. vt Triſt. lib. V *Terreor hoſte meum paene premente latus*.

101 *Vtque diu ſub eo, ſic ſit ſub Caeſare terra*] Alii *Roma*. ſed neutrum bene. certe *terrae* praecedenti verſui iam occurrebat. Quatuor *Vtque diu ſub eo ſit publica ſarcina mundi*. quinque *ſit publica ſarcina terrae*. quod in Erfurtano etiam inuenerat Zinzerlingus II Prom. 4. Vnus *ſit publica ſarcina curae*. Moreti liber pro diuerſa lectione *ſit publica ſarcina rerum*. Sarravianus admodum mendoſe: *Vtque diu ſub eo, ſic ſit publicae ſare terrae*. Combianus *Vtque diu ſub eis*, alius *ſub eo eſt*. Locus mitifice turbatus. nam verſu proximo pro *ea* plurimi etiam veteres *eas*. Timide dico, dico tamen, videri reponendum: *Vtque diu ſubſint huic publica pondera rerum*. videtur enim vox vna aut altera excidiſſe. Paulo ante pro *iuſtiſſimas ipſe eſt* priſcae editiones et ſcripti ſatis multi cum Argentoratenſi *mitiſſimus*. quomodo *deum mitem* paulo ante appellarat.

105 *Non petis, vt bene ſit*] *Non pete quod* Putean. Vnus Vaticanus *Non petis*. lege *non petito vt bene ſit*, vel *non petito bene ſit*. Scaliger *neue pete vt bene ſit*. etiam non male. Vir Poſitiſſimus Chriſtianus Daumius: *Non petito vt bene ſit, ſed vti mage tutius*. quod ex ſcriptis Berſmannianis in ora codicis ſui annotauit.

109 *Subeam pacatius aruum*] Malim *ſubeant* cum vno Haſnienſi, vt ad *oſſa* referatur.

113 *Aliquis poſt funera ſenſus*] *Aliquid ſenſus* cum Argentoratenſi et vno Vaticano. ſic lib. II Eleg. II *Si quid habet ſenſus vmbra diſerta*. Lucan. lib. VIII *Da veniam, ſi quid ſenſus poſt fata relictum eſt*. Idem lib. III *Aut nihil eſt ſenſus animis a morte relictis, Aut mors ipſa nihil*.

114 *Terreat vt manes*] *Et manes* plerique veteres. duo *Teruerit*. totidem *Terreat hic*. quod ſequor.

125 *Qui vincit ſemper, victis vt parcere poſſet*] *Vicit*, et *poſſit*, Sarrau. et tres alii.

133 *Ille*

Digitized by Google

139 *Ille ego, qui dauit vestros Hymenaeon*] *Dixi* priscae editiones cum multis manu exaratis. quod explodit Fabricius, non ego. sic *canere Hymenaeon* Met. XII *Ecce canunt Hymenaeon, et ignibus aerea fumant.* Statius Genethliaco Lucani: *Et vestros Hymenaeon ante postes Festis cantibus ipsa personabo.* Claudianus libro II Rapt. Proserp. de Ioue: — *nimbis Hymenaeon hiulcis Intonat.* ita scribendum esse illic iam monui. vbi plura ad rem. caue enim credas ab Hymenaeo tonuisse. Terent. Adelph. *Tibicina et Hymenaeum qui canent.* vbi Donatus: *sic accipe hymenaeum in nuptiis, quemadmodum* θρῆνον *in funere, vel in sacris hymnum.*

150 *Iure venit cultos*] Versus, nisi fallor, spurius, et quem pro Ouidiano vix admiserim.

EPISTOLA TERTIA

Abest tota haec epistola a Sarrauiano codice. Argentoratensis post proximam epistolam collocabat.

10 *Vt solet infuso venit rediere meo*] *Affuso* Twisdenius. quod praestat. vide quae notauimus ad Artis lib. I. 650. In Epicedio Drusi: *Aridaque affusa guttura tinxit aqua.* Alludunt hoc et duo alii codices, in quibus *effuso mero.* Pro *vena* nonnulli *flamma*, vel *vita.* Forte *Vesta*, pro igni. Silius libro VI *Procedit renouata focis et paupere Vesta Lumina praetendens.* vt apud Maronem lib. IIII Georg. *Ter liquido ardentem perfudit nectare Vestam.*

13 *Vt multum demas nostro de pectore curae*] Argent. et quinque alii *nostrae de gurgite curae.* eleganter et vere, si quid video. sic *gurges vitiorum* Ciceroni.

20 *Limite*] *Tramite* Pricaeus ad Apul. Met. Non video caussam.

26 *Aut si sit, longa est attenuanda mora*] *Aut vt sit* plerique veteres. et *extenuanda*, pro *attenuanda.*

30 *Quod tua fecerunt scripta retexit opus*] *Texerunt* Patau. et vnus Hafniensis. Scribe *texuerunt.* et vide quae noto initio Remedii Amoris.

31 *Siue pium vis hoc, seu vis muliebre vocari*] *Siue hoc muliebre* plerique. nonnulli etiam *Siue pium ius hoc.*

35 *Dulcedine cunctos Ducit*] Rectius duo Vaticani *dulcedine captos.* Met. lib. I *Arte noua vocisque deum dulcedine captum.* Met. XI. 171 — *quarum dulcedine captus Pana iubet Tmolus citharae submittere cannas.* Iuuenalis de Statio: — *tanta dulcedine captos Allicit ille animos.*

37 *Scythico quid frigore peius*] *Litore peius* codex Scaligeri et duo alii. rectius etiam hoc.

39 *Sunt clausae cuncta Pandione natae*] *Sint* plerique veteres. *sit* Argentinus, Farnesianus et vnus Vaticanus. optime. nec hanc Micylli coniecturam Fabricius improbare debuit. duo ex nostris cum Aldina editione *cum bene sit clausa Pandione nata.* verum proxime.

Digitized by Google

40 *Nitidum in siluas quaeque redire suas*] *Illa redire* Argent. et decem alii. probe. nisi pro *quaeque* mauis reponi *vsque*.

43 *A pectore nostro*] *E pectore* cum melioribus. Pro *cadere* versu proximo vnus Vaticanus *vellere*, pro *pellere*. et tum *Te*, pro *Tu*, sit scribendum.

51 *Non dulces educat vuas*] *Herbas* Argent. et multi alii.

61 *Veterum nobis exempla virorum*] Scribe *veterum rerum*, vel inuitis membranis. et Notas adi ad Fast. lib. V. 621.

63 *Et graue magnanimi*] *I graue* malim. apposita repetitione, si quid video.

76 *Quo duce trabs Colchis sacra cucurrit aqua*] Opinor Nasonem scripsisse *Colchas aquas*. vt iam monui Trist. lib. V Eleg. VII. nam vnus Medic. et prima editio *Quo duce Colchiacas Argo cucurrit aquas*.

83 *Nulli datus omnibus aeuis*] Rottendorphianus *omnibus ex his*. quod placet. *omnibus illis* Arondelianus.

86 *Qui facit ex dictis non ita multa tuis*] *Quae facis* vnus Vatic. at Argentinus *Qui facit*. quomodo Tanaquillus Faber lib. II Epist. LXVII coniicit. Ego olim legebam *Si facio*.

86 *Si possus*] *Possint* meliores.

89 *Ne me frustra sanare labores*] *Seruare* scripti. et paulo ante pro *praeceptis posse caire tuis* vnus Hafnienſis *fomentis*. quomodo paulo ante v. 44.

92 *Sed sum*] *Sed sim* priscae editiones.

94 *Consulunque boni*] *Consuluntque boni* plerique veteres. Argent. et alii nonnulli *consiliumque dedit*, vel *tulit*. duo *consiliumque boni*. Praeterea versu praecedenti quidam *vt tamen haec ita sint*. non *haec ita sit*. scribe *Vt tamen ita sint, munus tuo grande voluntas Ad me peruenit, consuliturque boni*.

EPISTOLA QVARTA

4 *Nec iuuem lusus qui placuere, iuuant*] *Qui placuere placent* concinnius Thuaneus vnus.

6 *Aetatis*] *Aetati* malim.

14 *Fructibus assiduis*] Et hic *Frugibus* cum Twisdenio et altero Thuaneo. vide Notas Fast. lib. I. 677.

19 *Series immensa laborum*] *Malorum* Sarrau. Argent. Scaligeri et duo alii. in Tristibus: *Si tanti series sit tibi nota mali*.

23 *Quia venerit*] *Quod venerit* meliores. Proximo versu *ei* Sarrau. Polit. aliique omittunt.

31 *Iunctior*] Distichon nescio an genuinae notae.

34 *At nostram cuncti deseruere fugam*] *Desituere* vetustiores.

37 *Nec Amyntore natus*] *Agenore* Sarrau. Argent. Scaligeri et multi alii. vt de Phineo intelligatur, recte. quod Naugerius et Micyllus

Digitized by Google

cyllus iam viderunt, hinc apud Valer. Flaccum libro III magno progenitus Agenore Phineus. et Apollonius Rhodius ro Argonauticon II Φινεὺς δ' ἐκέκλετο μάντιον εἶναι Ἀγηνορίδην ὑπὲρ μοῖραν, vbi monet Scholiastes, Phineum a nonnullis Phoenicis um, Agenoris nepotem, haberi. qua in sententia fuerint Hedus, Asclepiades, Antimachus, Pherecydes, qui Phoenicis et ssiopeae filium faciunt, Hellanicum tamen Phineo patrem enora adsignasse. De monitis a Phineo datis, quomodo inquendum Argonautis esset iter, deque columba viam monante, copiose egerunt idem cum Valerio Flacco Apollonius.

48 *Non didicisset amans*] *Amor* Sarrau. Argent. et tres alii. *noris praeceptorem* se passim Noster appellat.

50 *Oscula ferre comis*] *Genis* praestat cum vno Hafniensi et bus Vaticanis. Superiori versu pro *talem te* quidam *te tam*. Censeo scribendum: *O ego, dii faciant, vel talem cernere possim.*

57 *Lenito Caesare*] *Principe* scripti. Proximo pro *provocet* o veteres *provehat*. Forte *provehas axe*. vt in Amoribus: *Flectere pruinosum quae vehit axe diem.*

EPISTOLA QVINTA

Sic *mihi*] Veteres *Et mihi*.

10 *Vixque monentis*] *Vixque coacta* meliores omnes cum nnis editionibus. Gottophianus *rogata*. vnus Vossianus noum. Puteo: *Scribimus inuita vix properata manu*. vel *perarum*.

11 *Animum contendere*] *Diuertere* Petri Seruii codex. For*animo deuertere*, de quo Metam. VIII. Nil tamen temere utandum.

12 *Nec venit in duros*] *Ad duros* in vetustioribus.

14 *Mollior ipse*] *Illi* meliores.

20 *Vt sub iudicium*] *Et* vetustiores.

21 *Nisi Lyeus in Hebrum confluat*] Prior in *Lyeus* syllaba ssim corripitur. etiam apud Nostrum Pont. III Eleg. X. Comianus pro diuersa lectione *Lixus*. in Patauino *Nilus*. quod nplector. simile habes Amor. lib. II Eleg. XVII *Sed neque diuisa ripa labuntur eadem Frigidus Europes, populiferus Padus*. ua adagii vicem obtinere. Claudianus bello Pollentiaco: *Iuvit Aegyptum Tanais*] *Maeotide Nilus*. et IIII Cons. Hon. *iuvet si Tanais quantum Nilusque relinquunt*. Propert. lib. I leg. XII *Tam multa illa meo diuisa est millia lecto, Quanta Hyanis Poneto dissidet Eridano*. sic scribe, non *Quantum*.

24 *Subducunt oneri*] Scribe *subducitur*, vel contra libros.

25 *Iustissima causa laborum*] *Laboris* quidam. Lege *At puto ructus adest iustissima causa labori*.

27 *Tempus ad hoc nobis* (*repetas licet omnia*) *nullum*] Scribenum, quicquid libri veteres dissentiunt: *Tempore ad hoc nobis repetas licet omnia*) *nullo Profuit* (*atque vtinam non nocuisset!*) *pus.*

30 *Et*

Digitized by Google

30 *Et tecum quaero saepe quid inde petam*] *Et mecum quaero* nonnulli veteres, et *feram*. vt infra: —— *si te distantia longe Pleiadum laudem signa, quid inde feres?*

41 *Studium num vtile seruo*] *Carpo*. sex libri. id est, retinendo.

53 *Cum bene quaefierit quid agam*] Puto *Cum bene quaesierim, quod agam.*

56 *Hac messem satis est*] *Hanc sartis est messem* Basileensis et Petri Seruii codex. Deinde scripti plerique cum priscis editionibus *Si mea reddit humus*, vel *reddat*.

61 *Sollicita poliam mea carmina cura*] *Lima* vnus Vossianus et Hafnienſis. vt supra: *Scilicet incipiam lima mordacius vti.*

63 *Sed glorior, Istrum*] *Si glorior* Puteanus, alius *quia*. Lege *si glorior*. Mox *Ingenio*, pro *Ingenium*, veteres plerique.

65 *Hoc vbi vincendum est, satis est si consequar arte*] Tolle priori loco verbum substantivum cum sex scriptis, et repone *consequor* cum melioribus plerisque.

67 *Quid mihi diuersum*] *Quo mihi* Sarrau. Scaliger. Argent. et quatuor alii, optime. vide Notas Art. Amat. lib. I. 303. Sequenti versu malim: *Quem Fortuna dedit, Roma sit illa, locum.*

75 *Vix credere possem*] *Possim* Polit. et duo alii. et mox *transiliisse* meliores, pro *transiliisse*.

78 *Res iuuat ista nihil*] *Iuuet* legendum.

78 *Quid tibi si calido prosit laudare Syene?* In Sarrauiano *calido effrosit inuidere sine*, mendosissime. codex Scaligeri *positus laudare*. Scribe *Quo tibi, si calida positus laudere Syene?* vel, quod malim, *positis*. *Quo tibi*. vide Notas Art. Am. lib. I. 303. quibus adde locum Propertii lib. IIII Eleg. III. *Nam mihi quos Poenis si purpura fulgeat ostris?* vbi perperam *tibi purpura* num legitur. *positus* etiam eleganter. Pont. libro I Eleg. II *Nec vocat in qua sint posiri regione Tomitae Quaerere*. infra Eleg. VII *Ecquis in extremo positus iacet orbe nouorum?* lib. IIII Eleg. VI *Gaudia tamen potui de tacitis, Brute, vocanti Vestro procul posito carmina in ora dedi.* Eleg. VIII *Clausaque si, misero patriae, sic ponar in illa, Qui minus Ausonius distet ab vrbe, loco.* infra lib. II Eleg. X *Ipse quidem positus cum sim sine cardine mundi, Qui semper liquidis altior exstat aquis.* sic ibi codices veteres. vt lib. III Eleg. III *Effice sit nobis nox inplacabilis ira, Aequa loco poni commodiore velis.* lib. IIII Eleg. II *Si quis in hac ipsum terra posuisset Homerum.* Silius initio lib. III. *Extemplo positus finiti cardine mundi. Victor adit populos. Sub occasu positi Iberi* apud auctorem. Herculis Oetaei. sic *locatus Capuae* apud Symmachum libro primo Epist. XXXI *Scripta tua Capuae locata accepi.* apud eundem libro I Epist. LXXXVI *Mediolani positus.*

80 *Aut vbi Taprobanen Indica tingit aqua*] Plerique veteres *pingit*. Scribe *cingit*, quod Moretí codex confirmat. Ep. Acontii: *Insula, Cauysiis quondam celeberrima nymphis, Cingitur Aegaeo nomine Cea mari.* Metam. IIII. 21 *Decolor extremo qua cingitur*

Digitized by Google

gitur India Gange: Epist. Ariadn. *Cunctis datus terrarū cingere.*

82 *Quid inde feres*] *Feras* meliores.

83 *Sed neque peruenio scriptis melioribus istuc*] Imo *mediocribus* cum vetustioribus maxima ex parte.

EPISTOLA SEXTA

Graecino] Iulii Graecini meminit Seneca, et laudat eum lib. II de Benef. cap. XXI. vbi vid. Lipsium. Scaliger legebat *ad omponium Graecinum.* incertum an ex coniectura.

6 *Nec minus a studiis dissidet illa tuis*] *Nec minus a studiis dissidet ista tuis* scripti constanter, censeo nihilominus reponendum: *Nec mens a studiis dissidet illa tuis.* sequentia confirmant hanc coniecturam, quam et postea in codice Twisdeniano probatam vidi pro diuersa lectione inueni notatam.

13 *Hanc quoque fortunam sensi*] *Hoc quoque* Sarrau. Argent. Twisd. et octo alii. Barberin. *Hoc quoque fortuna.* proxime verum. Scribe *Hoc quoque fortunae sensi.* idque in primo Mediceo et vno Thuaneo postea inueni.

17 *Fer opem precor ominus vnam*] Malim *vnum.* quod vnum superest. Superiori versu rectius vnus Vaticanus *Magnaque pars animae,* quam *animi.* quod est in vulgatis. infra Eleg. VIIII *Accipe pars animae magnae, Seuere, meae.* Pont. III Eleg. IIII, vt scribendum et illic: *Magnaque pars animae mecum vixistis amici.* Metam. VIII —— *o me mihi carior, inquit, Pars animae consiste meae.* lib. III Eleg. I *Vltima pars animae dum mihi restat ades.* Rutilius in Itinerario de Rufo Venereo quaesturam adepto: *Prouecta est animae portio magna meae: Victorinus enim nostra pars maxima mentis. Serues animae dimidium meae* de Virgilio Horatius. Statius in Siluis libro III —— *dubio commisitur alto Mettius, atque animae partem super aequora nostrae Maiorem transferre parat.* idem Statius libro V *Tum sic vnanimum moriens solatur amantem; Pars animae victura meae.* Hieronymus praefatione Chronici: *quantaque nostrae pars tui fuit, Cornute, animae, tibi, dulcis amice, ostendisse iuuat.* Ausonius Descriptione orae maritimae: *Pars mei cordis, Probe.* Sidonius Apollinaris: *Namque animae nostrae portio maior eras.* D. Ambrosius Epistola LXIII *Quasi animae portionem conuenio meae.* Horatius lib. II Ode XVII *Ah te meae si partem animae rapit Maturior vis, quid moror altera?*

21 *Nec breue, nec tutum est*] *Nec leue, nec tutum* veteres nonnulli. adi Notas Trist. lib. I Eleg. VI.

25 *Sic culpa vocanda est*] *Vocandum est* praestat cum altero Thuaneo.

26 *Omnis an in magnos culpa deos scelus est*?] Quis dubitet? sed scripserat Naso *ad magnos deos.* vel, quod magis arridet *Omnis an ad magnos culpa scelesta deos? ad deos,* id est apud deos. vide Notas Fast. III. 320. Trist. lib. II *Stilbae in Satyris*

vir etiam Fortuna inuida est; Nec veniam laeso numine casus habet.

42 *Arguit, iniectam continuitque manum*] *Arcuit* rectius tres scripti. quod Fabricius damnare non debuit. *arcere* pro prohibere. infra lib. III Eleg. III *Quam tex furtiuos arcet habere viros.*

47 *Qui ne difficilis mihi sit, Graecine, precare*] *Labora* Feschianus. quod placet. Deinde *Quae ne* alter Thuani, vt ad bonitatem referatur.

48 *Confer et in votum tu quoque verba meum*] *Tu quoque vota* Moreti liber. Puto *tu tua verba*, vel *vota*. Mox *incipiam*, pro *incipiens*, duo veteres.

EPISTOLA SEPTIMA

4 *Haec me Nasonem*] Malim *Haec tibi Nasonem.*

8 *Gentis abesse velint*] *Habere* Sarrauian. Argent. Combil et Moreti. hoc est, procul habeant.

12 *Grandine pugnet hyems*] *Pulset* rectius decem scripti. sic *verberatae grandine vineae* apud Horat. III Od. I.

13 *Nec pomis foeta nec vuis*] Sarrau. Argent. prim. Medic. Feich. multique alii *pomo*. et versu proximo *cesset*, pro *cessat*, meliores.

19 *Vtque sit hoc verum*] *Idque sit vt verum* plerique. quidam *Vtque sit id verum*. Malim *Sed sit vt id verum.*

21 *Notum non fingit amicum*] *Notus* scripti. Distichon etiam hoc est dubiae fidei pluribus vnum.

28 *Studii causaque faxque mei*] Malim *duxque*. nam in Combiano *fixa*. lib. II Eleg. III *Primus vt auderem commistere carmina famae Impulit: ingenii dux fuit ille mei.*

30 *Medio scripta canenda foro*] Forsan legendum *medio scripta canenda rogo*, vel *toro*. hoc est feretro. non *foro*. de epicedio enim agit.

31 *Tanto mihi iunctus amore*] Scribe *tibi* cum Sarrauiano, Combiano, Twisdeniano, et Vaticano primae notae. Versus sequens confirmat.

36 *Tota sit illa domus*] *Ista domus*, pro *illa*, cum scriptis.

42 *Parua relegati*] *Relegari* cum scriptis.

43 *Ipse sed hoc vidit, qui praecidet omnia, Caesar*] *Peruidet* lege vel contra libros. Puteaneus *prouidet*. sequenti Elegia: *Cunctaque mens oculis peruidet ista suis.* quomodo et illic scribendum. Met. XIIII. 375, vbi similiter erat peccatum: —— *Iterum, qui peruidet omnia, Solem Accipe.* Horatius I Sat. III. 25 *Cum tua peruideas oculis mala lippus inunctis.* quamquam *praecideas* illic sunt qui legant. non male. Mox *Solstitium meum* Sarrau. Argent. et tres alii.

50 *A Ioue*] *Ab Ioue* puto. vt semper alibi. vide lib. I. Fastor. 236.

51 *Ipse suas quamuis vires inhiberet Achilles*] *Ipse suas vetuit* Sarrau. et alii multi ex vetustioribus. Lege *ne iam*. infra lib. IIII Eleg.

Digitized by Google

Eleg. VIII *Vt iam nil praestes, animi sum factus amici Debitor.* Epistola Cydippes: *Durius ut ferro iam sit tibi pectus, Aconti, Tu veniam nostris vocibus ipse petas.* qui locus etiam pessime erat habitus. In Amoribus: *Vt iam seruaris bene corpus, adultera mens est.* et initio: *Vt iam nulla tibi nas legisse voluptas.* Artis lib. I *Vt iam fallaris, tuta repulsa tua est.* lib. III *Vt iam decipiare, quid perditis?* Sequenti versu pro *dabas* Feschianus et quatuor alii *tulit*.

57 *Nec tamen officium sensit domus altera nostrum: Hic illic vestro sub Lare semper eram*] Haec mendosissima sunt. Priori versu bene Puteaneus et Thuaneus alter *sensit magis altera*. nisi mauis: *Nec tantum officii sensit domus altera nostri*. quatuor veteres *nostro sub Lare*. vnus Mediceus et prim. editio *Illic hic*. alii non pauci *Huc illic*, vel *Hinc illinc*. Scribebam aliquando: *Illic, ceu nostro sub Lare semper eram*. vel *mulier eram*. nam libri quinque ex scriptis *tutus eram*. Nihil opus tamen mutatione. *Hic illic*, siue tua, siue in fratris tui domo. nam de fratre Graecini ante egerat.

63 *Quod optas*] *Optes* multi veterum. Lege *quid optes* cum Sarrau. Argent. prim. Medic. et tribus aliis.

66 *Officii causa*] *Causam* Argent. et alii quinque. Pro *dati* Combianus *data*. Sarrauianus *dari*. Latet vicus. aut versus est spurius.

EPISTOLA OCTAVA

3 *Neue roges*] *Roga* cum plurimis scriptis.

4 *Summa satis nostri sit tibi nota mali*] Scribe *si tibi*. atque ita Sarrauianus. *satis* pro satis est. Superiori Elegia: *Nec tamen irrumpo, quo non licet ire, satisque est, Atrio si mihi non patuisse negat.* ita plurimi ex scriptis.

6 *Dura bella*] *Dira* Feschianus.

8 *Castera turba tuae*] *Saeua* Politiani codex et septem ex nostris. recte. adi Notas Trist. lib. III Eleg. I. 50. Mox *facta fcias*, pro *leges*, Gottorph. et Rottendorph.

13 *Caspius Aegypsus, de se si creditur ipsis, Condidit*] Multi veteres *Aegyssus*. Argent. et quidam alii *Aegistus*. *Aegisos* Combianus. *Aegiros* vnus Vaticanus. alius *Egitos*. alius denique *Aegirus*. *Caspios Aegisos* Sarrauianus. sic et lib. IIII Pont. El. VI, vbi bis meminit eiusdem ciuitatis: *Non negat Aegyspos*. vbi *Aegiros* vetustiores, vel *Aegyros*. quinque alii *Aegissos*, vel *Aegissos*. Constantino Porphyrogenetae Themat. lib. II. Αἴγισσος est. Procopio lib. IIII de aedificiis Iustiniani Αἴγισος. In Itinerario Antonini et Imperii notitia *Aegyssos* est. quanquam apud Antonium codices quidam *Aegisos*, et *Aegysos*. Et *credimus* plerique veteres.

15 *Hanc trux Odrysiis*] *Hanc forus* scripti omnes. vtrumque rectum. superiori Elegia: *Trunque Getes armis, grandine pulset hyems.*

17 *Illa*

Digitized by Google

17 *Ille memor magni generis*] *Generis magni* in nonnullis. Twisdenianus non male: *Ille memor generis, magnus virtute quod auget.*

27 *Scythicas detrusus in oras*] *Stygias oras* Sarrauianus, Polit. Argent. Combii et tres alii. sic infra: *A Stygiis quantum fors mea distat aquis?*

33 *Aque domo rursus*] *Eque domo* bene Argent: et tres alii. multi *Deque*. Sequenti versu pro *praeuidet* reponendum esse *peruidet*, cum *prouidet* sit in nonnullis scriptis, superiori Elegia monuimus. Arondelianus *mens oculis praeuidet vsta suis.* non *illa.*

43 *Positos in montibus hortos*] *Piniferis in collibus* scripti praestantiores magno numero. Columellae lib. X *damosis positi sub collibus horti.* Idem alibi collibus insitos monet debere esse hortos.

44 *Flaminiae Claudia iuncta viae*] Pro *Claudia* recte *Clodia* Sarrauianus. prima editio *Cludia*. *Clodia* enim appellabatur haec via, per quam iter Roma, Lucam, Pistorium et Florentiam fiebat, vt ex Itinerario Antonini discimus. hoc est, per Appenninum. vt iam constet, quinam pinifori colles sint Nasoni, cum Appenninus pinum etiamnum frequentissimam ferat. In Tabula Peutingeriana: *Ad sextum via Cludia.* In Gruteri Inscriptionibus p. CCCXCVJIII et p. CCCCXXXXVI mentio fit CVRATORIS. VIAE. CLODIAE. ANNIAE. CASSIAE. GIMINIAE. seu CIMINAE.

47 *Confita quaedam*] Malim *quondam*. atque ita vnus Vaticanus. Mox *contingere posse* meliores.

55 *Quae norunt verba*] Malim *norint* cum vno Vaticano. et versu praecedenti *Ducere*, pro *Ducam*, si per scriptos codices liceat, vt referatur ad *vt velim*, quod praecesserat.

57 *Ipse magno cupiam pressis moderatus arari*] *Pressis aratri* Polit, et multi alii, sed et vulgata scriptura ferri potest. Trist. III Eleg. X *Nec quisquam pressis vomere sulcat humum.*

60 *Et dare, quas fidens iam bibat herbus aquas*] Meliores omnes *Et dare iam, fidens quas bibat herbus, aquas.* vnus tamen Vatic. *quas fidens combibat.*

67 *Vmbria te reuocat*] *Ducit in vrna rota* meliores. et *Vmbria nunc reuocat.* Pro *nec non* duo *nunc non.* Forte: *Vmbria nunc reuocas, te nunc Albana potentem.* vel: *Vmbria nunc reuocat, nunc rura potentem, Appia ferunti ducit ab vrbe rota.*

69 *Forsitan hoc opus*] Scribe *hic opus* cum Sarrauiano, Polit. et tribus aliis, ac prima editione.

71 *Ab nimium est quod, amice, petis*] *Vt est* multi non agnoscunt. Puto: *Ah nimium quid, amice, petis?*

EPISTOLA

EPISTOLA NONA

Denſius iſtis] *Illis* ſcripti meliores. et poſtea *nec fuit ipſe comes*, pro *ille*.

25 *Quantum debeat auxilium*] *Quantum auxilii* in vno Vatica-. rectius.

39 *Non cenſus*] *Nec* nonnulli.

42 *Quas dedit ipſe*] *Ille* meliores.

46 *Hoc ſolum eſt iſthic, quod licet eſſe meum*] Ita et ſcripti. *liquet eſſe* reponendum. ſic Triſt. lib. I Eleg. I ſimili modo ccatur in libris vetuſtis: *Diſſimulare velis, te liquet eſſe tam.*

49 *Quod potuit*] *Qui potuit* caſtigatiores.

52 *Fudit amoma*] *Vertit* meliores magno numero. Lege *rſit*, aut *verxit*. quod eſt apud Diomedem. Gronouius: *ver-*, Obſeruat. lib. II. 7. qui videatur. ſic Met. IIII. 506 ſcriben-im monuimus ex ſententia doctiſſimi Graeuii: — — *vergit riale venenum Pectus in amborum*. Claudianus Nuptiis Palla-i: — — — *tum vere rubentes Deſuper inuergunt calathos*, omodo illic caſtigaui. Apud Auſonium de ſeptem Sapienti-s drammatico opuſculo Periander Corinthius: *Si fortuna iu-t, caueto tolli: Si fortuna tonat, caueto vergi.* vbi *mergi* mi-s concinne nunc legitur. *tolli* et *vergi* bene ſibi opponuntur. ermanicus Arateis in Sagittario: — — *tum totus in vn-s Vergitur Orion.* ita codex longe veterrimus Voſſianae Biblio-ecae, non *Mergitur*. Auienus Prognoſticis de Sole: *Siue ille iduas vergat decliuis in vndas.* Ita vtuntur plerumque in ſa-s inferis hoc verbo ſcriptores. nec dubium mihi eſt apud atium quoque pietate Etruſci oportere reponi: — — *tu gus Eua Germina, tu meſſes Cilicumque Arabumque ſuperbis rge rogis.* Theb. VI, vbi rogum Archemori deſcribit: *Spu-nteſque mero paterae verguntur, et astri Sanguinis, et rapti atiſſima cymbia lactis.* Male etiam multi ex ſcriptis *aroma*. uenal. *Et matutino ſudans Criſpinus amomo, Quantum non tolent duo funera.* Perſius Sat. III — — *tandemque beatulus o Compoſitus lecto, craſſiſque lutatus unomis.* Noſter Triſt. Eleg. III *Oſſaque cum foliis et amomi puluere miſce.*

EPISTOLA DECIMA

Sed peragit] *Et* cum melioribus. Pro *febribus anbelis* Twiſdenius *acutis*. quod placet. vox medicis familiaris.

9 *Educat*] *Educet*.

12 *Gnaua iuuenta*] Scripti plerique *grata*, vel *Graia*. quod ſterius amplexus eſt doctiſſimus Gronouius. vnus ex noſtris *ua*, alius *gnara*. Sarrau. Scaligeri et Argent. *naua Iuuenta*. te. ita enim ſcribebant, vt paſſim in veterrimo codice Silii lici. Seneca Hercule Oetaeo: *In tempore ipſo gnauus occur-Lichas.* vbi veterrimus Mediceus *nouus*. hoc eſt *nauus*. vide tas Triſt. lib. V Eleg. III. 37.

Digitized by Google

16 *Vocet*] Lege *vocent* cum duobus antiquis.

27 *Parvus in exiles succus mihi peruenit artus*] Malim *Parcus*, vel *Rarus*. deinde *permanet* multi veteres. Forte *permeat*.

38 *Vix meus tristitiae nostra tulisset onus*] Malim *mens moesta* cum quinque scriptis et priscis editionibus.

39 *Fractae phaselo*] *Fragili* Barberin. bene. apud Horat. lib. III Od. II — *fragilemque mecum Soluat phaselum*. Prudentius lib. II contra Symmach. *Instar erant tenuis cymbae fragilisque phaseli*. supra Eleg. V huius libri: *Nos fragili ligno vastum sulcauimus aequor*. Statius Propemptico Metii Celeris: —— —— *fugit ecce vagas ratis acta per undas, Paulatim minus et longe seruantia vincit Lumina, tot fragili ligno complexa timores*. ita praestiterit fortasse, quam *gracili*. quod nunc circumfertur. cum hae duae voces promiscue in vetustis codicibus confundantur. quanquam et scriptura vulgata satis commode se habet. Horatius Od. III lib. I *Illi robur et aes triplex Circa pectus erat, qui fragilem truci Commisit pelago ratem*. et illum imitatus Seneca Medea: *Audax nimium, qui freta primus Rate tam fragili perfida rupit*. D. Paullinus carmine ad Cytherum: *Narbonae soluit per trucem ponti viam Fragili carinae credulus*. vel *creditus*.

EPISTOLARVM EX PONTO

LIBER SECVNDVS

EPISTOLA PRIMA

1 *Huc quoque etc.*] Refer ad triumphum Tiberio de Dalmatis a Senatu decretum A. V. C. DCCLXI, C. Poppaeo Sabino, Q. Sulpicio Camerino Coss. hoc est quinquennio ante excessum diui Augusti. sed triumphus est dilatus in opportuniora tempora, moesta tum ciuitate ob cladem Varianam. vt fortasse in alterum annum sit reiectus, hoc est consulatum M. Aemilii Lepidi, et T. Statilii Tauri.

7 *Nolis vt illa*] *Vlla* cum tribus scriptis legendum.

12 *Si veras*] *Vetes* meliores. et *iuuat*, pro *rigat*, versu proximo. de quo dictum Art. Amat. lib. I. 647.

17 *Caesareae mentis*] *Gentis* videtur scribendum, cum subiungatur *priuati nil habet illa domus*. *Caesarea gens*, quomodo *gens Flauia, gens Claudia, gens Aemilia*.

27 *Numine*

Digitized by Google

27 *Numine caelesti Solem fulsisse serenum*] *Lumine* ex tribus scriptis.

29 *Cum magnae vocis honore*] *Magno* vnus Vaticanus.

33 *Iustitiaque sui castos placasse parentes*] Nemo intelligit, vt opinor, quid haec sibi velint. Sarrauianus, Gombianus, et vnus Mediceus, cum prima editione et Scaligeri Excerptis: *Iustitiamque sui caste placasse parentis.* optime. nisi quod priores duo *castae.* mendose. *Casse placare deos*, vt *casse colere deos* Ciceroni Epist. ad Terentiam, *caste deos adire* in leg. XII Tabb. *caste sacra facere* et similia passim in sacris. vide Notas Fast. IIII. 726. Caeterum vnice hanc emendationem illustrat Noster ipse infra lib. III Eleg. VI de Augusto: *Principe nec nostro deus est mansuetior vllus: Iustitia vires temperat ille suas. Nuper eam Caesar facto de marmore templo, Iam pridem posuit Mentis in aede suae.* vnde liquet versu proximo scribendum *Illo quae templum rectore semper habet.* nempe Iustitia. Vulgati et scripti *quo templum*, nisi quod Arondelianus pro diuersa lectione *Illa quae.* Haec praelo commissurus eram, cum incidi in magni Scaligeri ad Propertium animaduersiones, vbi pari modo Nasonianum locum castigatum offendi, idque sub finem libri tertii.

37 *Veros imitantia muros*] *Versos* Sarrauianus et plerique alii. recte. Sequenti versu idem Sarrau. et tres alii *pictis viris.* Excerpta Vossii *vinctis.* Puto *fictis.* ex argento videlicet.

39 *In altas proflua siluas*] *In altis siluis* plerique veteres. Excerpta Scaligeri, Gombianus et tres alii *in altis pascua siluis*, quod placet. nisi mauis: *Fluminaque in montes et in altas profluo siluas.* nam Iunianus *in montes.* Arondelianus *Fluminaque et fontes et latis profluo siluis.*

41 *Incenderat*] *Incenderes* Sarrau. Argent. aliique nonnulli. Vsleensis recte *incenderit.* Praeterea vnus Vaticanus *Deque triumphato auro.* quomodo in Fastis III. 732 *Deque triumphato uiscera tosta bouc.*

46 *Summa caputque fuit*] *Summa caputque Baso* Sarrau. et Scaligeri codex. optime. intellige Batonem Pannonlorum, vel, vt alii, Dalmatarum, ducem, cuius Dio, Paterculus, Suetonius, alii meminerunt. Veram lectionem iam vidit Scaliger. qui adeatur ad annum MMXXIII Chronici Eusebiani. *Tulerunt*, pro *tulere*, versu superiori scripti.

47 *Caesaris irani*] *Numinis* Sarrau. Scaliger. Argent. et multi alii. Polit. cum quibus et noster *principis.*

49 *Pertulit hoc idem*] *Hunc* Polit. et sex alii. reliqui magna ex parte *hic.*

Rumor, Oppida sub titulo nominis esse sui] Designat Seretium et alia oppida Pannoniae a Germanico capta. qui tamen et clarem in illa expeditione est passus. Sed missus in Illyricum Tiberius et Germanico coniunctus Dalmatas Pannoniosque variis praeliis attriuit, Batonem quoque ducem hostium cum filio cepit, et in triumphum egit, vt hic videmus. Imperatoris nomen et triumphus tam Augusto, quam Tiberio decretus. Germanico triumphalia ornamenta, honoresque praetorii, et vt sen-

Digitized by Google

tentiam primus post consulares diceret, vtque consulatum legibus solutus posset ambire. Plura Paterculus, Dio, Tacitus, Suetonius, Appianus, Alexandrinus, Florus, Orosius, alii. Pro *sub titulo, sub titulos* castigabat Muretus. male. nam illa Tibulli II. 4. 54 *Ite sub imperium sub titulumque lares*: et Nostri Remed. Amor. 302 *Sub titulum nostros misit auara lares*, longe alia significatione dicuntur.

55 *Sunt quaedam oracula vatum*] Repone vel sine auctoritate veterum librorum *sunt quiddam*. hoc est, sunt aliquid. vide Notas Art. Amator. lib. III. 755. Proximo versu pro *Nam* malim *Iam*.

57 *Tarpeias scandere in arces*] *Scandere turres* quinque veteres. Forte *rupes*. Propert. IIII. 4. 1 *Tarpeium nemus, et Tarpeia in rupe sepulchrum*. ita legebat parens meus, non *Tarpeia turpe*.

64 *Sufficiat*] *Sufficiet* meliores.

65 *Imbuero Scythicas fugientes*] *Induere* Leidensis. *Inducere pectora telis* habes Amor. lib. II Eleg. X.

67 *Dabitur tua laurea templis*] *Dabitur tibi* concinnius multi ex scriptis. a te, vel per te dabitur.

EPISTOLA SECVNDA

5 *Hei mihi, si lecto*] Sarrauianus *O mihi qui lecto*. Forte *Heu mihi quod lecto*.

16 *Nullum maius adorsa nefas*] Recte *adorta* Sarrau. Argent. Combi, Twisden. aliique nonnulli. vt apud Virgil. VII. 38 — *simulato numine Bacchi Maius adorta nefas*.

23 *Sed licet arma feras*] Malim *ferox*. vt ad nè *mineris* referatur. Pro *efficies* versu proximo Polit. et Arondel. *efficias*.

27 *Templi violator*] *Temerator* Feschianus. rectius. Festus: *Temerare, violare sacra et contaminare, dictum videlicet a temeritate*. Apud Statium Achilleidos primo in sacris Bacchi: *Exploratque aditus, ne quis temerator oberret Agmine femineo. Temerare leges*, et *legum temeratores* in Corpore Iuris passim. apud Virgilium apposite: *Vitas auos Troiae, templa et temerata Mineruae*. Propert. lib. IIII Eleg. X de ara Herculis: *Haec nullis vnquam pateat temeranda puellis*: ita scribe. *veneranda* male illic extat. Tibullus lib. III Eleg. V *Non ego tentaui nulli temeranda virorum Audax laudandae sacra docere deae*. Noster Fast. I ex vestigiis vetustissimi libri: *Ne temerent pueros exanimata focos*. In Ibide tamen: *Vtque Iouis Libyci templum violare parentes*. Silius libro XVII — *temerata ferebant Qui secreta deum*. Parum abest, quin apud Apuleium quoque censeam scribendum libro VIIII *At te, inquit, nequissimum et periurum caput, dominus iste tuus, et cuncta caeli numina, quae deierando temeraſti, pessimum pessime perdant*. cum nunc legatur *deierando temere deuotaſti*. pro quo, qui *deuoraſti* reponunt, suauiter nugantur. apud Velleium quoque lib. II *Omnia pretio temerata vendendo*

Digitized by Google

vendente rempublicam consule. vbi *temperata* nunc legitur. *Temerare*, corrumpere. sic *fluuios temerare venenis.* Noſtro Met. VII. et *corpora nefandis dapibus temerare* Met. XV. Tacitus Hiſtor. IIII 53 *Iniectae fundamentis argenti auriqua ſtipes, et metallorum primitiae nullis fornacibus victae. Praedixere haruſpices, ne temeraretur opus ſaxo auroue in aliud deſtinato.* adi Notas Amor. lib. I Eleg. VIII. 19.

32 *Nam timor euentus*] *Euentu* Sarrau. Forte *Euenti.* vt Tacitus et alii frequenter.

33 *Qui rapitur fatis*] Nonnulli ex antiquis omittunt hoc diſtichon, quidam proximum. alii ex ambobus vnum faciunt, vtroque meliorum verſuum omiſſo. Ego vtrumque diſtichon ſuperfluum et tollendum eſſe cenſeo. certe in Sarrauiano ita legebatur: *Qui rapitur* — *Porrigit ſpinas duraque ſaxa* — hiatu in priore ac poſteriore verſu relicto.

37 *Accipitrem metuens*] *Accipitremque timens* vetuſtiores. ſed ſi ſuperiores verſus tollantur, vulgatae lectioni non eſt mouenda controuerſia.

38 *Audet in humanos*] *Ad humanos* ſcripti.

40 *Infeſtos canes*] *Infeſtas* Combii et Feſchii, vt ſaepe alibi Noſter. vide Notas Met. III. 140.

42 *Vocibus obde forem*] *Obde ſeram* veteres quinque. vide Notas Art. Am. II. 636.

48 *Si modo ſeruor*] *Seruer* nonnulli. v. II. 1. 64.

50 *Principis aeterni quam tibi praeſtet amor*] Aut *praeſtat* legendum cum Argent. aliiſque plurimis, aut *aeternum praeſtes*, vel *aeternam.* niſi mauis *Principis alterni quam tibi praeſtat amor.* vt de Tiberio etiam intelligatur. ſed verius alterum.

51 *Nunc tibi*] Malim *mihi.* Nunc mihi adſit eloquium tuum. recte autem illud *nitor eloquii domeſticus.* nam in Meſſalla Corvino nitorem orationis multum commendat Quinctilianus. et Tacit. lib. III Ann. 34 *Mox Valerius Meſſalinus, cui parens Meſſalla, ineratque imago paternae facundiae, reſpondit.*

57 *Erroris origine factum*] *Imagine* rectius multi. ſic lib. III Eleg. III *Tu licet erroris ſub imagine crimen obumbres.*

58 *Mohere*] *Mouere* cum melioribus pleriſque.

60 *Tutus eſſe puto*] *Putem* cum Hafnienſi. Sequens diſtichon nonnihil eſt ſuſpectum.

74 *Nec vigor eſt Druſi nobilitate minor*] *Eſt Druſo* malim. vel *in Druſo.*

75 *Caroſque nepotes*] *Adde nurum neptemque pias, nataſque nepotum* Sarrauianus, Polit. et tres quatuorue alii. Argent. Scaligeri multique praeterea recte: *Adde nurus, neptesque pias, nataſque nepotum.* quidam etiam *nataſque nepotis*, vel *nepotes.* Iuliae in Pandataria exſulantis non meminit, nec Iuliae neptis. neptes intellige Agrippinam Germanici vxorem, et Liuillam Druſi filiam. nurus intellige Antoniam Druſi vxorem, Liuillam, quam dixi, filiam Druſi, vtpote Caii Caeſaris vxorem, et Aemiliam Lepidam Lucio Caeſari deſtinatam, quae et *nurus Caeſaris*

Digitized by Google

propterea in veteri inscriptione Bergomensi appellatur. *nati nepotum* sunt, quos Augustus videre potuit, Germanici liberi et Drusi, quorum ante meminit. Plinius lib. V. 13 auctor est, Augustum eo, quo supremum obiit diem, anno M. Iunium Syllanum neptis suae nepotem iam vidisse genitum.

77 *Adde quieti Subdita montanae brachia Dalmatiae*] Parum Latine dicitur *Dalmatia quieti subdita*. quare aut *Quiriti subdita* scribendum, aut *Pineti*. quicquid pro vulgata lectione stant membranae veteres. Codex Regius *quieto*. Sarrau. *quietis*. Pines dux Dalmatarum a Batone proditus. Sed cum *Pinnetum* vocet Velleius, Πίννην Dio, priorem coniecturam duco veriorem. apud Persium: — *quibus ima Quiritem vertigo facit*. quanquam Grammatici veteres contendunt, *Quiritem* singulari numero insolentius dici. Iuuenalis Sat. VII — *tamen ima in plebe Quiritem Facundum inuenies*. Symmachus libro I Epist. I *hic dixit iura Quiriti*. sic scribendum.

82 *Tempora Phoebea virgine nexa tulit*] Scribendum est, vt cunque membranis dissentientibus, *Penea virgine*. nam Daphne, Penei fluminis filia. Noster Met. I *Nympha, precor, Penea mane. non insequor hostis*. Doctissimus Gronouius ad Statium ex Pirckheimeriano codice *Phoebea coniuge*: vt Phoebus ipse Met. I sd Daphnen: — *quoniam coniux mea non potes esse, Arbor eris certe, dixit, mea*. Martialis ad Apollinem IIII. 41 *Fer vota patri. sic te tua diligat arbor*. sic legendum ex optimis membranis, non *vxor*.

83 *Comitauit euntem*] Malim *quantem*. Suetonius in Tiberio: *Rhaetico atque Vindelico bello gentes Alpinas, Pannonico Breucos et Dalmatas subegit. Germanico quadraginta millia dedititiorum tralecit in Galliam. quas ob res et ouans et curru vrbem ingressus est*. Paria habes apud Dionem lib. LV.

Proles] Per *prolem* intelligo Germanicum et Drusum. De Germanico superiori epistola vidimus. Druso ob rem bene gestam locus inter Senatorios decretus, vtque post Quaesturam inter Praetorios sententiam diceret. de vtroque cum agat, malim mox *Fratribus assimiles*. Germanicus enim adoptione Tiberii filius, frater Drusi.

84 *Nominibusque datis*] Malim *ratis*. Germanicus nomen suum non vna de Germanis victoria ratum fecit. hunc vt et Drusum vna cum Tiberio triumphasse post bellum Pannonicum confectum ex Dione discimus, etsi Drusus ipsi bello non interfuisset.

91 *Hanc colit, ante diem per quam*] Haec nihili sunt. quomodo enim *ante diem*, cum iam consulatu functus esset Messalinus totis quatuordecim annis ante hunc triumphum. incidit enim in A. V. C. DCCL eius consulatus. Tiberii hoc triumphus in annum DCCLXIIII. Sarrauianus omnium *veterrimus Hanc colet*, et *quamque decreta*. alii complures *colis*, et *quamquam*. variae coniecturae subeunt. Sed tutissimum Sarrauiani codicis vestigiis insistere, in quo nihil mutandum, nisi *quamque*

Digitized by Google

in *quam qua.* nam recte idem superiori versu *secundus erit*, non *eris*. quod superiora confirmant *His Messalinus.* cum quia illic tanquam cum tertia agit persona: *Hanc colet ante diem, quam qua decreta merenti Venit honoratis laurea digna comis.* certe Messallino ornamenta triumphalia fuisse decreta bello hoc Dalmatico, nisi fidem faceret hic locus, abunde testaretur Velleius Paterculus, cuius narrationem exhibemus libro I Ep. VII. Is *Illyrico praefectum* fuisse nostrum, Dio *Pannoniae praefectum* hoc bello testantur. Fuisse autem gratiosum hunc ipsum Messalinum, non apud Augustum solummodo, sed etiam apud Tiberium, fit verisimile, cum patrem eius Coruinum Messallam iam senem ab hoc adolescente Tiberio obseruatum fuisse innuat Suetonius. Porro praeter Messallinum ornamenta triumphalia sunt consecuti hoc bello, Velleio teste, C. Vibius Postumus Legatus procos. Tiberii Caesaris in Illyrico, et M. Plautius, qui Dalmatiam Procos. obtinebat. Marmor antiquum: *M. Plautius M. F. A. N Siluanus Cos.* VII. *vir epulon. huic Senatus triumphalia ornamenta decreuit ob res in Illyrico bene gestas.* Caeterum praetermitti non debet, in Argentino codice, quem inter vetustiores connumeramus, exaratum occurrere *quaquam decreta parenti*, pro *quamqua.* vt dies triumphi Aquitanici Messallae Coruini designetur, cuius memoriam quotannis festo in gente Valeria die celebratam fuisse fit verisimile.

93 *Felices quibus hoc*] *Quibus* a Sarrau. et vnus Vatican.

97 *Si tamen hoc audis*] *Haec* meliores.

109 *Sic igitur vestrae vigeant*] *Viuant* Barberin. Malo *vireant*. vide Notas ad lib. I Raptus Proserpinae Claudiani v. 236.

112 *Eximar vt Scythici de feritate loci*] *Eximat* Sarrau. aliique nonnulli. *Eximat me* Argent. Lege *Eximar vt Scythici me feritate loci.*

113 *Sed tendit in ardua virtus*] Malim *tendat.*

114 *Et talis meriti*] *Meritis* Sarrau. Forte *Talibus et meritis.*

121 *Vitio est huius*] Malim *vitio cuius clementia nostro.*

122 *Venit et ad vires*] *Ad partes*, pro *vires*, malim.

123 *Qui quoniam patria*] Malim *a patria.*

125 *Ad superos perfer mandata precordes*] *Haec fer* rectius plerique veteres. et mox *in mea verba*, pro *ad*, Polit. et Moret.

EPISTOLA TERTIA

1 *Nomen virtutibus aequas*] *Imples* Scaligeri codex et alii nonnulli. vt lib. I Eleg. II *Maxime, qui tanti mensuram nominis imples.* quomodo vetus Interpres Euangelii Matthaei cap. XXVI. 32 *Et vos implete mensuram patrum vestrorum.* Sed Lucan. in Panegyr. ad Pisones: *Felix qui tantis animum virtutibus aequas.*

5 *Non auersatus*] *Non inficiatus* alter Medonii. Mox pro *si modo vera fatemur* forte rectius reponatur *fatendum.* in qua locutione multus est Lucretius aliique optimae notae auctores.

Digitized by Google

9 *Cura quid expediat prior est*] *Prius* scripti.

11 *Nec facile inuenies*] *Inuenias* Argent. et sex alii.

13 *Recti facti si*] Lege *factis*, vel *facto*. vt *καυσφωνία* videtur.

15 *En detrabe menti*] *Et* Argent. et duo alii. quinque cum Twisdenio *nil*. Scribe *i, detrabe*. vt monui lib. III Eleg. III Amor. Pro *quod prodest* si refinxeris *quo prosit*, reddideris versum molliorem. Amoribus I. 4. 59 *Me miserum monui, quo pantas profit in horas*.

18 *Computat articulis*] *Supputat* meliores scripti.

19 *Venerabile nomen*] *Numen* Sarrau.

21 *Non vt torrentibus vndis*] *Non cum* Barberin. Lege *non, ceu torrentibus vndis*.

26 *Dum flauit velis*] *Fauit* legi praestiterit. hinc *venti fauentes* passim apud poëtas.

27 *Tenuerunt aequora vento*] Vnus Voss. *notho*. vnus Hafnienss. *morbo*. Forte *Coro*.

29 *Nosse fateri*] *Videri*, meliores.

33 *Exacto*] Locus mendosissimus. nec iuuant libri veteres. nisi quod *me* pro *nos* in nonnullis. Tanaquillo Fabro in Epistolis nuper editis lib. I Ep. V videbatur scribendum esse: *Te nihil ex acto nisi te fecisse petentem*. quam ille castigationem suam pluribus adstruxit in iisdem Epistolis. Sed parum concinna est repetitio *voū Te*. Quid si reponas? *Et nihil e facto, nisi te fecisse, petentem*. longius quidem a vulgata scriptura haec abeunt. sed nil occurrit melius. Versu proximo *iuuant*, pro *iuuat*, meliores.

37 *Turpe putas abici*] *Abigi* scribendum vel contra fidem membranarum.

44 *A Stygia quantum mors mea distat aqua*] *Stygiis aquis* plerique veteres. Scribe *A Stygiis quantum fors mea distat aquis*. nil certius. In Tristibus V. 12. 6 *Sorte nec vlla mea tristior esse potest*. atque ita alibi passim. Val. Flaccus lib. II. 469 *Ductor, ait, quod, virgo, tibi nomenque genusque Quae fors ista, doce*. similis errore *mors* et illic nunc legitur.

45 *Phocaeus Oresti*] *Orestae* Sarrau. et vnus Vatican. bene. vide Notas Epist. VIII. 9.

49 *Qui prius esse solebas*] *Quid* Sarrau. Argent. et tres alii. duo *quod*. recte. adi Notas ad Epist. XII. 31.

55 *Iuuenis rarissime*] *Carissime* plerique veteres. septem *iuvenum carissime*. Lege *iuuenum rarissime*. vel cum Politiani codice *iuuenum clarissime*.

57 *Non sunt haec*] *Non sunt ea* meliores.

60 *Humeris fulta carina tuis*] *Ruina* bene Sarrau. Argent. et sex alii. vt in illo apud Nostrum I Trist. V. 5 *Te mea, supposita veluti trabe, fulta ruina est*. atque ea lectio priorem editionem meam iam occupatat. tamen alius eam sibi postea vindicauit. Lucanus lib. VIII. 528 *Tu Ptolemaee potes Magni fulcire ruinam*. sic *carina* pro *rapina* nunc legitur perperam in Elegia de obitu Maecenatis inter Catalecta Scaligeri: *Irreligata ro-*

sis

Digitized by Google

tis nunquam defessa rapina It redit in vastos semper onusta lacus. Val. Flaccus libro VII. 5 — *ratis infandis quos sola rapinis Saeuaque pascit hiems.*

74 *Esse vetus nunc tibi cogor onus*] *Me tibi cogit* veteres plerique. sed non probo.

76 *Qui non inferior*] *Quae* meliores.

76 *Nec quod sit primo nobis a tempore cultus Contendo fratrem posse referre tuum*] *Posse negare* scribendum olim censebam. at Sarrauianus, Twisdenius, et Argent. *Nec quo sit primum.* vt sensus sit, Contendo, fratrem tuum meminisse non posse, quo primum tempore a nobis cultus sit. quasi velit iam a longo tempore et a prima infantia fuisse cultum, aut ante cunas, vt supra dixerat. Neque aliter codex Bersmanni. eamque veram esse scripturam in Epistolis iam vidit Tanaquillus Faber lib. I Ep. LXXI. Codex Arondelianus *Nec quo sit nobis a primo tempore cultus. quo* etiam in multis aliis. tres *quia.*

81 *Vt vna*] *Vt vnus* meliores. et recte.

84 *Italis ora*] Quid hoc est monstri? Italia te vltima mecum vidit? atqui locum certum debebat designare, siue Romam, siue alium quemcunque. Scaligeri codex *Itali filua.* vnde Auunculus meus Rutgersius coniectura indubitata reponebat *Aethalis Iluae.* nam *Ilua Aethalia,* teste Plinio, dicta. Argent. et Barberin. *Itala filua.* Combii *Aethala filua.* vnus Vatic. *Aetalis ora.* at omnium veterrimus Sarrauian. *Aithali filua.* vt nihil verius ac certius sit hac restitutione. Ilua Tyrrheni maris insula, ob copiam ferri celebratissima. quare Virgilio dicitur X. 174 *inexhaustis Chalybum generosa metallis.* vbi videndus Seruius. apud quem mendose *Quidam Iluam Ithacem dictam volunt,* pro *Aethalen.* hanc Graeci Αἰθάλην et Αἰθαλίαν vocant. vide Stephanum in Αἰθάλη.

87 *Inter confessum medius dubieque negantem Haerebam*] Τὸ *medius* abest a Sarrauiano et duobus aliis. Voss. *dubius.* alius *medio.* Lege cum Argent. et Barber. *Inter confessum dubie dubieque negantem.*

89 *Exemploque niuis, quam mollit aquaticus Auster*] Diu est quod *soluit* scribendum vidi. idque fragmentum Vaticanum confirmat. Metam. II. 852 *Quippe color niuis est, quam nec vestigia duri Calcauere pedis, nec soluit aquaticus Auster.* hinc et *niues solutae* passim apud Nostrum. Lucanus libro VIIII — *calido non ocyus Austro Nec vesoluta cadit.* libro IIII *Riphaeas huc solve niues.* sic et alibi idem. Solinus cap. XXXVIII ex vetusto codice: *vere cum niues soluant,* pro soluantur.

91 *Haec igitur referens*] *Repetens* velit reponi Faber lib. I Epist. LXXI. hoc est recordatus, vt ille interpretatur. atqui vulgata scriptura eundem sensum habet. vide quae notamus ad Epistolam Oenones. Idem vir doctus in Epistolis paulo post castigandum censebat: *Respicias veterem lapsis in rebus amicum:* nihilo felicius. nam *Respicis antiquum amicum,* quod in vulgatis est, minime sollicitari debet. *Auxiquus amicus* enim idem, qui

Digitized by Google

et *vetus*, optimis scriptoribus dicitur. sic Elegia V. 43 *Tu comes antiquus, tu primis iunctus ab annis.*

93 *Lapsis in rebus*] *Lassis* meliores omnes hoc loco. vide Notas Trist. lib. I Eleg. VIII. 35.

96 *Commoda mille precor*] Scribe *precer.*

EPISTOLA QVARTA

2 *Attice iudicio non dubitate meo*] *Dubitante* plerique. sed *Dubitande* scribendum cum primo Mediceo et sex aliis.

7 *Ante meos oculos praesto tua semper imago*] *Praesens tua* quatuor libri. tres *visa est.* alius *vera est.* Sarrau. mendose: *Ante oculos nostros tua est tua semper imago.* Argentin. *Ante oculos nostros tua stat, tua semper imago.* Lege *tua stat, tua semper imago est.* nisi fortasse mauis: *Tua restat semper imago. Nostros oculos* praeterea plerique. *Esse* et *stare ante oculos* eleganter dictum. vide Notas Trist. III Eleg. IIII. 57. Met. XII. 429 *ante meos oculos astat mihi imago.* P. Dan. *Ante oculos stat et ille meos.*

17 *Lima rasus liber esset amici*] *Amice* quinque aut sex veteres, in duobus vltimae duae litterae *rou amici* erasae. Scribe *lima amica.* et adi Notas Trist. lib. I Eleg. VIII. 65.

20 *Nos via, nos cunctis curua theatra locis*] *Iunctis locis* reponendum. vt plerique scripti. Proximi sedebamus in theatris. prior Thuaneus *terna theatra.* sic supra Trist. IIII *Proque tribus resonant terna theatra locis*

22 *Quantus in Aeacide Actoridesque fuit*] Hic hiatus insolens est Nasoni. nec constant sibi scripta exemplaria. Regius *Aeacida Nestoridesque.* Polit. Argent. et septem alii *Aeacide Nestoridesque.* Antilochus certe Achilli familiaris et amicus fuit. quatuor alii cum Twisdeniano *Aeacide Testoridesque.* sed Calchas inter amicos Achillis nusquam recensetur. quanquam propter illum rixae inter hunc et Agamemnonem exortae. tres *Atride Tyndaridesque.* duo *Atridis Tyndaridisque.* sed de fratrum pari Noster hic non agit. septem *Aeaciden Actoridesque.* Sarrau. *Aeacidem Nestoridesque.* si quid mutandum, legam: *Quantus in Aeacidis Actoridisque fuit.* nam Achillis et Patrocli amicitia nobilissima. sic *Hectoras* dixit Epistola Laodamiae.

25 *Longa dies citior brumali sidere*] *Citius* Sarrau. Argent. et sex alii. et pro *tempore* iidem *sidere.* quomodo et meliores editiones. Affatim asseruit diligentissimus Gronouius Obseruationum libro III. 15 secundae editionis. nos ad Claudianum quoque nonnulla. *Tempestates* et *Sidera* coniunxit Maro: *Quid tempestates Autumni et sidera dicam.*

26 *Erit*] Nonnulli *erat.* Puto *est.* sic Met. I *eunctem destituit sermone diem.*

27 *Aestus*] *Aestum* scripti potiores.

33 *Tuaque sodalem*] *Tutare* meliores omnes.

EPISTOLA

Digitized by Google

EPISTOLA QVINTA

SALANO] Ita scripti potiores, cum SOLANO hactenus sic lectum. sed neutrum nomen in ciuitate Romana cognitum. quatuor veteres SALINO. Quare minimum abest, quin litteris transpositis reponi debere censeam SILANO. vt C. IVNIVS SILANVS intelligatur, qui anno ab V. C. DCCLXXII Flamen Martialis Asiam proconsule obtinuit, ac biennio post repetundarum accusatus et in insulam Cytheram relegatus est. Sed et clarus sub haec tempora M. Iunius Silanus M. F. M. N. qui biennio fere post sublatum e viuis Nasonem gessit consulatum cum L. Norbano Balbo. a quibus Lex Iunia Norbana nomen est mutuata. Notus praeter hos in fastis Ap. Iunius Silanus cum P. Silio Nerua Consul anno V. C. DCCLXXX. quo tempore Iulia Augusti neptis in exsilio est mortua. Sed cum in *Sila* prior syllaba producatur apud Martialem, in *Silano* quoque produci fit verisimile. Fors scriptum sit a Nasone *Salono*. ita dictus ille, e cuius filia Cato proauus Catonis Vticensis octogenario maior filium genuit. sed codices vetusti tam apud Plinium quam Solinum *Salonem* hunc vel *Salonium* vocant.

9 *Euxino Ponto*] *Extremo* Polit. Combi et multi alii. tum paulo ante pro *iunctus ab vsu* duo veteres *cognitus vsu*.

11 *Breuem fieri mihi Caesaris iram*] *Salui Caesaris* Sarrau. Argent. prim. Med. aliique complures. sic supra Eleg. III sub finem: *Vt tibi sit salua Caesare salua parens*. tres alii *salua mihi* cum Twisdeniano.

18 *Pace fruatur humus*] Concinnius *humum* veteres decem et Gryphii editio.

19 *Tu tamen hic structos*] *Huc structos* Sarrau. duo *instructos*, tres *hos structos*. reliqui omnes fere *hic structos*. Scribe *hic ductos*. *Ducere* et *deducere versum* Nostro familiare. Trist. V Eleg. I *Ipsa nec emendo, sed vt hic deducta legantur. Non sunt illa suo barbariora loco*. supra: *Inque tot aduersis carmen mirabitur vllum Ducere languenti me potuisse manu*. et lib. I Trist. Eleg. X *Saepe maris pars intus erat, tamen ipse trementi Carmina ducebam qualiacunque manu*. Pont. IIII Eleg. II *Ducitur et digitis littera rara meis*. *Deductum carmen* Nostro Pont. IIII El. I et Virgilio in Bucolicis.

22 *Magna facis*] *Trabis* elegantер vnus Vatic.

28 *Tantae sumere molis onus*] *Opus* meliores plerique.

32 *Materia debilitante*] *Debilitata* meliores. et *Quod si forte liber*, non *Qui*. et *Hoc tibi facturo*, pro *Haec*.

42 *Participem studiis*] *Studii* meliores. neque aliter scriptores Latini. et versu proximo iidem codices *comes antiquus*, pro *antiquis*.

47 *Cum tu desistis*] *Desisti* cum melioribus pro *desisti*.

48 *Tectaque ora*] *Clausaque* veteres multi cum nonnullis editionibus.

52 *Spemque docens doctae vocis amicus habet*.] Haec nihil sunt. quinque veteres *decens*. Scribe *Spemque decens doctae vocis*

Digitized by Google

cis amictus habet. In ipso amictu ac toga decenter complicata iam spes est eruditae vocis. Quintilianus aliique artis oratoriae magistri non minimum referre nos docent ad commendationem oratoris, vt togam decenter componat. Superiori etiam versu recte libri veteres *silens adstat*, non *silens*. Haec iam ante multos annos in codice meo castigaram, quem postea peregrinatione a me suscepta, dum domo absum, sororis meae maritus, Gulielmus Goesius, vir ordinis apud Batauos nostros Senatorii, Typographis edendum tradidit. vt mirer exstitisse nuper, qui sibi vindicaret hanc castigationem. *Decorum habitum* dixit Plinius libro VI Epistola XI *Audiui ex diuerso causſam agentes summae indolis iuuenis Fuſcum Salinatorem et Numidium Quadratum egrègium par. mira vtrique probitas, conſtantia ſalua, decorus habitus, os Latinum, vox virilis.* Demosthenis vitio ab aemulis datus nimius in vestitu nitor. Aulus Gellius libro I. 5 *Demoſthenem tradunt veſtitu ſinceto et cultu corporis nitido venuſtoque et nimis accurato fuiſſe. hinc etiam κομψὸν illa χλανὶς, καὶ μαλακοὶ χιτωνίσκοι ab aemulis aduerſariisque probro data. hinc etiam turpibus indignisque in eum verbis non temperatum, quin parum vir, et ore quoque polluto diceretur.* Sed et nimis anxia vestitus cura in Quinto Hortensio etiam male apud multos audiuit. qua de re Gellius praeter Quintilianum ibidem. et Macrobius Saturnalium libro II. 9

67 *Thyrſus enim vobis, geſtata eſt laurea nobis*] Mihi totum distichon hoc dubiae fidei est suspectum. Κακοφωνία enim ista, *vobis*, *nobis*, *ambobus* mire offendit aures. deinde vix est assequi, quid velit. nam in scriptis codicibus monstra lectionum comparent. Sarrauianus *Thyrſus ſubleſtae geſtata eſt laurea nobis.* Combianus *Thyrſus vbi eſt a te.* Polit. et Fragmentum Vaticanum cum Rottendorphiano *Delphica non aeque geſtata eſt laurea nobis.* tres *Thyrſus ineſt vobis.* duo *adeſt.* Pro *sed tamen* vnus Medic. *sed fauor.* Puto *sed par.*

75 *Succedatque ſuis orbis moderator habenis*] *Tuis habenis* magna ex parte veteres. Pro *moderator* vnus Hafnienſis *moderamen.* argute. vt imperium Germanico voueat ac apprecetur. succedat tuis habenis ac regimini orbis moderamen. Putean. et vnus Thuan. *moderandus.* veterrimus Sarrauianus *moderatus.*

EPISTOLA SEXTA

1 *Quem praeſens*] *Qui* Sarrau. et Patau.

6 *Et mala me meritis ferre minora doles*] Ita scripti constanter. neque tamen conueniens homini amico est ista tam immanis asperitas mentis, vt doleat, poenam Nasoni, ab Augusto irrogatam, esse infra eius meritum. Quare assentior Tanaquillo Fabro, reponenti lib. I Ep. LXI *dones*, pro *doles.*

11 *Quid prodeſt dicere*] Imo *diſcere* cum Sarrau. et aliis quinque.

12 *Qua mea debuerit currere cymba via*] *Quam viam* vnus Hafnienſis

Digitized by Google

famiensis et vnus Vossianus. recte. vide Notas Trist. V Eleg. VII. 36.

23 *Turpe sequi casum*] Distichon Ouidianae venae nil habet. ro *fortunae cedere* Argent. Sarrau. et tres alii *fortunae acce-ere.*

35 *Lapse, Graecine*] Meliores *lasso.*

37 *Quae tu cum praestes, remo tamen vtar et aura*] *Quem* n Combii et quinque alii. tres *Quod.* duo *Quam.* Scribe *Quem t cum praestes.* hoc est fidelem, quod praecesserat. Deinde multi ceres *vtor in auras*, vel *vtar.* Sarrau. Polit. et duo alii *vtor* s *aura.* quod verum est.

38 *Admisso subdere calcar equo*] *Alterno equo* Argent. vt de quis desultoriis agat. Propertii Vertumnus lib. IIII *Est etiam urigae species Vertumnus, et eius Traiicit alterno qui leue pondus uo.* quibus versibus Homeri illa de desultore Iliados O vide-ur respexisse: ὁρμᾶτον ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλον ἀμείβεται. Manilius: *sec non alterno desultor iudice dorso Quadrupedum, et stabiles oterit defigere plantas, Per quos vadit equos.* Lucifero alternus quus dabatur. Cassiodorus: *Equi desultatorii, per quos Circen-ium ministri missus denunciant exitures, Luciferi praecurforius elocitates imitantur.* Statius Theb VI *Roscida iam noctes caer-dimiserat astra Lucifer, et totidem Lunae praeuenerat ignes, lutato nocturnus equo. nec conscia fallit Sidera, et alterno de-renditur vnus in ortu. Eoum* pro Lucifero videtur posuisse Ru-lius in Itinerario: *Cum primum roseo fulsit Eous equo.* quod et inna fecerat iam ante: *Te matutinus flentem conspexit Eous, Et entem paullo vidit post Hesperus idem.* sic Lucifero et Hespero intum vnicus equus, sed desultorius. sic intelligendum illud ostri Amorum lib. II Eleg. II *Lucifer admisso tempora portet uo.* et illud Fastorum: *Hesperus et fusco roscidus ibat equo.*

EPISTOLA SEPTIMA

Quid agas audire voluntas] *Voluptas* ex melioribus.

4 *Et modo, quicquid agas, fit tibi cura mei*] Sarrau. et duo ii *Et si quid agis fit*, omisso *modo.* pro quo alii *bene* cum rgentinensi. alii *iam*, vel *tu*, vel *nunc*, et similia. Scribe *Et si, uicquid agas, sit tibi cura mei.* Atque ita tres scripti. nisi quod iis *agas.* Posset etiam reponi *Est bene, quicquid agas, si tibi ra mei est.*

14 *Incitat vmbra metum*] Scribo *incutit.* neque aliter pro uersa lectione Barberinianus. Sarrauii codex *immutat.* mendo-. *terrorem, timorem, pauorem, metum incutere*, passim apud Ci-ronem et Liuium.

23 *Cognitus oris*] *Creditus* in Arondeliano.

24 *Nec numerus nostris casibus esse potest?*] *Nec frans in nostris sibus* Argent. et decem alii. quae lectio magis arridet. Sarrau. endose *Nec planis nostris casibus esse potes.*

33 *Perscribere versu*] *Destringere* Twisdenianus. pro stricti-m censere. eleganter. Glossa eius *i. e. exprimere et narrare. stri-gere*

Digitized by Google

gere et *deſtringere* pro *perſtringere*. Noſter alibi: *Strinxerit vt nomen fabula nulla meum*. et: *Deſtrictus minima nec tamen illa nota eſt*. Martialis libro X Epigr. XXXIII *Vt tu, ſi viridi tinctus aerugine verſus Forte malus liuor dixerus eſſe meos, Vt facis, a nobis abigas: nec ſtringere quenquam*. ita vetuſtus codex Puteaneus, non *ſcribere, quenquam*. Praeterea a Martialis manu opinor eſſe *quod facis*. nam *vt* iam praeceſſerat, cuius ingrata et odioſa hic eſt repetitio.

35 *Non igitur vereor, quod te rear eſſe verendum*] *Quo te* nonnulli veteres. *Verear qua terreor* Sarrau. et Scaliger. tres *quia*.

38 *Ianua clauſa meae eſt*] *Ianua clauſa mea eſt* malebat Tan. Faber notis in Lucretium, me non nolente.

41 *Vulneror ictu*] *Verberor* Argent. et Peſchii.

45 *Serie calcata malorum*] *Caecata* meliores omnes magno numero. *laborum* etiam Argent. et duo alii.

49 *Et ſine labe peracta eſt*] *Tu eſt* abeſt a Sarrau. Argent. Twiſden. et quatuor aliis.

53 *Adiuuas aliquos*] *Aliquem* meliores. *aliquid* prim. Medic. Thuan. *alios*. etiam bene. Sarrau. *aliquo*. Scribe *aliqua*. vide Notas Triſt. III Eleg. IIII. 75. Verſu proximo pro *hoc abſens* quatuor *abſentis caput*.

55 *Quem non obrueret tacitis quoque Caeſaris ira*] *Obruerit* multi. *Quae non obruerit* Combii. *Quod non obruerit iram* Voſſian. alius *orruerit iram*. veterrimus Sarrauianus *Quae non borruerit tacitam quoque Caeſaris iram*. recte, ſi *borruerint* reponas, niſi malis *Quis non borruerit*. nam *Obruit* cum praeceſſerit verſu ſuperiori, hic ferri non poteſt.

77 *Suſtineas vt onus, nitendum eſt vertice recto etc.*] *Vertice pleno eſt* Sarrau. Argent. et octo alii. recte. ſic *plena cervix* Statio Theb. II. 559 *Saxum ingens, quod vix plena cervice gementes Vertere humo, murisque valent inferre iuuenci, Rupibus euellit. plena manu* apud Gratium: *In quinos ſublata pedes haſtilia plena Caedo manu. Plena manu iaculum percutere* Tibullo. quod Palſeratius perperam de manu nummis plena interpretatur. *plenus agmen* Artis Amatoriae primo v. 66, vt illic ex vetuſtis caſtigani codicibus. Amor. II Eleg. XI. 42 — *Zephyri veniant in vincula pleni*. vt illic vera eſt ſcriptura. Metam. VII de naui: *pleno ſubit haſtia velo*. hoc eſt toto velo. Claudianus raptu Proſerpinae: — *pleno rimatur lumine campos. Plenus gradus* apud Propertium lib. IIII El. XI *Nec mora ſit: pleno ſiſtit verſque gradu*. ita enim ſcribendus is locus. de quo pluribus ad ipſum Propertium. *Cedet* etiam pro *cadet* verſu proximo ex ſcriptis plurimi. et recte de onere loquitur.

80 *Viuere ne nolim deficiamque facit*] *Caueo* repone ex melioribus.

83 *Nec in aequore deſere nauem*] *Deſine* veteres quatuor. adi Notas Art. Am. II. 725.

EPISTOLA

EPISTOLA OCTAVA

11 *Quantum ad me redii*] Decem veteres *Quos postquam vidi*. quinque *Esse liber videor*. duo *Quando ad me redii*. Politiani codex *Praemia quanta, dei!* eleganter. Sarrauianus *Quanta meridi*. mendose. alii aliter.

17 *Quid nostris oculis nisi sola palatia desunt*] Duo *desine*. vnus Medon. *desit*. Scribe *desit*. Virgil. *Lac mihi non aestate nouum nec frigore desit*.

22 *Minantis habet*] *Minacis* vnus Medic.

24 *Supprime frena tuae*] *Lora* Polit. et quinque alii.

25 *Parce, puer, Jaecli decus admirabile nostri*] *Parce precor* vnus Voss. probe: duo nostri *o puer* non agnoscunt. alius *Per*. et sane sequentia satis euincunt ad Augustum haec esse referenda, non ad Tiberium, quem postea est allocututus. Scaliger coniiciebat *Parce, pater*. neque aliter in Epistolis Tanaquillus Faber lib. I Epist. LXXI. Deinde *decus indelebile* reponendum ex melioribus, nisi quod Sarrau. Scaligeri et duo alii *indefiebile*. mendose. Met. XV *nomenque erit indelebile nostrum*. Posset etiam legi *Parce vir, o saecli*. sic Trist. V Eleg. II ad eundem Augustum: *O vir, non ipso, quam regis, orbe minor*.

27 *Per patriae numen, quod te tibi carius ipso est*] Meliores *quae te tibi carior ipso est*. tres cum Arondelliano *patrium numen*. Malo *patriae nomen*, vt Rottendorphianus exhibebat.

34 *Qui veniunt magno per tua iussa gradu*] Puto *per tua gesta. iesta* scriptum fuerat. vnde *iussa* factum. Patau. *versa*. vnus Vatican. *per tua vota*. etiam bene.

36 *Daque locum Scythico qui sit ab hoste procul*] *Daque, procul Scythico qui sit ab hoste, locum* meliores. duo etiam *Scythico orbe*.

37 *A Caesare proxima Caesar*] Rectius *proxime Caesar* in Puteaneo.

40 *Ante triumphales equos*] *Triumphantes* est in vetustioribus.

42 *Viuant; et possis filius esse diu*] *Viuum et vt* Barbetin. *Viuat et huic possis* vnus Vatican. *viuunt vt possis* vnus Medon. Puto scribendum: *Viuat, et o possis filius esse diu*. vide Notas ad Epist. Penelopes v. 101.

46 *Eamque bonis nuribus quas peperere nurus*] *Quos peperere* plerique veteres. nepotes inuiit. Sarrauianus et octo alii *quod*, pro *quae*, vt Combianus.

52 *Praefentes aliquid profit habere deos*] *Aliquos* Vatican. Scribe *aliqua profit*. vide Notas Trist. lib. III Eleg. IIII. 75.

53 *Tuta*] *Tota* plerique veterum.

56 *Intrata est superis quod domus*] *Facta quod est superis iam domus* in Regio. scribe *Tacta*. Versu proximo malim *Felices illos*.

60 *Quos dedit ars vultus*] *Vetus* Sarrau. Argentin. *votis* placet.

65 *Nam caput e nostra citius cervice recidet*] Scribe *recidi*, et effet ad *ti pudor*, quod sequitur. Epistola tamen Paridis: *Ante* recef-

recessisset caput hoc ceruice cruenta. Propert. lib. II Eleg. VII *Nam citius caterer caput hoc discedere collo.* Quare, si vulgatam scripturam tuemur, *recedat* malo, quam *recedet.*

68 *Vos eritis nostrae portus, et aura fugae*] Sarrau. Argent. prim. Med. et sex alii *ara.* recte. quod et Ciofanus in suis inuenerat. Adde tur Notae ad Epist. Penelopes v. 110.

70 *Vtque meas aquilas vestra ego signa sequar*] *Vos mea signa* Argent. et septem alii. codex Moreti *Vosque meas aquilas vestra ego.* Scribe *Vosque meas aquilas, vos mea signa sequar.*

76 *Iustaque quamuis est*] *Iustaque quantumuis* malim.

EPISTOLA NONA

7 *Me fortuna tibi, de qua quod non queror, hoc est, Tradidit*] Tres *quod conqueror.* sex *non conqueror.* vnus Vatican. *non conquerar.* Lege *ne conquerar.* Deinde *Prodidit* Argentinus. eleganter. hoc est expositum, obiecit.

21 *Hos tecum commune deis*] *Deos* Sarrau. Argent. *decus.* Lege *deo* cum Puteaneo, vel *deo est.*

28 *Cur ego dona feram*] *Thura* scripti plerique.

29 *Vana laborantis si fiant vota coloni*] *Fallax* meliores. Ceres nimirum. in Fastis IIII. 645 *Saepe seges primis dominum fallebat in herbis.* Prudentius lib. II contra Symmachum: *Nec vernas infudit aquas creberrimus imber Fruge noua, et viridis si messis adulta, priusquam Conceptas tenero solidaret lacte medullas, Afflatum calido succum contraxit ab Euro, Teinnosque tulit calamos, atque irrita vota Agricolae sterilis stipularum silua fefellit.* Sic et *decipere* et *mentiri* et *eludere messis* dicebatur. Symmachus pro ara Victoriae: *Spem prouinciarum omnium messis aegra decepit.* Noster Amor. lib. III Eleg. X *Cum bene iactati pulsarant arua ligones, Irrita decepti vota colentis erant.* Apud Horatium *fundus mendax* lib. III Od. I. et *spem mentita seges* lib. I Epist. VII. *nunquam tellus mentita colono* apud Silium libro VII. 160. Apud Tibullum libro II Eleg. I *Neu seges eludat messem fallacibus herbis.* Propertius libro II Eleg. XV *Terra prius falso partu deludet arantes.* Boëthius libro I Cons. Philos. *Tum qui larga negantibus Sulcis semina tradidit Elusus Cererit fide.* Manilius libro I *Squalidaque elusi deplorant arua coloni; Et steriles inter sulcos defissus arator.* Virgil. I Geor. 226 —— —— *sed illos Expectata seges vanis elusit aristis.* Valerius Flaccus libro VII. 429 —— *patriam inde vocato, Qua redit itque dies, nec nos dis nata malignis Luserit hoc vno semper sub frigore messis.* Fas mihi non stabiles, fas et tibi linquere Colchos. ita locum mendosissimum restituo. *Non stabiles Colchi,* in quibus sedes certa non figitur. Pari modo Plautus Mercatore *stabilem patriam et domum* dixit: *Quis modus tibi exilio tandem eueniet qui finis fugae? Quae patria aut domus tibi stabilis esse poterit? dic mihi.* Perperam *non habiles Colchos,* et *Cluserit messis* in Valerio hactenus legebatur. *Accipiat* mox meliores versu proximo, pro *Accipiet.*

31 *In-*

Digitized by Google

31 *Intenso Baccho*] *Immerito* multi veterum. vtrumque re-ctum. sic contra in Trist. I. 9. 43 *meritae cadet aqua Minervae.* et saepe alibi.

32 *Inducto sub pede*] *Adducto* scripti fere omnes. recte. sic *adducta clava* Fast. I. *adducto nervo arcus* et *adductus ramus* Pont. III Eleg. V. et similia passim apud Nostrum. id est, contracto. sic Epist. Canaces: *macies adduxerat artus.* et Met. III. 397 *Adducitque cutem macies.* Valer. Flaccus lib. V. 160 *Vincula prensa manu saxis adduxerat imis.* id est, attraxerat. *abduxerat* minus bene vulgati, cum *abducta flumina* mox sequantur. Idem libro VI. 133 — *extremas laqueis adducere turmas.* et apud Nostrum Met. VIII. 775 — *adductaque fumibus arbor.* Statius Theb. VIIII. 140, vbi pari modo peccatur: *Ter Cadmea Phalanx Horum adduxere cadaver, Ter retrahunt Danai.*

34 *Tam bene quam patriae consulit ipse suae*] *Quod* Argent. et primae editiones. Lege *quo.* nempe imperio. Deinde *ille* meliores.

43 *Durusque Caphareus*] Inepte Caphareus scopulus cum Cassandro rege coniungitur. multi ex scriptis *genitorue Caphareus.* Argentinus, qui est inter optimos: *durusue Pharius.* Sarrauianus omniam veterrimus *gentisue Pheraeae.* eleganter et vere. quamquam *diruisue Pheraeus* quoque non inconcinne possit reponi. Alexandrum enim Pheraeorum in Thessalia crudelissimum tyrannum innuit, quem ab vxore Thebe eiusque fratribus obtruncatum in cubiculo fuisse, ex Xenophonte partim lib. VI de rebus Graecorum, Diodoro Siculo lib. XVI Bibliothecae, Plutarcho ac Cornelio Nepote in Pelopida, Conone apud Photium, partim ex Cicerone, Valerio Maximo, aliis, discimus. ac eius et Noster quoque meminit in Ibide 321 *Inque tuo thalamo ritu gulare Pheraei, Qui datus est lecto coniugis ense suae.* De ingni eius crudelitate apud Polyaenum libro VI Strategem. et elianum Varia Historia lib. XIIII. 40 nonnihil occurrit. Hic olydoro fratri, qui Iasoni Pherarum tyranno successerat, e vis per venenum sublato, regnum inuasit patriae sub annum IIII lympiadis CII, si Eusebiano Chronico credendum. Narrant ulta eius facinora, partim fortiter, partim crudeliter perpeata, praeter auctores iam nominatos, Demosthenes contra ristogitonem, Polybius libro VIII, Pausanias in Boeoticis, ae idas. Sed omnium vberrime, quem iam memoraui, in Peloda Plutarchus. Pelopidas enim directa aduersus Alexandrum ie occubuit, sed victor. fuit et Epaminondae res cum Alexano hoc Pheraeo. Exstat Speusippi, vt putatur, epistola a Leo: Allatio inter Socraticas numero XXVIII edita, in qua Isarti obiicitur, quod orationem illam, quae Philippica inscribir, Dionysio Siciliae Tyranno primum venalem obtulerit, proiferit postea huic Alexandro Thessalo. quod frustra apud ium scriptorem quaeras. Alexander igitur Thessalus, et Dionsius Siciliae tyrannus coaetanei, quod etiam ex scriptoribus m memoratis est colligere. Hinc supplendus, atque intelligendus

Digitized by Google

gendus est lapis in Epochis Graecis Arundeliani marmoris, Epoch. LXXXV: Ἀφ' ὃ Διονύσιος Σικελιώτης ἐτελεύτησεν, ὁ δὲ υἱὸς Διονύσιος ἐτυράννευσεν, καὶ Ἀλέξανδρος ὁ Φεραιεὺς βασιλεύει. nunc circumfertur, Καὶ Ἀλε . . . . . λεύει. quae lacuna in errorem induxit virum maximae eruditionis Iohannem Seldenum, vt de Alexandro, Amyntae filio, haec capienda esse opinaretur. de Iasone Pharaeo vide Plinii Interpretes ad lib. VII. 50. Quod vero praemittit Noster: *Non sibi Cassandrus pater est*, perperam de Cassandro, rege Macedoniae, interpretantur. *Cassandreus* enim legendum, quomodo Satrauianus differte, aliique nonnulli codices ex castigationibus, vt de Apollodoro, Cassandriae Tyranno longe immanissimo, intelligatur, qui *Cassandreus* proinde dictus. nam Cassandriae tyrannum fuisse, ex Pausania Messeniacorum lib. IIII, Polyaeno, ex Prologo lib. XXV Trogi Pompeii docemur. Testantur id ipsum quoque Excerpta Diodori Siculi Valesiana p. 356. Epitome Stephani Byzantii: Κασάνδρεια πόλις Μακεδονίας, πρὸς τῇ Θράκῃ, ἣ πρὸ τοῦ Ποτίδαια λεγομένη, ἀπὸ Κασάνδρου, τοῦ Ἀντιπάτρου. ὁ πολίτης, Κασανδρεύς. Meminit facultatis eius inter alios complures Aelianus Variae Historiae libro XIIII. 41. meminerunt et Excerpta Diodori Siculi, quae diximus iam, Valesiana lib. XXII p. 264. De eo copiose Polyaenus lib. VI Strategem. vbi inter caetera: καὶ σάφαγος ἐγένετο φοινικώδης πάντων, ὅσοι παρ' Ἕλλησιν ἢ παρὰ βαρβάροις ἐτυράννησαν. initio autem narrationis pro Ἀπελλιώτας ὁ Κασσάνδρου scribendum ὁ Κασανδρεύς. Hunc ab Antigono, rege Macedoniae, oppressum, expugnata Cassandria, idem Polyaenus libro IIII copiose narrat. De violenta eius morte ex Plutarchi libello de tarda dei vindicta potest colligi, nec dubito, Nostrum in ibide eo respexisse, etsi loco insigniter depraua: *Aut vt Cassandri dominus non mitior illo, Saucius ingesta contumuleris humo.* Herculem, Alexandri Magni filium, intelligunt Interpretes a Cassandro interfectum. Sed quis veterum crudelitatem Herculi vnquam obiecit? Priori versu multum variant codices vetusti, quorum maior pars *Cassandrae. Cassandrus* nonnulli. *Cassandris* vnus, tres *Cassandri*, quos inter et Moreti liber. satis anciquus, qui pro diuersa lectione *Gassandreus. Cassandrei* quoque liber Iureti vetustissimi, praeterea quinque aut sex nostri *domine*, non *dominus*. Scribe *Aut Cassandreae domino non mitior vrbis Saucius ingesta contumuleris humo*: Quanquam enim ex ipsius Apollodori apud Plutarchum somnio deprehendi quodammodo potest, post detractam viuo pellem in lebete elixum fuisse: nihil impedit tamen post has poenas adhuc spiranem terra quoque ingesta fuisse obrutum. idque τὸ *Saucius* vtcunque designat. Illud praeterea in transcursu monendum, scriptores antiquos hunc Apollodorum cum Phalaride frequenter conungere. quod et a Nostro hic factum videmus, ita certe Plutarchus et Suidas in Ἐρώτυμας, Polybius lib. VI, in Excerptis Valesii p. 10, Diodorus siculus in iisdem, Dio Chrysostomus Oratione secunda, Themistius Oratione nona, Cicero lib. III de Natura deorum, Seneca de Beneficiis lib. VII. 19. et lib. II de Ira

cap.

Digitized by Google

cap. IIII. Atque haec de Apollodoro dicenda videbantur: quae obscuro hactenus, nec intellecto, Nasonis loco lucem allatura confido.

53. *Vates foret vnicus Orpheus.*] Musaeum poterat Orpheo addidisse, quem Thracem nonnulli faciunt, et quidem Eumolpi filium, ac proinde Cotyos proauis accensendum. Sed Noster ea opinione non videtur fuisse imbutus. alii enim Orpheos filium aiunt, et sic quoque Thracem, alii Autochthonem Eleusinium. Certe cum Eumolpus Eleusina occuparit, ac proinde Nasoni Metamorph. XI *Cecropius* dicatur, Athenienſibus magis, quam Thracibus, annumerandus Musaeus. Eusebius in Chronicis Musaeum facit Orphei discipulum, filium Eumolpi.

59 *Vbi iusta*] *Vt iusta* duo veteres.

60 *Atque tuis humeris forte quieuit opus*] *Vtque* rectius veteres quatuor. et *suis humeris* Sarrau. Argent. et Combii. *Onus* praeterea in antiquis octo aut decem. sed frustra. Triſt. III *Vt via finita est, et opus requieuit eundi.* Scribe *Vtque suis numeris forte quieuit opus.* vel *Atque suis numeris. Numeri operis* hic dicuntur, vt Met. VII *numeri laborum*; *Lexque datur numeris magnorum horrenda laborum.* quae ibi vera est scriptura. *per numeros* Met. I *Perque suos intus numeros componitur infans.* ita enim scribendum, in Triſt. —— *cumque Per numeros omnes huc tuearе caput.* in Arte Amatoria: *Per numeros veniunt ista graduſque suos.* et: *Per numeros fiant ista graduſque suos. Numeros sceleris* dixit in Ibide v. 186. *Vt careant numeris tempora prima suis* Triſt. I Eleg. VII. 48.

67 *In Ponti litora veni*] *In Pontica* Polit. vnus. Voſſ. et vnus Vatic. bene. sic *Pontica tellus* lib. III Eleg. I. *Pontica terra* lib. II Eleg. VII et lib. IIII El. VIIII. *Ponticus Iſter* lib. III El. II. 44. vt illic opinor castigandum. vide Notas.

69 *Ceris impoſuiſſe*] *Linis impoſuiſſe* scribendum cum Sarrau. Scaligeri codice, Argent. et vno Vaticano. vincula linea intelligit, quae tabellis et testamentis obsignandis adhiberi solita. lini enim vsus hanc in rem adhibitus. de qua inter alios Salmasius cap. XI de modo vsurarum. *Vincula epiſtolae*, id *linum* Noster non vno appellat loco. multi veterum *lignis.* quod Cuiscio Obseruat. lib. XI cap. XIIII placebat. alii *signis.* Barberin. *tabulis.* alius *chartis.* apud Iuuenalem quoque sic castigandum bis opinor. vt Satyra XIII. 136 *Si decies lectis diuerſa in parte tabellis, Vana superuacui dicunt chirographa lini.* et Satyra XVI. 40 *Debitor aut ſumtos non pergit reddere nummos, Vana superuacui dicens chirographa lini.* nisi quis *signi* malit. vtroque loco *ligni* circumfertur. sic et Cicero *chirographum* et *signum* coniunxit libro II Epist. XX ad Atticum: *neque vtor meo chirographo, neque signo.* Praeterea priori versu *fallaci conuicta est gemma ſigillo* Scaligeri codex. quod et Cuiacius in suis videbatur inuenisse.

71 *Quod lego vetor*] *Vater* ex melioribus.

72 *Est tamen his grauior noxa fatenda mihi*] *Et tamen his grauior noxa fatenda mihi est* rectius tres veteres.

Digitized by Google

73 *Nova roges quae sit ſtultam quam ſcripſimus artem*] Malo cum quatuor antiquis *Nova roges quid ſit; ſtultam conſcripſimus Artem.*

75 *Et quid*] *Ecquid* Sarrau. Medonii vnus cum prima editione.

77 *Habuit*] *Habui* praeſtat cum nonnullis.

EPISTOLA DECIMA

14 *Troïca bella*] *Facta* duo veteres. Forte *Troïa fata.* vt Epiſt. I. *Illi victa ſuis Troïa fata canunt.*

22 *Trinacris eſt oculis te duce viſa meis*] *Nota* meliores conſtanter.

25 *Aetnaeoſque*] *Hennaeoſque* Sarrau. Argent. et vnus Vatic. duo alii *Ennaeoſque.* dictum de hac voce multis ad Raptum Proſerpinae Claudiani.

Et olentia ſtagna Paliſci] Per hoc ſtagnum et Enneum lacum Proſerpina a Plutone ablata eſt. Ouidius ibidem: *Perque lacus altos, et olentia ſulfure fertur Stagna Palicorum, rupta ferventia terra.* ſcribendum *Palicos.* vt ſit appoſitio. *Vidimus* Palicos, ſtagna olentia. *Stagna Palicorum* dixit Met. V. 406. Sic apud Graecos ſemper Λίμνη Παλικων, et κρατῆρες Παλικων. etiam Παλικίνη κρηνή. nam duos fratres deos Palicos fuiſſe conſtat. Virgilio tamen Aen. VIIII *placabilis ara Palici.* ſed et illic quoque per appoſitionem ſumi poteſt. Poſſet et legi *olentia ſtagna Palicen.* vt oppidum Παλικη ſtagno vicinum innuat. Adi Siciliam accuratiſſimi Cluverii. Totam Palicorum fabulam operoſe proſecutus eſt longa narratione Macrobius Saturnalium libro V. 18. Videndi quoque Diodorus Siculus et Stephanus Byzantius. Solinus, quae de Palicis Siciliae narratur apud ſcriptores, tranſtulit ad Sardiniam peſſimo exemplo.

27 *Nec procul hinc Nymphe*] *Nympben* ſcribe. Praecedenti verſu *Anapis* quidam veteres. ſic et libro V Met. et alibi variant. Graecis tamen Ἀνάπος conſtanter dicitur.

28 *Curris aqua*] *Manat* prior Thuaneus et Vatican.

30 *Heu quantum diſpar*] Multi veteres *Heu heu quam diſpar. Ebeu quam diſpar* Sarrau. Arg. et decem alii. eodem *Hei mihi quam diſpar.* vt Epicedio Druſi: *Hei mihi, quam diſpar huic ſicto illud iter?*

37 *Inque loquendo*] *Loquendum* Sarrau, Argent. et quinque alii.

43 *Hic ſim licet omnibus annis*] *Abſens* nonnulli veteres. *abſim* Iunianus. recte. Sarrau. *ipſam.* mendoſe. Argent. *licet hoc ſim.* Malo praeterea cum Rottendorph. et duobus aliis *omnibus heris.* ſic lib. III Eleg. V *Te niſi momentis video poena omnibus abſens.*

45 *Ipſe quidem certe cum ſim ſub cardine mundi*] Sic. Sarrau. cum vulgatis et ex ſcriptis multi. mendoſe haud dubie. *Twiſdenius toto.* quinque *certo.* Excerpta Scaligeri et duo ex. ſcrip-

Digitized by Google

Ariis *extremi* etiam bene. vnus cum Arondeliano *extremo*. quatuor *positus*. de quo vide Notas noſtras ſupra lib. I Eleg. V. 79.

40 *Sed ades*] *Et ades* meliores.

50 *Miſſus ab vrbe venis*] *Inſſus* Sarrau. Argent. et octo alii. plurimi *viſus*. quod ſequor.

EPISTOLA VNDECIMA

1 *Veniens oblinia nobis*] *Veniant* octo veteres.

15 *Hector Iulo*] *Hector illi* Sarrau. Lege *Iuli*. quomodo Argent. et Combii, cum Twiſdenio et Barberino. *Hermiones* praeterea ſcribendum cum Barberin. et Iuniano.

25 *Ore ferant grates*] *O referam* cum ſcriptis. Argent. *Et referam*. Forte *At referam*.

EPISTOLARVM EX PONTO LIBER TERTIVS

EPISTOLA PRIMA

7 *Si pax vlla eſt tua*] *Eſt tibi* rectius nonnulli.

14 *Tempora frigus habent*] *Habet* cum quibuſdam.

20 *Et in terra eſt alterna forma maris*] Non ſatis hoc aſſequor. niſi reponendum eſt fortaſſe *aemula forma mari*. ſic apud Martialem IIII. 42 *Paeſtanis aemula labra roſis*.

22 *Aequoreas vduco gutture potus aquas*] *Potet* multi. vide Notas Epiſt. IIII. III.

27 *Quam procul haec regio eſt*] *Quo* Sarrau. Scribe *Quod* cum Twiſdenio, quatuor aliis, et prima editione.

37 *Cupias, vt re potiaris, oportet*] Scribe *vt ſpe potiaris*, vel contra libros veteres. ſic et *potiri votis* paſſim apud Noſtrum. adi Notas Faſt. VI. 126.

43 *Magna tibi impoſita eſt perſona*] Senec. Conſ. ad Polybium cap. XXV *magnam perſonam tibi hominum conſenſus impoſuit, haec tibi tuenda eſt*. vbi MSS. Lipſii perperam *partem*.

45 *Hanc ne degeneres, et ſint praeconia noſtra Vera, vide etc.*] Scripti meliores conſtanter *Hanc caue degeneres*. quod verum eſt. Met. VII. 541 *Acer equus quondam, magnaeque in puluere famae: Degenerat palmas*. ſic et ibi veterrimi codices. vt et apud Propertium lib. IIII. I. 81 membranae, quas magno numero inſpexi, conſtanter: *DI mihi ſunt teſtes, non degenereſſe propin-*

Digitized by Google

quos. nam perperam *propinquis* nunc legitur. Statius lib. III Silu. de Hercule Surrentino: *Nam capit, et tantum non degenerabit honorem.* quanquam assentior Gronouio, scribenti *Degener ambit*, in illo versu. idem Statius Theb. IIII. 146 —— *Iuuo excit in arma Antiquam Tirynthe deus. non fortibus illa Infoecunda viris, famamque immanis alumni Degeneras.* ita enim a Statio opinor relictum. Virgil. Georg. II, quanquam dubie: *Pomaque degenerant succos oblita priores.* Columella libro VII. 12 *Venus, si teneris conceditur, carpit et corpus et vires, animosque degenerat. Degenerare nomen* Capitolinus in Opilio Macrino, vbi perperam Salmasius *Degeniare* Animaduersionum p. 170: *Siquidem solus Marcus nomen illud sanctum vitae genere auxisse videtur, Verus autem degenerasse.* idem in Gordianis: *vita sua hac tamen fortitudinem animo nunquam degenerauit.* Monuit iam de scriptura codicum Ouidianorum Zinzerlingus Promulsi Critic. cap. XIII.

46 *Famae opus*] Malim *onus*. Praecedenti versu *vt sint* rectius vetusti codices, quam *et sint*.

49 *Expofuit memet populis fortuna videndum*] *Populo* scripti. *Expofuit mala populo* Argent. quidam *meme*. Scribe *Expofuit mea me populo forthna videndum*.

51 *Notior eſt factus Capaneus de fulminis ictu*] *Es factus Capaneus* alter Medon.

57 *Quae non*] *Qua non* cum scriptis.

60 *Paruis teſtibus*] Alii *paucis*. nil muta. sic Fastor. IIII —— *pro magna ſpeſte vetuſtas Creditur*.

65 *Quarum tu praeſta*] Scribe cum vno Vaticano: *Quare tu praeſta, ne liuor dicere poſſit*.

77 *Niſi eris laudabilis vxor*] Paulo durius hoc. Scribe *niſi ſis laudabilis*. et *Marcia* mox pro *Martia*. atque ita Arondelianus.

82 *Rumor habet*] *Liuor* rectius multi veteres.

94 *Sit virtus etiam non probitate minor*] Versus merito suspectus mihi.

95 *Nec tibi Amazonia eſt*] τὸ *eſt* multi codices non agnoscunt. Forte *Amazonias ſecuris*, Graeca enuntiatione.

99 *Gratia fiant*] *Fient* scripti meliores. et mox *Meque vire*, pro *Deque*.

111 *Tibi erit ponenda*] *Erat* rectius nonnulli.

113 *Morte nihil opus eſt*] Ne peccetur in leges metri, scribe cum tribus codicibus *Nil opus eſt lecto*. vide Notas Trist. lib. V Eleg. vlt. 41. vbi monui posse etiam non inconcinne legi *Morte tibi haud opus eſt*. Duo alii codices *Nil opus eſt morte*.

121 *Nec nurus Aegiſthi*] *Aegypti* scribendum cum Sarrauiano. qui Danai frater fuit. Noster in Ibin: *Exulis Aegypti, turbo cruenta, nurus*.

123 *Vertendis nota figuris*] Praestantiores omnes *nata*. probe. vide Notas Remed. Amor. 220.

129 *Captatum ſaepe roganti*] *Rogandi* meliores.

130 *Exeat aduerſa ne tua nauis aqua*] Imo, vt exeat. quomodo

Digitized by Google

modo lib. IIII Eleg. VIII — *iactate rudentes, Exeat e Stygiis vt meo nauis aquis. Exter in aduersa* Thuan. forte *Perstet.* Arondel. *Exeat in aduersa ne vibi.* vnus Vatic. *Ereat.* hoc est, *Haereat.* quod sensus requirit.

131 *Non semper sacras*] Distichon dubiae fidei, nisi *Clarias sortes* fortassis reponi placet.

135 *Cum domus Augusti Capitoli more colendi*] Vt κακοφωνία vitetur, malim *Cumque Augusta domus Capitoli more colendi.* nam *colendi* Argentinus. vide Notas Trist. III Eleg. VIII. Posset et *Capitoli in mole colendi.*

137 *Dum tibi di faciant adeundi copia fiat*] Etiam hic versus mendosus est. Sarrau. *Tum tibi deficiant.* quinque alii *di faueant. di fuerit* Argentin. alius τὸ *di* non agnoscit.

138 *Profectura aliquid cum tua verba putes*] *Tum* meliores. Sarrauianus quoque *putas*, vt et alii nonnulli, tres *puta.* bene, nisi *putem* mauis cum Rottendorphiano.

139 *Si quid aget*] *Ages* Argent.

141 *Nec rursus iubeo*] Duo *rursum.* Latet vicus.

142 *Corporis ad cultum*] *Ad curam* Sarrau. Scaliger. Argent. Feschii, Arondel. et duo alii. Medicamine faciei: *Discite quae faciem commendet cura puellae.* Suet. Caes. XXXXV *circa curam corporis morosior.* Apuleius Met. V *Nec corporis cura te, nec regales epulae morabuntur.* nisi mauis illic: *nec corporis curatae tibi regales epulae morabuntur.* quam lectionem merito asseruit Colvius, frustra illic insultante Scioppio. exstat enim in prima editione a scriptis libris. sed verum puto: *nec corporis curatam regales epulae morabuntur.* sic paulo post *interfectae virginitatis curam.* Aulus Gellius Noctium Atticarum lib. XV. 20 *Mox a corporis cura ad excolendi animi studium transgressus est.*

144 *Per patrum turbam*] *Per rerum turbam* eleganter Sarrau. quo populi confluxum designat. *Per patriam turbam* Arondel.

148 *Nec nisi sollicitae*] *Nil nisi* meliores.

151 *Tu pete nil aliud, nisi saeuo vt ab hoste recedam*] *Saeuo nisi ab hoste* idem, et *Tum pete.*

153 *Sed tu turbata timore*] Multi *sed sunt turbata. conturbata* in fragmento Boxhorniano.

154 *Voce*] *Ore* prima editio et quinque scripti.

155 *Suspicor haec*] *Hoc* meliores, et *sentiat.*

157 *Nec tua si fletu*] Etiam hoc distichon vix pro genuino habendum, ne bis idem dicat. iam enim praecesserat *Nec lacrimis demenda mora est. scindantur* pro *scindentur* sex scripti. posterior versus ex Epistola Briseidis conflatus: *Sed tamen et lacrimae pondera vestis habent.*

163 *Augusti numen adora*] *Augustum numen* meliores. recte. vide Notas Trist. III Eleg. VIII. 13.

165 *Sint vtinam mites solito tibi more*] Duo *solito mihi.* Puto *solito sibi more.* vt in Epist. Cydippes: *More bonis solito.* adi Notas Epist. XX. 144.

Digitized by Google

EPISTOLA SECVNDA

COTTAE] Cottae Messalino M. Valerii Messallae Coruini Oratoris illius summi, filio, qui adoptione in Aureliam gentem transiuerat. vnde et Cottae cognomen sibi adsciuit. Scholia stes vetus Persii Satyra secunda ad illum locum *Magni Messallae lippa propago*, haec notat de Nostro hoc: *Cottam Messallinum dicit, qui tam vitiosos oculos in senectute habuit, vt palpebrae eius in exteriorem partem verterentur. Fuit enim et multis deditus vitiis. Hic ab Aurelio Cotta adoptatus Marcus Aurelius Maximus dicebatur, originem trahens ab Aurelio* (lege *Valerio*) *Messalla, qui septies fuit consul. qui cum a quodam Gallo ad monomachiam in praelio vocaretur, corvus super galeam in capite eius sedit, et victo hoste Coruinus vocatus est.* Locus singularis: ex quo discimus *Cottam Messallinum*, et *Maximum Cottam* eosdem esse. nam cognomen *Maximi* Valeriae genti cum Fabia commune, cum et illi, qui *Coruini* cognomen primus virtutis ergo est adeptus, *Valerio Maximo* nomen fuerit. de quo praeter Historicos Gellius lib. VIIII. II. Hunc Cottam Messallinum non ab eloquentiae oratoriaeque solum studio, sed a poëticos cognitione Noster plurimum commendat Elegia quinta huius libri, et libri quarti Elegia postrema. hunc etiam compellat Elegia octaua libri secundi. nam Messallinus, quem Elegia septima libri primi, et libro secundo, Elegia secunda alloquitur, Cottae huius frater germanus est. quem Theodorus Marcilius ad Persium, prolato Dionis loco, cum Cotta fratre confundit perperam. Videtur tamen Persius parum honorifice sensisse, cum ait: *Quin domus hoc superis, de magno quod dare lance Non possit magni Messallae lippa propago? Compositum ius fasque animo, sanctosque recessus Mentis, et incoctum generoso pectus honesto.* De hoc Cotta videtur Iuuenalis intelligendus Satyra septima, vbi de patronis poëtarum agit: *Quis tibi Maecenas; quis nunc erit aut Proculeius? Quis Fabius? quis Cotta iterum? quis Lentulus alter?* per Fabium intelligo Fabium Maximum Nasoni toto hoc opere valde commendatum. Porro Cottam hunc fuisse gulosum, ex Plinii libro X. 20 patet, vbi agitur de anseribus: *Sed, quod constat, Messallinus Cotta, Messallae Oratoris filius, palmas pedum ex his torrere, atque pastinis cum gallinaceorum crustis condire repperit.*

4 *Atque sit ut nobis*] τὸ ut Sarrau. non agnoscit. Argent. et sex alii ex melioribus *Vtque sis in nobis*. Lege *Vtque sit e nobis paris bona salua facis.*

8 *Qui cum Fortuna terga dedere fugae*] Scribe vel inuitis scripsis codicibus *cum Fortuna terga dedere mea. terga dare* pro tergere, vitatum Nostro, et melioris aeui scriptoribus.

19 *Timidique vocari*] *Timidique videri* Sarrau. Argent. Polit. et quinque alii. Praeterea videtur scribendum *Vtque nimis* vel *satis cauti.*

22 *At meus excusat cauos ita candor amicos, Vtque habeat de me crimina nulla facit*] Puto *At meus excusat cauos mihi candor amicos*, vt alibi: *Excusem ne te semper, amice, mihi.* Deinde

Digitized by Google

pro *facit* Sarrau. et tres alii ex melioribus *fanet*. *habbas fanor* Argent. *ex me* etiam vnus. Twisdenius codex *canet*. Scribe *Vsque habeant per me crimina nulla, canet.*

23 *Sint hi contenti venia, figuentque licebis*] Scribe *Sint hae contenti venia*, cum Moreti codice. pro *figuentque* Sarrau. *ficusque*, Argent. *fugiaque*. reliqui *fugiantque*. nisi quod Arondelianus *veniaque fugaque*. Nil muto. *fugiantque* perperam occupauit multas editiones, etiam nostram. *fignare* verbum iuris. Pont. IIII Eleg. XV *Confiteor: testere licet, fignate, Quirites.*

26 *Terpe putastis*] *Putastis* meliores. et praecedenti versu pro *pars melior* vnus Vatic. et Patau. *pars potior.*

29 *Fallor*] *Fallar* fragmentum Boxhornii. rectius.

44 *Quos procul a vobis alter et orbis habet*] *Tò alter et orbis habet* erat omissum in Sarrauiano. Argent. Twisd. Arondel. et quatuor alii *vltimus orbis habet*. Scaligeri codex *Geticus orbis*; mendose. Polit. et octo alii *frigidus Ister habet*. tres *frigidus orbis*. totidem *frigidus axis*. multi *diuidit Ister aquis*. quinque *barbara terra tenet*. prim. Mediceus *Pontus et Ister habet*. Forte *Ponticus Ister*. sic *Ponticus Castor* Elegia de Nuce. vide Notas supra lib. II El. VIIII.

52 *Stat basis orba dea*] *Orba deae* malim reponi. sic *luminis orbus* et similia apud Nostrum passim.

54 *Decolor*] *Discolor* Putean. Superiori versu pro *natura candida saxi* malim *natiui candida saxi.*

55 *Taeda non nota ingali*] *Nupta* decem veteres. *taedae non nota* Sarrau. Argent. multique alii. Lege *taedae non nata*. et adi Notas Rem. Amor. 220. Nisi malis reponi *taedae non vota inali*. recurre ad Notas Met. XIII. 634.

57 *Sic instituere parentes*] *Priores* Polit. et multi alii. quod iam in suis Naugerius inuenit, et Pierius Valerianus ad lib. I Aeneid. Virgilii 247. vide Notas ad lib. XV Metam. 104.

63 *Per aëra vectam*] *Per aequora* scripti fere omnes. nam e aëre iam dixerat.

73 *Sparsit aqua*] *Spargit* meliores.

76 *Inuenit ipsa morae*] Rectius Leidensis *vsque.*

78 *Sacra suo facio barbariora loco*] Forte *Sacra meo facio barbariora solo*. nam in vno Vossiano *lolo*, pro *loco*. Vel *sacra vi facio barbara more loci.*

79 *Ritus is est gentis*] Malim *genti.*

80 *Quodue*] *Quoque*, vel *Quoque*, plerique.

83 *Alter vt e vobis inquit cadat hostia sacris*] Versus mendosus. nec iuuant libri veteres. Scribe *Alterutor vestis, inquit, cadat hostia sacris. Vota sacra*, vt *templa* et *delubra vota, vota aurea, votus sanguis, vota victima* et similia passim apud Nostrum. Iet. VIIII quoque *vota sacra* habes: *Victor ab Occhalia Cenaco sacra parabat Vota Ioui*

87 *Exstitit hoc vnum, quod non conuenerat illis: Caetera pars mcors est sine lite fuit*] *Quod non conuenerit* Argent. aliique complures. Lege *quo non conuenerit illis*. vt iam monui Remed. mor. 471.

Digitized by Google

88 *Caetera pars concors*] *Par concors* scribendum, vt Naugerius iam vidit. *Caetera concors* eleganti Graecismo, vt *castera Graius* Virgilio, et Nostro *castera sospes* Met. VIII. Pari modo peccatum est a librariis in Dracontii Hexaëmero: —— *sint sibi pignus vterque Velle pares et nolle pares, mente vna voluntas. Par animis concors, paribus decurrere votis, Ambo sibi requies cordis sint, ambo fideles.* ita totus locus scribendus. Posset et legi *Pax animi concors.*

96 *Nomen habent*] *Habet* ex scriptis.

99 *Scilicet hic etiam*] *Hac etiam* meliores. deinde τὸ *est* cum Feschiano et tribus aliis delendum.

104 *Indicium mores nobilitatis habent*] *Habet* Polit. recte. animus nimirum.

105 *Quos Volesus*] *Valesus* multi veteres cum Argentino, duo *Valerus*, apud Rutilium *Volusus* vulgo legitur: *Qui Volsi antiquo doriuus stemmate nomen, Et reges Rutilos esse Maronis refert.* sed *Volesi* forte scribendum. nam in membranis antiquis *Volsci*, vel *Folsci*. quomodo et peccarunt codices nonnulli apud Iuuenalem Satyra VIII illo versu: —— —— *quae sunt Turpia cordoni, Volusos Brutumque decebunt?* vbi tamen codices plerique *Volesos*. apud Liuium lib. II *Valerium Volesi filium* habes. apud Zosimum tamen *Volusus* est. etiam in Inscriptione *Aree Terentinae*, et in *Fastis Capitolinis*, vt credibile sit, duplici modo veteres enuntiasse id nomen. Certe Maronianus locus, quem Rutilius in Itinerario videtur respexisse, *Volusi* nomen tuetur, seruantibus constanter eam membranis quoque. Virgilius igitur Aeneidos XI *Tu Volusi armari Volscorum edice manipli Duc, ait, et Rutilos.* hinc *Volusiana* familia, et *Volusia*. vt et apud Silium: *Poplicola ingentis Volusi Spartana propago.* sed fragmentum termini vetustissimi Romae apud Maffeios p. CCCCLX P. VALESIVS. VOLESI. F. POPLICOLA. alius lapis apud eundem Gruterum p. VI P. VALESIVS. VOLESI. F. POPLICVLA. IOVI. IVNONI. SAC. P. PETRON. RESTE TVIT. quam scripturam Dionysius Halicarnasseus quoque et Plutarchus agnoscunt. Postea *Volusi* et *Valerii* dicti, qui *Volesi* et *Valesi* primo. nummus aereus Augusti, quem Carolus Patinus in gente Valeria supplemento ad Fuluii Vrsini Commentarios iuris publici fecit: VOLVSVS. VALER. MESSAL. III VIR A. A. A. F. F.

106 *Quos Numa maternus*] *Materni* Naugerii postrema editio.

107 *Genitiua agnomina Cottae*] Ex hoc loco praeter *cognomina* etiam Romanis *agnomina* fuisse conantur euincere. vide Vossium Analogiae lib. I cap. VII. Sed *ad nomina* veteres plerique. et recte. Iunuit enim adoptione in Aureliam Cottarum familiam transisse. Noster de hoc ipso Cotta Epistol. vltima lib. III *Maternos Cottas cui, Messallasque paternos, Maxima nobilitas ingeniumque dedit.* Charisius initio lib. II *Praenomen est, quod nomini praeponitur, vt Publius. nomen, quod familiae originem declarat, vt Cornelius. Cognomen, quod nomini subiungitur, vt Scipio. Agnomen,*

Digitized by Google

nomen, quod extrinsecus adjici solet, ut Africanus. sic Priscianus et alii Grammatici. Conatus est vulgatam in Natione scriptam interpretari Vir eximius G. I. Vossius in Opere Grammatico, sed non expediit feliciter. sed et locus Ciceronis de Invent. ione, vbi *agnomen* cum *cognomine* coniungit, iure viris eruditis iam dudum suspectus est.

EPISTOLA TERTIA

Arcanum somnus habebat] *Alebat* Medonianus alter. vide Notas ad Epist. XII. 170.

14 *Sceptra tenens laeva tristis acerua manu*] *Fulua* Argent. codex Scaliger. vnde *Fulcra* is coniiciebat. quod Vaticanus imae notae confirmat. *Fulcrum* pro baculo posuit. Ἄδειον ναυτίλων δᾶτ Amori Anacreon Od. VII.

17 *Horrida pendebant*] Repetitur ea vox versu proximo. quamalim *Squallida quae* hic legi. vide Notas in Epicedion Drusi 86. nisi versu proximo *sordida plumae* reponas.

20 *Tractatam*] *Tractantum* Polit. et tres alii.

22 *Talibus effata est*] *Affata est* ex scriptis.

37 *Stultus quoque carmina feci*] *Stulto quoque carmine* Argentinus et Rutgersianus. sic supra lib. II. Eleg. VIIII. *Stultum conripsimus artem.*

41 *At non Chianides Eumolpus in Orphea talis etc.*] Libri multi *non Echionides*, vel *nec Echionides*. sed vulgata lectio bene habet. Εὔμολπος Ποσειδῶνος καὶ Χθονὸς Pausaniae. at Theocrito Idyll. XXV Φιλαμμωνίδης Eumolpus dicitur. mater autem Philammonis Chione. vt Noster ipse Met. lib. XI. 314 memorat. docuit hic Eumolpus cithara Herculem canere, teste ibidem Theocrito. Argent. *At non crudes Eumolpus.* mendose.

43 *Ab Achille*] *Ab Achilli* veteres.

49 *Et liquide iuratus dicere possis*] *Vt possis* Argentinus.

52 *Contingit crines*] Multi *Contigerit*. duo *Contigunt*. tetigerem *Astigerit*. tres *Attingit*. quomodo et minor Gryphii. vnde caliger *Astringit*. probe. alibi: *Vitta nec astrictas impedit alba comas.* Lucanus libro V. 142 — *tum torta priores Stringit vitta comas.* Arondelianus *Constringit*. etiam bene.

55 *An sit ab his omnis*] *Absit ab his* Argent. et duo alii. *An sit ab his omnis* Berlmanni codex. Forte *Nam sat ab his omnis* sigide *submota libellis*, sublata interrogationis nota. vel *At sit his.*

64 *Meque loco pietas*] *Poni* Thuan. vide Notas lib. I Eleg. 7. 79.

71 *Defendere caetera posses*] *Possem* nonnulli. Forte *defendi caetera possent.*

74 *Non potes a culpa dicere abesse tua*] *Liber abesse* quatuor. nus *liber adesse*. alius *libera esse*. Latet aliquid mendi.

78 *Est mea penna*] *Mihi penna* duo libri.

84 *Et veniet votis mollior hora tuis*] *Aura* nonnulli. vide Notas Epist. III. 42. Codex Moreti *votis mollior aura tuis.*

89 *Dum*

Digitized by Google

89 *Dum sibi gratatur populus*] *Tibi* rectius quidam. deinde sermo ad Augustum.

99 *Conuenions animo genus est tibi. nobile namque Pectus*] haec distinguenda.

101 *Non exit in istos*] Plerique veteres *alsus*. sed frustra. Propra Eleg. II — *lapso succurrere amico Conuenions istis mos esse puta*. lib. I Eleg. VI *Non cadit in mores feritas inamabilis istos*.

EPISTOLA QVARTA

5 *Vestrisque paratibus impar*] *Vastisque* Combianus. vt infra *Ferre etiam molles elegi tam vasta triumphi Pondera dissolubilibus non potuere rosis*.

10 *Quemlibet*] *Quamlibet* quatuor libri. vide Notas Epist. VI. 140.

15 *Cantilaque cum mea fuit*] *Sim* ex scriptis.

19 *Vulgi captata per aurem*] *Vulgo* scripti. et versu proximo pro *vidimus* multi *scripsimus*.

24 *Quod mihi defuerit*] *Defuerint* Fragmentum Vaticanum paulo elegantius.

25 *Sed loca, vel gentes*] *Sed gentes* sex septemve veteres neruose.

29 *Laetoque fauore*] *Frugore* malim. vel *cauore*. nam *fauori* paulo post sequitur.

31 *Tali clamore vigorem*] *Clangore* Fragmentum Louanicum.

40 *Materiam non habuere*] *Vix habuere* Thuan.

45 *Assidue domini meditatae querelae*] *Assiduum querelae dum* Argent. et octo alii *assiduas querelas*. quomodo et Arondelianus.

46 *Ad laetum carmen vix mea Musa venit*] *Vix meo versu lyra est* plerique veteres. quod a Fabricio mutari non debuit.

48 *Et gaudere aliquid*] Malim *aliquo*. vide Notas Trist. II Eleg. IIII. 75.

51 *Nouitas gratissima rerum*] Rectius cum Argent. aliisque nonnullis *carissima*. quia *gratia* sequitur.

56 *Nostra tepebit aqua*] *Tepescit* Polit. et Barberin.

58 *Sustinet ora freti*] *Submouet* Putean. et Vatic. vide Notas Trist. III Eleg. IIII. 41.

63 *Lectis exhausto floribus horto*] *Sertis floribus* Hafnienses. eleganter. Recurre ad Notas Epist. IIII Eleg. II. 56.

65 *Deprecor haec, votum contra sua carmina ne quis Dicta putet*] *Deprecor hoc* Argent. aliique nonnulli. Forte *Ne, precor, haec votum contra sua carmina ne quis Dicta putet*. de qua repetitione *vou ne* dixi Notis ad Claudianum.

69 *Pars animi*] *Animae* scribendum cum sex scriptis. *anima* Argent. et quinque alii. Adeantur Notae Ponticorum libro I Eleg. VI.

71 *Vestro mea commendata fauore*] Malim *fauori*. et sic manu secunda Arondelianus.

84 *Aenēidos vati*] *Aeneados* vnus Vossianus. Puto *Iliados vati*.

Digitized by Google

uti. quippe vt summum vatem Virgilium appellarit, atque adeo ipſi Homero praetulerit, vix fit veriſimile. Nam Propertianum illud *Neſcio quid maius naſcitur Iliade*, viuentis adhuc Virgilii libris datum eſt. *ſummus vates* cum ipſis dicitur Romanis, Horatius deſignatur. Deinde τὴ *Aeneidos* ſecunda ſyllaba correpta ix legi apud alios. niſi quod in veteri Epigrammate Maronis audibus dato codex antiquiſſimus exhibet ſcriptum: *Aeneidem ne ſuam fac maior nuntius ornet. Fac laudes Italum, fac tua acta legi.* cum *Aeneamque ſuum* in vulgatis exemplaribus legatur, et quidem rectius. Sed quod monere propemodum negleram, iiſdem verſibus naeuus foediſſimus inhaeret, cum pro *maior nuntius ornet* reponendum ſit *maior Mincius.* vt fluuium ori Mantuani poſuerit pro ipſa Mantua, Maronis patria. Metuo ehementer, ne Iliados Homericae nomen etiam in Plautino ſtriculento corruptum deliteat. Actus II Scena VI illo verſu: *e Homeronidae paſtillae mille memorari poteſt.* ſcribendumque t ex veſtigiis veterum membranarum: *Et Homeridarum Iliacum mille memorari poteſt.* vt *Tyndaridarum*, pro *Tyndaridum*, pud Horatium, ſimiliaque. vel *Et Homeri paſt Iliada. Ilias* nim pro longa narratione abiit in prouerbium. hinc *longae liades* apud Propertium. et *longa fati Ilias* apud Neſtrum.

89 *ferita vatorum*] Argent. prim. Medic. plurimique alii *verum vatum.* nonnulli *notorum.* an *motorum?* hoc eſt, afflaram? ſic Pythagoras Met. XV *Et quoniam deus ora monet, ſequar ora mouentem Rite deum.* ſic et ſaepe alibi. Quatuor *magnorum.*

91 *Ad Iſtri*] *Ad Iſtrum* meliores.

94 *Hoc duce*] *Haec* meliores.

204 *Stringue ſuper victos trunca tropaea viros*] *Malim ſuper victos viros* cum prim. Mediceo et quinque aliis. in Numiſmatis enim morboribusque antiquis apparent paſſim captiui troeis alligati.

107 *Squalidus immittat crines*] *Immiſſos orbes* in melioribus. leantur quae notamus lib. VI Met. 168. Mox pro *poteſt* Polit. ſex ſeptemue alii *portet.*

109 *Ponunt inſignia reges*] *Peſcunt* Polit. aliique multi. aidam *poſcant.* vtrumque rectum. nam regalibus ornamentis eges in triumphum ducendi velabantur.

EPISTOLA QVINTA

Maxime Cotta] *Maxime.* ex ſic initio Epiſtolae *Maximo Cottae.* Hic Meſſalae Coruini illius diſertiſſimi filius, Meſſalini frater, Cottae nomen mutuatus eſt ab Aurelliis auis materis, vt diſcimus ex Elegia vltima lib. IIII Pont. in quam gentem oprione tranſiuerat, quod ſupra vidimus ſub finem Elegiae ſecundae huius libri. *Maximus* autem dictus ex Valeria familia ioſdam, quemadmodum Meſſalas, Flaccos, Poplicolas, Voluſos, atullos, et Aciſculos, certum eſt. Nam bello primo Punico b annum V. C. CDXC M'. Valerius Maximus cum M. Otacilio Craſſo

Digitized by Google

Crasso consul prohibetur, qui deuicta Messana cognomen Messalae primus adsciuit. huc et refer Valerium Maximum scriptorem, cuius nonnulla etiamnum exstant.

11 *Plura sed haec feci*] *Haec* paulo post sequitur. quare scribendum *sed effeci*.

12 *Haec mihi quam primo grata fuere minus*] *Non mihi quam primo grata fuere magis* Argent. et decem alii. probe. *Non mihi* Scaligeri codex; Polit. et quatuor praeterea.

13 *Cumque sua toties nihil ex dulcedine perdant*] Nihil est quod referatur ad *toties*. Argent. et quinque alii *Cumque nihil toties detto e dulcedine perdant*. nisi quod a tribus abest *e*.

17 *Ablata dulcis in vnda*] *Allata* Argentinus aliique plurimi recte. nisi *oblata* malis.

29 *Vt videar tecum magis esse legendo*] Codex Scaligeri *quando*, vt et alii nonnulli. sed frustra. Mox *exemploque* mei pro *meo*, decem veteres.

39 *Equibus aut recitas factum modo carmen amicis?*] *Equibus vbi recitas* nonnulli. Scribe *Equibus vt recitas*. et pone interrogationis notam post illa: *queritur tua mens oblita quid absit?* Metuo tamen, ne vel sic haec satis sint integra.

42 *Nescio quid certe sensit abesse tui*] *Sensit abesse sui* ex veteribus pleriique.

46 *Et sit periqri quam propè poena vides*] *Per murum* Regius. Scribe *periurum quam propè poena*. Adi Notas Trist. IIII Eleg. III. 41.

49 *Hanc vbi peruenit*] *Hinc* ex scriptis nonnullis. mente nimirum.

50 *Tique loquente fruor*] *Saepe fruor* cum Politiani libro aliisque multis.

55 *Rursus vbi huc redii*] *Vt huc redii* ex Combiano.

EPISTOLA SEXTA

8 *Si nescis ex me certior esse potes*] *Cognitor* codices nonnulli, quod Iureto placebat ad Symmachum libro VIIII Epist. XXVIII. Forte *Si nescis, res me cognita reste potes*.

21 *Numina parcunt*] *Parent* Polit. et duo alii. hoc est obsequuntur.

28 *Qui paenam culpa non meruere pati*] *Pari* scribendum cum Feschii codice et Thuaneo.

52 *Vel ipse Iudice delectus Martis iniquus erit*] *Nedum delectus*.

39 *An tu*] Multi *At tu* cum priscis editionibus.

43 *Defuit mitem animum*] *Animam* vnus Medonii.

53 *Longe mihi proximus vsu*] In multis veterum *cognitus* vtrumque rectum.

57 *Nisi cum permiseris ipse*] *Permiserit* vnus Vatican. *Fors — nisi qua permiserit ipse*. *Cognitor primo munus habere meum* [illegible]

Digitized by Google

supra de Augusto: *Quaque ego permisi, quaque est mea passa, pe-rercit.* Codex Seruii *nisi si.* vide Notas ad Epist. IIII.

59 *Tu quoque*] *Tu modo* ex melioribus.

EPISTOLA SEPTIMA

5 *Nostra quid apportes*] *Nostraque quid portes* ex scriptis com-plures. et mox pro *charta* codex Polit. *cera.* quomodo Arondelianus quoque pro diuersa lectione. idem pro *vinclis non labefacta suis* exhibet *vinclis irresoluta suis.* vt supra lib. I. a. 21 *At semel intentus uerubus lentis arcus equino, Vincula semper habens irresoluta, manet.*

15 *Detrectes aratrum*] *Detractas, et subtrahis,* plerique ve-teres.

21 *Spem iuuat amplecti*] *Iuuet* malim. et versu proxime di-stinguendum: *Et sperit cupidis sic qua, futura putes.*

24 *Vera sciisse periisse fide*] *Scire* ex melioribus.

28 *Quam sua qui liquidis brachia lassat aquis*] *Tumidis aquis* melioris notae libri, et *lassat.*

30 *Terra prosperiore frui*] *Proximiore* Thuaneus alter, qua voce vsus etiam Seneca Ep. CVIIII.

33 *Torqueor en grauius*] *Heu grauius* tres veteres. Forte *Tor-queor hoc grauius.* vel *Torquet enim grauius.*

35 *Cessare meorum*] *Cessasse* Polit. aliique nonnulli.

39 *Dummodo non nobis*] *Vobis* rectius primus Med. et decem alii.

EPISTOLA OCTAVA

7 *Protexit amictus*] *Praetexit* ex libro Politiani aliisque mul-tis.

EPISTOLA NONA

4 *Cinctus ab hoste loqui*] *Queri* rectius nonnulli.

5 *Vitium reprehenditur*] *Reprehenderis* Polit.

9 *Sic forsitan Accius olim*] *Agrius* legendum iam monuit in Nouis Lectionibus Guilielmus Canterus lib. II. 30. Is enim Thersitae pater. quam lectionem Vaticanus vnus confirmat. Mo-reti codex *Acrius.* alius *Alcius.* Mox *dixerit,* pro *dixerat,* me-liores.

13 *Cur igitur, si me video delinquere*] *Videam* priscae editio-nes cum scriptis nonnullis.

21 *Scribentem iuuat ipse fauor*] Alii *labor.* Forte *calor.* hoc est, vt lib. IIII Eleg. II loquitur: *Impetus ille facit, qui uatum pectora nutrit.* sed nil mutandum. Eadem Elegia: *Excitat au-ditor studium.* et quae sequuntur.

33 *Nil tamen est scriptis*] *E scriptis* cum Frag. Louan. et vno Vaticano. vel *in scriptis* cum Gottorphiano.

42 *Vnaque*

Digitized by Google

42 *Vnaque per plures*] Malim *vnum per plures opem.*

43 *Ab me his vt sensum*] *An, me his sensum* veteres maioti ex parte. et recte.

47 *Denique materia*] *Materiam* plerique veteres. Forte *materiae suae*, et *finxeris ipse* Vossian.

50 *Incorrupti testis*] *Incorruptae* cum duobus.

EPISTOLARVM EX PONTO LIBER QVARTVS

EPISTOLA PRIMA

SEXTO POMPEIO] In Fastis consularibus Graecis *Sextus Pompeius Magnus* appellatur. quorum auctoritate si nitendum, hic Pompeius Cn. Pompeii Magni ex Sexto filio fuerit nepos, cum cognomentum *Magni* non possit cadere, nisi in posteros Pompeii Magni. sed errorem esse persuadeor vt credam. Caeteri Fasti *Sextum Pompeium S. F.* tantummodo appellant. et recte, si quid video. Hunc enim S. Pompeium originem trahere existimo ab illo Pompeio, qui ad Numantiam male rem gessit, quemque hominem nouum Cicero alicubi appellauit. hoc consule mortuum Caesarem Augustum in confesso est. Eidem Proconsuli, Asiam obtinenti, comes ac familiaris abiit in Provinciam Valerius Maximus, vt ipse de se testatur in Commentario illustrium exemplorum libro I cap. I. Idem M. Aemilium Lepidum Asiam Proconsule fortitum vt socordem, inopem, maioribus suis dedecorum, ideoque Asiae forte depellendum, inclementer apud Tiberium inculauit, ac Senatum sibi adsertum in hac sententia expertus est. Testis rei Tacitus Annalium tertio. Huius patrem fuisse opinor S. Pompeium S. F. qui Consulatum gessit anno V. C. DCCXVIII.

3 *Qui si non*] *Qui seu* veteres plerique.

9 *O questus*] *Di questus* prim. Medic.

13 *Ipse mihi placuit*] *Ipse quidem* prim. editio et duo scripti. Forte *Ipse sibi placuit.*

16 *Ab pudet offensam*] *Hanc pudet* prim. Medic. et quatuor alii.

26 *Ferque referque*] Ad lib. I Trist. Eleg. VI nonni videri scribendum *ferque feroque.* quod sequentia requirunt.

27 *Vnde rogas forsan*] *Roges* Basil.

31 *Vel aenea custos*] *Aenea* scripti complures. sed videndum *res* scribendum. signum enim hoc Palladis ex ebore et

Digitized by Google

fictisse testantur Pausanias in Atticis lib. I. 2. et Plinius lib. XXXVI. cap. VI. Chronicon Eusebianum tamen sub annum MDLXXX Olympiade LXXXV *Phidias eburneam Mineruam fecit.* Scholiastes Aristophanis ad illa Εἰρήνης· Πρῶτα μὲν γὰρ αὐτῆς ἦρξε Φειδίας πρᾶξας κακῶς, Φιλόχωρος, inquit, ἐπὶ Πυθοδώρου ἄρχοντας ταῦτά φησι. Καὶ τὴ ἄγαλμα τὸ χρυσῶν τῆς Ἀθηνᾶς ἐξέθη εἰς τὸν νεὼν, τὸν μέγαν, ἔχον χρυσίου ταλάντων μδ', Περικλέους ἐπιστατοῦντος, Φειδίου δὲ ποιήσαντος. καὶ Φειδίας ὁ ποιήσας δόξας παραλογίσασθαι τὸν ἐλέφαντα τὸν εἰς τὰς φολίδας ἐκβῆναι. locus luculentus ad confirmandam coniecturam nostram. mox subiungit nonnulla de Ioue Olympio eiusdem Phidiae. vide Suidas in Φειδίας. Sed altius consideranti locum apparet de duplici statua Mineruae agi, altera eburnea, altera aenea. vtriusque meminit Plinius libro XXXIIII. 7. Versu proxime sequenti malim: *Bellica Phidiaca stat dea ficta manu.* non *facta*, quod nunc legitur. quomodo et apud Apuleium censeo scribendum: *Lapis in Dianam fictus.* et apud Claudianum lib. III in Stiliconem v. 22. et Cons. Olybrii 90 *Fingunt aera lupam.* quomodo et illis scribendum locis monui. nam et statuarii dicebantur *fingere.*

35 *Sic ego sum rerum.*] Scribe cum Politiani codice et Fragm. Vatic. *Sic ego pars rerum.* Met. VIII *Et quota pars illi rerum periere mearum.* nisi mauis cum Arondeliano: *Sic ego sum rerum pars non extrema tuarum.*

EPISTOLA SECVNDA

1 *Vates magnorum maxime vatum*] Multi ex antiquis *maxime regum.* probe. infra Eleg. vlt. *Quique dedit Latio carmen regale Seuerus.* Tragoediarum scriptorem fuisse designat, sic Trist. lib. II *Et dedimus Magicis scriptum regale cothurnis.* hinc Seruius Eclogae VI initio Virgilianum illud: *Cum canerem reges et praelia,* a nonnullis ad Thyestem, Tragoediam Virgilio a quibusdam adscriptam, referri posse contendit. et ita Horat. I Sat. X *Pollio Regum Facta canit.* vbi v. Schol. de quo lib. II Od. I. *Paullum seuerae Musa Tragoediae desit.*

9 *Quis mel Aristaeo, quis Baccho vina Falerna*] *Baccho Falerno* multi veteres. et recte. sic *Falernus ager* et similia. *vlmi Falernae* apud Inuenalem Sat. VI. et *merum Falernum.* ita *Latinis Lyaeus* Sil. III. 370. Caeterum corripuit ὰ *mel*, raro exemplo, quod ea vox ἀπὸ τῦ μέλι deducatur. Posset alioquin legi *Mel quis Aristaeo.*

33 *Numerosos ponere gestus*] *Gressus* nonnulli ex antiquis, quod Bersmanno arridebat. frustra. Intelligit gesticulationem manuum, quae inter saltandum fiebat. vide Notas nostras Rem. Amor. 334. *Incessus gestuosus* Apuleio Met. X. Si quis tamen cum Bersmanno *numerosos gressus* malit, facile accedam. quos *numeros* dixit Marcianus Capella libro VIIII *Cuius incessum mater Paphiae, ne eam contingeret, sequebatur, licet pulcris rosea numeris et libratis passibus moueretur.* Maximianus Eleg. I — *suspensos ponere*

Digitized by Google

ponere gressus, Et toto nullo canere nocte sono. apud Varronem libro VIII de Lingua Latina: *quam idem faciat, ac si quis pecorum per delicias pedes male ponere, atque imitari vasius coeperit.* vbi *pedes ponere*, quomodo *ponere gressus* apud Nasonem. Versu proximo pro *legas* Scaliger *legant*. et sic Arondelianus. sed nulla opus mutatione. *legere* pro recitare dixit.

41 *Nam neque me vinum*] *Nam quia nec vinum* meliores.

45 *Quid nisi Pierides solatia frigida reflant*] *Reflat* cum quatuor scriptis.

EPISTOLA TERTIA

10 *Quisque sit*] *Quique* Frag. Louan. et Regius.

17 *Ille ego sum*] *Idem ego* concinnius legas ex quatuor libris. Pro *qui nunc an viuam* Leidensis *quem nunc*. Forte *quem nunc an viuat*. Versu proximo pro *cura fuit*, cum rò *fui* mox sequatur, a Nasone relictum nobis *cura fubit* opinor.

19 *Simulasse fateris*] Melius cum sequentibus haec cohaerebunt, si legas *simulasse fereris*. nam vnus ex nostris *videris*.

21 *Aut age dic aliquam*] *Dic age nunc* Polit. alius *Nunc age dic*, vnus Vatic. *Dic age dic*. at vterque Medonii pro diuersa lectione *Eia age dic*. quod verum est. sic apud Virgil. *Eia age rumpe moras*. Nemesianus Cynegetico: *Latonae magnum, Phoebe, decus, eia age fuetos Sume habitus*. Valerius Flaccus lib. VIII. III —— *eia, per ipsum Scande age, et aduerso gressus, ait, imprime dorso*. atque ita passim poëtae.

23 *Quod te nunc crimen similem*] Polit. plurimique alii ex castigatioribus *Quae te consimilem res nunc vetat esse priori*. recte. vtuntur ea voce passim Lucretius, Terentius, ac Cicero. Noster lib. III Eleg. VII *Taedia consimili fieri de carmine vobis*.

32 *Quae summum*] *Quem* repone. neque aliter Fragmentum Boxhornianum.

38 *Nempe*] *Ille tamen* tres. forte *vinque tamen*.

39 *Syracusia urbe*] *Syracusia*. dixi lib. VI. 277 Fast. duo veteres *Syracusa*. etiam bene.

43 *Cuique viro*] Distichon hoc nullius pretii et augatorium meo periculo eliciatur.

47 *In coeno Marius iacuit*] *Datus Marius* quatuor veteres. paulo rectius.

52 *Arcu Getae*] Lege *Gete*. sic *Parthe sagittae* apud Nostrum. et *Parthi manus* in Fastis. *Scythe exercitus* apud Claudianum. *quus Assur* apud Martialem, et similia passim. de quibus hic ille iam egimus.

EPISTOLA QVARTA

87 *Cernere iam video rumpi paene atria turba*] Versus mendosus. *videor* pletique veteres, recte. nonnulli etiam *paene iralia*. sed ne sic quidem locus mihi videtur plane in integrum restitutus.

Digitized by Google

34 *Cum Ioue Caesar erit*] Malim *erunt*. et mox *Curiaque excipiet*, pro *Curia te excipiet*.

40 *Causam dabit*] *Dabunt* tres scripti. sed rectius causam gratias dis agendi vni Caesari imputauerit.

43 *Cernor*] *Cernar* plurimi. nihil muto. Met. X. 334 *Me miseram, quod non nasci mihi contigit illic.* Epist. XX. 133 *Me miserum, quod non medicorum inssa ministro.*

45 *Quod licet absentem*] *Qua licet* multi. Fragmentum Boxhorn. *qualibet*. Scribe *Quamlibet absentem*. vide Notas Epist. VI.

49 *Haec tua protulerit*] *Pertulerit* ex scriptis.

50 *Exilium mitius*] *Mollius* iidem ex parte maiori. et *esse mihi*, pro *meum*, Arondel. et Rottendorph.

EPISTOLA QVINTA

5 *Et opertum nubibus Haemum*] *Haemon* Fragmentum Vatican. et Gryphii editio. sic et in Met. VI. 87. Superiori versu *terra riget* non male Leidensis.

10 *Non est Augusto iunctior vlla foro*] Pompeii Magni domus in Carinis ad Telluris aedem, teste Suetonio in vita Pompeii Lenaei Grammatici.

15 *Nullo probibente*] *Vllo* Iunii codex et postrema Aldi cum Gryphiana. quod malo.

25 *Tempus ab his vacuum*] Malim *vacuo*. vide Notas Trist. IIII Eleg. III. 77.

27 *Cum tamen a turba rerum requieuerit harum*] Rectius *cura* refingas. Infra Eleg. VIIII *Cum tamen a cura rerum proprior re vacabis*. Proximo versu *assuetas manus* Twisdenianus, non *mansuetas*.

32 *Quod prius*] *Quam* recte veteres plerique.

36 *Cura pectoris est sui*] *Tui* ex scriptis.

EPISTOLA SEXTA

9 *Laus maxima gentis*] *Maxime* veteres plerique.

22 *Brute fide*] *Nota* Scaligeri codex atque alii complures. bene.

29 *At qui quid valeas ignorat*] *Vt qui quid valeas ignoret* ex castigatioribus.

31 *Pugnare videtur*] *Videntur* sex scripti. et tum dele *vt est* cum tribus libris.

44 *Qui mala sollicite nostra leuatis*] *Solliciti* cum Polit. et quinque aliis. *leuastis* Barberin. Praeterea *vestrum* pro *vestri* scribendum praecedenti versu.

45 *Et prius hic nobis*] *Hinc* nonnulli. Scribe *heu nobis nimium conterminus Ister* cum Barberin. et Rottendorph.

47 *Vsque Thyesteae redeant si tempora mensae*] *Ante* Fescbii et Hafnienſis. multi alii *Atque*. Opinor castigandum: *Ante Thyesteae redeant ceu tempora mensae, Solis ad Eoas currus agetur aquas.* Pro *tempora* etiam *fercula* malim reponi. sed obstans

Digitized by Google

libri veteres. nam Nonius docet *Ferculum* proprie esse usu carnium. Hinc apud Iuuenalem Sat. XI *Fercula nunc audi ab oratis macellis.*

EPISTOLA SEPTIMA

2 *Aspicis en praesens*] *Praeses* codex Scaligeri, Feschii, optim. Vatican. et Regius. bene. idem Vatican. Epistolam hanc inscribit *Vestali prop.* hoc est *pro Praeside.*

9 *Ferox Iazis*] Scribe *Iazyx.* Ἰάζυξ, Ἰάζυγος, vt Ἴαων, Ἰάονος. *Iazygas* alibi vocat non vno loco Nostor. oorte Rotendorph. *Iazix.* Praecedenti versu pro *vinx* Petri Seruii codex *musta.*

21 *Non negat Aegyptos*] Vide notas lib. I El. VIII. 13.

27 *Vitellius*] Forte A. Vitellius, patruus Caesaris Vitellii, qui Consulatum gessit sub Tiberio A. V. C. DCCXXCIIII. nisi ad L. Vitellium patrem referre mauis.

29 *Progenies alti fortissima Donni*] Ignotum hoc nomen. *Domni* Polit. et octo alii. sex *Doni.* tres *Dampni.* totidem *Dauni.* Scribe *Dauni* cum vno Vossiano. vt ad Turni patrem, Rutulorum regem, respiciat.

EPISTOLA OCTAVA

1 *Littera sera quidem, studiis exculte Suilli*] Hic sine dubio est P. Suillius, qui Quaestor primum Caesaris Germanici, Legatus deinde Proquaestore in Asia, deinceps post excessum Germanici consultus accepisse pretium ob rem iudicandam, Italia pulsus atque eiectus, Tiberii mox edicto relegatur in Insulam, eoque mortuo reuersus, Claudii Caesaris demum amicitia ac familiaritate diu feliciter est vsus. Sub Nerone tandem, quod pretio conductus accusasse insimularetur, et complures adegisse ad mortem, Senecae impulsu lege Cincia damnatus, et in Baleares deportatus est. Rem omnem copiose persecutus est Tacitus libris IIII. XI et XIII. P. Suillius Rufus Consul suffectus anno V. C. DCCXCVIII, sub Claudio Caesare, totis triginta annis post Nasonis excessum, quem hunc nostrum esse vix dubito. Idem P. Suillius Rufus Consul perhibetur quoque a Plinio in Historia Naturali libro VII. 5. Is ipse Suillius, aut eius cerus filius, Consul Ordinarius anno V. C. DCCCII cum C. Antistio Vetere. Cognomentum illi fuisse videtur *Neruilianus*, cum Cassiodorus Veterem et Neruilianum consules eius anni laudet. vbi audiendos non puto, qui *Seruilianum* reponunt. Tacitus Annalium XIII P. Suillium filium *Neruilium* appellat.

25 *Nihil hic dignum poteris reperire pudore*] *Pudoris* Paminus. vide Notas Trist. IIII Eleg. III. 57. Dictys Cretensis libro IIII *Aiax indignatus Graecis, quod nihil in his dignum doloris iuxta amissionem tanti herois animaduerterat.*

29 *Inquirere nostri*] *Nostros* Combisi et optimus Vaticanus.

59 *Gigantes*]

Digitized by Google

59 *Gigantes*] Scribe *Gigantas*. vt passim optimi codices apud Nostrum. neque aliter apud Silium, Lucanum, et Statium, vetustissima exemplaria. vide Fast. III. 439.

60 *Nubifero igne*] *Nimbifero* Scalig. prim., Medic. et quinque alii. rectius. Met. III. 299 *nimbos* fulmini quoque coniungit de Ioue Semelen aditure: — *vultumque sequentia praxit Nubila; quis nimbos, immixtaque fulgura ventis Addidit, et tonitrus, et inuenitabile fulmen.* Silius lib. I. 259. — *permixtaque nimbis Fulmina.*

72 *Deferere illa potes*] *Defuere* Hafnienſis. adi Notas Art. Amor. lib. II ſub finem.

73 *Numeris modo bella coërces*] *Verba coërces* plerique veteres. et recte.

87 *Recentes*] Malim *recentes*.

EPISTOLA NONA.

5 *Et quoniam*] *Vt* decem ſcripti. recte.

18 *Ire iuberet eques*] Rectius *videret*, cum vno Vaticano. et *cingit*, pro *cinget*, potiores praecedenti verſu.

20 *Gauderem lateris*] *Lateri* maiori ex parte libri.

25 *Quoque magis noris*] Diſtichon ſuſpectum.

34 *Imperii laetus honore tui*] Honore Conſulatus tui. *imperium* pro Conſulatu. ſic infra v. 60 et 69. Seneca lib. II Controverſ. *Summum imperium. Conſules cedent tibi.* Virgil. Aen. VII *Conſulis imperium primus ſaeuaſque ſecures Accipiet.* ſic et *faſtigium iuris* pro Conſulari dignitate. de quo pluribus ad Claudianum egi Conſulatu Olybrii et Probini ipſo initio.

41 *Mentis vtar*] Malim *mente vſus*.

46 *Credet*] *Cernet* cum ſex ſcriptis.

52 *Principis ira*] *Numinis* Combii liber et Moreti.

57 *Altera laetitia eſt*] *Laetitiae eſt* multi veteres. *laetitiae* ſecte tres alii.

58 *Succeſſor tanti frater honoris*] L. Pomponius L. F. Flaccus Conſul Ordinarius A. P. R. C. DCCLXVIII, biennio poſt exceſſum D. Auguſti, vide quae annotamus libro primo ad initium Eleg. VI. Huius L. Pomponii Flacci et C. Caecilii Conſulatu obiiſſe in exſilio Naſonem Mariani Chronicon aſſeuerat, ſectius quam B. Hieronymus, cuius calculum ſi ſequamur, Quidius totum fere quadriennium Auguſto Caeſari ſuperuixerit.

64 *Binus conſpicietur honor*] Imo *bimus*, ſi quid video. quod confirmat Rottendorphianus. *ſententiam bimam* vocat Cicero lib. III Epiſt. VIII ad Appium, de regendis per eoſdem praefectos per biennium prouinciis. *nix bima* Noſtro Triſt. lib. III Eleg. X. *bimum merum* Horatio lib. I Od. XVIII. et *bima frons* Virgilio lib. IIII Georg. Hinc *bimatus* pro biennio apud Plinium Natur. Hiſtor. non ſemel. apud Macrobium quoque et Seruium ad VII Aen. et apud veterem Interpretem Matthaei cap. II. 10. *Bimae hoſtiae* etiam frequentes apud ſcripto-

Digitized by Google

res antiquos occurrunt. alii inde *bidentes* dictos volunt, tanquam *bidennes*, seu *biennes*. de qua re Gellius libro XVI. 6.

71 *Cum tamen*] *Vt tamen* sex scripti.

73 *Et, si qua dabit aura sinum, iactate rudentes*] *Laxate rudentes* prima editio. quod impense arridet. Virgil. lib. III. 266 — *tum littore funem Deripere, excussosque iubet laxare rudentes.* hoc est, quod Aen. VIII. 708 dixerat: *Vela dare, et laxis iam iamque immittere funes.* et lib. X. 229 — *velis immite rudentes.* Ita *explicationem rudentis* pro laxatione dixit Cicero lib. I Diuinat. Lucanus libro V. 426 *Cum pariter soluere rates, totosque rudentes Laxauere sinus.* libro VIII. 1004 *Septima nox Zephyro nunquam laxante rudentes, Ostendit Pharias Aegyptia littora flammis.* Praeterea scribe ex tribus *Et si quem dabit aura sinum.*

75 *Praefuit his, Graecine, locis modo Flaccus*] Ex hoc loco cognoscimus L. Pomponium Flaccum bis Mysiae praefuisse. Praesidem Ponti vocat infra v. 119. Certe Consulatu defunctum anno subsequente Legatum Proconsule Moesiam obtinuisse, ex Tacito constat, ac Latinio Pando mortuo successorem datum. Praeclarum eius facinus audi, de capto per dolum Rhescuporide, Thraciae Rege, Cotyos Regis ex fratre nepotis interemti reo: *Pomponium Flaccum veterem stipendiis, et arcta cum Rege amicitia, eoque accommodatiorem ad fallendum, ob id maxime Moesiae praefecit. Flaccus in Thraciam transgressus per ingentia promissa, quamuis ambiguum et scelera sua reputantem, perpulit, vt praesidia Romana intraret. Tum custodia cinctum Regem gnarum necessitatis ad vrbem misit. Accusatus in Senatu Rhescuporis ab Vxore Cotyos, damnatus et procul regno in exsilium missus. Thracia in Rhoemetalcem filium, quem paternis consiliis aduersatum constabat, inque liberos Cotyis diuiditur.* Recte Flaccum *veterem stipendiis* vocat Tacitus, vt qui in iisdem locis bellum iam ante gessisset, vt ex hoc Nasonis loco discimus. nam Propraetore prius eandem obtinuerat Prouinciam. Syriae demum Proconsulatu functus est sub annum V. C. DCCLXXVIIII. Quam prouinciam a Tiberio meruit, si quid Suetonio credendum, quod noctem totam biduumque continuum epulando potandoque cum Tiberio et L. Pisone exegisset. quos ideo iucundissimos et omnium horarum amicos Tiberius appellabat. vide Plinium de eadem re Nat. Hist. Mentionem eius quoque facit Iosephus in Antiquitatibus Iudaicis libro XVIII. 12. Mortuum in Prouincia idem Tacitus testatur sub annum V. C. DCCXXCIIII. Insigne eius facinus de oppresso Rhescuporide, hoc Rhascupoli, commendauit etiam posteritati Velleius praeclaro meritoque elogio: *Sed proposita quasi vniuersa principatus Tiberii Caesaris forma, singula recensemus. Qua ille prudentia Rhascupolim, interemtorem fratris sui, filii Cotyis,* (sic lege) *consortisque eiusdem imperii, euocauit? singulari in eo negotio vsus opera Flacci Pomponii, consularis viri, nati ad omnia, quae recte facienda sunt, simplicique virtute merentis semper quam captantis gloriam.*

79 *Hic*

Digitized by Google

79 *Hic raptum Troezen celeri virtute recepit*] Lege *captum* ex ſcriptis. deinde pro *Troezen* editio Aldi vltima *Roeſen.* Regius *Treſanem.* Moreti *Trezenam.* Seruii *Troiſen.* prim. editio *Troeſen.* Polit. *Troecen.* opt. Vatican. *Treſmen.* Scribe *Troſmin.* Τροιζηνὸς Ptolemaeo eſt Myſiae inferioris oppidum, ſed legendum Τρωσμὸς vel Τρωσμὶς, nam Τρῶσμις Conſtantino Porphyrogenetae lib. II Them. l. Antonini etiam Itinerario *Troſmis* eſt, et Notitiae Imperii. neque variant illic libri veteres.

91 *Illa quies animi eſt*] Multi delent *vt eſt.* optimus Vaticanus *animo.* recte.

93 *Sic ego ſum longe*] Verſus ſuſpectus.

95 *Rem queat vt nullam*] *Re nulla* meliores.

99 *Illi me, qui velle vident, diſcedere malunt*] *Quia velle* vident ex ſcriptis. Praeſtet etiam *malint.* et mox *cupiant*, pro *cupiunt.*

101 *Nec mihi credideris*] Scribe *neu.*

103 *Conueniens miſeris et quanquam gloria non eſt*] Lege *haec quanquam gloria* cum vno Vaticano et Twiſdeniano. vel *ea gloria.* Poſſet et *gratia* reſingi. *haec gratia*, hic fauor.

105 *Hoſpita terra*] *Tellus* Polit. et tres alii. omnino rectius.

112 *Eoo ſurgit ab orbe*] *Ab axe* liber Seruii.

119 *Is quoque quo fuerat leuior ſub Praeſide Pontus*] *Laeuus Pontus* ex quinque ſcriptis. dixi IIII Triſt. El. I. 60.

128 *Et eſt oculis*] *Vt eſt oculis* editiones priſcae. quod ſequor.

131 *Peruenient iſtuc*] *Peruenians* meliores.

EPISTOLA DECIMA

6 *Et tenitur*] Malim *Atteritur*, vel *Deteritur.* Rottendorph. *Conteritur.* quo verbo vſus eſt Medicamine Faciei. *Mox perdet*, pro *perdit*; meliores.

21 *Vrbes Laeſtrygonis*] *Laeſtrygonos* Combianus. et *vrbem* meliores plerique. vt Met. XIIII *Inde Lami veterem Laeſtrygonis, inquit, in vrbem Venimus.* Homero quoque non niſi vnicum oppidum eſt Odyſſ. K. quod vocat Λάμου αἰνὸ πτολίεθρον τηλέπυλον Λαιστρυγονίης.

25 *Cum latret*] *Quae latrat* multi codices. nonnulli *quod latret.* recte, niſi *quod latrat* praefers, cum vno Vatic. et Arond. vide Notas Epiſt. XVII. 51. Verſu proximo *nautis*, pro *nobis*, plerique veteres.

28 *Ter licet epotet*] *Epotum* idem Vaticanus. et placet. *ore* pro *illa* Moreti codex.

31 *Spicula tecta venenis*] *Tincta* cum pleriſque ſcriptis.

43 *At Notus aduerſo tepidas qui ſpirat ab axe*] *Tepidum qui ſpirat* rectius complures ex ſcriptis. Auienus deſcriptione orbis: *Vel qua lene Notus ſpirat, qua perſtrepit Eurus.* Boëthius: *Spirat infaustum nebuloſus Auſter.* apud Maronem in nonnullis codi-

Digitized by Google

cibus Aeneidos III —— *placataque venti Dant maria, et lene crepitans vocat Auster in altum.* Nihil magis obuium hoc loquendi modo apud scriptores. multi potissimum in eo Ausonius et Claudianus. Paulinus carmine Sapphico ad Nicetam Epiſcopum: *Aſt vbi paulum via proferetur, Det, precor, nitet ſibi Chriſtus aeſtus, Et leue ſpiret ſine nube ſiccis Aura Calabris.* ita vetustissimus codex Vossianus. mox idem Paulinus: *Leue ſic ſudo tenuetur aër.* Seneca Oedipo: *Lenis et modicum fluens Aura, nec vergens latus Ducat intrepidam ratem.* vbi nil neceſſe reponi *modice fluens.* Solinus cap. XXXVIIII de Chimaera: *hic mons nocturnis aeſtibus fumidum exhalat.* et pari modo idem Solinus frequenter.

47 *Peniusque Hypanusque Oratesque*] *Peniosque* codex Petri Seruii, et in scriptis Plinii exemplaribus lib. VI. 4 *Flumen et oppidum Penius. Hypanisque* etiam scribendum ex libris antiquis. qui notissimus est fluuius. Pro *Oratesque* veteres plerique *Cretesque.* nonnulli *Caresque*, vel *Catesque.* vide recte vir summus Isaacus Vossius reponendum esse me monuit *Calesque.* Κάλης enim fluuius est huius tractus Eustathio Scholiis in Periegetem. Κάληξ est Thucydidi libro IIII Λέμαχος ἐν τῇ Ἡρακλείτῃ ἡμίσους δὲ τὸν Κάληκα ποταμόν. vbi describit Lamachi classem impetu fluvii amissam. Valer. Flaccus libro IIII *Quas Tanais flauusque Cales. Hypanisque, Melasque Addat opes.* sic puto castigandum. nam *Lyces* nullus est fluuius. nisi malis *Tyras*, cuius et Nostrer hic meminit. nam Maserius, Valerii interpres, notat *Tyres* esse in nonnullis codicibus.

49 *Partheniusque rapax*] Atqui Apollonius Rhodius libro II Argonaut. 938 Παρθενίτατον ποταμὸν vocat: Καὶ δὴ Παρθενίοιο ῥοὰς ἁλιμυρέοντος Παρθενίτατου ποταμοῦ παρεμείρεον.

53 *Cumque Boryſthenio amne*] Sic *Boryſthenii vis fluminis* apud Auienum descriptione orbis, et *Boryſthenii ora fluminis.*

59 *Copia tot laticum quas auget adulteras undas*] Ex copia atque vbertate fluuialis aquae, qua abundat mare Ponticum, contendunt fieri, vt facilius quam aliud quoduis mare concrescat gelu, et glacie adstringatur. videndus inter caeteros Herodotus hac de re, et A. Gellius Noct. Attic. libro XVII. 8. Plinius VI. 17. Macrobius libro VII Saturnalium cap. XII. Solinus ex Varrone cap. VIIII in descriptione Ponti. Sallustius: *Mare Ponticum dulcius eſt quam caetera.*

67 *Detinui, dicam, curas tempusque fefelli*] *Detinui, dicam, tempus, curasque fefelli* ex libro Feschii et quinque aliis. sic Met. II *Detinuit ſermone diem.* Auctor Peruigilii Veneris: *Detinenda tota nox et peruigilanda canticis.* quae ibi vera est scriptura. Manilius lib. V *Ille dabit cantus inter conuiuia dulces, Mulcebitque ſono Bacchum, noctesque tenebit.* pro detinebit. Frustra magnus Scaliger *tenebris* reponit. sic *diem extrahere* apud Caesarem lib. I de bello ciuili, et Valer. Maximum lib. II. 11. *Eximere diceudo diem* A. Gellio.

69 *Dum ſcripſimus*] *Scribimus* meliores.

Digitized by Google

75 *Conditus a te, Vix tantus*] *Conditur* bene Polit. aliique nonnulli cum primis editionibus. deinde *vir tantus quantus* multi. nonnulli *vir tantus quanto*, vel *vir tanto quantus*. Scribe cum Gottorph. et vno Vaticano —— *ēt conditur a te Vir tanto, quanto debuit ore cani.* quomodo iam Scaliger ex parte coniecerat. recte *conditur*. non enim videtur absoluisse.

80 *Vix illi peruius*] Rectius *vlli* in nonnullis.

EPISTOLA VNDECIMA

Gallioni] Iunius Gallio dictus est. is adoptauit M. Annaeum Nouatum, Senecae fratrem, qui ex illo Iunius Gallio est dictus. Eusebianum Chronicon B. Hieronymi: *Iunius Gallio, frater Senecae, egregius Declamator, propria se manu interfecit.* refert ad eundem annum, quo Lucanus occubuit. atqui Gallionem Senecae superstitem facit Tacitus.

18 *Dum petis aeger opem*] *Et petit* plerique veteres.

20 *Intempestiue qui monet illa mouet*] *Qui moues illa nouas* libri potiores. quidam etiam *monet illa nouat*. Scribe *Intempestiue qui foues illa, nouat. Fouere vulnera*, vt supra hac ipsa Elegia: *Tu quoque enim (memini) caelesti cuspide facta Fouisti lacrymis vulnera nostra tuis.* et sic passim alibi. Statius Epicedio Vernae: *Deficio, medicasque manus fomentaque quaero Vulneribus, sed vana, meis.* ita scribo, non *sed summa. Nouare* etiam *vulnera* vsitatum Nostro. Remed. Amor. —— *vulnusque nouatum Scinditur.* Met. XII *Semicremoque nouat repetitum stipite vulnus.* Trist. II *Nam tanti non sum, renouem vt tua vulnera, Caesar.*

EPISTOLA DVODECIMA

5 *Fortunaque nominis obstat*] *Naturaque* praestat cum Scaligeri codice. *obstant* etiam Regius. et mox *findere* pro *scindere* cum vno Vatic. et *incipiatque sequens*, pro *minor*, cum Combiano. et *morabitur* cum plerisque, pro *morietur*.

13 *Aut vt ducatur*] *Aut producatur* veteres maiori ex parte.

18 *Reddet ager*] *Reddet amor* multi veterum. vtrumque bene.

27 *Dignum Maeoniis Phaeacida*] *Dignam* ex scriptis nonnullis. et *Pierides tuae*, pro *deae*, ex Moreti libro.

32 *Inuicto clausa adamante putem*] Libri nonnulli veteres *invito*, et *inuicto adamante*. vnde fuit cum *inducto adamante* censerem esse reponendum, ea significatione, qua lib. XIII Met. —— *calidusque e corpore sanguis Inducto pallore fugit. Inductis nubibus atra dies* in Ibide. et *inducta nube dies premitur* Trist. I Eleg. VIII. *inductum aequor harenis* Met. XI. *inductum cornibus aurum* Metam. VII. quae illic vera lectio. et lib. VIII *inducta condi praecordia terra.* vide plura notis ad Met. IIII. 408. lib. VIII *Contegat inductus morientia lumina cortex.* Ep. VII

Digitized by Google

Vror, vt inducto cerastae sulfure taedae. Indugere pedibus calceamenta. de quo Salmasius ad Pallium Tertulliani. Nunc tamen vulgatam scripturam non esse mutandam opinor. vt alluserit Noster ad Graecam originem adamantis. *mansurum adamantem* dixit Claudianus libro II de laude Stiliconis. apud alios Poëtas *perennis adamas* nonnunquam occurrit. quomodo Statius Theb. VII. Solinus cap. XXX de Hyacintho lapide: *nec tamen penitus inuictus est. nam adamante scribitur.* idem cap. XXXVII *Chalazias duritie est robustissimo et inuicta.* idem cap. LII de ipsis adamantibus: *nec igne vincuntur, nec ferro domantur.* Videatur Plinius de adamantibus.

48 *Et sensus cum re*] *Cum spe* scribendum. nam vnus Vossii *cum te.* Medonii vnus *cum se.*

EPISTOLA TERTIA DECIMA

2 *Qui quod es id vere*] *Quique quod es vere* nonnulli.

8 *Quod sit opus, videor*] Malim *Quid sit opus videar.*

12 *Ipse parés*] *Esse pares* rectius alii.

17 *Si sunt vitiosa*] *Si sint* pletique.

27 *Frena rogatus*] *Coactus* praestat cum codice Scaligeri. Suetonius de Tiberio: *Tandem quasi coactus, et quireus miseram et onerosam imponi sibi seruitutem, recepit imperium.* Adeatur etiam Tacitus Annalium primo.

29 *Esse pudicarum te Vestam, Liuia, matrum*] Hoc est, quam matronae omnes pudicae instar Vestae venerentur. sic *Iunonem* Liuiam quoque vocauit lib. III Eleg. I. Nihil ergo hoc loco est mutandum.

46 *Materiam vestris praebeat ingeniis*] Alii *nostris. afferat* etiam plerique. Puto *offerat*, certe *praebe* mox sequitur. *adferas* etiam codex Scaligeri. vide Notas ad Epist. XX. 194.

47 *Votum commune duorum*] *Deorum* multi veteres. Forte *suorum.* sic apud Virgil. *O decus omne tuis.*

49 *Monumenta*] *Momenta* repone cum vno Vaticano. et sic ex coniectura Scaliger. Adi Notas Metam. XI. 285.

EPISTOLA QVARTA DECIMA

4 *Nil me praestores*] Repone *Nil se* ex tribus scripeis.

7 *Nulla mihi cura est, terra quo mittar ab ista*) *Mutationes* quaedam cum quinque scriptis, neque aliter doctissimus Gronouius Obseruat. lib. III. 1. qui videndus. Patau. *nisi* Scribe *nisi muter vt ista.* vel *quam muter vt ista.* nam Arcerianus *quam mittar ab ista. qua mittar* nonnulli. vel *quae.* Forte *Nulla prior cura est, terra quam muter vt ista.* sic et Trist. II. 73 *Hinc ego dum muter, vel me Zancleae Charybdi Demersi, aque suis ad Styga mittat aquis.* Plura diximus ad Elegiam II libri II Pont. 66. In Priapeis epigrammate LV *quae* scribendum *patria mutabor.* vbi *multabor* perperam circumfertur.

Digitized by Google

tuae si perdidero, patria mutabor; et olim Ille tuus ciuis, Lam-sace, Gallus ero. apud Propertium, lib. II El. XXXII *Tyndaris aeterno patriam mutauit amore.*

9 *In medias Syrtes*] *Mediam Syrtin* tres antiqui.

16 *Publica mota*] *Partà* vnus Vatican.

21 *Diuertor*] *Deuertor* ex scriptis.

Et illas] *Ad illas* quinque libri. quod placet.

31 *Esset perpetuo sua quam vitabilis Afra*] Versus suspectus. Heliodi illa minus commode expressit: Νάσσαρο δ' ἴσχ' Ἑλικώνος ἄχνῃ, ἵνα κύμη Ἄσπρη, χεῖμα καπᾷ, θέρει ἀγγαλίη, οὐδέ νοτ' ἠλύ. vbi aget de patre suo.

36 *Indice dicta loci est*] *Nota* Excerpta Scaligeri et sex alii. Rectius. *soli* etiam duo, cum *loca* versu proximo repetatur.

38 *Sceptius Ausonios, attaque Roma rea est*] *Septius, Sepsius, Sepicus, Sepius* et similia libri veteres. Scribendum *Scepsius*. vt scaliger etiam vidit et Bersmannus. Metrodorum Scepsium intelligit, qui μισοφωμαῖος dictus est.

59 *Tam mihi cara Tomus*] Alii *Tomos*. Combii, Farnesii, Twisdenii et vnus Mediceus *Tomis*. recte. monitum Notis Trist. II Eleg. VIIII. 33.

EPISTOLA QVINTA DECIMA

Requirat agas] *Requiret* alii. Lege *requiris* ex duobus. superiora id exigunt.

9 *Quot Tmolia terra racemos*] *Gnosia* multi veteres. sed frustra. hinc *vineta Timoli* statam. VI et XI.

21 *Vt detur amicius illum*] *Et detur* meliores.

25 *Decernere*] *Discernere* multi. sed aliter scribendum esse iam monuit Gronouius noster lib. III Obseru. cap. XIII.

42 *Meque tuum libra norit et aere magis*] *Minus* maior scriptorum pars, et editiones nonnullae. quod Salmasio in Epistolis p. CLVI ad Gronouium probabatur, et ipsi Gronouio Obseruat. lib. II. 1. vt sensus sit, Me tui mancipii esse norit, quamuis aere et libra mancipationi non adfuerint. vide eum omnino de vsu *nouī minus*. Is ipse Gronouius eodem capite curis secundis tenabat: *Meque, tuum libra, nouit, et aere, minus.* vbi copiose disputat de hoc loco. Twisdenius codex *et aere datum*. De mancipatione, quae per aes et libram fiebat, pleni Iurisconsultorum commentarii. videndus et Salmasius de Vsuris cap. VIII. Hinc Horatius: *Si proprium est, quod quis libra mercatur et aere: Quaedam (si credis consultis) mancipat vsus.* Fuit, cum scribendum putarem: *Meque tuum libra norit, et aere tuum.* vt neglexerit posterius *tuum* geminare librarius. qui error est frequentissimus.

EPISTOLA SEXTA DECIMA

Magnique Rabirius oris] Apud Charisium libro primo Institutionum Grammaticarum ex Rabirio citatur: *Idaeae summa cum margine colles.*

6 *Iliacus-*

Digitized by Google

6 *Iliacumque Macer*] Hunc Macrum ad Liciniam gentem esse referendum censeo, cum alter, cuius Ornithogonia et Theriaca laudantur a Grammaticis, gentis fuerit Aemiliae. *quem grandiorem aeuo* vocat Noster in Tristibus. Recte autem *Iliacus Macer*, qui non tantum *carmen ad iratum perduxerit Achillem*, hoc est in Homericae Iliados vsque narrationem, vt in Amoribus Noster, sed etiam cecinerit: *quicquid aeterno restabat Homero*. vt fidem facit idem in his ipsis Ponticis. Duplex igitur poëma obsidionis Troianae a Macro relictum.

11 *Quique vel imparibus numeris, Montane, vel aequis Soffeis*] Iulium Montanum appellat Seneca Epist. CXXII *Recitabat Montanus Iulius carmen, tolerabilis poëta, et amicitia Tiberii notus et frigore*. vbi profert hos eius versus: *Incipit ardentes Phoebus producere flammas, Spargere se rubicunda dies, iam trifiis hirundo Argutis reditura cibos immittere nidis Incipit, et molli parvitos ore ministrat*. mox: *Iam sua pastores flabulis armenta lacarunt, Iam dare sopitis nox nigra silentia terris Incipit*. Paullo benignius de illo Seneca pater Controuerf. I libro VII *Montanus Iulius, qui comis fuit, quique egregius poëta*.

15 *Quique suam Troezen, imperfectumque dierum*] *Crezimen*, vel *Trisam*, Combii. *Trocrem* vel *Troien* Arondel. duo *Troadem*. tres *Trezenem*. alii *Tromen, Troicem, Troizem, Timasen, Tumesen* et similia. an *Tymelen?* Opinor certe nomen puellae a Sabino decantatae hic latere.

18 *Ducit in arua*] *Duxit* nonnulli.

19 *Domito Cumerinus ab Hectore Troiam*] *Domitam* multi. Polit. et tres alii *domitam ab Hercule*, quod verum puto.

20 *Tuscus habet*] Puto *Fuscus*. quod nomen magis Romanum. *Thusci* tamen Rhetoris meminit Seneca Suasoria II. Mox *credere possis*, pro *posses*, quatuor veteres.

24 *Et Marius scripti dexter in omne genus*] *Promtus* in multis.

25 *Trinacriusque suae Perseidas auctor et actor*] Scripti *Tracriusque, Tenacriusque, Taenariusque* et similia. nomen haud dubie corruptum. Deinde scribendum —— *Perseidos auctor*, e *auctor Tantalidae reducis*. —— vt recte nonnulli codices. de aëre nugae sunt. Lupus ille, quisquis est, poëma conscripserat de reditu Menelai et Helenae post captam Troiam.

27 *Et qui Maeonidae Phaeacida vertit*] *Maeoniam Phaeacida* plerique. tam Ilias, quam Odyssea Homerica antiquitus in varias partes fuere distinctae, inter quas et Vlyssis naufragi, ad regiam Alcinoi expulsi. vide de hac vtriusque Poëmatis antiquissima temporibus diuisione Scholiasten Homeri Eustathium, et Varias Aeliani Historiam lib. XIII. 14. Coaluere postmodum variae hae partes in duo corpora. vnde illis rhapsodiae nomen. Per Maeoniam igitur Phaeacida designatur Odysseae liber II. quem Ὁμήρου ἀπόπλους ἀπὸ Φαιάκων appellant Aelianus et Eustathius. Ceterum Naso Tuticanum intelligit, ad quem supra Eleg. XII

Digitized by Google

Dignum Maeoniis Phaeacida condere chartis Cum te Pierides per-docuere deae.

30 *Cum socco Musa, Meliſſe, leuis*] Scribe *cum socco leui.* ic *grauem coburnum* alibi dixit. Cn. Meliſſum Togatas ſcripſiſſe, teſtis eſt Scholiaſtes Horatii ad Artem Poëticam: *Togatas ſcripſerunt Aelius Lamia, Antonius Rufus, Cn. Meliſſus, Afranius, Africanus, Pomponius.* qui Rufus forſitan idem cum eo, quem Noſter ſupra vocat *fidicinem Pindaricae Lyrae.* Caium Meliſſum vocat Suetonius, et inter Grammaticos recenſet, qui Togatas eum edidiſſe etiam prodit, quas inſcripſerit *Trabeatas.* Laudat quoque *Ineptiarum* eius, ſeu *iocorum libellos, quibus et mimos diverſi operis poſtea* addiderit. ſic enim ſcribendum, cum libri veteres *animos diuerſi operis* exhibeant. Videntur autem *iocorum* libelli conſtitiſſe ex Apologis Aeſopicis. id enim ſcribendi genus *ocos* vocabant. ſic Phaedrus de ſe paſſim. hinc et Martialis *improbi iocos Phaedri.* vt videantur de Meliſſo intelligenda illa apud Phaedrum lib. II Fab. vltima: *Quoniam occuparat alter ne primus forem, Ne ſolus eſſet ſtudui, Quod ſuperfuit: Nec haec inuidia, verum eſt aemulatio.* Commentarium eius de apibus laudant Plinius et Seruius. ſed is, puto, diuerſus ab hoc noſtro, qui Columellae etiam laudatur. meminit Meliſſi etiam Virgilii vitae auctor. Caeterum cum de praenomine Meliſſi ſcriptoribus parum conueniat, et Scholiaſtes Horatii *Caeum*, Suetonius *Caium*, appellent, Hieronymus in Chronico Euſebii *Marcum*, ad annum MMXIII: opinor verum Meliſſi nomen fuiſſe *Caium Cilnium Meliſſum.* fuit enim Maecenatis libertus, cui *Caio* praenomen, *Cilnio* nomen gentis. Libertos autem praenomen ac nomen familiae a Patronis mutuatos eſſe notius eſt, quam vt operoſe hoc loco a me adſtrui debeat.

31 *Cum Varus Gracchusque darent fera dicta Tyranni*] *Tyrannis* videtur ſcribendum. Tragoedias enim vterque, ni fallor, ſcripſerunt. Huc trahe illud Triſtium ſecundo: *Accius eſſet atrox.* quia dicta et facta atrocia tyrannorum tragoediis ſuis erat complexus. Gracchi certe Atalanta a Priſciano laudatur, ex qua nunc verſum profert lib. VI *O grata cardo, regium egreſſum inſticans.* et *C. Gracchum* vocat. quod in errorem duxit Cl. Voſſium, vt putaret C. Gracchum veterem illum Tiberii fratrem tragoedias ſcripſiſſe, Analog. I. 22. Si *tyranni* retines, caſtigandum erit *Varius.* Varii enim Thyeſtes laudatiſſima apud veteres. ſed et Gracchus Thyeſten ſcripſerat, ex qua Priſcianus hunc quoque verſum producit libro eodem: *Merſit ſequentis humidum Nautis humum.* Sed Varius iamdudum e viuis exceſſerat, ni fallor, cum haec ſcribebat Naſo. Fortaſſis et Gracchi nomen reddendum Nonio in *Cardo*: *Cardo generis feminini. Graius in Peliadibus, Sonat impulſa regia cardo.* malim, inquam, *Graecus* (nam *Graecus* non *Gracchus* in antiquis numiſmatibus ſemper) et *ſonat impulſu.* Gracchum enim *cardinem* feminino genere nunciaſſe iam ex Priſciano ſcimus. nec mirum archaiſmis illum indulſiſſe. nam illo adhuc tempore Accius et Pacuuius in deliciis erant. vnde et auctor de cauſſis corruptae eloquentiae Aſinii Pollionis

Digitized by Google

Pollionis tragoedias, vt veterno Accii plenas, reprehendit. Exemere demum totam hanc animis nubem Neronianis temporibus Pomponius Secundus et Annaeus Seneca. qua de re alibi pluribus. Certe apud Calpurnium Pisonem libro secundo de continentia Poëtarum, quem librum Paulus Merula inuentum a se Lutetiae ad D. Victoris saepius laudauit Commentariis in Ennii Annales, nunc magno cum rei literariae detrimento deperditum, versus hexameter Sempronii. Graii proferebatur. pro quo *Sempronii Graeci* nomen reponi debere censeo. *Gracci* enim Semproniae gentis. et sub nomine Sempronii Gracchi Thyestem Priscianus citat. sed et apud Macrobium Saturnalium lib. II. 4, vbi de iocis et dictertiis Caesaris Augusti agitur: *Postea Lucius grauis tragoediarum scriptor interrogabat eum, quid ageret Aiax tuus.* vbi Torrentius reponit: *L. Iris grauis tragoediarum scriptor.* Rycquius ex codice Vaticano *L. Gauuius.* Forte *L. Graccus.* vel *Turanius,* cuius tragicam Musam iam supra laudauit Noster.

33 *Tityrus antiquas et erat qui pasceret herbas*] Haec nec Latina sunt, nec satis intelligo quid sibi velint. Hafnienſis *Tityrus aeternos caneret qui procreet herbas.* Moreti codex *Tityrus antiquas recubasse referret ad umbras.* vt et liber Petri Seruii. nisi quod in eo *aras.* alii aliter. Moreti librum sequor, dum meliora sese offerunt.

39 *Quorum quod inedita causſa eſt*] *Muſa eſt* tres veteres. at vnus Thuan. *inedita cura eſt.* rectius. nam *Muſa* mox sequitur.

41 *Te tamen in turba*] *E turba* malim.

51 *Ferrum demittere*] *Dimittere* meliores. et praecedenti versu *mali,* pro *malis.*

Digitized by Google

NIC. HEINSII

COMMENTARIVS

IN

OVIDII

IBIN

Digitized by Google

Digitized by Google

NIC. HEINSII COMMENTARIVS IN OVIDII IBIN

BIS] Ita rectius inscribetur hoc poëma, quam IN IBIN, quod hactenus circumfertur. neque aliter suum poëma Callimachus inscripserat. vide Suidam in Καλλίμαχος. Eutyches quoque Grammaticus lib. II *Ouidium in Ibide* citat, non *in Ibin*. Codices huius libelli, qui vetustatem et manum castigatam prae se ferant, vix inueniuntur. Exemplaria tamen, quibus Iuretus et Politianus erant vsi, in optimis habenda sunt. Caetera, quae ad manum mihi satis multa fuerunt, notae sunt recentioris. Interim in transcursu nunc poëmatium hoc illustremus, quod curis secundis diligentius fumus facturi.

5 *Nisi me laesere*] *Nisi nos* Iureti et tres alii.

12 *Exilio delituisse meo*] *Suo* Iureti codex et alii quinque: neque aliter Eutyches lib. II, qui et praecedenti versu *gelidas aquilonis ad oras* agnoscit.

14 *Iactat et in toto nomina nostra foro*] *Verba canino* plurimi codices. in quibus et Iureti liber. Puto *Latrat et in toto verba canina foro*. nisi mauis *Et latrat toto nomina nostra foro*. nec idem versus bis occurrat. Mox enim habebis: *Ebibit inde sui rabiem nutricis alumnus, Latrat et in toto verba canina foro*. quanquam mihi distichon illud dubiae fidei est, et ex hoc versu videtur fabricatum. vbi *latrare* cum quarto casu ponitur. quomodo apud Manilium: —— *latratque canicula flammas. Causas in foro latrare* apud Tertullianum de Pallio. Rabulae forenses *latrare* dicebantur, propter rixas continuas. hinc *latratus fori* apud Val. Maximum lib. VIII. 3. Sallustius apud Nonium: *Canina facundia exercebatur*. Prudentius Hamartig. *Inde canina foro latrat incudia toto*. Marcianus Capella sub finem libri VIII *Indocta rabidum quem videre faecula Foris caninos blaterantem pendere*, ex scribo. perperam nunc legitur *Iurgia canina*. nisi mauis *iuris*. hinc *Cauleri Forenses* apud Petronium. Columella praefatione: *Sed ne caninum quidem, sicut dicere veteres, studium praestantius, locupletissimum quemque allatrandi*. Plura qui desiderat, adeat magni Casauboni Observat. lib. IIII. cap. vlt. Hinc et *catulae* dicti cauillatores. Gellius libro IIII. 21.

Digitized by Google

16 *Non patitur miſeri funera flere viri*] Argute Politiani liber et vnus Vatican. *viri viri*. Erudes civiliter mortui. Seneca relegatus in Epigrammate ad Corſicam, in Catalect. Pith. p. 4. *Parce relegatis, hoc eſt, iam parce ſepultis. Vivorum cineri ſit tua terra levis.* Rutilius Itinerario lib. I. 518 de amico vitae monasticae addicto: *Perditus hic vivo funere ciuis erat.* Apuleius Met. IIII *Toto proſequente populo viuum producitur funus*, de Pſyche damnata. Manilius: *Virginis et vitae capitur ſine funere funus.* Dracontius Hexaëmero: *Mortua pars hominis, quotiès pars vna iacebat Funera viua gerens, viuax in morte cadauer, Ac ſine morte tamen vitali morte premta.* Ennodius Epigrammatis: *Rapta ſepulturis animauit funera pictor, Funera viua videns mors erat in tumulos.* Sedulius libro III de aegroto: *Ecce aderant viuum portantes iamque cadauer Bis bina ſeruice vbi.* libro IIII *Cernitur, ante oculos viuens adſtare cadauer. Exul vbi niſquam domi eſt, ſine ſepulcro eſt mortuus* apud P. Syrum. Seneca Thebaid. — *funus extendis meum, Longasque viri ducis exequias patris.*

20 *Ab igne petit*] *Tulit* Iureti codex. *ferre praedam* elegans.

22 *Heu quanto eſt noſtris dignior ille malis*] *Quanto noſtris dignior iſte malis* ſcripti meliores.

27 *Audiet hoc*] Quidam *Audiat haec.*

30 *Quamlicet et miſero.*] Scribe *Quamlibet.* et adi notas ad Epiſt. VI.

36 *Quam vetus*] *Quem* ex quatuor ſcriptis.

38 *Veſper et ortus eris*] *Erunt* cum Iureti libro et quinque aut ſex aliis.

65 *Facito*] Vnus ex meis *factio.* Bononienſis *facto.* Scribe *faxo.* quod eſt minantis: nihil frequentius apud optimos auctores. vide Notas Met. XIII. 875.

76 *Quaeque ſuum triplici pollice nexis opus*] Perperam ſcripti codices *nectis.* Medicam. Faciei: *Aſſiduum duro pollice nebat opus.* ſic apud Corippum Africanum de veſte mortuali Iuſtinianorum, cum in veteri codice, ex quo ſcriptor ille prodiit, legeretur: *Iuſtinianorum ſeries vbi toto liberrim Nectio auro inſignita fuit,* repoſuit Demiterus *Nexo.* perpetam. cum *nexo auro* debuiſſet. *nere aurum*, vt apud Martialem: *Et potens Phryxi Iulia nebit vuem.* Claudianus lib. III de laudibus Stiliconis: — *tenuia ſimul repetito nubice fila Contulimus penſis, et eodem nexuimus auro.* Sidonius Apollinaris carmine XXII — *vel flamine fulvo Praegnantis fuſa mollitum neſſe metallum.*

89 *Sed ille*] *Illa* ex melioribus.

115 *Sidera clara*] *Caelo* praeſtat reponi cum tribus ſcriptis. nam *clarus ſol* praeceſſerat paulo ante.

119 *Dignusque puteris*] *Putere* meliores.

121 *Fortunae*] *Aeramnae* plurimi ſcripti cum Iureti libro.

128 *Moeſta odoris mei*] *Sonantis* Iureti liber et ſex alii. ſic *clariſſimum perfodiuit* apud Apulei. lib. V Metam. *magna ſonitu rivi* Horatii I Sat. VII. 44. ſic et Tertullianus non ſemel.

131 *Finis*

Digitized by Google

131 *Finiat illa dies*] Superuacuum est hoc distichon et a manu indocta hic inculcatum.

134 *Auferet illa dies, quae mihi fera venit*] Iureti codex *Quodlibet amittam vindice morte mei.* Superiori versu pro *saepe* multim etiam *saeue.* et mox *euanescere*, pro *euanescere.*

137 *Pugnabunt iaculis dum Thraces, lazyges arcu*] *Arcu dum Thraces, lazyges hasta* plerique veteres.

140 *Dum Tiberis liquidas Thuscus habebit aquas*] *Flauas aquas* vnus Vaticanus. recte. id enim perpetuum Tiberi est epitheton. neque aliter Maffei liber, quo vsus est Ciofanus. dixi Met. lib. XIIII. 447.

142 *Arma dabo*] Scribe *dabit.* mors nimirum. Bononienses *dabunt.*

146 *Insequar et vultus ossea forma tuos*] *Ossea larua* codex Dionysii Saluagnii Boessii. quomodo Seneca Epist. XXIIII *Larvarum habitum nudis ossibus cohaerentium* dixit. et Apuleius in Apologia: *tertium mendacium vestrum fuit macilentam, vel omnino euiscerata formam diri cadaueris fabricatam prorsus horribilem et larualem.* quam *larualem formam*, et *laruam* paulo post Apuleius, *scheleton* bis terue ibidem nuncupat. ita enim erudite et ingeniose, vt omnia, magnus Casaubonus illic restituit. quem vide p. 162. Eodem libro I Met. *laruale simulthrum.* et Sidonio Apollinari in Epistolis libro III. 13 *laruales vmbrae.* Petronius cap. XXXIIII *laruam argenteam attulit seruus sic aptam, vt articuli eius vertebraeque locatae in omnem partem flecterentur.* quae quin de sceleto argenteo intelligenda sint non est dubium. cum sequatur *Sic erimus cuncti, postquam nos auferet orcus.* Potest tamen vulgata lectio apud Nasonem ferri, vt *ossea forma* illi sit, quae Apuleio *forma larualis et euiscerata.* Puto in Priapeis Epigr. XI eam vocem etiamnum mendosam esse: *Tolle, inquam, precor, ac iube latere Scissa sub tunica, flolaque vsta, Vt semper foleo, et timere lucem, Qui tanto patet indecens hiatu, Laruali facie eminente naso, Vt credas Epicuron oscitari.* ita scribo, cum *barbato macer* vulgo legatur. versu primo *precor* pro *procul* reposuimus. sed necdum integer est locus.

147 *Quod nollem*] *Quod nolim* scripti quatuor.

161 *Verbera saeua*] *Verbera torta* primae editiones et tres scripti. recte. Tibulli I Eleg. VI. 52. — — — — *Nec acrem Flammam, nec demens verbera torta timet.* El. VIIII. 22 — *intorto verbere terga seca.* Seneç. Thyeste v. 96 *Quid ora terres verbere, et tortos ferox Minaris angues?* et Medea v. 961 — *Anguis excussa sonat Tortus flagello.* Val. Flacc. lib. VIII. 20 *Inde, velut torta Furiarum erecta flagello, Prosilit.*

165 *Contingere*] *Contingent* nonnulli.

168 *Infixusque suis ossibus vncus erit*] Puto *faucibus.* guttur enim infigebantur vnci. quo de re dictum nonnihil Amor. lib. I Eleg. VI. 26.

172 *Auidi comes*] *Auidae* Moreti et Seruii codices. Sic saepe Noster. vid. Rem. II Eleg. II. 40.

176 *Tenet nouis turbis*] *Tenent* idem Seruii codex et Oxonien. et prima editio.

187 *Tantareis vnguibus*] *Anguibus* Iureti Codex et multi veteres.

191 *Veterum tormenta virorum*] *Rerum* esse scribendum monui Fast. V. 621. Seneca Hercule Furente de Minoë ac Rhadamanto v. 579 *Et qui fronte nimis crimina tetrica Quaerunt, et veteres excutiunt reos.* idem Agamemnone v. 23 *Repetemus omnes, quas ob infandas manus Quaestor vrna Gnosius versat reos,* Claudianus lib. II in Rufinum de Rhadamanto: *Tum quoque, dum lites Stygiique negotia versat Dura fori, veteresque reos ex ordine quaeris, Rufinum procul ecce notat.* Senec. Herc. Fur. 731 *Non vnus alta sede quaestor sedens Iudicia trepidis fera sortitur reis.* vide I Pont. VII. 61.

192 *Manibus*] *Omnibus* Iureti codex et multi alii. Forte *fontibus antiquis.*

196 *Pascet aues*] *Auem* duo veteres, et recte.

199 *In Ida*] *Ab Ida* duo veteres.

223 *Impurae*] *Impura* iidem libri.

227 *Protinus Eumenides lauere paluſtribus vndis*] Tò *vnda* proximo versu sequitur, vt hic ferri nequeat. Scribe *Eumenides lauere paluſtribus vluis.* et adi notas Met. XIIII. 103.

133 *Ebibit inde ſuae rabiem nutricis alumnus*] *Perbibit* plerique veteres. mihi tamen distichon hoc suspectum, vt supra v. 14 iam sum testatus.

240 *Vſque ſub ora*] Forte *vſta*, vel *atra*. nam codices Constantii Fanensis *atque.*

243 *Lacrimas tibi mouimus*] *Vouimus* vnus Vatican. et Medic. bene. quomodo et Constantius in suis inuenerat. vt et *cadat* versu proximo. quod ex nostris nonnulli confirmant.

245 *Dixerat et Clotho*] *At Clotho* ex duobus scriptis.

246 *Neuit et infeſta*] *Infauſta* recte Sarrauianus et Constantii codices.

247 *Suae praefagia diceret horae*] *Suo ore* scripti. sed perperam. Mox *canat*, pro *canit*, scribe.

249 *Vulnera*] *Funera* duo veteres. et *Vosa* mox pro *verba* vnus Patáu.

252 *Experiere*] *Experiare* meliores. Malim etiam *quo experiere*, pro *quae.*

258 *Armatuſque tulit vultus inerme potens*] *Vulgus* mendose. Versus mendosus. *in arma potens* Constantius. Scribe: *Armatuſque tulit vultus, inermis opem.* vel *Armatuſque.* quod iam alii voluerunt.

259 *Quique ab equo praeceps in alpis decidit auia*] Ita viri eruditi restituerunt, cum in scriptis maiori ex parte libris legatur *aliena in diuidit auia*, vel *aliena in diuidit aua.* Repone *in Alpia decidit arua.* nam Graecis [illegible] sunt [illegible]

Digitized by Google

ἄλητον. Plinio lib. V cap. XXII *campi Aleii*. Homerus Iliad. Z de Bellerophonte: Ἦτοι ὃ καὶ πεπνυμένον τὸ Ἄλητον οἶος ἀλᾶτο Οἰνμὸν κατὰ πάντων, πάτον ἀνθρώπων ἀλεείνων. quae Cicero sic vertit: *Qui miser in campis maerens errabat Aleis, Ipse suum cor edens, hominum vestigia vitans*. vbi *alienis* etiam ante Beroaldum legebatur. quomodo et apud Hyginum etiamnum circumfertur, cum scribendum sit: *Chimaeram super Pegasum sedens interfecit, et decidisse dicitur in campos Aleios, unde etiam coxas fregisse dicitur*. vel *elisisse*, vel *excussisse*, non *coxas eiecisse*. Tzetzes Chiliad. III βελλεροφόντης ἦρξη δὲ πρὸς οὐρανὸν πηγάσω, Τσεχὸν τὸ ἄλητον τυφλὸν οἶχε τὸν ἄνδρα. vbi ridicule τὸ ἄλητον *inopiam* vertunt. Idem Chiliad. VII de eodem Bellerophonte: Τυφλὸς δὲ εἰς τὸ Ἄλητον ἀλᾶται Κιλικίας. et mox: Περί γε τὸ Ἄλητον τόπους τῆς Κιλικίας Διέτριβε μονήμενος ἐν γε ταῖς ἐρημίαις. Periegetes: Κεῖται δὲ καὶ πεδίον τὸ Ἀλήϊον. vbi et Bellerophontis meminit. Rufus Festus in Descriptione orbis: —— *Clari post ultima Bellerophontis Hic cespes late producit Aleius arua. Horrescineque ea mis memorum, per inhospita cuius Aequora secreto vitam protraxerat aruo*. vbi vetustum exemplum Ambrosianum *pronisse rat*, puto *permiserat*.

272 *Telemus Eurymides*] *Eurymides* dictum Metam. XIII. 771.

284 *A duce Puniceo*] *Cinyphio* Constantii codex, quomodo Noster Metam. XV. 735 *Cinyphium Iubam* dixit.

287 *E summa Thessalus Ossa*] *De summo* quatuor scripti et primae editiones. sic Met. X *Oetam* bis masculino genere dixit, vt in optimis est codicibus. et tum τὸ *mons* subintelligitur. sic *Ossa* apud Graecos feminini generis est, masculini apud Romanos.

293 *Viquè parum mitis*] Scribe *miti*. et refer ad τὸ *sanguine*.

302 *Triste pependit aqua*:] *Teste pependit* ex scriptis potioribus.

303 *Aut vt Achillides*] Alii *Achillidem*. scribe *Achillidae*. hoc est Pyrrhi Neoptolemi.

313 *Cariſſima corpora*] *Pignora* Satran. placet. et *Quam funera*, pro *Quem*, idem. vt Metam. XIII. 755 ex veterrimo codice Florentino: *Hunc ego, me Cyclops nulla cum fine petebat*. Adeantur quae notamus ad Amores libro II El. XII.

318 *Sic tua succendens deuoret ora cinis*] *Subsidens* plerique veteres. nonnulli etiam *ossa*. sic *subsidit in ignes Ilium* Virgilio. et Noster Met. XIII. 408 *Ilion ardebat, nec adhuc consederat ignis*. Chronicon Eusebianum: *Herodes Samariam, olim iam in cineribus sidentem, a fundamentis suscitat*.

321 *Aut vt Acharnides*] *Asarnides* in melioribus. quod Turnebo in Aduersariis probatum est.

Digitized by Google

327 *Vtque Milo*] *Vtque Milan* Iunctii, Sarrau. et duo alii. quomodo et in Solini veterrimis exemplaribus exaratum occurrit cap. I.

337 *Hippomeneia*] *Hippomeneida* nonnulli veteres. Scribe: *Vtque nouum passa genus Hippomeneïde lecti.* Ad Limones adulterum enim hoc distichon est referendum. de Limone ipsa acturus est infra v. 459. Et versu proximo forte scribendum: *Tractus Erechthea humo.* nam veteres *Tractus et Actaea.*

341 *Scopulis*] *Scopulus* sex scripti.

346 *Qui toto*] *Cui erat* Iunct. *qui erat* duo alii. recte. Met. VI de Marsya: *Nec quicquam nisi vulnus erat,* libro XV de Hippolyto: *vnumque erat omnia vulnus.*

347 *Dryantiadae*] *Dryantidae* meliores.

360 *Sit tibi fida soror*] *Nota* nonnulli: nam *fida* mox sequitur. Superiori versu *sicut facit,* pro *facis,* scribendum cum Bononiensi codice et libris Constantii Fohensis.

361 *Thyestae*] *Thyestae* quatuor libri. recte. vt monui ad Epist. VIII.

363 *Filia neue magis*] Plurimi veterum: *Filia neue magis capiti sit fida parentis,* vel *paterno.* Puto *Nec sic nec magis.* Deinde *Quam sua vel Pterelae* multi ex antiquis. quatuor *Quam tibi vel Pterela.* vtrumque rectum.

366 *Inductis rotis*] Malim *inuectis.*

367 *Proiecta cadauera quorum Oraque Pisaeae sustinuere fores*] Multi ex antiquis: —— *Quorum, fastigia vultus Olim Pisaeae sustinuere fores.* recte, si cum Menteliano et Constantii codice *foris* reponas. Possit pro *Olim,* aut *Oraque,* etiam legi *Ossaque.*

369 *Miserorum caede procorum*] *Saepe* Mentel. et quinque alii. miserorum procorum sanguine perfusam. vt Oenomaum intelligat.

374 *Dum facta est*] *Capta est* ex multis veterum. Noster Epistola Cydippes: *Cydippen pomum, pomum Schoeneïda cepit.* In Priapeis Epigrammate XV *Qualibus Hippomenes cepit Schoeneïda pomis.* vbi *rapuit Schoeneïda* nunc minus bene legitur.

377 *In altum rogum*] *In altos rogos* cum tribus scriptis.

379 *Victos ambagibus oris*] *Lusos* eleganter Politiani liber et duo alii. nisi *vinctos* mauis. vt ad Sphingos nomen alludat.

382 *Verso deae est*] *Tecta* plerique. alii *torta,* vel *torua.*

390 *Aut Laestrygonias*] *Vt* plerique. malo etiam *Laestrygonios lares.* nisi quod tres scripti *Laestrygonias domos* probe.

393 *Et velut Icaridos*] *Sextus vt Icarides* Mentel. et vnus Vatican. *Sectus vt* Bonon. Optime Sarrau. et Regius *sex his vt Icaridos famulae.* sic et Leucothoae *bis sex famulas* dat Metam. IIII.

389 *Vt qui post longum*] *Post nouum* vnus. sex alii *post annum.* tres *post annos.* Forte *post tanto.* Pont. III El. IIII *Vix bona*

Digitized by Google

bona post tanto quaereris verba fubibunt. Virgil. Georg. III. *Nunc quoque post tanto videat desertaque regna Pastorum, et longe saltus lateque vacantes.* Lucretius lib. V *Quidue noui potuit tanto post ante quietos Inlicere?* Sic *post multo, post paulo* frequenter apud Historicos, vt et *anno post, biennio post*, similiaque.

406 *Dissimulique genet*] *Dexamenique* corrigendum, vt nonnulli codices. quod iam alii viderunt. Dexameni enim filiam fuit, qui Deianiram, non Oenei esse contendant.

408 *Vrbe Coronides vidit ab ipse sua*] Haec vera lectio, quam scripti codices agnoscunt. adi Notas Epist. VIIII, 96.

409 *Vt Scinis et Scinon*] *Sinis* tam hic, quam Met. VII, et Epistola Pyllidis. Σίνις est apud Graecos.

412 *Aequoris aspiciens*] Forte *aspergens*, laceris nempe corporibus. vel *infestans*. nam in multis veterum est *aspectans*, *aspectes*, et *exspectans*.

415 *Quem precibus iustis*] *Meritis precibus* plerique scripti.

420 *Quique tenes pontem, qui tibi maior erit*] *Tenens* scripti magna ex parte. et recte. nam mendicos intelligit et quidem caecos plerumque. Iuuenalis Satyra IIII *Grande et conspicuum nostro quoque tempore monstrum Caecus adulator, dirusque a ponte satelles, Dignus Aricinos qui mendicaret ad axes.* vbi malim *e ponte satelles.* idem Sat. XIIII, vbi coenam hominis auari describit: *Inuitauit ad haec aliquis de ponte negabis.* id est mendicus aliquis. sic scribendum cum membranis, non *negauit*, rogatus ad haec fercula venire recusabit, vbi Vetus scholiastes *De ponte: quia mendici in pontis timore sedent.* Iidem codices *quae tibi maior.* Scribe *quae tibi peior erit*, et ad [illegible] refer. Fruſtra se exercuerunt magnus Turnebus [illegible] in hoc loco.

424 *Mollis aremis pede*] *Pedi* ex melioribus.

425 *Si tua nescio qua*] *Quo* ex iisdem.

438 *Conficiare*] *Destituare* nonnulli. *deficiare* codex Iureti, bene. vide Notas Epist. V. 150.

439 *Tibi erunt fastidia*] *Tibi sint* Iuret. et quinque alii. vnus Vaticanus *venient*. Lege *venient*.

434 *Tentabisque iterum fallere fraude Iouem*] *Aliqua fraude* Iuret. et tres alii. forte *dapis fraude*. quanquam hunc et proximum versum suspectos habeo.

Threiciusque puer] *Tereique* multi veteres. Constantius *Tereos atque*. Lege *Tereideque* cum Petauiano.

446 *Facti tui*] *Fati* duo veteres.

448 *Sidonia iactis*] *Sparsis* multi veteres cum libro Iureti.

449 *Et quae Pentheides*] *Penthides* ex scriptis. Pro *fraterque* meliores *de fratre*. vnus *medullae*. Versus nemini intellectus.

Digitized by Google

456 *Queis Cybeleia mater*] *Quos* ſcripti.

463 *Caſſandri dominus*] Libri multi veteres *Caſſandrae*. quidam *Caſſandrus domino non mitior illo*, vel *Caſſandreus*. vt Apollodorum Caſſandriae Tyrannum intelligat. de quo **Pont.** lib. I Eleg. VIII. vbi monuimus ſcribendum videri: *Aut Caſſandreo domino non mitior vrbis*.

465 *Lyrneſius heros*] *Cygneius* cum Sarraiano. multi *Ligurius* et *Lancius*. Pro *Caſus* etiam *Clauſus* reponendum. Perſeus enim et Tenes arcae incluſi fuerunt, cum in mare praecipitabantur. Nos plura de hoc loco notis vberioribus in medium proferemus.

475 *Natus*] *Cretus* tres ſcripti.

480 *Thraſo*] Quidam *Thaſo*. *Thaſius* Hygino eſt fab. CCXXXXVII. Mox *Linon* pro *Linum* tres ſcripti.

492 *Protinus incluſas*] *Proditus* ex ſcriptis.

504 *Paphagonas*] Lege *Phaleceae* ex Antonino Liberali Fab. IIII. Parrhaſius ex Aeliano *Phaylleae* ſcribebat.

505 *Lacerauit*] Scribe *latouit et arbore natum* cum Iuueti libro aliiſque nonnullis, atque ita citat Eutyches Grammaticus. *Latandi* verbo vſus Noſter Met. III. et Virgilius in Culice: *Paris hunc quoque latat*. Adonin autem intelligit.

510 *Venator Phrygia ſiſque Berecynthiades*] Non cauſane libri codices. plerique *Frigida venator ſis Berecynthiades*, vel *Frigia*, vel *Frixia*. Forte *Phryx tu venatur ſis Berecynthiades*. nam interpretes ad Attin Berecynthium a Cybele amatum referunt, quem ab apro occiſum Hermeſianax aliique adſeuerent. vide tamen, ne Naſo intellexeris de Aty filio Croeſi Lydorum regis, quem Adraſtus Midae filius imprudens inter venandum, dum aprum inſectatur, iaculo confodit. Diodorus Siculus in Excerptis Valeſianis p. 2[illegible] Ὅτι Ἀδραστὸς τὸν υἱὸν τοῦ Κροίσου Ἄτυν τοῦ Αὐδίου [illegible] πρὸς συνηγίαν ἀνοσίως, ἐξακοντίσας, κατὰ σφᾶλμα, Ἄτυν καλούμενον, τελέσει ἀφάνατον. vt ſcribendum videatur: *Phryx venator Atyn vt Berecyntiaden*. *Phryx venator* Adraſtus, qui poſtea ad Atyos tumulum ſe interemit ipſum, teſte eodem Diodoro. ad eam certe hiſtoriam Naſo videtur alluſiſſe. rem omnem operoſe perſecutus eſt Herodotus libro I. Praecedentem verſum refer ad caſum nucis pineae. vt Naſo fortaſſe nobis reliquerit: *Idaea, aut ſimili pinus quem morte parentis*. ob aetheris enim pineae frequentiam *pinifera* Ida poëtis paſſim dicitur.

514 *Stella Lycoridae*] Recte *Leoprepidae* Scaliger in Auſonianis Lectionibus, inſiſtens veſtigiis veterum exemplarium. Leoprepis filius Simonides. ita paſſim auctores.

517 *Defixa cadauera*] *Deciſa* duo vetercs. lege *deciſa cadauere trunco*. et *Aſtacidaeque modo* cum Iuueti codice. quod et alii viderunt.

518 *Digna feras hominis*] *Digna feris* ſcripti meliores. recte. *homini* etiam probe quatuor. et mox *Brotean* meliores.

529 *Oreſti*] *Oreſtae* cum vno Medic. dixi ad Epiſt. VIII.

533 *Periſſe*] *Cecidiſſe* ex ſcriptis. nam *periit* praeceſſerat.

541 *Cogni-*

Digitized by Google

541 *Cognitor*] *Conditor vt tardae laesus* ex scripti.

547 *Harpagidae*] *Harpagides* ex scriptis.

550 *Mycenii*] *Mimnermi* veteres plerique.

551 *Syracusia*] *Syracosio*. dixi lib. V Fast.

553 *Direpta*] *Derepta*. de quo alibi.

560 *Noxia mella*] *Gnossia* plerique veteres.

561 *Ar[illegible] doctissimus*] Veteres plerique *veluti*. an *Meliti*? tam enim Melito, quam Anyto reus Socrates actus est. certe Laertius in Socratis vita vsus Fauorini auctoritate prodit accusationem aduersus Socratem institutam scripto confignatam fuisse, ac vnius Meliti nomen praetuliſſe. Idem solum Melitum ex Socratis accusatoribus morte affectum, caeteros exilio multatos fuisse narrat.

564 *Tu potiare*] *Sic potiare* scripti.

566 *Vidi ab vrbe*] *Ab arce* quinque veteres.

575 *Psametis*] Scribe *Psamathes* ex Photio.

579 *Moriturus*] *Veneris periturus* meliores.

597 *Vatem tutela Dianae*] Quomodo libri. Opinor tamen Naſonem ſcripſiſſe: *Vsque cothurnatum tutela Dianea vatem.* ſic et in Fastis lib. III *Exagitant et Lar et turba Dianea fures.* vbi multi codices, etiam ex antiquioribus, *et fures turba Dianae.* apud Gratium *arma Dianea.* Cato in Originibus apud Priſcianum: *Lucus Dianius in Nemore Aricino.*

599 *Aut vbi Trinacriis*] *Tu Trinacrii* ex ſcriptis.

602 *Orphea*] *Orphea* dicendum erat. ſcribe *Orpheos*. Statius Genethliaco Lucani: *Longos Orpheos equis dolores.* vide Voſſium de Analogia libro II. 7. qui vulgato patrocinatur.

605 *Comprenſa*] *Compreſſa* ſcripti plerique. *coronalem flammam* dixit Apuleius, vbi haec hiſtoria occurrit. Sed nihil eſt mutandum. *Straminta celeriter ignem comprehenderunt*, apud Caeſarem belli Gallici libro V. Liuius lib. XXVI. 77 de incendio, quod iuuenes Campani excitarunt Romae: *Eodem tempore ſeptem tabernae argentariae arſere, comprehenſa poſtea priuata aedificia, neque enim tum baſilicae erant comprehenſae lautumiae, forumque piſcatorum et atrium regium.*

609 *Qua ſua Pentheiden*] *Pentheiden* veteres.

611 *Milo*] *Milon* pro *Milo*, et *diducere*, ſcripti potiores. ne dubita. videantur quae de hoc loquendi genere diximus libro IIII Met. 375. *Diducere* Aulus Gellius bis terue etiam dixit in hac eadem narratione: *Milo Crotonienſis athleta illuſtris exitum vitae habuit miſerandum. Cum natu grandis iter faceret forte ſolus in locis Italiae ſyluestribus, quercum vidit patulis ramis, media in parte hiantem, tum immiſſis in cauernas arboris digitis diducere et reſcindere quercum conatus eſt. Quercus*

Digitized by Google

autem in duas diducta partes, cum ille manus laxasset, cessante vi rediit in naturam, manibusque eius retentis inclusisque, feris laniandum hominem praebuit. Scholiastes Iuuenalis Satyra X ad illum locum: *viribus ille confisus periit, vt Milo Crotoniates, qui cum arbores manibus scinderet, brachia eius occupata sunt, et a lupis consumtus est.* narrat et historiam Pausanias in Eliacis. *Milon*, vt libro Met. XV *Flevque Milon senior.*

616 *Guttura eat*] *Eant* cod. Polit. et duo alii.

617 *Obstrictusque*] *Obstructoque* bene Iureti libri.

623 *Aesbalen vt vita spoliauit Isidius hospes*] Locus nemini intellectus. Forte *Aesbalon vita spoliauit vt Isidis hospes.* In vulgata lectione numeri non constant.

628 *Nunc quoque pellis Io*] Scribe *Ion.*

636 *Stygiae neci*] *Rati* ex Politiani libro.

INDEX
AVCTORVM VTRIVSQVE LINGVAE
QVI IN NOTIS
NIC. HEINSII
EMENDANTVR TENTANTVR
VINDICANTVR

A

Aelianus p. 490
Agrimensores 429 f. 435
Antoninus Liberalis 677
Apollinaris (Sidonius) 25. 45. 255. 463. 531. 640. 731. 763 f. 798. 803. 988
Apollodorus 236
Apostolius 372. 425. 580
Apuleius 73. 96. 115. 120. 128. 136. 146. 165. 194. 207. 231. 260. 292. 295. 301. 324. 390. 426. 429. 436. 439. 443. 463. 473. 476. 481. 484 f. 492. 496. 499. 519. 525. 530 f. 535. 563. 615. 638. 655 f. 661 f. 664. 667 ff. 675. 677. 683. 709. 708. 718 ff. 751. 762. 765. 780. 793. 799. 806 f. 895. 906. 908. 920. 922. 925. 933. 949. 956. 977. 1002. 1046. 1060. 1079
Arnobius 294. 819
Auctor Belli Alexandrini 885
— Belli Hispanici 107. 519
— de laudd. Herculis 74. 750
— Eleg. in obit. Maecen. 440. 738. 751. 870. 890
— Moreti 826. 860
— Priapeorum 206. 323. 420 f. 760. 991. 1008. 1098. 1107. 1110
Auienus 41. 46. 69. 71. 91. 135. 174. 234. 430. 466. 502. 508. 533. 537. 578. 644. 701. 703. 708. 711. 714. 735. 763. 791. 865. 918. 925. 1008
Ausonius 53. 140. 217. 505. 523. 550. 590. 833. 874 f. 896. 1014. 1028

C

Caesar 106. 158. 602. 614. 869
Calpurnius 435. 438. 791. 859
Capella 53. 89. 105. 109. 136. 260. 294 f. 419. 477. 489. 529. 632. 683. 666. 714. 716. 725. 779. 832. 856. 1105
Carisius 851
Cassianus 830
Catalecta Petroniana 328. 561
— Pithoei 206. 226. 391. 394. 456. 523. 565. 641. 732. 736. 813. 950. 968
— Scaligeri 903. 1064
Cato 113
Catullus 142. 256
Cicero 31. 190. 300. 312. 428. 469. 676. 706. 803. 1021
Claudianus 24. 32. 43. 71. 114. 154. 174. 245. 255. 464. 479. 495. 523. 529. 607. 611. 623. 646. 652. 707. 727 f. 765. 805. 913. 943. 1049. 1057. 1089
Columella 28. 136. 151. 187. 198. 280. 284. 296 f. 440. 442.

Digitized by Google

442. 459. 464. 466. 468. 489. 497. 549. 576. 618. 639. 650. 736 f. 745. 806. 816. 852. 867. 870. 872. 874. 903. 907. 910. 913 f. 964. 1020
Corippus 418. 1106
Curtius 984

D

Dictys Cretenſis 58. 81. 497. 549. 672. 676. 686. 793. 843
Diomedes Gram. 497
Dracontius 114. 298. 543. 860. 885. 978. 1082
Drepanius Florus 663. 736

E

Ennius 280. 831

F

Feſtus 893. 1109
Florus 826. 852

G

Gelſius 64. 201. 940 f.
Germanicus 94. 338. 511. 820. 852. 1057
Gloſſae veteres 178. 430
Gratius 187. 275. 311. 391. 501. 512. 522. 545 f. 587. 599. 628. 643. 714. 765. 836. 973
Guntherus 237. 471. 475. 514

H

Heſychius 714
Hieronymus 421
Horatius 120. 199. 242 f. 268. 374. 399. 439. 470. 527. 558. 595. 616 f. 688. 747. 775. 817. 838. 877. 893. 917. 930. 998. 1014
Hyginus 103. 138. 151. 163. 654. 927. 935

I

Juſtinus 62. 954
Juvenalis 83. 93. 107. 170. 182. 203. 268. 281. 387. 492. 501. 503. 582 f. 561. 706. 746. 819. 826. 849. 879. 890. 906. 913. 924. 1075. 1082

L

Lactantius 65. 89. 102. 111. 330. 457 f. 496. 915. 922. 940
Livius 940
Lucanus 52. 60. 66. 70. 136. 171. 196. 364. 408. 433. 441. 447. 470. 494. 497. 503. 538. 544 f. 547. 550. 585. 594. 596. 620. 754. 759. 902. 1011. 1028
Lucilius 713. 750. 874
Lucretius 251. 405. 409. 452. 494 f. 503. 505. 741

M

Macrobius 750. 813. 824. 908. 911
Manilius 154. 267. 281. 489
Martialis 9. 28. 32. 63. 73. 96. 147. 154. 165. 180. 191. 195. 196. 231. 237. 255. 283. 302. 347. 371. 395. 412. 464. 500 f. 650. 778. 809. 823. 827. 828. 833. 837. 848. 870 f. 902. 905. 913. 950. 1062. 1070

N

Nemeſianus 501
Nepos 305. 486
Nonius Marcellus 96. 205 f. 300. 387. 634. 723. 732. 874. 910. 949

O

Orientius 278. 732

P

Pacuuius 387
Palaephatus 372
Paulinus 56. 152. 253. 409. 501. 529. 703 f. 826. 882. 1096
Perſius

Digitized by Google

Perſius 271. 284. 330. 500 551. 609. 687. 740. 903 905. 924
Petronius 83. 212. 241. 409 430. 523. 547. 609. 770
Phaedr 187. 194. 209. 226 234. 246. 274. 462. 506. 508 566. 873. 984. 1027. 1029
Plautus 498. 609. 806. 1085
Plinius Iunior 47. 157. 283 366. 531. 720. 544
Plinius Senior 74. 272. 284 487. 640. 684. 754. 813 913
Plutarchus 940
Polyaenus 1074
Priſcianus 134. 561
Propertius 30. 33. 61. 67 89. 91. 106 ſ. 159. 194 198. 203. 222. 233. 235 255. 262. 266. 280. 285 ſ. 289 ſ. 298. 310. 312. 325 356. 368. 405. 442. 453 460. 462. 464. 477. 481 512. 519. 525. 549. 558 566 ſ. 611. 645. 648. 683 687. 740. 787 ſ. 825 ſ. 842 858. 865. 867. 874. 887 904. 907. 933. 945. 956 975. 977. 1001. 1018. 1051 ſ. 1060. 1070
Prudentius 59. 66. 149. 293 312. 347. 361. 432. 443. 473 477. 491. 511. 527. 540. 588 594. 663. 820. 837 ſ. 850 861. 877

Q

Quintilianus 255. 424

R

Rutilius 181. 290. 708

S

Scholiaſtes Apollonii Rhodii 299
— Euripidis 579
— Hephaeſtionis 900
— Perſii 834
— Statii 78. 927 ſ.
— Theocriti 451
— Virgilii ineditus 365
Seneca Trag. 25. 55. 64. 65 97. 104. 107 ſ. 120 174. 188. 235. 242. 291. 293 302. 349. 347. 355. 407 432. 455. 470. 479. 482 498. 508. 534. 542. 551 568. 576. 584. 594 ſ. 617 632. 648. 660. 668. 674 727. 751. 759 ſ. 852. 920 925. 998. 1016. 1021 ſ. 1057
Serenus Sammonicus 756
Seruius 20. 78. 163. 483 425. 486. 583. 706. 785 801. 1065
Seuerus 20
Silius 39. 78. 83. 128. 131 148. 154. 170. 186. 205 207. 221. 237. 294. 302 360. 420. 428 ſ. 455. 469 ſ. 476 ſ. 482. 497. 499. 525 529. 533. 536. 561. 564 568. 581. 626. 669. 674 ſ. 706. 763. 859. 875. 877 890 ſ. 924. 940. 945. 1003 1030. 1031
Solinus 74. 451. 472. 529 608. 674. 808. 1065
Statius 10. 13. 26. 30. 32 51. 52. 57. 61. 80. 98 ſ. 104. 109. 115. 126. 128 138. 140. 162. 164. 171 178. 183. 220. 233. 238 253 ſ. 261. 289. 319. 330 358. 368. 395. 409. 431 ſ. 434. 436. 439. 441. 443 449. 453. 462 ſ. 469. 479 486. 492. 504 ſ. 511. 513 516. 534 ſ. 553. 555. 558 565. 569. 581. 598. 616 622. 626. 635. 660. 667 673. 679. 686 ſ. 723. 761 765. 788. 814. 860. 893 914. 914. 917. 919. 978 1027. 1033. 1057 ſ. 1073 1077. 1097
Suidas 490. 571
Sulpitius Seuerus 107
Symmachus 6. 237. 256. 647 878. 2062
Symposius 405

Te-

Digitized by Google

T

Terentius 229
Tertullianus 44. 832. 937
Theophraſtus 150
Tibullus 191. 114. 137. 146
192. 220. 229. 253. 263
282. 374. 403. 455. 477
491. 788. 943. 978. 994
Tzetzes 299

V

Valerius Flaccus 30. 44 ſ. 69
77. 114. 134. 147 ſ. 119. 183
191 ſ. 233. 235. 274 ſ. 319
376. 385. 395 ſ. 430. 437
441. 470. 488. 500. 503
522. 546. 550. 553. 558
569. 582. 597. 617. 626
628. 635. 641. 643. 645
665. 698. 701. 704. 718
743. 748. 759. 763. 767
796. 853. 896. 907 ſ. 918
978. 1064. 1072. 1096
Valerius Maximus 1014
Varro 503. 634. 743. 802. 846
Velleius Paterculus 1066 ſ.
Vibius Sequeſter 444
Victor (Aurel.) 24. 263. 413
764. 910
Virgilius 6 ſ. 40. 66. 79
116. 133. 144. 148. 148
154. 179. 181. 183. 206
216 ſ. 230. 233 ſ. 244. 256
261. 290 ſ. 273. 293. 297
346. 389. 408. 412. 431
434. 443. 445 ſ. 449. 462
465 ſ. 472 ſ. 491. 521. 524
548. 566. 573. 578. 586
593. 621. 669. 666. 674
679. 901. 706. 710. 716
729. 752. 759. 764 ſ. 785
822 ſ. 836. 860. 896 ſ. 905
913 ſ. 926. 950. 978. 1017
1022. 1095
Virgilii Vita 12
Vopiſcus 70

Libellus Variarum Lectionum, cuius edendi ſpem Ouidii noſtri emtoribus fecimus, ſeparatim, deo volente, prodibit. Ei *praemittetur a nobis diſputatiuncula Critica de libris cum ſcriptis, tum editis, Operum Ouidii.*

LIPSIAE

LITTERIS VDALR. CHRISTI. SAALBACHII

Digitized by Google

Hunc librum dono dedit
Michael Johnson
15° die Novembris
A. D. 1916°
Edwardus S. Dodgson, Alb.
e Collegio Jesu.

Digitized by Google